



13
16 L
23

BULLARII ROMANI
CONTINUATIO
SUMMORUM PONTIFICUM
CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV. PII VI. PII VII. LEONIS XII. ET PII VIII.

CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS
QUAS COLLEGIT

ANDREAS ADVOCATUS BARBÈRI
CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS

ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS
OPERA, ET STUDIO

COMITIS ALEXANDRI SPETIA I. C.

TOMUS QUARTUS
CONTINENS PONTIFICATUS
CLEMENTIS XIV.
PRIMUM AD SEXTUM









ROMÆ
EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ
1841.

CLEMENS PP. XIV.



Laurentius Ganganelli ordinis fratrum minorum Conventualium s. Francisci S. R. E. presbyter cardinalis, tituli sanctorum duodecim Apostolorum natus in loco s. Archangeli Ariminensis dioecesis die 31 octobris 1705, creatus presbyter cardinalis a piae mem: Clemente XIII. die 24 septembris 1759, plenis suffragiis electus fuit in summum pontificem feria sexta, die 19 mensis maii 1769.

Cardinales in conclavi praesentes erant 46 comprehenso electo.

Consecratus fuit in episcopum ab emo d. Friderico Marcello episcopo Portuensi, et s. Rufinae cardinale Lante sacri collegii sub decano vices gerente emi d. Caroli Alberti cardinalis Guidoboni Cavalchini episcopi Ostiensis, et Veliterni, ejusdem s. collegii decani, in basilica Vaticana die dominico 28 maii illius anni.

Coronatus vero fuit die dominico 4 subsequentis mensis junii.

Obiit feria quinta diei 22 septembris 1774 hora decima tertia, aetatem agens annorum sexaginta octo, mensium decem, ac viginti duorum dierum, post quam per integros annos quinque,

menses quatuor, ac dies tres pontificiam dignitatem praeclare expediverat.

Creavit triginta tres S. Romanae Ecclesiae cardinales, sed ex illis quindecim in pectore usque ad mortem reservavit, ita ut, quindecim post illius funus in s. collegio desiderabantur, ad consuetum complendum numerum septuagenarium.



INDEX RUBRICARUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC TOMO CONTINENTUR



CLEMENTIS XIV.



ANNO I.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XL.

XLI.

XLII.

XLIII.

XLIV.

XLV.

XLVI.

XLVII.

XLVIII.

XLIX.

L.

LI.

LII.

LIII.

LIV.

LV.

LVI.

LVII.

LVIII.

LIX.

LX.

LXI.

LXII.

LXIII.

LXIV.

LXV.

LXVI.

LXVII.

CLEMENS XIV.

ANNO PRIMO



I.

Dat. die 4. Junii 1769. Anno I.

Beatificatio Servi Dei Francisci Caracciolo Fundatoris Congregationis Clericorum Regularium Minimorum, ejusque Missæ, et Officii certis in locis concessio.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Ad supremum Apostolatus ministerium evectus Pontifex, primum explendum onus existimat, gloriosos viros in exemplum populi Dei praeponere.

§. 1. Ad supremum Apostolatus ministerium, quod divinæ sapientiæ atque bonitatis altitudo nobis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, demandare dignata est, rite sancteque obeundum, nil aptius esse intelligimus, quam viros gloriosos, qui quasi flos rosarum in diebus vernis, universam Ecclesiam spiritualium aromatum, quibus eos imbuerat divina benignitas, odore perfuderunt, ac perpetua sanctæ mortis gloria consecrati sunt, laudare, debitæque venerationis cultum eis impandere, ut fideles populi Dei mirabilia in sanctis suis prædicantes, habeant ad imitationem exempla, certosque in Cœlis patronos ad æternæ felicitatis præsidia.

Ideoque Servum Dei Franciscum Caracciolo laudibus dignis extollit, et inter Beatos adscribendum censet.

§. 2. Quamobrem cum Dei Servus Franciscus Caracciolo congregationis Clericorum Regularium Minorum fundator mirabili in Deum, at proximum charitate succensus, ac plane conspicuus omnium virtutum fulgore, suoque instituto, cujus fructus magni honoris, et honestatis Deo assidue exhibet sancta mater Ecclesia in saporem suavitatis, longe, lateque splenduerit, dignum arbitramur at congruum, ut quantum Nobis ex alto conceditur, ejus cultui, at venerationi ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Ecclesiæ decus, et præsidium, et ad fidelium ædificationem opportune consulatur.

Exponitur causæ processus.

§. 3. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum processibus de apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus eumdem servum Dei Franciscum multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem a Deo patrata fuisse asserebatur, eadem congregatio coram fel. rec. Clemente XIII. prædecessore Nostro constituta, una cum consultoribus suffragia ferentibus, uno spiritu, unaque voce censuerit, posse quandocumque ei videretur, prædictum servum Dei Beatum declarari cum consuetis indultis.

Et quot fuerint supplicationes acceptæ pro Ven. servi Dei beatificatione significatur.

§. 4. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis christianorum principum, episcoporum, capitulorum, civitatum, nec non antedictæ congregationis Clericorum Regularium Minorum supplicationibus jamdudum Clementi XI. Benedicto XIV. et Clementi XIII. Nostris prædecessoribus porrectis, et nobis nuper iterum exhibitis, benigne inclinati, remissa, auditis Secretario congregationis sacrorum Rituum, at Fidei Promotore, disquisitione dubii = *An tuto procedi possit ad Beatificationem* = tum ob qualitatem causæ Nobis ipsis postremis temporibus ponentis munere fungentibus, diu multumque discussæ, tum ob charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici iteratas, ac peculiares supplicationes, tum quia agimus de servo Dei instituti fundatore christianæ reipublicæ quam maxime utilis, auctoritate apostolica, tenore præsentium indulgemus, ut memoratus Dei servus Franciscus Caracciolo in posterum Beati nomine nuncupatur, ejus corpus, et reliquiæ venerationi fidelium, non tamen in processionibus circumferendæ, exponan-

tur, imagines quoque radiis seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die quarta Junii, qua e vivis feliciter cessit, recitetur officium, et missa de communi Confessoris non Pontificis, cum oratione a Nobis approbata, juxta rubricas breviarii, et missalis romani.

Indulget Pontifex, ut aliquibus in locis recitetur officium, et missa celebretur de Communi Confessoris non Pontificis.

§. 5. Recitationem autem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universa congregatione eorumdem Clericorum Regularium Minorum, ac in loco sanctæ Mariæ de Villa, ubi vir Dei in lucem editus est; prout in oppido vulgo civitate Anglonensi, in qua ipse obdormivit in Domino, ac in tota Triventinæ diœcesi, prout etiam Neapoli, non solum apud confraternitatem, quam vocant da' Bianchi, in quam cooptatus fuit, sed etiam in tota civitate, ubi sacrum ejus corpus requiescit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quantum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragetur, confluentibus.

Præcipitque ut solemnia fiant pro ipsius servi Dei Beatificatione.

§. 6. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis in ecclesiis Clericorum Regularium Minorum, diœcesis, loci, confraternitatis, et civitatum hujusmodi solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio sub ritu duplici majori, et missa, die ab Ordinariis respective constituta, postquam in basilica nostra sancti Petri in Vaticano peracta fuerint solemnia, pro qua re diem decimam mensis Septembris assignamus, celebrandi facimus potestatem.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, manu Secretarii dictæ congregationis Cardinalium subscriptis, et sigillo Præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, et ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Junii MDCCLXIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

A. CARD. NEGRONUS

Loco ✠ Sigilli.

ORATIO

Oratio propria pro Missa, et officio Beati recitanda.

§. 8. Deus, qui Beatum Franciscum novi ordinis institutorem orandi studio, et pœnitentiæ amore decorasti, da famulis tuis in ejus imitatione ita proficere, ut semper orantes, et corpus in servitutem redigentes ad cœlestem gloriam pervenire mereantur. Per Dominum nostrum etc.

Ex Audientia Sanctissimi

Die 25 Julii 1769

Approbatio.

§. 9. Sanctitas Sua supradictam orationem benigne adprobavit, facultatemque tribuit, ut recitari valeat die solemnis beatificationis Ven. Servi Dei Francisci Caracciolo Clericorum Regularium Minorum fundatoris, et successive in officio, et missa.

Carolus Alexius Pisani S. Fidei Prom.

II.

Dat. die 9. Junii 1769. Ann. I.

REGULÆ

Ordinationes, et Constitutiones Cancellariæ apostolicæ

SANCTISSIMI D. N. D.

CLEMENTIS

Divina providentia

Papæ XIV.

Proœmium.

§. 1. Sanctissimus in Christo pater, et dominus noster dominus Clemens divina providentia Papa XIV suorum prædecessorum vestigiis inhærendo, normam, et ordinem rebus gerendis dare volens, in crastinum suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem, videlicet die 20 mensis Maji anno ab Incarnatione Domini millesimo septingentesimo sexagesimo nono, reservationes, constitutiones, et regulas infrascriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, et suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Henricus Benedictus Episcopus Tusculanus, sanctæ romanæ Ecclesiæ Cardinalis vicecancellarius, die 9 mensis Junii in cancellaria apostolica publicari fecimus.

Reservationes generales, et speciales.

§. 1. In primis fecit easdem reservationes, quæ in constitutiona fel. record. Benedicti PP. XII., quæ incipit: *Ad regimen*, continentur, et illas innovavit, ac loonm habere voluit, etiamsi officiales in eadem constitutione expressi, apostolicæ Sedis offioiales ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus beneficia, quæ dictæ Sedis officiales, qui ratione officiorum suorum hujusmodi ejusdem Sedis notarii erant, etiam dimissis ipsis officiis, et quandocnmqne assecuti fuerint sub hujusmodi reservationibus comprehandi; Ac reservavit beneficia, quæ per constitutionem piæ mem. Joannis Papæ XXII., quæ incipit, *Execrabilis*, vacant, vel vacare contigerint. Quam constitutionem, et reservationem S. S. tam ad beneficia obtenta, quam alia quæcumque, de quibus Ordinarii, at alii collatores, contra Concilii Tridentini decreta disposuerunt, et disponent in futurum, extendit, et ampliavit, et ea etiam beneficia omnia dispositioni suæ reservavit, da quibus per dictos Ordinarios, aut alios collatores contra ejusdem Concilii decretorum formam dispositum fuerit. Decernens irritum etc.

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, et Monasteriorum, ac de tempore vacationes Episcopatuum vacaturorum Beneficiorum.

§. 2. Item reservavit generaliter omnes ecclesias patriarchales, primatiales, archiepiscopales, episcopales, nec non omnia monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum anri communi æstimatione excedentia, nunc quomodocnmque vacantia, et in posternm vacatura: et voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reservavit dignitates, et beneficia omnia ad collationem, præsentationem, electionem, at quamcumqne aliam dispositionem patriarcharum, primatum, archiepiscoporum, et episcoporum, necnon abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, et collatricum sæcularium, et regularium quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut ecclasiarum, seu monasteriorum, vel aliarum dignitatum snarum dimissionem, sen amissionem, vel privationem, seu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, usqne ad provisionem successorum ad easdem ecclesias, aut monasteria, val dignitates apostolica auctoritate faciendam, et adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocnmque vacaverint, et vacabunt in futurum. Decarnens irritum etc.

Extensio reservationis Beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

§. 3. Item, si qui de beneficiis ecclesiasticis, præsertim curam animarum babentibus, seu alias personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, apostolica auctoritate provisi, seu providendi, ante illorum assecutionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis snæ resignarent, seu dimitterent, voluit, decrevit, et declaravit, quod si in posterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem Snam, aut ejus anctoritate provideri, ipsosque providendos intra vacationis, et provisionis, seu assecutionis eorumdem beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia ecclesiastica sæcularia, vel quorumvis ordinum, ac etiam hospitalium, regularia per eos tunc obtenta, nulla speciali, et expressa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac alias quomodolibet, sive in Sanctitatis Suæ, vel alterius romani Pontificis pro tampore existentis, aut legatorum, vel nnnciorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit; omnes, et singulæ concessiones, collationes, provisiones, et qnævis aliæ dispositiones de beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, et cedendis pro tempore faciendæ, cum inde sequutis quibuscumque, cassæ, et irritæ, nulliusqne roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur; sed beneficia, et jura, ut præfertur, rasignata, dimissa, et cessa eo ipso vacent, ac sub reservatione prædicta, quam Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit, et ampliavit, comprehensa censeantur: Ita quod de illis per alium, quam per eamdem Sanctitatam Suam, vel pro tempore existentem romanum Pontificem nullatenus disponi possit, in omnibus, et per omnia parinde, ac si per pacificam assecutionem beneficiorum aliorum hujusmodi vere, ao realiter vacavissent. Ac ulterius voluit beneficium, de quo resignans fuerit auctoritate apostolica provisus, ac per oujus assequutionem beneficia vacare debebant, ut prius vacare, perinde, ac si collatio favore resignantis facta non fuisset, salvis tamen quibuscumque ju-

ribus competentibus alteri parti, ad cujus favorem facta esset resignatio, etiam ex causa permutationis, summarie, simpliciter, et appellatione remota exercendis. Decernens irritum etc. attentari.

Reservatio dignitatum nec non suorum et S. R. E. Cardinalium Familiarium Beneficiorum.

§. 4. Item reservavit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates majores post pontificales in cathedralibus, etiam metropolitanis, et patriarchalibus, nec non valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes principales in collegiatis ecclesiis. Reservavit etiam prioratus, præpositruras, præpositatus, ac alias dignitates conventuales, et præceptorias generales ordinum quorumcumque (sed non militiarum), ac quæcumque beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, existentes, ac S. R. E. viventium nunc, et qui erunt pro tempore Cardinalium familiares continui commensales obtinent, et in posterum obtinebunt eorum familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem, vel alias recesserint. Declarans dignitates, quæ in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales non majores existunt, quæ ex apostolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel alias quovis modo in quibuscumque collegiatis ecclesiis principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reservatione prædicta comprehendi debere. Decernens irritum etc.

Reservatio Beneficiorum collectorum, et sub collectorum.

§. 5. Item reservavit generaliter omnia, et singula beneficia ecclesiastica quorumcumque collectorum, et unicorum in quacumque civitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint, subcollectorum fructuum, et proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, et in quibus, seu ad quæ jus eis competebat. Decernens irritum etc.

Reservatio Beneficiorum Curialium dum Curia transfertur.

§. 6. Item reservavit omnia, et singula beneficia ecclesiastica quorumcumque curialium, quos, dum curia romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedare contigerit in quovis loco, quantumcumque etiam a dicta curia remoto. Decernens irritum etc.

Reservatio Beneficiorum cubiculariorum, et cursorum.

§. 7. Item reservavit generaliter idem D. N. PP. dispositioni suæ omnia beneficia cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac cursorum suorum, declarans in prædecessorum suorum romanorum Pontificum constitutionibus, et regulis reservatoriis beneficiorum cubiculariorum, etiam cubicularios honoris nuncupatos, etiam a die earum editionis, et publicationis intelligi, et comprehendi, ac comprehensos fuisse, et esse. Irritumque etc. attentari decernens.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiarum S. Joannis Lateranensis, et S Petri, ac B Mariæ Majoris de Urbe, et Beneficiorum titulorum Cardinalium a Curia absentibus.

§. 8 Item reservavit dispositioni suæ generaliter quoscumque canonicatus, et præbendas, ac dignitates, personatus, et officia in S. Joannis Lateranensis, et principis Apostolorum, ac Beatæ Mariæ Majoris de urbe ecclesiis, necnon ad collationem, provisionem, et præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium a romana curia absentium ratione suorum episcopatuum, cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, et diaconiarum spectantia, quamdiu absentia hujusmodi duraverit, canonicatus, et præbendas, dignitates, personatus, administrationes, et officia, cæteraque beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura vacantia, ac in antea vacatura, tam in eadem urbe, quam in ecclesiis, civitatibus, ac diœcesibus dictorum episcopatuum consistentia, ac decrevit irritum ec-

Reservatio mensium Apostolicorum, et alternativa pro Episcopis residentibus.

§. 9 Item cupiens SS.D.N.PP. pauperibus clericis, et aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura, sæcularia, et quorumvis ordinum regularia qualitercumque qualificata, et ubicumque existentia in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, et Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum, extra romanam curiam, alias, quam per resignationem quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, et quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, et collatricum sæcularium, et quorumvis ordinum regularium (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem apostolicam, et quoscumque alios initis, et per eos, qui illa acceptare, et observara debuerant, acceptatis, et observatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia dispositioni suæ generaliter reservavit. Volens in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacaverint, dispositiva mentionem fieri, alioquin gratias nullas esse, ac consuetudines, etiam immemorabiles optandi majores, et pinguiores præbendas, necnon privilegia

etiam in limine erectionis concesse, et indulta epostolica circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi beneficiis, eut quod illa sub hujusmodi reservationibus nuoquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatorierum derogatoriis, et fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritentibus, et aliis Decretis, quorum tenores pro expressis haberi, et latissime extendi voluit, quibusvis personis, et collegiis, cujuscumque dignitetis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus quomodolibet concesso, edversus reservationem hujusmodi minime suffragori. Insuper Sanctites Sua ad gratificandum patriarchis, archiepiscopis, et episcopis intenta, ipsis quamdiu epud ecclesias, aut Diœceses suas vere, et personaliter recederint dumtaxat, de omnibus, et quibuscumque Beneficiis ecclesiasticis cum cura, et sine cura sæcularibus, et regularibus (ad liberem ipsorum dumtaxat, non eutem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiem cum consilio, vel consensu, seu interventu cepitulorum, vel aliorum, eut alies pertinentibus), quæ in entea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodo elias dispositioni opostolicæ reservata, vel affecta non fueriot) libere disponendi facultatem tempore sui pontificotus tantum duraturam concessit. Ac etiam voluit, ut si ipsi in collatione, aot alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, et Novembris vacaturorum (quæ etiom dispositioni suæ, ut præfertur, reservovit,) seu etiem aliorum dispositioni suæ, et dictæ Sedis alias quomodolibet reservatorum, vel affectorum sese intromiserint, aut quominus provisiones, et gratiæ Sanctitatis Suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum quoquomodo præstiterint, usu, et beneficio prædictæ facultatis, eo ipso privati existant, ac collationes, et aliæ dispositiones de Beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ nullius sint roboris, vel momenti. Illi vero qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per patentes literas manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, et in sua quisque civitate, vel diœcesi datas declarare, et literas ipsas huc ad datoriumSanctitatis Suæ transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, et recognitis, ac in libro ad id deputato registratis, tunc demum, et non antea uti incipiant gratia supradicta. Insuper declaravit, quod si idem episcopus pluribus ecclesiis quomodocumque unitis ex apostolica concessione, et dispensatione quomodocumque præsit, teneatur hujusmodi elternativæ gratiam, quatenus ea potiri velit, utriusque ecclesiæ nomine explicite acceptare, alias illi non suffragetur. Et post factem acceptationem, et edmissionem in Dataria neutri parti liceat, nisi concordi consensu ab eo recedere. Declarans præterea exceptionem positam in regula favore S.R.E. Cardinalium, et indultum conferendi beneficia reservate concessum Cerdinali episcopo, non suffragari capitulo retione communionis, et consortii juxta declarationem fel. re. Urbeni PP. VIII. prædecessoris sui editam die decima Septembris enno millesimo sexcentesimo vicesimo sexto, quam Sanctitas Sua in omnibus, et per omnia epprobet. Decernens sic in præmissis omnibus per quoscumque ec. judicari debere, ac irritum ec.

De literis, in form. rationi congrui, expediendis.

§. 10. Item voluit idem D. N. Papa, quod concessa per fel. rec. Clem. XIII. prædecessorem suum, et de ejus mandeto expediantur in forma *Rationi congruit* ec. sub die coronationis suæ, ut moris est, et idem quoad concessa per piæ mem. Benedictum XIV. etiam prædecessorem suum ad sex menses dumtaxat, ab ipso die coronationis incipiendos, observari voluit.

Declaratio reservationis Ecclesiarum, et Beneficiorum per Prædecessores reservatorum.

§. 11. Item declaravit omnium, et singularum ecclesiarum cathedralium, et monasteriorum provisiones, quas prædicti prædecessores sui ordinationi, et dispositioni eorum, necnon omnia, et singula beneficia ecclesiastico, quæ dicti prædecessores etiem prædictæ dispositioni cum interpositione decreti reservaverant (quæ quidem ecclesiæ, monasteriæ, necnon sic reservata beneficia tempore obitus eorumdem prædecessorum vacabant, aut ecclesiæ ipsæ, vel monasteria hujusmodi, si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, et remanere per hujusmodi reservationem, et decretum affecte, nullumque de illis præter romanum Pontificem eo vice se intromittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquomodo. Decernens irritum, et inane, si secus super illis ettentatum forsan erat tunc, vel in posterum contingeret ettentari.

Revalidatio literarum Prædecessoris

12. Item prædictus D. N. omnes, et singulas a Clemente XIII romano Pon-

gratiæ, et justitiæ infra annum concessarum.

tifice prædecessore suo infra annum ante diem ejus obitus concessas gratiæ, vel justitiæ literas temporibus debitis earum executoribus, seu judicibus non præsentatas omnino revalidavit, et in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtentæ, quoad hoc plenarie restituit, ac decrevit per executores, seu judices prædictos, vel ab eis subdelegandos ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse, et debere juxta illarum formam.

Revocatio Unionum.

§. 13. Item rationabilibus suadentibus causis, ipse D. N. omnes uniones, annexiones, incorporationas, suppressiones, extinctiones, applicationes, et dismembrationes, etiam perpetuas de quibusvis cathedralibus, necnon aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis, et beneficiis ecclesiasticis, eorumve domibus, prædiis, et locis per cessum, vel decessum, aut aliam quamvis dimissionem, vel amissionem quallacumqua fuerint, invicem, vel aliis ecclesiis, monasteriis, et mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, ac piis, at aliis locis, universitatibus etiam studiorum generalium, et collegiis, etiam in favorem Sanc. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, seu ecclesiis, monasteriis, et beneficiis per eos obtentis quomodolibet apostolica, vel alia quavis (non tamen Conc. Trid. auctoritate, nec non pro fundatione, seu dotationa, augmento, vel conservatione collegiorum, et aliorum piorum, et religiosorum locorum ad fidei catholicæ defensionem, et propagationem, bonarumque artium cultum institutorum), factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum: Ac quascumque concessiones, et mandata super unionibus, annexionibus, incorporationibus, et aliis præmissis taliter faciendis revocavit, cassavit, et irritavit, nulliusque decrevit existere firmitatis. Nec alicui quascumque clausulas, vel adjectiones, aut decreta, quæ Sanctitas Sua pro expressis haberi voluit, in quibusvis Apostolicis, etiam quæ motu proprio, aut ex certa scientia, et consistorialiter processerunt, at emanarunt literis, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsitum fore, quomodolibet contenta adversus revocationem, et irritationem hujusmodi voluit aliquatenus suffragari. Decernens irritum etc.

Revocatio facultatum quibusvis concessarum.

14. Item revocavit quascumque facultates concessas quibusvis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis personis, ac prælatis, etiam utriusque Signaturæ referendariis, nec non apostolicæ Sedis Nunciis, ac fructuum, et proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, et ætatis defectibus, et de incompatibilibus beneficiis ecclesiasticis insimul retinendis, necnon da notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibat de quibusvis beneficiis ecclesiasticis, et alias a præmissis officia ipsorum Nunciorum, et collectorum directa non concernantes, etiamsi in literis desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ, et derogatoriarum derogatoriæ, et aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiamsi Nunciis eisdem dictæ Sedis legatis de latere competens sit concessa potestas. Decernens irritum etc.

Revocatio facultatum conferendi Beneficia reservata.

§. 15. Item revocavit quascumque facultates, et literas desuper confectas, per quas quicumque sui prædecessores Romani Pontifices quibusvis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum acclesiasticorum de jure, vel consuetudine habentibus, et quavis etiam patriarchali, Archiepiscopali, episcopali, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, vel intuitu, etiem motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, cum quibusvis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis ac irritantibus, et aliis decretis, quorum tanores haberi volnit pro expressis, concesserant, ut quamdiu viverent vel suis ecclesiis, seu monasteriis præessent, aut ad aliud tempus de beneficiis ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, et quamvis aliam dispositionem communiter, vel divisim spectantibus disponere libere, et licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores vicarii perpetui, vel ad tempus constituti forent: Decernens irritum, et inane etc.

De dictionibus numeralibus.

§. 16. Item, ut in apostolicis literis committendi crimen falsi peramplius tollatur occasio, voluit, et ordinavit, quod dictiones numerales, quæ in dictis literis ante nonas, idus, et kalendas immediate poni consueverunt, par literas, et syllabas extense describantur, et illæ ex prædictis literis, in qui-

bus hujusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in data.

§. 17. Item voluit, quod de concurrentibus in data ejusdem diei super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficiis, illi, quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis, et similiter inter absentes, cæteris paribus oriundus non oriundo, et diœcesanus non diœcesano; in reliquis vero singuli, qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentaverint; aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo jure quæsito

§. 18. Item, ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, et declarationibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, justitia postponatur, Idem D. N. decrevit, et declaravit suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiamsi motu proprio, et ex certa scientia, ac etiam ante motam litem a Sanctitate Sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli jus sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

§. 19. Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit, sive in romana curia, sive extra illam, aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatæ, et postea infra viginti dies a die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, et ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De idiomate.

§. 20. Item voluit, quod si contingat tam in curia, quam extra, alicui personæ de parochiali ecclesia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum parochianorum quomodolibet habente, provideri, nisi ipsa persona intelligat, et intelligibiliter loqui sciat idioma loci, ubi ecclesia, vel beneficium hujusmodi consistit, provisio, seu mandatum, et gratia desuper quoad parochialem ecclesiam, vel beneficium hujusmodi nullius sint roboris, vel momenti. Decernens irritum etc.

De non impetrando Beneficium per obitum viventis.

§. 21. Item si quis supplicaverit sibi de beneficio quocumque tamquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, et postea per obitum ejus vacet, provisio, et quævis dispositio, etiam vigore alterius novæ supplicationis, vel gratiæ dicto supplicanti per obitum hujusmodi denuo faciendæ nullius sint roboris, vel momenti.

De unionibus, et unionum confirmatione.

§. 22. Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem, tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat, et semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest: Et idem voluit observari in quibusvis suppressionibus perpetuis, concessionibus, dismembrationibus, et applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, et bonis ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singularumque dispositionum hujusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

§. 23. Item de mendicantibus transferendis, qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit constitutionem fel. record. Martini papæ V. prædecessoris sui desuper factam, et in libro Cancellariæ apostolicæ descriptam, quæ incipit: *Viam ambitiosæ cupiditatis etc.* firmiter observari.

De male promotis.

§. 24. Item de clericis extra tempora a jure statuta, sive ante ætatem legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros ordines se promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit constitutionem piæ mem. Pii secundi similiter prædecessoris sui desuper editam, et in dictæ Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit: *Cum ex Sacrorum Ordinum etc.* pari modo observari.

De moneta.

§. 25. Item declaravit idem Dominus noster, quod libra Turonensium parvorum, et florenus auri de camera pro æquali valore in concernentibus literas, et Cameram Apostolicam computari, ac æstimari debeant.

De Beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, et Monasteria.

26. Item prædictus D. N. Papa voluit, decrevit, et ordinavit, quo quæcumque concessiones, gratiæ, et mandata etiam motu proprio, et cum derogatione hujus constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis personis emanaverint de providendo eis de quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcum-

que, ad ecclesiarum, et monasteriorum regimina, si hujusmodi concessiones, et mandata diem promotionis promovendorum ipsorum præcesserint; nec non quæcumque collationes, provisiones, et dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, et quibusvis aliis beneficiis ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quascumque prælaturas, inter illarum vacationis, et hujusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde sequutis pro tempore sint cassæ, et irritæ, nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando juxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

§. 27. Item cum ante confectionem literarum gratia apostolica sit informis, voluit, statuit, et ordinavit idem Dominus Noster, quod judices in romana curia, et extra eam pro tempore existentes, etiamsi sint S. R. E. Cardinales, causarum palatii apostolici auditores, vel quiqumque alii non juxta supplicationum signaturam, super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta curia dumtaxat sint commissiones justitiam concernentes per placet, vel per S. R. E. vicecancellarium juxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed juxta literarum super eisdem impetrationibus, et concessionibus confectarum tenores, et formas judicare debeant. Decernans irritum etc. Et si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam ad apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per ejus officiales, quibus hujusmodi tenores, et formas restringere convenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

§. 28. Item attendens D.N. Papa, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis, et constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos, qui in romana curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret, quod super earumdem ragularum, et constitutionum (quæ juxta varietatem concurrentium causarum, et negociorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit, et ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum palatii apostolici, et aliis (etiamsi S. R. E. sint Cardinales) in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate apostolica judicibus, etiam in causis actu pendentibus super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat stet, fidemque adhibeat cedulæ, seu scripturæ desuper a duobus majoris præsidentiæ, quod danda sit, a tergo signatæ, et etiam a duobus aliis literarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ, et vicecancellarii, seu dictam Cancellariam regentis manu subscriptæ, ut moris est, quidquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis collitigantibus.

§. 29. Item D. N. cupiens litium succidere anfractus, et ne novi collitigantibus adversarii dentur, providere, voluit, statuit, et ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio ecclesiastico collitigantem in jure, vel ad jus, siquod forsan ejus adversario in dicto beneficio competierit, subrogari contigerit (dummodo prædictus collitigans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possiderit, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmisso jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit impetrationes, vel concessiones, etiam motu proprio infra mensem ante concessionem hujusmodi factæ nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium beneficia illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum impetrant, ut illis decedentibus, tamquam collitigantes in eorum juribus facilius subrogentur; voluit, ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis, vel similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, et subrogatio, vel gratia is neutri, si nulli, seu novæ provisionis, aut perinde valere, talitar impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime observari mandavit in impetrationibus beneficiorum per privationem, et amotionem ex quibusvis criminibus, et excessibus forsan perpetratis, atiamsi usque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transiverit judicatam, processum foret.

De verisimili notitia.

§. 30. Item voluit, et ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis beneficiis ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, sæcularibus, vel regularibus per obitum quarumcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, et ante datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus personæ prædictæ decesserint,

ad notitiam ejusdem SS. D. N. verisimiliter potuerint pervenire.

Non valeant commissiones Causarum nisi literis expeditis.

§. 31. Item quod omnes, et singulæ commissiones causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentu, vel occasione concessionum dumtaxat apostolicarum de beneficiis ecclesiasticis gratiarum, super quibus literæ apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris, rel momenti.

De impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

§. 32. Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus cardinalis, teneatur exprimere nomen, et titulum ipsius Cardinalis, et si ille in curia fuerit, ipsius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla, et idem servari roluit, si cardinales quomodolibet ab ipsa curia absentes, et ubilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiamque, et lares in eadem curia retinentes ab ipsa curia recesserint, ad eamdem illico rerersuri, et infra decem, rel ad summum quindecim dies vere, et personaliter reversi fuerint. Ita quod cardinalibus alias, quam, ut præfertur, ex quacumque causa quantumlibet necessaria, et hic necessario exprimenda absentibus facultas præstandi consensum hujusmodi non competat, sed beneficia hujusmodi ad liberamSanctitatis Suæ, at Sedis apostolicæ prorisionem, et dispositionem pertineant. Declarans regulas, et constitutiones suorum prædecessorum, etiam a die earum editionis, et publicationis super assensu hujusmodi præstando sic intellectas, et intelligendas fuisse. Irritumque etc. attentari decernens. Quodque si prædicti familiares eorumdem cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum cardinalium familiaritatem similem transierint quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, at in quibus, rel ed quæ priori ipsa familiaritate durante jus sis competierit, Cardinales, quorum prius familiares fuerint suum habeant adhibere consensum. Declarans præsentem constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ familiares ipsi, tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent, et ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparerent. Nec non illos quoad affectum dictæ constitutionis familiares eorumdem cardinalium censeri, qui ipsorum cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, computato etiam tempore ante promotionem ad cardinalatum, fuisse probarentur. Decernens irritum etc.

Super eadem familiaritate.

§. 33. Item D. N. ad evitendas lites, et contentiones, quæ ex præcedenti sua constitutione exoriri possent, vestigia prædecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, et ordinarit, quod si beneficia, quæ per obitum familierium continuorum commensalium eorumdem cardinalium, in futurum vacebunt, cessantibus Apostolicis reservationibus ad alterius cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti constitutione non comprehendantur, quoad hoc, ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius cardinalis, cujus familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat: sed beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem cardinalis ordinarii colletoris, ut præfertur, libere spectare censeantur; et si apud sedem apostolicam beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint; tunc in prorisione talium beneficiorum, super expeditione literarum, illius cardinalis exigatur consensus, si in romana curia præsens fuerit, ad quem eorumdem colletio, et dispositio, ut præfertur, pertinere deberet. Itaut cardinalis ordinarius collator, in concursu cum cardinali patrono semper præferri debeat, salvis tamen semper indultis concessis, et concedendis eisdem S. R. E. cardinalibus. Decernens irritum etc.

Signatura per fiat præferatur alteri per concessionem.

§. 34. Item voluit idem D. N., quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio per Fiat, et Concessum signaturis, ex eis per Fiet etiam ut petitur habens, alteri per concessum etiam motu proprio habenti præferatur, etiamsi in illa per Concessum prægnantiores, et quantumlibet privilegiativæ essent clausulæ.

De Annali Possessore.

§. 35. Item SS. D. N., ut improbæ lites exquirentium motus reprimantur, roluit, statuit, et ordinavit, quod quicumque beneficium acclesiasticum tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, et quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, et nobilitatem possessoris ejusdem, et quot annis ipse illud possederit, ac specificam, at determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competat, eausem in hujusmodi impetratione exprimere, et infra sex menses ipsum possessorem ad judicium evoceri facere, causamque

et tunc desuper infra annum usque ad sententiam diffinitivam inclusive prosequi debeat, et teneatur; alioquin impetratio prædicta, et quæcumque inde sequuta nullius existant firmitatis. Et idem impetrans de damnis, et interesse possessorem prædictum propterea contingentibus, ei satisfacere, et si possessorem ipsum injuste, frivole, et indebite molestare repertus extiterit, quinquaginta florenos auri persolvere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus, nec alius quam præmissæ vacationis modus etiam per literas si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia ecclesiastica cujuscumque qualitatis per privationem, et amotionem, vel alias propter commissa excessus, et crimina vacantia, vel vacatura, et similiter ad impetrantes beneficia tamquam vacantia per devolutionem.

De triennali.

§. 36. Itam statuit, et ordinavit idem D. N., quod si quis quæcumque beneficia ecclesiastica, qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex quovis titulo, apostolica vel ordineria collatione, aut electione, et electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione, et institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, et præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit, (dummodo in beneficiis hujusmodi, si dispositioni apostolicæ ex reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruserit) super eisdem beneficiis taliter possessis molestari nequeat, nec non impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas, et inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante Sententiam definitivam.

§. 37. Item idem D. N., ut finis litibus celerius imponatur, et litigantium parcatur sumptibus, et expensis, suorum prædecessorum constitutionibus, et statutis inhærendo, statuit, et ordinavit, quod in causis pendentibus, et quas in posterum contigerit agitari, nulli ante diffinitivam sententiem liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel a gravamine minime concernente negocium principale, quod non possit per appellationem a diffinitiva sententia reparari. Nullæque causæ appellationum committantur, nisi in commissione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitivæ habeat, vel gravaman sit tale, quod in appellatione a diffinitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, et commissiones in posterum, et quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti: commissionibus appellationum jam judicibus præsentatis, et exhibitis in suo robore permansuris, in quibus latis super eisdem sententiis, secundo, vel ulterius ab eis non liceat eppellare. Appellantes vero, et appellationes etiam ab interlocutoriis, et gravaminibus hujusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, et damna, ad quæ reficienda de jure condamnatus compellitur, viginti floreuorum auri pœna mulctentur.

Non statur Commissioni post conclusionem.

§. 38. Item statuit, et ordinavit, quod in commissionibus de justitia, seu mandatis etiam consistorialibus, per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat, in posterum concedendis, etiamsi in eis de conclusione hujusmodi implicite, vel explicite mentio facte fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem hujusmodi commissionis, eidem conclusioni, ec præsenti regulæ derogetur expresse.

De literis Religiosorum expediendis.

§. 39. Item voluit, et ordinavit, quod si aliqui religiosi petunt eliquod beneficium ad nutum emovibile, cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbatis, vel superioris amoveri non possint, literæ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem clausulam ipsem concedat.

De Clausula ponenda in literis permutationis Beneficiorum.

§. 40. Item si committatur alicui beneficii resignationis receptio ponatur clausula: *Attente quoque provideas etc.*; Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula: *Quod neuter permutantium jus acquirat*, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

§. 41. Voluit, quod si petatur supplere defectus in genere, nullatenus literæ desuper concedantur, nisi in petitione desuper hujusmodi defectus exprimantur, vel per *Fiat*, *ut petitur*, supplicatio signata fuerit.

De derogatione juspatronatus.

§. 42. Item voluit, quod super quovis beneficio ecclesiastico de jurepatronatus laicorum non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, quod tale beneficium tanto tempora vacavit, quod ejus collatio ad Sedem apostolicam legitime est devoluta, vel quie tempus patronis laicis

ad præsentandum a jure præfixum lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum juripatronatus hujusmodi derogari contigerit, juris patronatus hujusmodi mentio, dispositive, ac specifice, et determinate, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem regem, ducem, marchionem, vel alium principem pertineat. Et si de hoc in literis provisionis, vel mandato de providendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum.

De Commenda.

§. 43. Item voluit, quod nulli sæculari de regulari, nec religioso de sæculari beneficiis commenda detur, nisi in signatura, vel per clausulam ad partem super petitione commendæ hujusmodi, de commenda ipsa mentio fiat.

De Reformationibus.

§. 44. Item voluit, statuit, et ordinavit, quod super quibuscumque reformationibus signatis super impetrationibus quorumcumque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod literæ super prima data expediri possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali data cuiquam videatur posse fieri præjudicium, literæ hujusmodi sub ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes hujusmodi per *Fiat* sub prima data signatæ fuerint.

De consensu in resignationibus.

§. 45. Item voluit, et ordinavit, quod super resignatione cujuscumque beneficii ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in cancellaria apostolica fieri contigerit, apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in romana curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem cancellaria expresse consenserit, et juraverit, ut moris est. Et si ipsum resignantem, seu cedentem pluries super uno, et eodem beneficio in favorem diversarum personarum successiva consentire contigerit, voluit Sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debeat, et alii posteriores consensus, ac literæ eorum prætextu, etiam sub priori data expeditæ pro tempore nullius sint roboris, vel momenti, nec literæ reservationis, vel assignationis, etiam Motu proprio, cujusvis pensionis annuæ super alicujus beneficii fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc debebit.

De ingressu Religionis.

§. 46. Item non dentur literæ super beneficiis vacaturis per ingressum religionis, nisi professio præcesserit. Datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancelleria exprimendum.

§. 47. Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in cancellaria apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

De executione facienda.

§. 48. Item voluit, statuit, et ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus, cum adjectione proprii nominis, vel dignitatis cujusvis, judex datur, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem judex executionem faciat per seipsum.

De dispensationibus in gradibus Consanguineitatis.

§. 49. Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula: *Si mulier rapta non fuerit.* Et si scienter, ponatur clausula: *addito in quaterno.*

Super defectu Natalium.

§. 50. Voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula: *Quod non præjudicetur illis*, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

Super dispensationibus.

§. 51. Item, quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi specialiter exprimatur, vel dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio nisi literis confectis.

§. 52. Item, cum concessiones super gratiis dispensationum quarumcumque quibusvis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum per regulas cancellariæ apostolicæ sint providè limitatæ, licet aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblatis multa sint petita, ne quis talium concessionum prætextu, id dispensative tenera, aut facera præsumat, ad quod concessiones hujusmodi se non extendant, voluit idem D. N., quod nulla talis dispensatio cuiquam in judicio, vel extra suffragetur, antequam super ea literæ apostolicæ sint confectæ.

De clausulis ponendis in literis indulgentiarum.

§. 53. Item voluit, quod in literis indulgentiarum ponatur, quod si ecclesiæ, vel cappellæ, aut alias aliqua indulgentia fuerit concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi literæ sint nullæ.

De Indulgentiis concessis ad instar.

§. 54. Item voluit idem D.N., quod literæ super indulgentiis non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

§. 55. Item voluit, quod in gratiis, quas quibusvis personis, de beneficiis, vacantibus, seu certo modo vacaturis

fieri contigerit, illorum, et aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus Stnuus valor per merchas argenti, aut anerligorum, vel libras Turonen. parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, vel uncias auri, seu aliam monetam secundum communem æstimationem exprimatur, nisi personæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipserum oblationes, aut alias dimittere teneantur, alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ: Et idem servetur in gratiis, quas a Sanctitate Sua motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alias disponitur, ac literis, per quas pro tempore ad ecclesiarum patriarchalium, et cathedralium, ac monasteriorum regimina promotis conceditur, ut monasteria, et alia beneficia ecclesiastica sæcularia, et regularia per eos obtenta, et in quibus, et ad quæ jus eis competit, retinere possint.

De Clausulis in Beneficiis vacantibus ponendis.

§. 56. Voluit, et ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de beneficio ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulæ si petantur, etiamsi illud quovis modo ac. seu per constitutionem *Execrabilis* vacet, et specialiter reservatum, inter aliquos litigiosum sit, et ejus collatio devoluta fuerit, et si pro collitiganta, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli e. petente, si tunc lis specifice exprimatur; nec detur aliqua generalis reservatio dispositiva, nisi desuper in concessione specialis, et expressa, ac pure, et non sub conditione mentio fiet, et tunc reliquæ reservationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum generalis reservatio hujusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus, seu pro collitigantibus, si neutri, vel si nulli ec. sit expressum, quod ob aliquibus asseritur illum, cujus beneficium conceditur collectorem, vel unicum subcollectorem, abbreviatorem, vel familiarem, notarium, aut dictæ Sedis officialem fuisse, clausula ponatur etiamsi dictum beneficium ex eo, quod talis collector, vel unicus subcollector, abbreviator, vel familiaris, notarius aut dictæ Sedis officialis fuit, dispositioni apostolicæ generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter jus quæsitum. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex Fiat, signata sit, aut reservatio, vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

§. 57. Item voluit, quod super beneficiis ecclesiasticis de qualitatibus illorum, videlicet, an dignitates, personatus, vel officia sint, eisque immineat cura animarum, et ad illa consueverint qui per electionem assumi, mentio fiat, alias gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expresse desuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis eliquas consueverint habere.

De Beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

§. 58. Item si reservetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium, sed in beneficiis per promotionem, aut ingressum religionis, vel assecutionem vacaturis ponatur clausula, etiamsi non petatur, cum beneficia hujusmodi præmisso, vel alias quovis modo &c. præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vecent. Decernens irritum &c.

De Clausulis ponendis in literis Religiosorum.

§. 59. Item voluit, quod si petatur aliquem in religionem recipi, et sibi de quovis beneficio ecclesiastico provideri per simplicem signaturam Fiat, receptio hujusmodi dumtaxat detur, adiecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non obsistat impedimentum et exprimatur si certus numerus regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expresse concedatur, et si numerus iste non existat, ponatur; dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque executores provisionis hujusmodi ad receptionem emissionis professionis, non expectato probationis anno, procedere.

De translatione Religiosorum.

§. 60. Item, si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monesterio, vel alio regulari loco dependente, provideri, et appareat ex petitione hujusmodi, quod alterius monasterii, vel loci religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De Clausula si est ita.

§. 61. Item, quod in literis super beneficiis per constitutionem *Execrabilis*, vacantibus ponatur clausula, *Si est ita*, similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti de vacaturo, dentur literæ de vacanti.

§. 62. Item petenti sibi provideri de vacaturo, dentur literæ de vacanti, prout expediarint impetranti.

Revocatio Decimarum, et aliarum impositionum.

§. 63. Item revocavit quascumque decimarum, necnon subsidiorum, vigesimæ, at aliorum onerum impositiones ex quavis causa emanatas (non tamen decimarum, subsidiorum, et onerum impositorum ex quavis causa, et occasione expeditionis contra turchas, et orthodoxæ fidei hostes) et quascumque facultates super decimarum, vigesimæ, et onerum hujusmodi exactione, quibusvis fructuum, et proventuum Cameræ apostolicæ debitorum collectoribus, et Apostolicæ Sedis nunciis ab eisdem prædecessoribus concessas. Suspendit quoque, ad Suæ Sanctitatis, et Sedis apostolicæ benaplacitum, quascumque plenarias indulgentias ab eisdem prædecessoribus ex quavis causa etiam expeditionis hujusmodi, si quæ per nuncios, vel quæstores deferebantur concessas, necnon deputandi, et eligendi confessores, qui plenarie absolvant, et alia faciant ad earumdem indulgentiarum suspensarum affectum, reliquasque facultates, ipsas indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea, in quibus indulgentiæ, et facultates in aliqua sui parte sint sortitæ effectum. Itaut illis, qui implentes injuncta eis in literis Indulgentiarum hujusmodi jam consequuti sunt facultatem eligendi confessores, qui absolvant eos plenarie in mortis articulo, per hujusmodi suspensionem non præjudicetur, quin facultate ipsa uti possint in futurum: Decrevit quoque irritum, et inane quicquid facultatum revocatarum earundem prætextu, inposterum contigerit attentari.

Revocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.

§. 64. Item revocavit, cassavit, et annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi pretium officiorum romanæ curiæ pro tempore vacantium in toto, vel in parte, et quasvis concessiones, et collationes, aliasque dispositiones per fel. recor. Clementem XIII aliosque praedecessores de dictis officiis etiam ex die collationum, concessionum, et dispositionum earundem in antea vacaturis, in favorem quarumcumque personarum, ecclesiar. monasteriorum, piorum locorum collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus; at ex titulo oneroso, et sub quavis alia verborum forma, quam et præmissorum tenore pro expressa haberi voluit, concessas, et factas, quoad officia, quæ post dictorum prædecessorum funus vacarunt, at in posterum quomodolibet vacabunt. Item revocavit quoque, cassavit, et annullavit, ac irritas declaravit quascumque infeudationes, investituras, gratias, concessiones quoquomodo etiam in emphyteusim, ad tempus, seu in parpetuum etiam motu proprio, et de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis (extra tamen consistorium, et sine S.R.E. cardinalium consilio, et consensu) a die constitutionis fel. cord. Pii PP. V. prædecessoris sui super prohibitione alienandi, et infeudandi civitates, et loca S.R.E. sub datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto kalend. aprilis, pontificatus sui anno secundo, usque in præsantem diem, per quoscumque Romanos Pontifices suos prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocumque, et qualitercumque, et quovis colore factas, et concessas de civitatibus, terris, oppidis, castris, arcibus, et locis S.R.E., et sanctæ Sedi apostolicæ, et tam mediate, quam immediate subjectis, tunc videlicet de tempore dictarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, et concessionum nondum devolutis, necnon quascumque prorogationes, et extensiones quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, et concessionum de dictis civitatibus, terris, oppidis, castris, arcibus, et locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, et extensionum nondum finitarum, quibusvis personis, cujuscumque gradus, status, conditionis, et præeminentiæ, etiamsi imperiali, regali, ducali, aut alia quavis præfulgeant dignitate, etiam in vim contractus, et ex quocumque titulo etiam oneroso, et per quascumque tam sub plumbo, quam in forma Brevis sub annulo piscatoris, aut etiam alias quomodocumque, et qualitercumque expeditas literas, ac sub quavis verborum forma, quam et præmissorum omnium tenore, sanctitas sua pro expressis haberi voluit latissime extendendos.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausolæ

§. 65. Item, cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, et certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus ec. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant a sanctitate Sua, ut hujusmodi valorem annuum augere possint, ut verius possit in confectione literarum, super hujusmodi impetrationibus summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis in posterum hæsitari contingat, decla-

ravit prætextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, et in prima, quæ desuper fiet literarum expeditione dumtaxat augeri posse, et eas quas literis jam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augumento prædicto, denuo desuper expediri contigerit literas, cum aliquo augumento valoris hujusmodi, nullius esse roboris, vel momenti, etiamsi motu proprio beneficiales gratiæ, et dispositiones quæcumque a Sanctitate Sua emanaverint.

De insordescentibus

§. 66. Item, ne personis, pro quibus litteræ Suæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem a censuris ecclesiasticiis quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, et in literis apostolicis apponi solita, præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, et insordescendi in illis: statuit, et ordinavit hujusmodi absolutionem et clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi contingent, non suffragari non parentibus rei judicatæ, incendiariis, violatoribus ecclesiarum, falsificatoribus, et falsificari procurantibus litteras, et supplicationes apostolicas, et illis utentibus, receptatoribus, et fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario apostolicis mandatis non obtemperantibus, et nuncios, vel exequutores apostolicæ Sedis, et ejus officialium, ejus commissa exequentes, impedientibus, qui propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati a jure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam hujusmodi substinuerint. Et generaliter quibuscumque aliis, qui censuris aliquibus etiam alias, quam, ut præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.

Officiales nihil exigant ultra debitum

§. 67. Item idem D. N. exactionibus, quas Sanctitas Sua non sine displicentia plerumque fieri intellexit per officiales romanæ curiæ, qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio officiorum, quæ obtinent, non contenti, ultra a prosequentibus negociorum quorumdam expeditionem in eadem curia exigere non verentur, obviare volens; districte præcipiendo inhibuit omnibus, et singulis quævis officia in eadem curia obtinentibus, ne de cætero quidquam prætexto officiorum, quæ obtinent, quovis colore, etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta hujusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitiose differre, sub excommunicationis, et præter illam suspensionis a perceptione emolumentorum hujusmodi pro prima ad semestre, et pro secunda ad annum, et pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint, pœnis. Ac voluit, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarius, et Camerarius, excedentes ipsos respective, prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorumdem, ac alias, ut præfertur, compellant ab hujusmodi illicitis exactionibus abstinere, ac contra eos per prædictas pœnas, et alias, prout melius expedire viderint, procedant.

Revocatio Decimarum, et aliarum impositionum

§. 68. Item Sanctissimus D. N. providede considerans consuevisse quandoque Romanos Pontifices prædecessores suos beneficia, quæ vacante Sede apostolica vacare contigerant, dispositioni suæ reservare, intendens de beneficiis hujusmodi, tam conclavistis, quam pauperibus clericis, et aliis benemeritis personis providere, omnia, et singula beneficia per regulas Cancellariæ apostolicæ, aut quaslibet alias apostolicas constitutiones temporales, Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, et ex. quavis causa reservari solita, quæ a die obitus fel. record. Clementis XIII. prædecessoris sui, usque ad diem decimam nonam Maji proxime præteriti vacaverunt, et de quibus per quoscomque Ordinarios collatores, tunc dispositum non fuerat, seu minus valide dispositum fuerat, suæ provisioni, ac dispositioni reservavit. Decernens irritum ec.

Revocatio Indultorum supervivenția

§. 69. Item, quia ad importunam nonnullorum suggestionem, quandoque contigit prædecessores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes, sub contractorum debitorum, vel diversis aliis prætextibus concessisse, et indulsisse beneficiatis, ut fructus suorum beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores, aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, in solutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret, ad tempus minime restrictum ad vitam supplicantium cum gravi successorum præjudicio, et ecclesiarum detrimento: ideo indamnitati ecclesiarum, et successorum in beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens; revocavit, cassavit, et annullavit omnia, et singula indulta, et facultates in ea parte, qua nondum vere, et realiter suum sortita sunt effectum,

per quoscumqueRomanosPontifices prædecessores suos hactenus ad favorem quarumcumque personarum concessas, quibus eis, vel eorum singulis ullo modo, et ex quavis causà, vel prætextu permittitur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus, ultra unicum annum elocare, arrendere, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligara, vel hypothecare, in solutum dare, aut de eis quomodolibet, et ex quavis causa disponere pro tempore, ad vitam beneficiatorum, et tempus quo beneficia hujusmodi obtinuerint, minime restricto, et coarctato illorum tenore etc. Decernens irritum etc.

Quod Cardinales non comprehendantur sub Regulis faciendis

70. Item, cum S. R. E. cardinales SS. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prærogativis, et privilegiis gaudere, idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, et declaravit, quod in quibuscumque constitutionibus, et regulis per Sanctitatem Suam edendis non comprehendantur, neque comprehensi censeantur ipsi cardinales, nisi illæ eorumdem cardinalium favorem concernant, vel constitutiones edendæ de eorumdem cardinalium, vel majoris partis eorum consilio editæ fuerint, seu in eisdem regulis, et constitutionibus facta fuerit ipsorum cardinalium expressa mentio.

Quod regulæ Cancellariæ non comprehendantur sub generalibus derogationibus

71. Item Sanctitas Sua statuit, et declaravit, quod præmissis, et quibusvis aliis regulis Cancellariæ suo tempore edendis, et publicandis, numquam censeatur derogatum in quibuscumque constitutionibus, literis, brevibus, indultis, et aliis ordinationibus apostolicis, etiam motu proprio, et ex carta sciantia emanatis, per quæcumque verba, et decreta derogatoria, irritantia, universalia, et amplissima, et clausulas quantumvis efficacissimas, etiam derogatoriarum derogatorias, atque specialis, et individuæ expressionis vim habentes, et habentia, nisi facta fuerit de illis expressa mentio, et non aliter, nec alio modo.

De potestate Reverendissimi D. Vicecancellarii, et Cancellariam Regentis.

72. Primo, quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quod possit corrigere nomina, at cognomina personarum, non tamen eorum, quibus gratiæ, at cessiones fiunt, ec beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

Item, quod possit omnes causas beneficiales, etiam non devolutas, committere in curia, cum potestate citandi ad partes.

Item, quod processus apostolica auctoritate decretos aggravare possit cum invocatione brachii sæcularis, et sententias executioni demandari facere contra intrusos, et intrudendos per literas epostolicas desuper conficiendas, at non elias.

Item, quod possit signare supplicationes manibus duorum referendariorum signatas, de beneficiis ecclesiasticis sæcularibus, et ragularibus dispositioni apostolicæ generaliter non reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. parvorum, seu totidem in alia moneta secundum communem æstimationem valorem annuum non excedet.

Item, quod possit signare supplicationes, etiam duorum referendariorum manibus signatas, de novis provisionibus, si neutri, et subrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

Item, quod possit ad ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos, de dictis suscipiendis ordinibus, usqua ad proxima tunc a jure statuta tempora, in quibus sic arctati successive ed ipsos ordines promoveantur.

Placet, publicentur, et describontur L.

§. 73. Lectæ, et publicatæ fuerunt supradictæ regulæ, ordinationes, et constitutiones in Cancellaria apostolica ab uno ex RR. PP. DD. Majoris præsidentiæ abbreviatoribus anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo nono, die vero IX. mensis Junii Pontificatus prælibeti Sanctissimi Domini Nostri Clementis XIV. Anno Primo. Publicatio

Thomas Antognettius Procustos.



Dat. die 20. Junii 1769. Anno I.

III.

Gratiæ, et privilegia conclavistis postremis conclavis concessa.

Clemens Papa XIV.

Urbis

Motu proprio etc. Nos volentes dilectos filios, conclavistas, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem, assumpti fuimus Nobis, et venerabilibus fratribus Nostris S.R.E. Cardinalibus, uti familiares, et continui commensales inservientes interfuerunt, quiqua ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis at privilegiis pro cujusque meritis exornare, ipsosqua conclevistas, quibus hodie, ac aliis perticipantibus descriptis in rolo, seu divisione, subscripto, seu subscripta per venerabilem fratrem nostrum Carolum Albertum episcopum ostiensem, et veliternensem S.R.E. Cardinalem Guidobonum Cavalchinum nuncupatum pro Datarium Nostrum summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad Nos spectantium gratiose donavimus in veros, indubitatos, et non fictos familiares, at continuos commensales Nostros, ac eos, qui ax illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres præfatæ S.R.E. Cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios sine taman præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium notariorum recipimus, et tam illos, quam alios conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites, et milites, et tam illos quam omnes etiam quoscumque alios conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt nobiles, quique urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus temporali dominio eidem S.R.E. mediate, vel immediate subjectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros cives ad instar, at sine ulla prorsus differentia inter eos, et singulos alios veros originarios, et antiquissimos etiam nobiles, et participantes cives ipsius urbis, vel civitatis, ita ut ipsum Jus civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat creamus, constituimus, et deputamus, ac nobilitatis, et civilitatis titulo, honore, at insigniis decoramus, aliorumque familiarium, et continuorum commensalium Nobis actu in palatio Nostro apostolico inservientium, ac in illius tinello comedentium, et bibentium, ac Nostrorum et Sedis præfatæ notariorum palatii, et aulæ prædictorum comitum, militum, et nobilium, ac civium hujusmodi originariorum numaro, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, et indubitatis, et non fictis familieribus, continuis commensalibus, ac notariis Nostris, comitibus, nobilibus, militibus, et civibus deinceps haberi volumus, et reputari mandamus, eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, et literis tam gratiam, quam justitiam separetim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares, continuos commensales, Nostrosque comites milites, nobiles, et cives etiam originarios nominare possint, nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ hujusmodi subreptionis vitio subjaceant, sed valide, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus et, quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, et rocchettum notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, et aulæ præfatorum comites, milites, nobiles etiam originarii, ac antiquissimi civas ejusdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, et cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum etiam per quascumque literas, seu constitutiones apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, et extra, sine tamen eorumdem

Donatio scutorum decem millium auri.

Receptio in familiares.

In Notarios.

Creatio in Comites, Milites, et nobiles.

Electio Civilitatis.

Etiam pro hæredibus.

notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant, realiter, et integre in omnibus, et per omnia etiamsi in urbe, et civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere, et ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent auctoritate, et tenore similibus indulgemus. Ac conclavistas præfatos a solutione, et exactione quarumcumque decimarum, non tamen decimarum, subsidiorum, et onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes impositarum, et impositorum, et cujuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, et cujuscumque oneris ordinarii, et extraordinarii ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione etiam ad instantiam imperatoris, regum, et rerumpublicarum etiam venetorum, et aliorum quorumcumque principum impositorum, et imponendorum pro tempore ex nunc prout ex tunc, et e contra, et postquam casus hujusmodi impositionis, et solutionis evenerit liberamus, et eximimus, liberosque et exemptos fore, et esse decernimus, districtius inhibentes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus, clericis, ac quibuscumque aliis officialibus Cameræ Nostræ apostolicæ, ac exactoribus decimarum, præter quam decimarum subsidiorum, et onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes, ut præfertur, impositarum, et impositorum, nec non cujuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, et aliorum, ut præfertur, impositorum onerum hujusmodi, ac aliis personis, cujuscumque ecclesiasticæ, vel sæcularis dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præsumant, nec non eisdem conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum, et militiarum, atque hospitalium quorumcumque regularium, nec non canonicatuum, et præbendarum, ac dignitatum quorumlibet per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, et alias licite acquisita, seu acquirenda etiam in dicta urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant, sed conclavistæ præfati, etiamsi religioni alicujus militiæ, non tamen s. Joannis Hierosolimitani adscripti, et in ea expresse professi fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium, etiamsi curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto, etiam extra eorum propriam residentiam, eos decedere contigerit testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem præfatæ S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus, clericis, et quibusvis aliis spoliorum hujusmodi collectoribus, et sub-collectoribus, ac militiarum, non tamen dicti sancti Joannis Hierosolymitani prædictarum receptoribus, officialibus, aut prioribus, et quibusvis aliis personis, tam sæcularibus, quam regularibus etiamsi cujusvis militiæ, et cujusvis gradus, status, ordinis, et præeminentiæ, etiamsi speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant; ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore; ac cum eisdem conclavistis etiam in militia sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia militia expresse professis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum, et etiam mensarum episcopalium, archiepiscopalium, abbatialium, nec non dignitatum quarumcumque, ac monasterio-

Exemptio ab habitatione in civitate.

A gabellis, et decimis aliisque oneribus, exceptis decimis impositis in subsidium expeditionis contra turcas

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi, exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani.

Facultas concessa etiam equitibus cujuscumque militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 300

rum etiam per ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales ad præsens obtentorum, et in posterum quomodolibet obtinendorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet eorum, nunc, at pro tempore reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum habitum, et tonsuram clericalem gestare; et in illis dummodo alias ipsi habitum decentam, et honestum, ac per milites præfatos gestari solitum deferant, incedere minime debeant, nec ed id a quoquam desuper cogi, seu compelli minusque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad præfatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes, et reservatas, et in posterum reservandas, ut præfertur, etiamsi matrimonium, quoad milites alicujus militiæ, videlicet cum militia compatibile jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, et virgine tantum recipere, et quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere, et licite valeant de speciali dono gratiæ dispensamus: et insuper conclavistis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, vel cathedralium, seu duarum insignium urbis collegiatarum ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in romana curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, et emolumentis universis, certis, et incertis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, et mercedis dignitatum, canonicatuum, et præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum reservates, seu reservandas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus etc. hujusmodi usque ad summam præfatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis, vel etiam clericeli charactere tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto charactere rite insigniti fuerint, seu alias pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem conclavistas, et illorum singulos nominandos etiam quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma, quibus eisdem conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, concedere, et assignare possint, ita ut præfati translatarii in quasi possessione pensiones, seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi conclavistæ tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, alias forsan obtinuerit, seu quilibet eorum obtinuerint, tam vigore aliorum privilegiorum conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulative, et ampliative præfatis facultatibus præsentibus, et præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint. Decernentes novas reservationes, constitutiones, concessiones, assignationes, et translationes pensionum, ac fructuum etc. hujusmodi, ut præfertur, faciendas ex nunc, prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque beneficia, super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore. Nec non conclavistis præfatis, qui s. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiæ, seu religionis regularis etiam expresse professi sunt, ut etiamsi ab

Absque necessitate deferendi habitum, et tonsuram clericalem.

Facultas transferendi Pensiones usque ad summam 100 ducatorum.

Ampliatio in non clericos.

Cumulativa similium gratiarum.

eorum conventu absentes existant, dummodo tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in conventu fecerint, et consueta servitia præstiterint, quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac quarumvis pensionum, et commendarum eorum militiæ, seu religionis capaces existant, perinde ac

Concessio antianitatis equitibus.

si in eadem militia, seu religione antianitatem de justitia consecuti fuissent, similiter indulgemus. Præterea eosdem conclavistas, si qui eorum defectum natalium patientur ex quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex nobilibus parentibus, et vitibus fœminis pro-

Legitimati o spurii.

creati existant, etiamsi alias legitimati existant, legitimamus, omnemque eh illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis peternis, et maternis, ac aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione, et præterquam in bonis ecclesiasticis, et ab Ecclesia provenientibus succedere, et illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad

Habilitatio ad successiones, honores, ordines, et beneficia.

æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates, restituendo realiter, et cum effectu, ac ad dignitetes, honores, at quæcumque alia officia sæcularia publica, vel priveta, etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ut clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines si nondum ad illos promoti sint promoveri, ac postmodum charactere, et ordinibus hujusmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in eltaris ministerio ministrare, et quacumque, et qualiacumque cum cura, et sina cura beneficia ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, et metropolitanis, val collegiatis ecclesiis, seu si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, ac canonicatus, et præbendæ, ac dignitates non tamen majores post pontificalem in cathedralibus, aut principales in collegiatis ecclesiis hujusmodi fuerint, si eis alias canonica conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in iisdem recipere, et dummodo plura simul non sint, quem, quæ a concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere libere, et licite valeant similiter dispensamus: ac omnes, et quoscumque defectus, si qui

Sanatio defectuum provisionum.

forsan sint in omnibus, et quibuscumque provisionibus, ac permutationibus beneficiorum quorumcumque eorumdem conclavistarum, tam ob multiplicitatem titulorum, ac ob incursionem quarumcumque censurarum etiam irregolaritatis, at similiter in expeditionibus literarum apostolicarum super illis, quam alias ex quavis causa provenientes quoad præteritum tantum, ac sine præjudicio Juris alicui quæsiti, et dummodo non intercesserit simoniæ labes, nec aliqua lis desuper pendeat sanamus, ac provisiones hujusmodi vigore præsentium in utroque foro, perinde ac si novas provisiones obtinuissent revalidamus, et quatenus opus sit omnibus, et singulis eorum de omnibus, et singulis dignitatibus, et aliis cum cura, et sine cura beneficiis ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, et nuncupatis etiam cujusvis ordinis regularibus per eos respective obtentis de novo etiam respective providemus, ac omnes, et singulas pensiones eis, et eorum singulis, super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet qualificatarum, et nuncupatorum etiam alicujus ordinis regularium fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis respective reservatas similiter de novo reservamus, ipsisque conclavistis, eorumque singulis, quoscumque fructus etc. ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, canonicatuum, et præbendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsis, at

Remissio fructuum male perceptorum.

eorum cuilibet respective collatorum, et reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, et occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum, val eorum non promotionis ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines, vel non susceptionis gradus doctoratus indebite perceptos cujuscum-

Absolutio ab irregularitate

que quantitatis fuerint gratiose remittimus et condonamus, ac cum eis super inhabilitate, et irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi legati missas, at alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum clavium celebraverint, aut alias in divinis se im-

miscuerint, quodque illa, et præmissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam sacros, et præsbyteratus ordines alias rite, et dummodo nullum aliud alicui eorum obstet canonicum impedimentum promoveri, et in illis, et in susceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant dispensamus, quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, et quævis aliæ literæ apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris familiaribus continuis commensalibus eisdem conclavistis, et eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, et expediantur, ae etiam literæ ipsæ in forma brevis tam de capienda possessione nomine dictæ Cameræ apostolicæ, quam alias ut illis super provisionibus quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant etiam præcipimus, et mandamus, ac eisdem conclavistis, et eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, et eorum cuilibet per Nos, et romanos Pontifices prædecessores nostros, et Sedem præfatam concessa in suo robore, et firmitate cum præsentibus stare; ac illorum omnium, et singulorum tenores, perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per præsentes, ac præsentibus per illa minime in aliquo præjudicare intendimus, ita ut quotcumque et qualiacumque fuerint unum alteri derogare non censeantur, sed eos, et eorum quemlibet illis simul, ac cum præsentibus prædictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen præsentibus non adversentur similiter concedimus, et indulgemus. Postremo eosdem conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem motum proprium, seu literas super præsentibus, si videbitur conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari petendum minime teneri, nec illum, seu illas etiamsi motus proprius, et literæ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, et registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admissæ, seu regestratæ non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri; sed suos plenarios effectus sortiri debere: ac motum proprium, et literas hujusmodi, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, et constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent vel moderarentur, quæ a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, ac divini cultus augumentum etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus vel in posterum emanaverint, minime comprehensum, et comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, et restitutas, repositas ac plenariæ reintegratas seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, et restituendas, reponendas, et plenarie reintegrandas esse censeri; et insuper cum dilectus filius Annibal Carconi presbyter romanus ac perpetuus beneficiatus Innocentianus nuncupatus in basilica principis apostolorum de urbe tamquam dictorum conclavistarum procurator in præmissis sedulam pro eis operam navavarit, propterea, et aliorum meritorum suorum, et obsequiorum Nobis, et dictæ Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, et gratiis prosequi eidem Annibali, licet ipse in conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus et singulis supradictis gratiis, privilegiis, et facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum aurei hujusmodi per Nos, ut supradictis conclavistis donatorum, et inter eos, ut præfertur, distributorum, seu distribuendorum, tamquam conclavista frui, et gaudere libere, et licite possit, et valeat, perinde ac si conclavi hujusmodi vere, et realiter interfuisset, constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, motu, scientia, et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus, sicque per quoscumque judices, etiam commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis instantia aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, et definiri debere, irritumque etc. attentari. Et insuper venerabili fratri Henrico Benedicto Mariæ Clementi episcopo Tusculan, ac ejusdem S. R. E. vice-cancellario,

Expeditio literarum apostolicarum gratis.

Confirmatio aliorum similium, vel dissimilium privilegiorum

Exemptio ab insinuatione in Camera.

Comprehensio procuratoris in privilegiis.

et literarum apostolicarum summiatori, ac dilectis filiis Cameræ apostolicæ ministris loco secretariorum apostolicorum suppressorum, præsidenti plumbi, aliisque officialibus, ad quos literarum præfatarum desuper conficiendarnm expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, et pertinet sub pœna indignationis Nostræ motu simili, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine pariter atiam mandamus, ut præfatas literas super prædictis omnibus, et singulis, tam coojunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim, at separatim cum omnibus, et quibuseumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis concessis, gratis etiam quoad compositionem in dataria Nostra, et per eamdem viam secretam absque alio mandato expediant, et axpediri faciant; insuper omnia, et singula privilegia, gratias, et concessiooes ejusdem conclavistis, et eorum cuilibet a diversis summis romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris huc usque concessa, motu, sciantia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac de novo liberalissime concedimus: non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem notariorum numero, etiamsi ad illum non sit deventum, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, et fel. rec. Pii PP. IV. de similibus, et dissimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, nec non Pictavien. concilii, ac Nostris, et cancellariæ præfatæ regulis, etiam in crastinum dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem editis, et in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, etiam s. Joaonis Hierosolymitani, ac etiam urbis Romæ, ac aliarum civitatum, oppidorum, et terrarum cameræ prædictæ, et quarumvis universitatum etiam juramento etc. roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, et novis reformationibus etiam legibus, tam pontificiis, quam imperialibus, regiis at ducalibus, et sacris canonibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis illis, eorumque superioribus, et personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam vi contractus, et statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus &c.; etiamsi de illis ec., eorumque tenores ec., illi aliasec. per mansuris, hac vice dumtaxat spacialiter, et expressa motu pari derogamus, cætarisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Clausula sublata, et decretum irritans

Expeditio gratiosa, et per viam secretam

Derogationes.

Fiat motu proprio L.

Absolutio a censuris, et derogatio omnium in contrarium facientium.

§. 2. Et cum absolutione a censuris ad effectum ec. Et quod instantiæ etiam beneficiales conclavistarum, et ab eis subrogatæ hujusmodi, et dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, derogatione, et quarumcumque aliarum constitutionum apostolicarum, et conciliorum etiam generalium, et statutorum, et stabilimentorum, usuum naturarum constitutionum synodalium, statutorum, et privilegiorum populi romani, et Cluniacen., Cistercien. sancti Benedicti, sancti Augustini, et aliorum ordinum, et militiarum etiam sancti Joannis Hierosolymitani, et ecclesiis, et monasteriis civitatibus, et locis, et personis, et dominiis temporalibus, sub quibuscumque verborum formis, et cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et decretis etiam consistorialibus, etiam contra alienigenas, et alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores ec. latissime ac de verbo ad verbum, prout ipsis conclavistis magis placuerit, exprimi possit; etiam cum suspensione quarumcumque gratiarum, indultorum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia ecclesiastica, etiam reservata ad eorum collationem ec. pertinentia, et in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendendis, ita ut omnia tollantur; et quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra illud regula quacumque contraria non obstante; et quod



præmissorum omnium et singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, et derogationum major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in literis, si videbitur, in quibus singulorum conclavistarum nomina, et cognomina, qualitates, ordines, gradus, diœcesis, patria, et cætera requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint, inter eos sacrista, et magistri coeremoniarum cappellæ Nostræ, nec non secretarius collegii eorumdem Cardinalium, et cæteri alii in notula per ipsos magistros coeremoniarum facta, et descripta notati, et descripti, si alias ad pensiones, et beneficia hujusmodi habiles, et capaces fuerint comprehendantur, et adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur, expediens; volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum, seu præsentis motus proprii Nostri transumptis impressis, et sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et etiam descriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, seu præsenti motui proprio Nostro originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret.

FIAT L.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem duodecimo kalendas Julii anno primo.

IV.

Dat. die 21 Junii 1769. Anno I.

Decretum editum a definitorio generali minoris ordinis sancti Francisci de observantia super privilegiis fruendis a missionariis degentibus in partibus Indiarum confirmatur.

Clemens Papa XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Ampuero, frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, ac præfectus, et commissarius missionum in regno Peruano, quod cum ipse alias a dilecto filio moderno ministro generali, et definitorio generali dicti ordinis petiisset, ut sario perpensis laboribus fratrum professorum ordinis hujusmodi, qui munus missionariorum in Indiis exercent, quique tam propter longum iter terra, marique peragendum, tam ob parcitatem, ac etiam deficientiam victus in locis præcipue desertis, ac demum propter laboriosum ejusdem itineris genus, non sine gravi eorum incommodo illuc vitam ducunt, ipsi titulo prædicatorum generalium de jure nuncupatorum suarum respective provinciarum ordinis ejusmodi decorandi essent, ne alias post tot incommoda, et labores, sine ullo penitus honoris gradu ad proprios conventus redire cogantur.

§. 2. Idem minister, seu definitorium generale hujusmodi die ix. julii MDCCLXVIII. decretum edidit, cujus tenor est, qui sequitur; videlicet » In hoc conventu sancti Francisci Matriti die ix. Julii MDCCLXVIII. Rmus P. N. minister generalis frater Pasqualis de Varisio benigne annuens petitioni patrum missionariorum degentium in partibus Indiarium, et desederans promoveri magis, et magis hujusmodi sanctum ministerium, concedit privilegia prædicatorum generalium cum suis emolumentis, et gratiis, omnibus illis prædicatoribus, qui per quatuordecim annos inservierint laudabiliter collegiis missionum, dummodo per sex annos perfecerint missiones uno quoque anno, sive inter fideles, sive inter infideles; quod debeat constare per literas testimoniales patris guardiani, et discretorum collegii, cui inservierint. Quibus literis præsentatis provinciæ respectivæ, præcipit reverendissimus, ut serventur ista, uti conformia legibus, et summorum Pontificum concessionibus. Id ipsum conceditur missionariis, qui degunt in conventibus. » Ita est, frater Joannes Baptista Galbis, secretarius generalis ordinis ». — Tenor decreti

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joseph decretum hujusmodi quo firmius subsistat, ac servetur exactius, apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Joseph specialibus favoribus, et gratiis, prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decre- — Supplicatio porrecta pro obtinenda confirmatione decreti, quæ conceditur

tum præinsertum authoritate apostolice tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis epostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Præcipitur ipsius decreti observantia

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ec illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnie plenissime suffrageri, et eb eis respective inviolabiliter observeri: sicque in præmissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos, etiam causarum paletii epostolici auditores, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his e quoquem quavis euctoritete scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, ordinis prædicti, etiam juremento, confirmatione apostolice, vel quavis firmitate elias roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et litaris epostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ed verbum insertis habentes, illis elias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxet specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxi. Junii MDCCLXIX. Pontificatus Nostri anno primo.



V.

Dat. die 30. Junii 1769. Anno I.

Privilegie, et indulgentiæ concessæ sodalitio, et Confratribus regiæ societatis Alborum de Spiritu Sancto civitatis Neepolitanæ.

Dilectis filiis, ec dilectis in Christo filiabus confratribus, et consororibus regiæ societatis Alborum de Spiritu Sancto nuncupatorum sub invocatione sanctæ Mariæ Reginæ Sanctorum omnium civitatis Neepolitanæ.

Clemens PP. XIV.

Dilecti filii, ec dilectæ in Christo filiæ salutem, et Apostolicam benedictionem.

Laudatur erectio sodalitii.

§. 1. Nihil Nobis gratius ac jucundius obvenire existimamus, quam cum accipimus pias utriusque sexus christifidelium sodalitates ubique terrarum erectas iis pietatis, caritatisque operibus, et exercitationibus sedulam operam dare, quibus ot ad propriam cujusque sodalis æternam salutem consequendam, atque aliis christifidelibus procurandam excitantur. Quoniam autem, sicut nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii eques Scipio Cigala, Joseph Persico, et Andreas Sabattini moderni sodalitatis vestræ superiores, sive gubernatores, sive officiales, ipsa vestra sodalitas summopere exoptat ut nos quoque non solum nostrum nomen eidem sodalitati adscribi petiamur, verum etiam ceelestium munerum thesauros viris confratribus dumtaxat per fel. rec. prædecessores nostros Gregorium PP. XIII. et Clementem VIII. eliosque romanos Pontifices elias elargitos, ed dilectas in Christo filias ejusdem sodalitatis consorores extendere dignaremur.

Suum nomen sodalitio adjungit

§. 2. Nos itaque, quibus supremum sacrosancti apostolatus munus per ineffabilem divinæ bonitatis ebundantiam impositum, et totius Catholicæ Ecclesiæ cura demandate est, maximopere gendontes piis vestrerum apud omnipotentem Deum, atque beatissimam virginem Mariam immaculatam obsecrationum suffragiis participes fieri, vestrisque optatis obsecundare, libenter annuimus Nostrum nomen eidem sodalitati vestræ dare, atque inter confratres numerari. Fore enim in Domino confidimus, ut suffragantibus meritis precibusque vestris ea qua maiori potest sollicitudine, cura, et vigilantia ministerium

nostrum apostolicum adimplere valeamus.

Et indulgentias nonnullas impertitur, etiam ex peculiari privilegio ab eis lucrandas, qui justis de causis exercitiis confraternitatis interesse nequiverint

§. 3. Præterea pari apostolica benignitate et auctoritate, quibuscumque in contrarium non obstantibus, omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, pœnarumque relaxationes, quas viris confratribus vestræ sodalitatis dumtaxat laudati prædecessores Nostri concesserunt; ad dilectas pariter in Christo filias consorores extendimus, hac tamen conditione, ut cum quælibet ex consororibus ea opera præstare, iisque exercitationibus interesse non poterit, et quibus confratres intersunt, et quæ præstare solent, recitans rosarium quinque decadum sanctissimæ virginis Mariæ, et illud pro maiori divini honoris cultu, sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, christianorum principum concordia, et sodalitatis vestræ in christianis virtutibus incremento applicans easdem, quas confratres lucrantur indulgentias, peccatorum remissiones, pœnarumque relaxationes lucrari, et consequi possit. Interim ad cælestis præsidii auspicium, et studiosæ Nostræ erga vos voluntatis pignus adjungimus apostolicam benedictionem, quam vobis peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxx Junii MDCCLXIX. Pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 12. Julii 1769. Anno I.

VI.

Concessio facta societatis Jesu, ut suos religiosos mittere valeat ad catholicam fidem prædicandam in partibus infidelium.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum porrectarum.

§. 1. Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impertimur, quos pro sua in Deum, et proximos charitate, et christianæ religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus; quo in genere cum societatis Jesu religiosos habeamus, eosque in primis, quos dilectus filius Laurentius Ricci ejusdem societatis Jesu præpositus generalis ob hanc causam hoc ipso, et consequentibus annis in diversas provincias christianæ reipublicæ mittere constituit.

Facultas expostulata conceditur, exceptis tamen locis in quibus adsunt missionarii de Propaganda Fide

§. 2. Nos sane eorumdem religiosorum pietatem, et operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt, religionem, ac devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, ejusdem Laurentii præpositi generalis precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus promovere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus, et singulis dictæ societatis religiosis mittendis (ubi tamen non erunt missionarii congregationis de Propaganda Fide), et aliis utriusque sexus christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per præsentes impertimur; nec non iisdem vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui pro sanctæ romanæ Ecclesiæ exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino auctoritate apostolica tenore præsentium pro una vice dumtaxat pro unaquaque missione concedimus, et elargimur.

Hortantur episcopi, aliique ecclesiarum rectores, ut literas publicare faciant, et auxilium religiosis præstent

§. 3. Hortantes venerabiles fratres patriarchas, primates, archiepiscopos, et alios ecclesiarum prælatos, ac rectores, ac verbi Dei prædicatores, ut in suis quisque ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes literas, ac omnia in eis contenta publicent, ac publicari faciant, et omnem iisdem religiosis favorem, et auxilium in præmissis præstent. Volumus autem quod præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici, seu dictæ societatis secretarii subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, seu præpositi generalis ejusdem societatis obsignatis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die XII. julii MDCCLXIX. Pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 20. Julii 1769. Anno I.

VII.

Privilegia, exemptiones, et indulta concessa dapiferis in conclavi inservientibus.

Clemens Papa XIV.

Urbis

Motu proprio etc. Nos volentes dilectos filios Nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, ac venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium dapiferos, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis et privilegiis pro cujusque meritis exornare, ac eosdem dapiferos, et eorum singulos motu proprio non ad ipsorum dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de mera liberalitate, certaque scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, et non fictos familiares, continuos commensales Nostros, et eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi

Receptio in familiares.

desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint in Nostros, et apostolicæ Sedis notarios, sine

In notarios.

tamen præjudicio dilectorum filiorum notariorum de numero participantium tenore præsentium recipimus, et tam illos, quam alios dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint sacri palatii, et aulæ Lateranensis

Creatio in comites, milites, et nobiles.

comites, et milites, ac tam illos quam alios omnes quoscumque dapiferos indistincte, qui nobiles non sunt nobiles, quique urbis, vel cujusvis alterius ex civitatibus temporali dominio dictæ romanæ ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis, cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti pe-

Electio civilitatis.

tierit, veros cives, ad instar, et nulla prorsus differentia, inter eos, et singulos alios veros, originarios, et antiquissimos, et nobiles participantes, cives ipsius urbis, vel civitatis; ita ut ipsum

Etiam pro hæredibus.

jus civilitatis ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat creamus, constituimus, et deputamus, ac nobilitatis, et civilitatis titulo, et honore, et insigniis decoramus; aliorumque familiarium continuorum commensalium, Nobis actu in palatio Nostro apostolico servientium, et in illius tinello comedentium, et bibentium, ac Nostrorum, et Sedi apostolicæ notariorum, palatiique, et aulæ præfatæ comitum, militum, et nobilium, et civium hujusmodi originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, indubitatis, et non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac notariis Nostris, comitibusque, militibus, nobilibusque, ac civibus deinceps haberi, et reputari volumus, et mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, et literis tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares, continuos commensales Nostros et comites, milites, nobiles, ac cives, et originarios nominari; nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps, et in perpetuum omnibus, et quibuscumque prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, et declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii Nostri familiares tempore dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, et rocchettum notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, et aulæ prædictæ comites, et milites, ac nobiles etiam originarii, et antiquissimi cives ejusdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quicumque ex utroque parente vere nobili, et cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias etiam per quascumque literas, seu constitutiones apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, et extra, sine tamen eorumdem notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant realiter, et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in ur-

be, et civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vero nobili genere ex utroque parente originario, et antiquissimo cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem dapiferis in specie emanasseut, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent vigore præsentium indulgemus; ac singulos dapiferos præfatos a solutione, et exactione decimarum ecclesiasticarum, ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione, etiam ad instantiam imperatoris, regum, et rerumpublicarum etiam venetorum, et quorumcumque aliorum principum impositarum, et pro tempore imponendarum liberamus, et eximimus, liberosque et exemptos fore, et esse decernimus; nec non ipsis dapiferis, eorumque singulis, quoscumque fructus, et proventus ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos, propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris ligati, missas, et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, ut illa, et eisdem præmissis non obstantibus ad omnes, etiam, sacros, et præsbyteratus ordines, alias tamen, rite promoveri, et in illis etiam susceptis alias rite per eos ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare, etiam libere, et licite valeant dispensamus; ac eosdem dapiferos, si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex nobilissimis parentibus, et vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati alias existant, legitimamus, omnemque ab illis geniture hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis, et aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen phæudalibus, et emphyteuticis, aut ecclesiasticis, vel ab ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione succedere, et illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura legitima, et successiones ex testamento, vel ab intestato bæreditates, legata, libertates restituendo, et reintegrando realiter, et cum effectu, necnon ad dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstet, si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines si ad illos nondum promoti sunt promoveri, ac postmodum charactere, et ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in altaris ministerio ministrare, et quæcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, et metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, seu si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, ac canonicatus, et præbendæ, non tamen in cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem cathedralibus post pontificalem, majores, nec principales in collegiatis ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in illis recipere, et dummodo plura simul non sint, quamque a concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere libere, et licite valeant similiter dispensamus; quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, ac præsentes, et quævis aliæ literæ apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Cameræ apostolicæ, quam in favorem literarum apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, prout Nostris familiaribus, et continuis commensalibus, etiam gratis dantur, concedantur, etiam dari, et concedi debeant præcipimus, et mandamus; ac dapiferis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel canonici me-

Marginal notes: Exemptio ab habitatione in civitate. — A gabellis, et decimis, aliisque oneribus. — Remissio fructuum male perceptorum. — Legitimatio spurii. — Habilitatio ad successiones, honores, ordines, et beneficia. — Expeditio literarum apostolicarum gratis.

tropolitanarum, aut aliarum ecclesiarum, aut personæ quæcumque ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in romana curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, et dignitatum, et canonicatuum, et præbendarum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum non tamen per S. R. E. Cardinales obtentorum, et in postorum obtinendorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, et proventus, aliaque emolumenta, et distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiamsi alias semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones hujusmodi usque ad summam præfatam uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eosdem dapiferos, et eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus alias tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma, quibus eisdem dapiferis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos, reservare, constituere, et assignare valeant, ipsique translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a prædecessoribus Nostris, alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulativa eos gaudere, at potiri volumus; decernentes ipsas translationes, et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum

Facultas transferendi Pensiones usque ad summam 100 ducatorum.

Cumulative similium gratiarum.

seu fructuum, redditnum, et proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus redditibus, et proventibus reservatæ foerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, et eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc, et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum, et tonsuram clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum defarant, incedere minime dabeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad præfatam summam ducentorum ducatorum ascendentes, et reservatas, ut præfertur, etiamsi matrimonium contraxerint, cum unica tantum, et virgine recipere, et retinere; postremo quod bona quæcumque ad dictos dapiferos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam canonicatuum, et præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in urbe, ejusque districtu, et ubicumque existentia spoliis minime subjaceant. sed ipsi dapiferi etiamsi religioni alicujus militiæ etiam s. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiamsi curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit testari, et alias disponere, eisque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus; præcipientes, et mandantes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus S. R. E. camerario, thesaurario, præsidantibus clericis Cameræ Nostræ apostolicæ, ac quibuscumque aliis spoliorum hujusmodi collectoribus, ac militiarum præfatarum officialibus, aut procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum dapiferorum desuper molastare

Facultas concessa etiam equitibus cujuscumque militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 200

Absque necessitate deferendi habitum, et tonsuram clericalem.

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi

audeant, seu præsumant; ac etiam decernentes doaatiooes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos dapiferos de eorum bonis hujusmodi servatis de jure servaudis, faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore; nec eosdem dapiferos, eorumque aliquem ad literas super præsentibus eooficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum, teneri, nec illas, etiam si infra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint, propterea mions validas censeri, seu auos plenarios effectus sortiri debere, easdemque præsentes, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, coostitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a Nobis, et dicta Sede pro tempore, et de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam io divioi cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehendi, seu quoties illæ emanabuot toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse, et censeri; sicque per quoscumque judices, etiam commissarios, quavis auctoritate fungentea in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritato ubique judicari, et defioiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scieoter, vel ignoranter cootigerit attentari, et iosuper dilectis filiis rescribendario, et computatori collegii scriptorum literarum apostolicarum, aliisque, ad quos earumdem literarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna iodigoationis Nostræ motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus maodamus, ut easdem præsentes, et forsan alias literas super præmissis omnibus, tam coojuoctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogatiooibus, decretis, et clausulis in eis cootentis, gratis de mandato Nostro, ubique in omnibus officiis, etiam abbreviatorum, sollicitatorum, secretariorum plumbi, et regestri, absque alia pecuoiarum exactione, etiam per viam compositionis facienda omoi contradictione, et dilatione cessantibus signent, expediant, et expediri faciaot; non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo notariorum numero, etiamsi ad illum non sit deventum, quibus alias per præsentes non intendimus derogare, ac regula Nostra de præstando consensu in pensionibus, ac fel. rec. Pii PP. IV. prædecessoris Nostri de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera apostolica, infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac Pii PP. V. etiam prædecessoris Nostri contra illegitimos, ac Pictavien. concilii, et aliis apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, monasteriorum, ecclesiarum, ordinum, etiam s. Joannis Hierosolymitani, ac etiam urbis Romæ, et aliarum civitatum, oppidorum, et terrarum, aut Cameræ præfatæ, ac quarumvis universitatum etiam jurameoto, confirmatiooe, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, usibus, et naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam pootificiis, quam imperialibus, regiis, et ducalibus, etiam sacris canonibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, superioribus, ac persoois, et locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritaotibus, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, inter alia disponeotibus, quod beneficia urbis, nonoisi personis certis modo, et forma qualificatis, et oriundis exceptis locis, ac trium ordioum militarium expresse professis eooferri, et commendari soleant, quibus omnibus etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, oon autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti foreot, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias io suo robore permaosuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Exemptio ob insinuatione in Camera.

Clausula sublata, et decretum irritans

Derogationes.

Fiat motu proprio L.

Absolutio a censuris, et derogatio omnium in contrarium facientium.

§. 2. Et eum absolutione a censuris ad effectum etc. et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, et opportunis derogationibus, quatenus opus sit, et quod indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri posset in literis, in quibus singulorum dapiferorum nomina, et cognomina, ordines, qualitates, gradus, diæceses, patria, et alia requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire, et expedien. etc. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis etiam impressis, et sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et subscriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ; volumus præterea, quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra illud regula quacumque contraria non obstante.

FIAT L.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem quinto idus Julii anno primo.

Dat. die 29. Julii 1769. Anno I.

VIII.

Deputatio alterius pœnitentiarii Hispanici in ecclesia sanctæ domus Lauretanæ pœnitentiariorum declaratur reservata beneplacito Sedis apostolicæ.

Dilecto filio Paschali Falcon ordinis minorum sancti Francisci de observantia Excalceatorum nuncupat. professori.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Quum sit frequentia christifidelium confluentium ad ecclesiam sacræ domus Lauretanæ memoratæ, et necessitas exponatur inveniendi in ea pœnitentiarios, qui sacras confessiones audiant.

§. 1. Christifidelium frequentia, qua ipsi devotionis causa ad ecclesiam sacræ Domus Lauretanæ undique confluunt, postulat, ac promeretur, ut in iis, quæ ad eorum animarum salutem pertinent, uberiores in dies apostolicæ benignitatis, auctoritatisque partes interponere non omittamus, prout in Domino conspicimus expedire. Dudum siquidem in eadem ecclesia pœnitentiariorum numerus ex viris variis linguis loquentibus, et ad audiendas confessiones christifidelium omnium illuc venientium deputatis auctoritate apostolica constitutus, præscriptusque fuit.

Unum pœnitentiarium non sufficere declaratur, qui Hispanicam linguam callet.

§. 2. Inter vero pœnitentiarios hujusmodi, sicut nuper accepimus, unus qui Hispanicam linguam callet tantummodo existit: ut igitur omnes ii, qui ex longinquis Hispanicis regnis difficile, ac diuturnum iter ad ecclesiam prædictam arripiunt, sua peccata confiteri, et absolutionis gratiam ab eorum reatibus, et excessibus assequi valeant, alium quoque virum doctrina, ac probitate præstantem in Hispanico regno progenitum, et propterea Hispanicam linguam callentem in pœnitentiarium hujusmodi ecclesiæ constituere quoque decrevimus, atque statuimus.

Alter propterea eligitur, qui sit amovibilis ad nutum s. Sedis

§. 3. Quocirca ad te, qui frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia Excalceatorum nuncupatorum existis, et de cujus doctrina, probitate, religionis zelo plurimam in Domino fiduciam habemus, aciem Nostræ mentis direximus, ac te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in unum ex pœnitentiariis ecclesiæ prædictæ ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum eligimus, constituimus, et deputamus; tibique jus, et facultatem, servatis æteroquin de jure servandis, absolvendi quoscumque christifideles vere pœnitentes, at confessos ab omnibus eorum reatibus, excessibus, ac ecclesiasticis pœnis, cæteris ejusdem ecclesiæ pœnitentiariis alias a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris per suas sive sub plumbo, aut in simili forma brevis expeditas literas, sive per edicta, aut rescripta officii Pœnitentiariæ apostolicæ, aut alias quomodolibet quandocumque, et qualitercumque concessa, tributa, et elargita, cum omnibus

reliquorum poenitentiariorum ecclesiæ hujusmodi privilegiis, prærogativis, gratiis, et indultis, nec non cum facultate retinendi virgam, pari modo, et absque ulla prorsus differentia, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus, tribuimus, et impertimur.

Præcipitur, ut electus ab omnibus pro vero pænitentiario habeatur, cum singulis privilegiis, quibus alii fruuntur.

§. 4. Mandantes propterea omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, ut te præsentis gratiæ commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere sinant, ac faciant, nec te desuper a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter molestari, perturbari, aut inquietari permittant, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis omnibus derogatur.

§. 5. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quorumcumque ordinum, congregationum, institutorum et societatum etiam Jesu, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenore præsentium pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XXIX. julii MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.



IX.

Dat. die 19. Augusti 1769. Anno I.

Commissio Nuncio apostolico Helvetiarum super approbatione, et confirmatione concordiæ ab apiscopo, et capitulo ecclesiæ Basilien. initæ quoad jurisdictionem in territoriis trium pagorum ad ecclesiam Basiliensem spectantium.

Venerabili fratri Aloisio archiepiscopo Cæsarien. Nostro, et apostolicæ Sedis in dominio Helvetiorum, at Rethorum Nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium

§. 1. Ratio pastoralis officii, quod auctore Domino gerimus, exigit, ac postulat, ut ad ea sollicitis etiam studiis intendamus, per quæ tranquillitati, ac quieti christifidelium ubique existentium, ut ferventius ipsi Deo inservire valeant, opportune consulitur, atque idcirco quæ ad eorum pacem, tranquillitatemque firmandam provide constituta fuisse noscuntur, apostolici muniminis Nostri præsidio libenter constabilimus, prout omnibus mature perpensis, in Domino conspicimus expedire.

Expositio precum

§. 2. Sane pro parte tua Nobis nuper expositum fuit, quod cum jamdudum in tribus pagis Schliengen, Mauchen, et Steinenstatt nuncupatis pro tempore existentes apiscopi Basileensis jurisdictionem intra pagos ipsos utpote ad Basileensem Ecclesiam spectantes exercuerint, extra vero hujusmodi pagorum mænia, seu domos, et in eorum territoriis alii jurisdictionem sibi competere asseruissent, ex hoc tam proximo, ac fere promiscuo jurisdictionis exercitio antiquæ dudum, ac frequentissimæ ortæ fuerant, et in dies oriebantur lites, ac controversiæ in maximum pacis, ac quietis incolarum ejusmodi pagorum damnum, et præjudicium. Quo circa venerabilis frater Simon Nicolaus modernus episcopus Basilcen eo quo pollet studio publicæ tranquillitatis, ac quietis christifidelium suæ curæ creditorum omnium litium, et controversiarum hujusmodi causas penitus amovere, ac adimere, remque totam ope concordiæ, ac transactionis componere curavit.

Status initæ concordiæ exponitur

§. 3. Post diuturnem igitur jurium hujusmodi disquisitionem ab iis, qui ex utraque parte deputati fuerant serio habitam, die tandem x. junii currentis anni MDCCLXIX. res ad optatum exitum perducta, atque concordia, et transactio in oppido civitate nuncupat. Carloruhe Basileen, seu alterius diæcesis inita fuit. In hac autem concordie, seu transactione præ cæteris omnia jura in territoriis trium pagorum prædictorum in eumdem Simonem Nicolaum episcopum, illiusque in episcopatu prædicto successores translata amplissime fuerunt, declarando insuper, quod mancipia habentia fixas sedes in locis ad ipsum episcopum pertinentibus ed eum spectare deberent; e contra vero præfatus episcopus transitum pro militaribus, et aliis quibuscumque copiis per territorium, ac pagum ipsum Schliengen prædictum, una cum jure inquirendi, fodiendi, et lavandi ferra mineralia, sub certis conditionibus et pactis concessit, et nonnullorum domorum, fundorum, hortorum, sylvarum, decimarum, censuum, et redditum in concordia præfata designatorum una cum eorum juribus, et oneribus suo, ejusque in episcopatu successorum nomine cessionem peregit, certamque speltæ, ac lignorum quantitatem præstare eodem nomine promisit, aliis etiam additis pactis, et conventionibus, prout in dicta concordia, seu transactione, cujus tenorem præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, inscrtis haberi volumus, uberius continetur.

Concordia apostolica auctoritate roboratur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dilecti filii capitulum, et canonici præfatæ ecclesiæ Basileen hujusmodi concordiam, et transactionem collaudaverint, eique suum assensum unanimi voto præbuerint, et tam idem Simon Nicolaus episcopus, quam prædicti capitulum, et canonici concordiam, seu transactionem hanc per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nos ejusdem Simonis Nicolai episcopi zelum, prudentiam, ac in procuranda sibi commissi gregis tranquillitate, at in juribus suæ ecclesiæ vindicandis, promovendisque singularem fidem, ec diligentiam plurimum in Domino commendantes, ipsius, et dictorum capituli, et canonicorum votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quoris modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, serio prius ejusdem transactionis, seu concordiæ tenore perpenso, consideratisque omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus ut concordiam, seu transactionem hujusmodi die x. junii currentis anni, ut præfertur, initam, una cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium approbes, et confirmes, omnesque, ac singulos juris, et facti, ac solemnitatum etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, auctoritate, et tenore prædictis sanes, ac suppleas. Volumus autem, quod in decreto hujusmodi approbationis, confirmationis, et sanationis vigore præsentium per te, ut præfertur, edendo ejusdem transactionis tenorem inseras, et apponas.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ Nuncios judicari, et definire dabere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis aucteritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 6. Non obstantibus felicis recordationis Pauli PP. II. prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ Ecclesiæ, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiem derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et

innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenore præsentium pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona augusti millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 5 Septem. 1769. Anno I.

X.

Potestas conferendi canonicatos archiepiscopo Moguntino conceditur certis sub conditionibus, et reservationibus.

Venerabili fratri Emerico Josepho archiepiscopo Moguntino S. R. I. principi electori.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Quomodo gratiæ a Pontifice sint concedendæ, absque aliorum detrimento declaratur

§. 1. Etsi valde ad gratificandum omnibus propensi simus, tamen maxime cavemus, ne exinde incommodum aliis aliquod, ac iusta de Nobis querendi causa possit existere. Idcirco nunc has ad te, venerabilis frater, literas mittimus, ut, cum tibi nuper in Wormatiensi tuæ fidei commisso episcopatu, ac diœcesi potestatem concessissemus conferendi omnes canonicatus, ceteraque beneficia ibidem vacatura, quorum nostra esset collatio, intelligere possis intra quos limites eadem potestas a Nobis ad te transmissa contineri debeat, ne fortasse plus tecum, quam par æquumque sit, cum alterius damno fuisse videamur,

Quid de hac collatione canonicatuum senserint Benedictus XIV. et Clem. XIII. exponitur

§. 2. Sacræ enim mem. Benedictos XIV. prædecessor Noster suæ æquitatis, ac sapientiæ esse indicavit, sibi sanctæque huic Sedi hanc legem imponere, ut in collatione canonicatuum, cæterorumque beneficiorum, quæ in civitate, ac diœcesi Wormatiensi sunt, Palatini subditi habiles, atque idonei extraneis, ac non subditis præferrentur. Idipsum postea sa: mem: Clemens XIII itidem prædecessor Noster confirmavit, et cum archiepiscopo Trevirensi S. R. I. principi electori, ad quem Wormatiensis episcopatus administratio delata tum fuit, indulsisset, ut ab ipso canonicatus et beneficia in ea civitate, ac diœcesi pontificiis mensibus vacatura conferri possent, certiorem per peculiares literas fieri eorumdem archiepiscopum voluit quis illorum collationis usus esse deberet, ne scilicet subditos palatinos idoneos præ extraneis, ac non subditis præteriri contingeret.

Et novam concessionem accipiendam esse ad trasmites veterum rescriptorum declaratur

§. 3. Nunc cum Nos Wormatiensi episcopatu auctam fraternitatem tuam eodem etiam indulto, quo antea Trevirensis gavisus est, frui nostra benignitate voluerimus, peculiaribus hisce literis notum facimus tibi, Nos ab ea lege nequaquam recessisse, sed cum ejusmodi onere, quo hæc sancta Sedes teneri voluit, illam collationum in te facultatem transmisisse, nimirum ut quotiescumque canonicatuum, aliorumque beneficiorum in Wormatiensi civitate, ac diœcesi pontificiis mensibus vacatio contigerit, eorumdem per te nostri vice conferendorum illam legem retineas, qua Nosmetipsi uteremur, subditorum palatinorum, qui habiles sint, præ exteris et non subditis, ut jam diximus, omnino rationem habituri. Quod Nos quidem dum ad te perscribimus, ea forma, tenore, ac valore intelligimus, quo Clemens XIII. prædecessor Noster, cum ad superius memoratum Trevirensem de hac re prescriberet, intellexit.

Ne beneficiorum conferendorum norma perturbetur ab concessione minime esse recedendum præcipitur.

§. 4. Hæc sunt, quæ te, venerabilis frater, ex Nobis scire necesse esse duximus, ne jam suscepta in ista Wormatiensi civitate ac dioecesi conferendorum beneficiorum norma perturbaretur; minime enim dubitamus, quin libentissime laturus sis concessam tibi a Nobis gratiam ejusdem æquitatis finibus contineri. Demum persuasum esse tibi magnopere cupimus uberiores etiam Nostræ in te benevolentiæ fructus tibi semper pro opportunitate præsto futuros, ac in hujus pontificiæ voluntatis pignus apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, etc. die nona septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus nostri anno primo.



XI.

Dat. die 9 Sept. 1769. Anno I.

De reditu principis Wilhelmi palatini ad Catholicam ecclesiam Pontifex lætatur.

Dilecto filio nobili viro Carolo Theodoro duci Sultzbacensi comiti Palatino Rheni S. R. I. principi electori.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili nobilis vir salutem, et apostolicam benedictionem.

Quæ fuerit animi lætitia ob acceptum nuncium de reditu ad catholicam Ecclesiam exponitur.

§. 1. Ex quo ad summi pontificatus dignitatem evecti fuimus, nullus Nobis lætior neque jucundior illuxit dies, quam quo nuper optatissimus nuncius de dilecti filii nobilis viri Wilhelmi principis palatini ad catholicam ecclesiam reditu, et ab ipsius principis literis, et a dilecto filio marchione Anticio nobilitatis tuæ ministro plenipotentiario ad Nos fuit delatus. Lætitiæ e Nobis ea causa susceptæ magnitudinem neque inclusam tacito animi sensu continere possumus, neque habemus quicum convenientius ac libentius, quam cum nobilitate tua communicemus. Te enim præcipuum egregii consilii auctorem, et suasorem principi extitisse, te adjutorem, ducem, ac comitem divini perficiendi operis fuisse præclare novimus. Quapropter gaudii nostri per sapientiam tuam, summumque in catholicam fidem studium percepti vim, ac copiam tecum præsertim dividimus, tibi mirum in modum gratulamur, ac de tam singulari tuo in Nos, et ecclesiam universam merito gratias quas maximas possumus et reddimus, et habemus.

Quantus inde honor, et grata ipsi principi obvenerit explicatur.

§. 2. Existimare sane debes, nihil ea re ad veram, ac solidam gloriam comparandam majus a te fieri potuisse, nihil ad decus inclitæ palatinæ domus illustrius, nihil denique, quo de catholica religione melius mereri posses. Ac magna Nobis spes inest Deum optimum maximum cum tua opera hoc beneficio suam ecclesiam ornaverit, divinæ gratiæ ubertatem alio simili munere per te etiam amplificaturum, nosque de cumulatiore industriæ tuæ fructu in hujus principis palatini fratre pariter ad ecclesiæ veritatem reducendo gavisuros. Hos tibi eximios successus ex animo cupimus, iisque nostri pontificatus tempora illustrari vehementer optamus, atque a misericordiarum patre flagitamus. Qua de re quidem te prolixius cohortari supervacaneum ducimus, cum eo studio mirifice te esse incensum compertissimum habeamus.

Quanta propterea eum prosequatur charitate Pontifex commemorat.

§. 3. Post hæc singularia tua in Nos ecclesiamque merita facile perspicis quo animo in te simus, quantaque te caritatis magnitudine prosequamur, cujus vim declarare magis non possumus, quam apostolica benedictione, quam tibi, dilecte fili, nobilis vir, peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die nona septembris millesimo septingentesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XII.

Dat. die 11. Sept. 1769. Anno I.

Jubilæum pro universis, et singulis christifidelibus in alma urbe degentibus ad implorandum divinum auxilium initio pontificatus pro salutari sanctæ Ecclesiæ catholicæ regimine.

Clemens Papa XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Proœmium

§. 1. Inscrutabili divinæ sapientiæ, atque bonitatis consilio ad supremum apostolatus fastigium nullo meritorum suffragio evecti, dum divina agnoscimus dona, simul et formidamus judicia: quoties enim mentis nostræ oculis creditum munus serio contuemur, toties oneris gravitas Nos terret, ac virium nostrarum infirmitatis conscientia conturbat, et crebra ex imo corde suspiria, ac uberes ex oculis lacrymas fundentes toti contremiscimus; itaut, nisi ejus auxilium, qui nostris humeris tantum pondus imposuit, Nobis adfuturum confideremus, animo plane concideremus. Cleri igitur nostri, populique romani in hac alma urbe Nostra commorantis opem primum imploramus (cæteros christiani orbis fideles literis Nostris ad hoc ipsum opportuno tempore excitaturi) ut concordibus votis, ac publicis ferventioribus precationibus, supplicationibus, jejuniis, et eleemosynis, aliisque pietatis operibus divinam invocemus misericordiam, qua clementissimus Dominus confirmet, quod operatus est in Nobis, repleatque Nos agnitione voluntatis suæ, effundens super

Nos spiritum sapientiæ, et intellectus, spiritum scientiæ, et pietatis, spiritum consilii, et fortitudinis, ut inter tot rerum difficultates agnoscamus, quæ agenda sunt, oculisque semper in Deum intentis, quæ recta sunt, salubriter perficiamus. Rogemus magnum patremfamilias, ut vineam suam electam custodiat, quam plantavit, suumque populum per viam mandatorum ejus ambulantem gratiæ suæ donis in hac peregrinatione confoveat, et ad propositum æternæ beatitudinis præmium feliciter perducat. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, maiorique fructu peragantur, priscum Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum morem sequuti coelestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei Nostræ commissa est, proximis diebus, quibus catholica Ecclesia sacras quatuor temporum observationes annua recolit devotione, pro felici Nostri pontificatus initio erogare decrevimus.

Quid pro consequendo Jubileo præstandum esset a christifidelibus in urbe degentibus exponitur

§. 2. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, et singulis utriusque sexus christifidelibus in alma urbe nostra prædicta degentibus, qui sollemni processioni, quam dominica decima octava post Pentecosten, die videlicet decima septima currentis mensis septembris ab ecclesia sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad basilicam sanctæ M. Majoris nuncup. de eadem urbe una cum venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, quos in romana curia adesse contigerit, ac christianorum regum, et principum oratoribus apud Nos existentibus, prælatis quoque, et officialibus ejusdem curiæ, universoque clero, et populo, benedicente Domino, agemus, devote interfuerint, vel sancti Joannis in Laterano, Principis apostolorum, et sanctæ Mariæ Majoris præfatæ ecclesias, seu basilicas, vel earum aliquam intra decursum quindecim continuorum dierum, seu duarum hebdomadarum a prædicta dominica decima octava post Pentecosten incipien. saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote ut supra Deum oraverint, ac quarta, et sexta feriis, et sabato alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, et peccata sua confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum dicta dominica decima octava post Pentecosten, aut in dominica immediate subsequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam pro prima; pro secunda vero ex prædictis hebdomadis, vel in ipsa secunda dominica, aut alio die hebdomadæ hujusmodi, vel in ultima dominica supradictorum quindecim dierum reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas ecclesias intra, et extra urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur.

Quid a regularibus utriusque sexus pro eodem effectu.

§. 3. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, etiam in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa confessarius ex jam approbatis ante præsentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possint, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

Facultates confessariis conceduntur absolvendi, etiam a criminibus Ordinariis locorum, et sanctæ Sedi reservatis.

§. 4. Insuper omnibus, et singulis christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam ecclesiasticis secularibus, et regularibus cujusvis ordinis, congregationis, et instituti in urbe prædicta degentibus liceutiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam secularem, quam cujusvis ordinis, et instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumvis gravibus, et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi apostolicæ, et alias per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientiæ, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeat: et insuper vota quæcumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in

supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

Excipiuntur tamen irregularitates, et excommunicationes latæ sententiæ.

§. 5. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliqnam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis, qui a Nobis, et apostolica Sede, vel ab aliquo prælato, seu judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denuntiati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, et eum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, et facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant: necnon regula Nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque ordinum, et congregationum, sive institutorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis iisdem ordinibus, congregationibus, et institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter nominatim, et expresse ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XI. septembris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XIII.

Dat. die 21. Sept. 1769. Anno I.

Improbatur arbitraria unio ecclesiarum parochialium fieri solita in regno Sardiniæ, opportunæque sanctiones eduntur pro recta earumdem ecclesiarum administratione.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium

§. 1. Inter multiplices, gravesque curas apostolici ministerii, ad quod meritis licet imparibus, divina sic disponente clementia, haud ita pridem vocati sumus, nulla Nobis potior esse debat, atque præstantior, quam quæ impenditur in dominicum illud de pascendis ovibus summe fide, ac religione implendum præceptum, in quo uno recta non solum christianæ reipublicæ optime, feliciterque administrandæ ratio, ac veluti summa posita est, atque constituta; verum etiam nostræ erga Deum dilectionis argumentum præcipuum, ac maximum. Ad hoc enim Dominus noster Jesus Christus Petrum apostolorum principem ter verbis illis interrogavit: *diligis me*? eidemque ad trinam sinceri amoris testificationem ter mystica dixit insinuatione: *pasce oves meas*; ut compertum inde esset, exploratumque, quanti suarum ovium curam ille faceret, quantumque Petro esset adlaborandum, ut dominici gregis sedulam, providamque gerendo curem, sui erga Deum amoris testimonium omnium firmissimum præberet, atque clarissimum. Mandatum hoc Petro æque impositum, ac Nobis, qui in illius Sede constituti sumus, illud potissimum exigit, atque suo veluti jure sibi vindicet, ut quæ pascendis Christi ovibus necessaria Nobis visa fuerint, aut opportuna, ea saluberrimo disponamus consilio, curemusque præ omnibus, ut in animarum rectoribus instituendis ea servetur ratio, ac methodus, quæ comparandæ populorum saluti apta magis sit, atque accommodata.

Ratio constitutionis

§. 2. Significatum Nobis est, plerasque parochiales ecclesias istius Sardiniæ insulæ unitas olim fuisse ab apostolica Sede ecclesiis metropolitanis, et episcopalibus, capitulis, dignitatibus, canonicatibus, abbatiis, collegiis, universitatibus, aliisque piis locis, earumque habitualem curam apud prædictos

esse metropolitas, episcopos, capitula, dignitates, canonicos, collegia, actualem vero apud vicarios ab iisdem parochis habitualibus designatos. Relatum quoque est, redditus hujusmodi vicariis pro stipendio constitutos ut plurimum tenues valde esse, et exiguos, eosque sæpe sæpius distribuendos esse in alios etiam presbyteros in subsidium vicariorum assumptos, tum etiam vicarios prædictos esse amovibiles ad nutum parochorum habitualium. Qua ex re illud consequi intelleximus, ut aliquando nullus fere reperiatur satis idoneus sacerdos, qui velit id oneris ultro, libenterque in se suscipere, utque eos, necessitate cogente, eligere aliquando oporteat in vicarios, qui tanto obeundo muneri impares sunt, et sacris officiis minus apti, quærentes magis, quæ sua sunt, quam quæ Jesu Christi, et qui *humanam amittere gratiam formidantes* ut ait sanctus Gregorius Magnus *in Regul. pastoral. part. 2. cap. 4.*, *loqui libere recta pertimescunt, et juxta veritatis vocem, nequaquam jam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt, quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt.*

Exponitur quomodo gravia oriantur incomoda, et animarum detrimentum experiatur ex mala administratione ecclesiarum hujusmodi.

§. 3. Ex hac administrandarum parochiarum ratione quæ, et quanta dimanent incommoda, et animarum detrimenta, experientia duce, ac magistra, nemo est, qui ignoret, ipsa per se satis superque loquitur; quinimmo prædecessores vestri sæpius testati sunt, qui in relationibus status suarum ecclesiarum (quod et ab aliquibus ex vobis præstitum esse accepimus) quas occasione visitationis sacrorum liminum sacræ congregationi Concilii exhibuerunt, hac sunt de re vehementer conquesti. Ea nimirum omnia locum habent, quæ summus Pontifex Joannes XXII. *cap. Execrabilis de præbendis extr.* paucis verbis indicavit: *Dum non sunt sui in unaquaque regione rectores, ecclesiarum detrahitur commodis, et honori, quæ carentes defensorum auxilio in juribus suis, et libertatibus multipliciter collabuntur, et ruinis patent ædificia nobilia.... et (quod amarius est, et dolendum) animarum cura negligitur, et vitiorum sentibus fomentum periculose præbetur.* Tot, tantisque malis providentissime occurrere non prætermiserunt prædecessores Nostri Romani Pontifices variis hac de re editis constitutionibus. Generali vero, constantique lege in concilio Tridentino *sess. 7. cap. 7. de reformat.* saluberrime sancitum fuit, ut *beneficia ecclesiastica curata, quæ cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesiis, vel monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscumque perpetuo unita, et adnexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicite providere procurent, ut per idoneos vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur, ab iis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum, portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceantur.*

Memoratur constitutio Pii V. qui in novis collationibus mandavit observari formam e concilii Tridentini statutam.

§. 4. His inhærens san. mem. prædecessor Noster Pius V. peculiari sua constitutione incipien. *Quantum animarum cura* anno MDLXVIII. pro ecclesiis Sardiniæ insulæ edita, statuit primum, ut parochiales ecclesiæ, ut supra adnexæ, ad primævum statum simplicem, et liberum revocarentur, itaut in earum collatione dehinc ab Ordinariis locorum facienda observari omnino deberet concilii Tridentini forma, quæ de parochialibus conferendis ecclesiis præscripta est. Permisit deinde, ut qui plures parochiales ecclesias sic unitas jam obtinebant, easdem, vita eis comite, retinere possent, ea sub lege, et conditione, ut in earum aliqua ad cujuslibet arbitrium intra sex menses electa, perpetuo residere tenerentur, in reliquis vero vicarii idonei constituerentur ab Ordinariis locorum debito cum stipendio, donec illis cedentibus, vel decedentibus locus fieret electioni singulorum rectorum in qualibet earum: ac demum in ecclesiis parochialibus canonicatibus, dignitatibus, cathedralibus unitis, in quibus nullæ adhuc vicariæ perpetuæ fuerant institutæ, has quamprimum institui mandavit, cum congrua fructuum portione etiam super certa re assignanda, ac per dictos vicarios propria auctoritate percipienda.

Dolet tamen Pianam constitutionem luisse fraudatam

§. 5. Dolendum magnopere est, Pianam hanc constitutionem tot impedimentis, extirpandisque malis, atque pristinum in splendorem restituendo præcipuo ecclesiasticæ disciplinæ capiti maxime accommodatam, suo penitus caruisse effectu. Nostra itaque plurimum interest, novo aliquo, potentique remedio aditum omnem prorsus intercludere gravibus, periculosissimisque malis, quæ ex prædicta parochialium ecclesiarum unione, ac præsertim ex mercenariis vicariis, et ad nutum amovibilibus quotidie magis proficisci intelle-

ximus in maximam animarum perniciem; quæ profecto mala eo pervenerunt, ut singularem charissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris religionem excitaverint, ac insignem pietatem, ut ad hanc sanctam Sedem sua obtulerit officia, seduloque postulaverit, ut ad ea funditus extirpanda, ac radicitus evellenda Nostram apostolicam interponeremus auctoritatem.

Proscribit itaque ipsarum ecclesiarum unionem.

§. 6. Nos itaque, qui in apostolatus apice constituti ad hoc sumus, ut religionis bono, communique animarum utilitati, et saluti consulamus, de potestatis Nobis a Deo attributæ plenitudine statuimus, atque decernimus, ut quævis duarum, vel plurium ecclesiarum parochialium inter se uniones nullæ, ac irritæ habeantur, et sint, ac sine possessorum præjudicio ex nunc pro tunc omnino dissolutæ censeantur. Ex parochialibus item ecclesiis, quarum plures uni, eidemque dignitati, canonicatui, abbatiæ, beneficio, vel officio ex apostolica disposatione, aut alias adnexæ sunt, et applicatæ, una tantummodo pro arbitrio, liberaque voluntate eas obtinentium intra sex menses a die, quo præsentes nostræ literæ datæ sunt, eligenda, loco præbendæ unita perpetuo remaneat eisdem dignitatibus, canonicatibus, abbatiis, beneficiis aut officiis quibuscumque; reliquas vero ex nunc pro tunc, una cum omnibus suis juribus, et pertinentiis, separamus, et ad primævum statum simplicem, et liberum, in quo ante prædictam unionem reperiebantur, sine tamen præjudicio eas obtinentium, restituimus, et revocamus, ita ut iis cedentibus, vel decedentibus, quibus vita comite illas retinere permittimus, Ordinarii locorum, servata omnino forma præscripta a concilio Tridentino *sess. 24. cap. 18. de reform.* a s. Pio V. constitutione *In conferendis* anno MDLXVI., et novissime a Benedicto XIV. *constitut. 68. Cum illud tom. I. Bullar.* ad earum collatione jure ordinario deveniant, si vacatio in mensibus ordinariis contigerit; si vero in mensibus reservatis, actum prælectionis magis idonei ad datariam apostolicam transmittant, literas provisionis assecuturi, uti fieri hactenus consuevit. Quo sane fiet, ut unicuique parochiali ecclesiæ suus cum integris parochiæ redditibus præficiatur rector, cui totius parochiæ cura spiritualis immediate incumbat, quemque parochiæ populus, ut proprium suum sacerdotem, et pastorem agnoscat, et veneretur. Quod si prædicti plures parochiales ecclesias unitas habentes, intra præfinitum sex mensium spatium seligere neglexerint parochiam, quæ loco præbendæ eis esse debet, ad locorum Ordinarios spectare declaramus, eam, quam maluerint, eligere ab eis in posterum, ac perpetuo retinendam. Interim vero in reliquis parochialibus ecclesiis, iis etiam comprehensis, quæ alteri parochiæ, seu rectoriæ sunt adnexæ, quasque possessores, quoad vivunt, retinere poterunt, assignari mandamus vicarios idoneos a suis respective Ordinariis approbandos cum debito stipendio, juxta modum infra præscribendum; qui quidem vicarii e curæ exercitio evocari nequibunt, nisi indicta causa coram locorum Ordinariis, quorum erit in eam inquirere, atque summarie, ac sine forensi strepitu sententiam proferre.

Ubi autem unio consistere debet, vicarios intra sex menses eligendos statuit, qui curam gerant animarum

§. 7. Quoad parochiales vero ecclesias, quæ unitæ sunt mensis archiepiscopalibus, episcopalibus, vel capitulis, collegiis, universitatibus, locis piis, vel etiam canonicatibus, aliisque qui unicam tantummodo vel habent adnexam parochiam, vel habituri sunt, ubi præmissa suum consecuta fuerit effectum, inhærentes sacri concilii Tridentini *sess. 7. cap. 7. de reform.* mandamus, ac præcipimus, ut immota remanente prædicta unione, in earum singulis intra sex menses a die subscriptionis præsentium literarum computandos, singuli deputentur vicarii perpetui, qui primario, ac immediate animarum gerant curam, assidue gregi sibi commisso invigilent, eumque verbo pascant, et exemplo, et in viam dirigant æternæ salutis. In iis autem ecclesiis parochialibus, in quibus magna populi frequentia, incolarumque distantia, aliave concurrant, quorum causa solus vicarius par esse non possit ecclesiasticis administrandis sacramentis, cultui divino peragendo, curæque animarum ea, qua par est, diligentia, vigilique sollicitudine exercendæ, tot assumentur sacerdotes, qui auxilium illi ferant, quot locorum Ordinarii pro sua conscientia satis esse judicaverint ad sacramenta recte dispensanda, cultumque divinum laudabiliter celebrandum. Hi tamen sacerdotes pro-parochi appellandi prædictis respective vicariis subjecti erunt, tanquam iis, quibus præcipue, et immediate concreditum est onus pascendarum ovium, iisdemque morem gerent in iis, quæ ad curam animarum pertinent. Ut vero prædictis vicariis ex-

trinsecus etiam stet honor, et gradus supra reliquos præsbyteros, seu pro-parochos, eos uti volumus ornatu, seu insignibus, quæ cæteri parochialium ecclesiarum rectores in ipsa insula gerere consueverunt.

Episcopos vero monet ne quovis sub prætextu patiantur, ut nominationes hujusmodi fraudatæ maneant.

§. 8. De his tamen sacerdotibus, seu pro-parochis in subsidium adscitis curæ animarum, vos serio monitos volumus, venerabiles fratres, ne quovis prætextu, aut nomine patiamini, ut ubi eorum plures constituti sunt, vel constituendi, curæ regimen, cæterasque parochiales functiones per turnum, ut vocant, seu per hebdomadam obeundi onus in se suscipiant, ac veluti paciscantur, maximo, et divini cultus, et animarum detrimento. Quem sane ad tollendum abusum, extirpandamque corruptelam inviolate vobis observandam proponimus, quod hac de re sancitum novimus a Mediolanensi archiepiscopo s. Carolo optimo ecclesiasticæ disciplinæ restitutore, ac vindice fortissimo in *actis eccl. Mediol. conc. provinc. IV. tit. de parochiis, et porochi juribus* per hæc verba » *Nec vero ullo unquam modo patiatur, certa quadam hebdomadarum partitione, aliave ratione inter se inita . . . . . . parochialis officii functiones, quæ ab utroque etiam diebus iisdem utiliter præstori possunt, ito inter se dividere, ut ab uno tantum eorum, alternatim scilicet, vel par hebdomadas vel alia temporis vicissitudine præstentur; non enim ferendum est, ut cui ecclesiæ parochiali complurium sacerdotum ministrorumve stipendia, alimentave olim attributa sunt, quo diligentius, et eautius illorum copia tum divinorum officiorum cultui, tum aliis ministeriis ad spirituolem populi euram necessoriis, opportunisve consultum esset, illi aut avaritiæ studio, aut dissidio, negligentiave ducti, vel onus sibi impositum, minoris quam par est, æstimantes, perinde ei ecclesiæ deserviant, ac si non plures, vel unus tantum parochus, animarum curator constitutus in illa esset.*

Consulitur rectæ electioni vicariorum

§. 9. Per hæc tamen satis prospectum haud foret recto parochiarum regimini, populorumque saluti, nisi et de iisdem deligendis vicariis apta aliqua tradatur ratio, ac via, ax qua constare possit, eos, qui ad id munus eliguntur, morum pollere integritate, scientia, aliisque animi dotibus, quæ in animarum rectore præcipue esse debent, ac maxime necessariæ. Cui rei pari Nos studio providere volentes præcipimus, ut parochis primitivis, ut vocant, seu habitualibus jus sit, et facultas vicarios perpetuos proponendi, seu nominandi; hos vero locorum Ordinarii, prævio experimento de eorum scientia, et moribus a tribus examinatoribus synodalibus sumendo, si idoneos repererint, quomodocumque, et quocumqua tempore prædictas vicarias vacare contigerit, approbabunt, suoque jure ordinario instituent, quin vicarii sic instituti novam provisionem ab apostolica Sede reportare unquam teneantur. Iidem quoque parochi habituales proponent, et offerent Ordinariis locorum presbyteros, seu pro-parochos pro frequentia populi, locorumque rationa vicariis, ut supra, addandos, qui ubi a prædictis Ordinariis literas approbationis obtinuerint, ministerium assumcnt curæ animarum, a quo nonnisi Ordinariorum nutum poterunt avocari.

Eisque decimarum exactio conceditur ad necessariam alimoniam vitæ.

§. 10. Cum autem decimæ a populo ao solvantur consilio, ut ex eis commodam illi percipiant, ac necessariam vitæ alimoniam, qui ipsis spiritualia administrant, quique pro ipsis laborant, et vigilant; nihil certe æquitati magis consonum esse potest, et rationi, quam ut prædictis vicariis, qui ex officio, et vi sui muneris populo spiritualia suppeditant, et pro eo labores subire, atque axcubare primario, et continuo tenentur, congruum assignari debeat stipendium ad vitam honeste, decenterqua traducendam. Quamobrem præcipimus, ac mandamus, ut iisdem vicariis perpetuis, ultra adventitia emolumenta, quæ stolæ, seu altaris proventus solent vulgo appellari, quarta pars fructuum, et redditum parochialis ecclesiæ, cui præficiuntur, pro congrua constituatur, dummodo prædicta quarta pars, subductis omnibus oneribus, neque computatis missarum elemosynis, aut piis fidelium oblationibus, præsertim quæ offeruntur in administratione sacramantorum, aut aliis quibusvis minor non sit scutatis quinquaginta istius monetæ. Quod si hanc ad summam ea non pertingat, tunc parochi habituales, quod deest, de reliquis portionibus ejusdam ecclesiæ parochialis omnino supplebunt. Hujusmodi vero congrua portio iis in parochiis, in quibus auxiliares sacerdotes, seu pro-parochi adjungendi erunt, ita vicarios inter, et prædictos sacerdotes pro Ordinariorum prudentia, ac judicio erit dividenda, ut pars major cedat vicariis, qui in parochiarum regimine, animarumque cura principem supra cæteros locum sibi vindicant. Si autem contingat, quartam partem, ut supra assignatam, alicubi

parem non esse tot alendis auxiliaribus ministris, quot vel populi frequentia, vel alia rerum adjuncta postulaverint; tunc episcopus, adhibitis juris remediis a concilio Tridentino propositis, pro sui conscientia prospicere curabit.

Ubi vero sit sermo de ecclesiis parochialibus, quarum cura vel ad capitulum spectat, congruam ab ipso fructuum portionem recipere vicarii debent.

§. 11. Quod si sermo sit de cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis, quæ parochiales sunt, et quarum cura vel apud episcopos, vel apud respectiva capitula, vel apud utrosque cumulative residet, a quibus ea exerceri solet per vicarios, *Domeros* vulgo nuncupatos, sufficienti ut plurimum congrua destitutos, fraternitatibus vestris mandamus, ut eam vicariis prædictis congruam assignetis portionem, quæ satis esse possit apte, decenterque alendis iisdem non modo vicariis, verum etiam auxiliaribus sacerdotibus, seu pro-parochis, et quæ tum respondeat oneribus, aliisque, quæ ii subire coguntur, tum quoque cathedralis ecclesiæ parochum maxime deceat, metropolitæ autem sedulo incumbant, ut a suis suffraganeis id rite impleatur, eorumque, quatenus opus sit (de quo tamen ne per suspicionem quidem cogitare possumus) negligentiam etiam ex officio supplebunt. Quod si vel ipsi metropolitæ desides in hoc fuerint (quod nunquam futurum confidimus) opportunis Nos juris remediis providere non prætermittemus.

Exponuntur utilitates a nova hac methodo expectanda.

§. 12. Quibus sic dispositis, inter ea plura, ac maxima, quæ, ut supra innuimus, abunde sequentur commoda, ac utilitates, ea non minoris sane habenda erit momenti, qua fiet, ut omnis penitus vicariis prædictis auferatur occasio excusandi sese ab onere celebrandi diebus omnibus festis, applicandique sacrum pro populo sibi commisso, quemadmodum sæpius antehac ab iis factum esse accepimus, eo potissimum nomine, quod congruos sibi parochiæ suæ redditus non suppeterent, vel quod ipsi essent ad nutum amovibiles, et ad tempus curæ animarum addicti. Quo sane sublato prætextu; divinum hac de re mandatum non solum a propriis parochiarum rectoribus, verum et a prædictis vicariis accurate in posterum implendum esse decernimus, ac mandamus, non obstante quacumque etsi antiqua, vel etiam immemorabili consuetudine, conscientiamque vestram, venerabiles fratres, graviter in hoc oneramus, ut quovis etiam adhibito, quatenus opus sit, juris remedio constitutionem Benedicti XIV. *Cum semper* hac super re editam diligentissime observari curetis.

§. 13. Hæc sunt, venerabiles fratres, quæ pro ea, quam gerimus, universi dominici gregis cura statuere tenebamur, ac præcipere, ne in re sane gravissima, maximique momenti officio Nostro deesse videremur. Tot, ac tanta Nobis sunt de vestra pietate, religionis studio, ac pastorali sollicitudine egregia testimonia, ut certa adducamur spe, ac fiducia tutissima, vos prædicta omnia, et singula vestris in civitatibus, diœcesibus, et locis esse quamprimum effecturos non modo, sed ut a cæteris etiam inviolate observentur, omnino curaturos. Id certe facile vos negotio ab his impetrabitis, si quemadmodum dignitate, ita vestro, ut decet, exemplo eis præiveritis, vestramque in apostolicam Sedem observantiam, animique alacritatem in ejus exequendis mandatis novo hoc argumenti genere omnium principes testatam feceritis. Quod si vestrum hac in re exemplum minus fortasse apud aliquos valuerit, contradictores quoslibet, et rebelles ecclesiasticis cohibete pœnis, ac censuris, aliisque compescite opportunis juris remediis, appellatione quacumque remota, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

Hortatur hinc Pontifex episcopos ut omnia diligentissime executioni committant, et omnia facillime executioni mandari posse demonstrat.

§. 14. Nihil certe facilius contingere vobis posse arbitramur, quam singula nostris literis contenta summa exequi fide, et obsequio. Habet enim parochia quælibet, sicut accepimus, ac regio etiam nomine edocti fuimus, limites sejunctos, ac distinctos: habet parochianos suos, peculiares redditus, jura, officia, onera, privilegia, libros, et cætera, quæ ad earum singulas pertinent. Quamobrem hoc unum a vobis præstandum superest; ut secundum methodum superius a Nobis traditam, vel earum cuilibet proprium suo tempore præficiatis rectorem, vel perpetuos vicarios constituatis. Neminem etiam conqueri posse putamus, vel grave nimis jugum, ac vix ferendum fuisse a Nobis per præsentes literas impositum, vel aliquod illatum detrimentum; tum quia habita a Nobis fuit eorum ratio, quamdiu vita comes iis fuerit, qui plures habent unitas parochiales ecclesias, quas retinere posse indulgemus; tum quia, licet in supracitato concilii Tridentini decreto *sess. 7. cap. 7. de reformat.* tertia fructuum pars vicariis perpetuis assignanda potissimum proponatur, Nos tamen quartam tantummodo illorum partem eisdem vicariis adjudicavimus; tum demum quia eamdem quartam fructuum portionem in quibusdam istius

regni ecclesiis jamdiu vicariis attributam bene cessisse comperimus, atque constanti experimento cognovimus.

Derogatio contrariorum. §. 15. Ne vero ad hæc quomodolibet impedienda, vel differenda patrocinium ullus petat ab aliis constitutionibus, indultis, privilegiis, literisquo apostolicis generalibus, vel specialibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, vel statutis juramento, apostolica approbatione, aut alia quavis firmitate quocumque modo roboratis, prædicta omnia, et si quæ alia fortasse sunt peculiari mentione digna, revocamus, nulla esse decernimus, ac irrita, perinde ac si nullo unquam tempore concessa fuissent. Eademque potestatis plenitudine irritum ex nunc declaramus, et inane, quidquid secus per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, aut ignoranter contigerit attentari.

Habeatis igitur in his, venerabiles fratres, paternæ Nostræ erga vos, gregemque vobis commissum dilectionis, et sollicitudinis perpetuum monumentum, quod vestrarum dioecesum necessitatibus satis abunde facturum esse confidimus. Interea vos ex animo complectentes, ac intimo cordis affectu, apostolicam vobis benedictionem impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die XXI. septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 29. Sept. 1769. Anno I.

XIV.

Gravis abusus introductus in curias ecclesiasticas in Sardiniæ insula constitutas super exactione taxarum in collatione ordinum, et beneficiorum emendatur, et coercetur ad formam statutam a conciliis oecumenicis, ac præsertim Tridentino.

Clemens Papa XIV.

Ven. fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium. §. 1. **D**ecet quam maxime Ecclesiæ ministros, et dispensatores mysteriorum Dei, ut ab omni avaritiæ suspicione, etsi levissima, penitus alieni, sacro ita vacent ministerio, ad quod vocati a Deo sunt, ut manus suas ab omni se munere excussas gerere, jure ac merito possint gloriari. Hoc sane omnium primum mandavit Jesus Christus discipulis suis, dum ad prædicandum evangelium eos misit, per hæc verba = *gratis accepistis, gratis date* = *Matth.* 18. 8. Hoc potissimum ab iis, qui assumendi essent od altaris ministerium, exquirendum esse passim tradidit Paulus 1. *ad Timoth.* 3. 8. *ad Titum* 1. 7. Hoc demum inculcavit Petrus animarum curæ præfectis dicens: = *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non turpis lucri gratia, sed voluntarie* = 1. *Epist.* 5. 2.

Divino huic mandato, ut ea, qua par est, cura, ac diligentia obsequantur pastores inprimis ecclesiarum, qui exemplum esse debent fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, satis minime est, si ipsi irreprehensibiles se exhibeant, verum sedulò etiam cavere debent, ne ab inferioribus, quibus præsunt, ministris aliquid adversus illud patrari ullo modo permittant, semper præ oculis habentes egregiam Ambrosii sententiam *lib. IV. in Lucam num.* 52. = *Non tamen satis est, si lucrum ipse non quæras: familiæ quoque tuæ cohibendæ sunt manus. Instrue ergo familiam tuam, hortare, custodi: et si te fefellerit servulus, prophetico deprehensus repudietur exemplo.*

Hinc optimis, sapientissimisque legibus tum sacrosancta concilia, tum prædecessores Nostri Romani Pontifices aditum sæpe sæpius intercludendum putarunt, ut pravi hac in re abusus, vel nullo unquam tempore irreperent in Dei Ecclesiam, vel si quo forte invecti fuissent, de medio penitus tollerentur. Dolendum tamen, tam sacras, tamque opportunas sacrorum canonum, apostolicarumque constitutionum sanctiones suo apud nonnullas dioeceses caruisse effectu, neque ejus fuisse roboris, ac virtutis, ut ad omnes prorsus contrarios usus radicitus evellendos valuerint. Quod ideo factum novimus, quia iis, quorum intererat eas accuratissime exequi, varias prætexuerunt excusationes, vel antiquæ, inveteratæque consuetudinis, vel mercedis curiæ ecclesiasticæ ministris impartiendæ, vel demum defectus necessariæ substentationis ad vitam decenter, honesteque pro dignitate traducendam.

Hæc omnia probe intelligens venerab. mem. prædecessor Noster Innocentius XI., ut opportunum his afferret remedium, irritasque prorsus, ac inanes redderet excusationes quascumque, taxam confici jussit anno MDCLXXVIII. in qua collectis omnibus hanc ad rem spectantibus, quæ vel in sacris cano-

nibus dispersa continentur, vel a conciliis Tridentino saluberrime sancita sunt, vel a sac. congregationibus prædicti concilii interpretationi, necnon consultationibus episcoporum præpositis fuerant variis temporibus declarata, atque statuta, ea omnia decerni, ac nominatim exprimi mandavit ecclesiastica negotia, pro quibus nullum omnino in foro ecclesiastico, et episcoporum curiis fas esset omolumentum percipere, eo tantum excepto, quod in solius cancellarii commodum, ac necessariam mercedem cedere debet. In eademque cautum simul fuit, ut his in rebus, una, eademque apud ourias omnes ecclesiasticas esset methodus, eo uniformis, ut decet, disciplina, reprobata penitus quavis contraria consuetudine. Taxam hanc idem Summus Pontifex Innocentius XI. die prima octobris ejusdem anni sua auctoritate approbavit, confirmavitque, ejusque observantiam, ac promulgationem injunxit.

Attaman ne hoc quidem satis fuit ad collapsam ecclesiasticam disciplinam ubique restituendam, compescendasque, quæ variis in dioecesibus, alte jam invaluerant, pravas consuetudines. Ea enim statim opposita fuit exceptio, quod prædicta taxa legem minime imponat ab ecclesiasticis curiis etiam extra Italiam existentibus servandam. Verum dissimulandum haud erat, quæcumque in ea contineotur decreta, ex sacris canonibus, ac maxime ex concilio Tridentino desumpta esse, quibus proinde necesse omnino erat, ut curiæ omnes ecclesiasticæ religiosissime obtemperarent.

Abusus introductus in curiis ecclesiasticis super impositione, et exactione taxarum improbatur.

§. 2. Hæc sane fuerunt in causa, venerabiles fratres, cur non sine gravi dolore, Nostrique animi afflictione intelleximus, vestris in ecclesiasticis curiis plures adhuc circa spiritualis potestatis exercitium abusus locum sibi vindicare, qui ecclesiasticam disciplinam evertunt penitus, nedum enervant, ac in summum cedunt dedecus amplissimæ, qua fulgetis, dignitatis, potestatisque, qua donati estis ad consummationem sanctorum, in opus ministerii in ædificationem corporis Christi. Perspecta quidem satis superque Nobis est pietas vestra, conversatio sancta, sollicitudo ecclesiarum vestrarum: novimus etiam, qui in foro ecclesiastico vestrarum dioecesum reperiuntur taxarum abusus, retroactis temporibus inductos primum a secundario aliquo ministro, sensim postea ejus exemplo ex dioecesi in dioecesim, insciis forsan episcopis, propagatos, et alicubi etiam auctos pro ratione præstantioris dignitatis ecclesiæ: id autem minime advertentibus in officio, vel ministerio successoribus, ac prædecessorum vestigia incaute sequentibus, factum fuisse, ut iidem abusus, usu diutino jam roborati, digni partim visi fuerint, qui eorumdem ministrorum impulsu synodalibus probarentur constitutionibus; adeo ut culpæ vobis nullo modo ii verti possint, immo commendatione vos plurimum digni sitis, propterea quod maximo ex iis affectos vos esse dolore intelleximus, deque iis extirpandis maxime cupidos. Sed enimo Nos videntes, quam gravia id negotii in vos odia esset concitaturum, et quanta perficiendæ rei interventura essent obstacula, nisi sociam ad id ipsum apostolica se adderet auctoritas; hanc propterea interponimus, præsertim propter taxarum diversitatem, diversamque praxim in variis dioecesibus vigentem, ad hoc ut non solum omnes ad æquam, justamque rodigantur mensuram, sed cunctæ etiam unam, camdemque laudabilem obtineant conformitatem. Quare confidimus de vobis in Domino, quooiam quæ ad vos mittimus decreta pro apostolico Nostro munere, et ad petitionem charissimi in Christo filii Nostri Caroli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris, cujus singularis in Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem observantia, nec non pietas, ac religionis studium quotidie magis elucet, eadem vos summa fide exequimini, et ab omnibus, ad quos pertinet, observari diligentissime curabitis.

Ne quid emolumenti percipiatur in collatione ordinum ecclesiastica vetant sanctiones

§. 3. Et ad sacras primum ordinationes quod attinet, latere vos minime possunt innumeræ ferme, eæque sanctissimæ Ecclesiæ leges, quibus vetitum quovis tempore fuit, ne episcopi, aliique sacrarum ordinationum collatores, aut officiales quicumque aliquid percipperent ex ordinum collatione. Id apertissime sancitum legimus in Chalcedonensi œcumenica synodo *an.* 451. *canon.* 2., in Romana sub s. Gregorio magno *an.* 600. *vel* 614. *can.* 5. alias *epist.* 44. *lib.* 4. *indict.* 13., in Nycena II. œcumenica *an.* 787. *can.* 5., in Salegunstadiensi an. 1022. can. 5, in Lateranensi IV. sub Innoc. III. *an.* 1215., in Turonensi, Bracarensi, Barchinonensi, aliisque apud Christianum Lupum in *dissert.* 2. *proæm. de simonia cap.* 9. *tom.* 4. *operum*, et apud Gonzalez *in cap. Antequam I. de simonia num.* 9. ac novissime in concilio Tridentino *sess.* 21. *cap.* 1. *de ref.*, a quo antiqui canones sponte oblatum recipi permittentes emenda-

ti sunt, et ecclesiastica de sacris ordinationibus disciplina ad primaevam suam avitamque puritatem redacta. Concilii decretum ita se habet. *Quoniam ab ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum episcopi; et alii ordinum collatores, aut eorum ministri quovis prætextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus decimam tantum unius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo; nec episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex iisdem ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta, et consuetudines, etiam immemorabiles quorumcumque locorum, quæ potius abusus, et corruptelæ simoniacæ pravitati faventes nuncupari possunt, penitus cassando, et interdicendo; et qui secus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas a jure inflictas ipso facto incurrant.*

Hinc etiam spontaneæ oblationes improbantur

§. 4. His itaque inhærentes, mandamus vobis, ac præcipimus, venerabiles fratres, ne quid, etiam sponte oblatum, pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, aut pro literis dimissoriis, seu testimonialibus, aut pro sigillo, aliave quacumque de causa, et quovis prætextu, vel colore accipiatis, una excepta cereæ candelæ oblatione, quæ ex pontificali romano fieri consuevit; ita tamen ut ejusdem candelæ qualitas, et pondus arbitrio, ac liberæ eorum voluntati, qui sunt ordinibus initiendi, omnino relinquatur. Eidem quoque parebunt sanctioni vestri generales vicarii, aut foranei, cancellarii, vel alii ministri, familiares, et famuli quibus generatim interdictum est a sacro concilio Tridentino occasione sacrarum ordinationum emolumentum aliquod, munus, aut strenas quovis titulo percipere, aut exigere.

Indulgetur unum cancellariis inservientibus in curia absque stipendio ut quid minimum recipiant pro literis testimonialibus.

§. 5. Quod si istis in diœcesibus nullum cancellario, vel notariis ecclesiasticæ curiæ constitutum sit stipendium vel salarium pro officio exercendo; tunc iisdem facultatem facimus, ut pro singulis literis testimonialibus ordinis jam collati, etiam clericalis tonsuræ, vel dimissoriis pro eadem clericali tonsura, aut ordinibus ab alieno episcopo recipiendis, decimam tantum unius aurei partem, seu obulos decem monetæ romanæ exigere possint, et valeant, non tamen a regularibus arctissimæ paupertatis voto obstrictis, pecuniæque usum minime habentibus. Eamdem mercedis rationem servandam mandamus, etiamsi prædictæ testimoniales literæ, aut dimissoriæ plures ordines respiciant, et contineant vel jam collatos, vel conferendos ab alio episcopo, itaut nullo modo liceat prædictam mercedem obulorum decem augere, vel multiplicare pro ratione singulorum ordinum iisdem in literis testimonialibus, vel dimissoriis contentorum. Per hæc tamen haud Nobis mens est, cancellarios, aut notarios adigere, ut diversos ordines distinctis temporibus, et ordinationibus collatos in iisdem literis testimonialibus debeant simul describere; id vero tunc dumtaxat fieri præcipimus, quum de iis agitur ordinibus, minoribus scilicet, qui una, eademque ordinatione collati fuerunt. Quoad literas autem dimissorias, quæ dantur ad plures ordines ab alio episcopo suscipiendos, scripturas multiplicari interdicimus, aut aliquid aliud exigi pro rogando actu collationis ordinum, aut pro accessu ad locum ordinationis, aut alio quovis nomine etiam doni, vel præmii.

Gravior taxa ipsis conceditur pro literis testimonialibus relaxandis in collatione ordinis subdiaconatus, quæ tamen excedere nequit unum aureum arbitrio episcopi.

§. 6. In collatione vero ordinis subdiaconatus, cum major e cancellario, seu notariis subeundus sit labor pro comprobanda veritate, ac idoneitate patrimonii, aut beneficii, ad cujus titulum promoveri quis optat, tum etiam aliis pro actibus collationi prædicti ordinis necessario præmittendis; hinc iisdem indulgemus, ut mercedem aliquam suo labori convenientem, ab episcopo pro suo arbitrio, et conscientia, quam hac in re gravatam volumus, taxandam, percipere possint; dummodo scriptura, sigilla, et cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, seu julios sexdecim cum dimidio. Liberum autem esse volumus promovendis ad ordines, vel eorum parentibus, quovis uti notario legitime approbato ad subscribendum, rogandumque instrumentum; quin cogi hi possint ad sese, una cum necessariis testibus sistendum prædictis curiis pro institutione, ac stipulatione patrimonii, aliisque actibus de more conficiendis. Curiæ vero notariis, cui hujusmodi instrumentum erit deinde tradendum, præter mercedem ab episcopo, ut supra, definiendam, aut sum-

mam unius aurei, seu juliorum sexdecim cum dimidio, tam pro eo excribendo, quam pro quocumque alio labore, nihil omnino poterit exigere, vel accipere pro decreti publicatione, vel pro literis publicatoriis, vel *alia quacumque de causa, aut quovis prætextu* uti disertis verbis legitur in citato decreto concilii Tridentini, et aperte declaratum fuit a sacra congregatione Concilii in *Vicen. die 7. februarii* 1602., et a sacra congregatione Episcoporum in *Gerunden. die* 25. *octobris* 1588. apud Fagnan. in *cap. in ordinando, de simonia num.* 32., *et seqq.*

Qui aliquod stipendium, vel salarium pro exercendo officio recipiunt taxam percipere prohibentur.

§. 7. Hæc tamen omnia, quæ mercedis loco a notariis, vel cancellario exigi posse indulgemus, ea semper sub lege, ac conditione permissa censeri debent, dummodo nullum pro exercendo officio stipendium, seu salarium eis sit constitutum, et dummodo ex eorum commodis nihil omnino vel directe, vel indirecte vobis, aut cuivis alii ordinum collatori, vel officiali, aut ministro possit provenire, quemadmodum ab eodem concilio Tridentino sancitum est. Quæ duo locum sibi semper vindicare volumus in cæteris omnibus, quæ nostris his in literis sumus constituturi.

Improbatur consuetudo percipiendi taxam pro facultate ordinatis impertita ab episcopis aut vicariis celebrandi missam aut pro literis commendatitiis.

§. 8. Ac demum a turpis lucri, et avaritiæ suspicione excusari vix posse putamus pravam, quam in aliquibus ex istis curiis invaluisse audivimus, consuetudinem, pecunias exigendi tam pro facultate a vobis, vel generalibus vicariis impertienda, ut recenter in presbyteros ordinati primam missam celebrent, quam pro alia simili facultate, ut exteri nimirum sacerdotes commendatitiis suorum respective Ordinariorum literis muniti ad divina peragenda admittantur. Quam sane consuetudinem, etsi isthic invectam, ac servatam titulo stipendii, seu mercedis ei præstandæ, qui ad periclitandam sacerdotum in sacris ritibus, et cæremoniis peritiam designantur; attamen tamquam a sacris canonibus alienam, ac pluries reprobatam de medio tollendam esse omnino præcipimus.

Extenditur prohibitio exigendi taxam, etiam in collatione beneficiorum.

§. 9. Quæ hactenus de sacris diximus ordinationibus, eadem ad beneficiorum ecclesiasticorum collationem, seu provisionem pari jure transferenda esse, planum vobis fiet, atque compertum, si vestros ob oculos posueritis Ecclesiæ canones, qui ad radicitus evellendos abusus variis hac de re temporibus obortos, sunt constituti, *cap. si quis q.* 5. *cap.* non *satis* 8. *cap. cum in ecclesiæ* 9. *cap. Jacobus* 44. *de simonia*, alibique apud Christianum Lupum in *cit. dissert. de simonia cap.* 10. Et quamvis a sacro concilio Tridentino nihil occurrat hoc de argumento speciatim statutum; sacra tamen congregatio Concilii, approbante summo Pontifice Gregorio XIII. declaravit, decretum *cap.* 1. *sess.* 21. *de ref.* vindicare etiam sibi locum in collatione beneficiorum, præsertim curatorum, nec pro sigillo aliquid accipi posse, non obstante quacumque immemorabili consuetudine; *Garz. de benef. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 76. *et seq. Fagnan. in cap. In ordinando de simonia num.* 31. *Gallemart.* in *cap*, 1. *sess.* 21. *de reform.* Hinc eadem sacra congregatio in literis ad Melphitanum episcopum datis, summo annuente Pontifice, censuit, declaravit, et sanxit, collatores beneficiorum quacumque dignitate præfulgeant, nihil pro collatione, seu quavis alia dispositione beneficiorum, quovis quæsito colore, directe, vel indirecte, etiam sub nomine annatæ, aut cujusvis alterius portionis fructuum, etiam a sponte dantibus, vel offerentibus accipere, aut exigere posse; eorumdem quoque collatorum notarios, et alios quosvis officiales, quibus tamen certum salarium aliunde constitutum est, eadem omnino servare debere: alioquin tam dantes, quam accipientes pœnis contra simoniacos editis sacris canonibus teneri, ipsaque ipso facto incurrisse censeri; notarios autem, seu officiales alios a suis officiis suspensos esse. *ApudGarz.loc.cit.*

Executio legis committitur religioni, et conscientiæ episcoporum.

§. 10. Hoc vobis significanda duximus, venerabiles fratres, ut inde intelligatis, quantum ab ecclesiastica abhorreant disciplina, quæ vestris in diœcesibus passim vigent consuetudines in beneficiorum collatione, quantaque cura eniti debeatis, ut ea funditus evellantur. Vestrum itaque deinceps erit, hanc vobis generatim regulam proponere, sanctissimeque servare, ut in beneficiis ecclesiasticis, sive curata ea sint, aut residentialia, sive simplicia, aut etiam manualas, ut vocant, capellaniæ, a vobis jure ordinario conferendis, nihil omnino exigatis, vel percipiatis, quovis prætextu, aut colore, etiamsi titulo strenarum, muneris, aut voluntariæ oblationis, præsertim vero pro approbatione, at prælectione magis digni in concursu ad parochiales ecclesias, vel pro beneficii possessione. Eidem canonicæ sanctioni obnoxios declaramus alios quoscumque collatores, vicarios generales, cancellarios, consanguineos vestros, familiares, et famulos, quibus aliquid percipere omnino vetamus.

A lege eximuntur unice notarii, et cancellarii, qui inserviunt absque mercede, et eis taxa præfinitur pro qualibet actu

§. 11. Ab hac generali regula excipiendi tantummodo sunt cancellarii, seu notarii, quibus, ut alias innuimus, nullum pro officio exercendo definitum est stipendium, seu salarium. Tunc enim cancellarius, si sermo sit de beneficiis curatis, pro edicto, seu literis, quibus concursus publice indicuntur, exigere poterit obulos decem, et pro quolibet ejus, seu earum exemplari obulos quinque, et pro iisdem de more affigendis, obulos quinque; et si eædem literæ extra urbem debeant affigi, pro itineris expensis, aliisque ad id necessariis solvendum erit in dies singulos emolumentum a taxa cujuslibet respectivæ diœcesis præscriptum. Pro expeditione literarum collationis tam prædictorum beneficiorum curatorum, quam simplicium, cancellarius mercedem labori suo convenientem pro arbitrio episcopi recipiet, quæ tamen scriptura, sigillo, cæterisque computatis unum aureum, seu julios decem monetæ romanæ non excedat, uti pluries declaratum est a sacra congregatione Concilii, maxime vero *die* 15. *januarii* 1594. *apud Gallemart. loc. cit.*, *et in Vicen.* 8. *martii* 1602. *apud Fagnan. loco cit. num.* 32., et a sacra congregatione Episcoporum 25. *octobris* 1588. *ad* 1. *apud eumdem Fagnan. ibid. num.* 35. Ac demum pro actu possessionis eorumdem beneficiorum, si intra urbem fuerint, julios tres accipiet pro subscriptione instrumenti: si in suburbiis, julios quatuor; si vero alibi, taxa servetur singularum respective dioecesum pro dietis, ut supra indicavimus. At si in loco, ubi situm est beneficium, adfuerit cancellarius vicarii foranei, vel ejus notarius, hoc pro sua arbitrio uti poterit, qui beneficii possessionem adire debet, nec ullo modo cogendus erit, ut cancellarium advocet curiæ episcopalis pro eodem possessionis actu rogando. Pro literis item testimonialibus approbationis in concursu ab examinatoribus relatæ, et quibus uti solent, qui eas impetrarunt, in suæ idoneitatis argumentum, julios duos tantum a notario accipi pro mercede possa permittimus.

In concursibus ad parochiales ecclesias pro labore notariorum, et cancellariorum taxa est ab episcopo statuenda, quæ respondeat labori

§. 12. Nos etiam minime latet, haud exiguum ferendum esse a cancellario, seu notario laborem in concursu ad parochiales ecclesias, sive dum excipit examen testium, qui concurrentibus inducuntur ad suas probandas qualitates, merita, et res pro ecclesiæ servitio præclare gestas, sive dum in acta concursus inserit requisita, ut vocant, a concurrentibus exhibita, eadem summatim in scriptis redigit, eorumque plura exscribit exemplaria episcopo, vel vicario generali vices illius obeunti, ac singulis tradenda examinatoribus ad concursum adscitis, ut cum de scientia, tum de vita, moribus, aliisque regendæ ecclesiæ necessariis dotibus ferant judicium; quæstiones præterea morales describit ab iisdem examinatoribus propositas, suffragium refert eorumdem examinatorum, actum rogat prælectionis, concurrentium custodiæ ad duos interdum, vel tres dies, tum etiam prædictarum quæstionum moralium scrutinio præsens adstat etc. Cujus quidem laboris aliquam haberi posse rationem indulgemus, episcopi arbitrio relinquentes, et conscientiæ, eam tantummodo mercedem statuere, quæ soli labori respondeat.

Nullam vero mercedem recipere possunt cancellarii, et notarii in collatione beneficiorum a S. Sede collatorum, vel in iis quæ conferuntur expeditis apostolicis literis per datariam

§. 13. Quoad beneficia vero, quæ a Sede apostolica conferuntur, quatenus eidem reservata sunt, item quoad beneficia curata, de quibus datariæ apostolicæ exhiberi solent literæ testimoniales approbationis, et prælectionis in concursu habito ad formam concilii Tridentini, ac tandem quoad alia beneficia non curata, et præcipue residentialia, in quibus pariter offerri solent prædictæ datariæ apostolicæ literæ testimoniales de vita, et moribus, deque idoneitate eorum, qui beneficium petunt, caveant cancellarii, ne ullum pro iisdem literis exigant emolumentum, mercedem, vel aliud etiam sponte oblatum, præterquam pro scriptura, papyro, et sigillo literarum de idoneitate duos julios; julios item duos pro literis testimonialibus de vita, et moribus.

Traduntur regulæ servandæ in executione literarum apostolicarum expeditarum vel in forma gratiosa vel in forma dignum super exactione taxarum

§. 14. Pro executione literarum apostolicarum, quando hæ expeditæ fuerint in forma, ut ajunt, *gratiosa*, neque episcopi, aut alii prælati locorum Ordinarii, neque eorum vicarii, cancellarii, aliique officiales ullo modo præsumant executorum munus sibi necessario vindicare; sed pendeat omnino ab arbitrio, et voluntate eorum, qui de beneficio provisi fuerint, executorem, aut notarium sibi eligere pro actu adeundæ beneficii possessionis. Quod si provisus de beneficio Ordinarium officialem elegerit, ejusque cancellarium, vel si literæ apostolicæ expeditæ in forma *dignum*, ut præfertur, directæ fuerint Ordinario, aut ejus officiali, seu vicario, cui idcirco necessario competat illas exequi; utroque in casu si legitimus desit contradictor, itaut executor solus sit, poterit cancellarius, exclusis penitus a quovis emolumento, munere, et

voluntaria etiam oblatione episcopo, aut alio prælato, ejus vicario, officiali, familiaribus, famulisque, ut supra diximus de beneficiis liberæ collationis, percipere pro iisdem literis apostolicis exscribendis, referendisque in acta, tum etiam pro aliis omnibus actibus de more, conficiendis mercedem, quam episcopus pro suo arbitrio, et conscientia labori congruam judicaverit, dummodo non excedat scutum aureum, seu julios sexdecim cum dimidio. Verum si adfuerit contradictor, ita ut instítui oporteat actus, seu processus judicialis, arbitrio pariter, et conscentiæ, episcopi relinquimus, quam gravitar oneramus, mercedem statuere, quæ operæ, laborive a notario, seu cancellario adhibito respondeat; quin ex his cancellarii, aut notarii commodis aliquid episcopo, vel aliis, ut supra, directe, aut indirecte provenire possit. Pro actu vero adeundæ beneficii possessionis, eadem, quæ superius diximus, observentur

Id ipsum præfinitur pro collatione beneficiorum, quæ sunt jurispatronatus

§. 15. Quoad beneficia, quæ sunt jurispatronatus, si dubium oriatur cum prometore fiscali, vel eum eo, qui beneficium impetraverit, super existentia prædicti jurispatronatus, quatenus liberæ esse collationis aliquis eorum contendat, omnia servanda erunt, quæ supra statuimus de beneficiis liberæ collationis accedente contradictore. Cancellarius nimirum pro edicto adversus contradictorem, seu contradictores julios duos recipiet; pro singulis illius exemplaribus obulos decem; pro eodem edicto affigendo, servetur, quod statuimus superius de beneficiis curatis; ac tandem pro litaris institutionis unum aureum, seu julios sexdecim cum dimidio. Si autem de jurispatronatus existentia nulla sit dubitatio; lis tamen super pertinentia oriatur in compatronos, vel eos, qui ab ipsis sunt præsentati, tunc habeatur causa tamquam profana, ac propterea exigi possint emolumenta, quæ uniuscujusque curiæ consuetæ taxæ respondeant.

Nec in cappellaniis manualibus, nec in fundatione beneficiorum, cappellaniarum, sodalitiorum, congregationum, aut in fundationibus, benedictionibus, et visitationibus ecclesiarum episcopi, aut vicarii taxam exigere valent

§. 16. Generatim pariter prohibemus, ne episcopi, vel alii prælati, eorumque vicarii, aut officiales quicumque aliquid exigere præsumant tam in capellaniis manualibus, ut vocant, quam in novis fundationibus, et erectionibus beneficierum, cappellaniarum, sodalitiorum, congregationum, aut in fundationibus, benedictionibus', consecrationibus, et respective visitationibus, et approbationibus ecclesiarum, et oratoriorum tam auctoritate apostolica, quam ordinaria. Cancellarius tantummodo mercedem labori congruam poterit percipere ab episcopo pro suo arbitrio, et conscientia constituendam, dummodo julios sexdecim cum dimidio non excedat.

Nihil pariter recipere pro iis quæ matrimonia, vel sponsalia respiciunt

§. 17. Ad ea, quæ matrimonia respiciunt, vel sponsalia gradum facientes, servandum vobis proponimus, quid sacri canones *cap. cum in ecclesia* 9., *cap. suam nobis* 29. *de simonia*, sanctus Gregorius Magnus in epistol. ad Jannarium istius Calaritanæ sedis episcopum *lib.* 4. *indict.* 12. *epist.* 27., aliique apud sæpe laudatum Christianum Lupum *in citat. dissertat. cap.* 7., et novissime concilium Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 5. *de reformat. Matrimon.* saluberrime decreverunt. Episcopi nimirum, eorumque vicarii, officiales quicumque, familiares, ministri, ita suum gratis præstare in his debent officium, ut nihil omnine titulo muneris, aut præmii exigere præsumant, ant sponte oblatum recipere, sive pro decreto super dispensationibus matrimonialibus habitis a Sede apostolica, sive pro labore in testibus eam ad rem examinandis, aliisve testificationibus excipiendis, sive pro literis testimonialibus status liberi, et defectus cujusvis canonici impedimenti, sive pro dispensationibus denunciationum ex concilio Tridentino tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum sollemnia a proprio contrahentium parochie habendarum, sive pro facultatibus ineundi matrimonia domi, vel alibi, vel tempore insueto, et vetito, vel coram sacerdote alio a parocho, sive demum pro quovis actu de more, et necessario perficiendo, uti a sacra congregatione Concilii, summo approbante Pontifice, declaratum fuit, non obstante quacumque etiam immemorabili consuetudine apud *Garz. de benefic. part.* 8. *cap. primo num.* 102. *et seq.*, et *Fagnan. in cap. quoniam*, *ne prælati vices suas num.* 30.

Præsertim vero in licentiis parochis concessis ut nuncient matrimonia tribus diebus festis, vel ut matrimoniis eorum præstent præsentiam.

§. 18. Id locum potissimum habere decernimus in licentiis, quas episcopi solent parochis concedere, ut ineunda matrimonia tribus diebus festis publice in ecclesia denuncient, vel ut matrimoniis ipsis celebrandis, ubi nullum adesse noverint impedimentum, suam præstent præsantiam. Hujusmodi porro licentias non solum gratis prorsus impertiri oportet, verum cavendum præterea est, ne imposita indiscriminatim necessitate prædictam licentiam impetrandi, antequam matrimonia quæcumque celebrentur, difficilior reddatur matrimonii contractus, ac pluribus inde incommodis præbeatur occasio. Utrique

malo occurrendum censuit sacra congregatio Episcoporum *in Gerunden.* 25. *octobris* 1588. *apud Fagnan. in cap. In ordinando de simonia num.* 41. Cum enim a canonicis, et capitulo Gerundeo. mota fuisset quæstio super edicto, quo episcopus parochis prohibuerat, ne sponsos matrimonio conjungerent, expletis etiam solemnitatibus a Tridentino concilio requisitis, nisi haberent in scriptis licentiam, quæ non dabatur absque solutione dimidii unius julii; eadem sacra congregatio hunc in modum rescripsit: = *Si ex aliqua rationabili causa prohibetur, ne parochi, solemnitatibus a dicto concilio ordinatis, matrimonio aliquos conjungere possint, nisi habita prius licentia ab episcopo; hoc jure ipsi episcopo lex aliqua præscribendo non est, sed servatis omnino, quæ ex eodem concilio substantialia sunt, quoad solemnitates dumtaxat, suæ tantum conscientiæ, et regimini relinquendum. Similiter etiamsi quomodolibet in aliquo castro, seu oppido id prohibere convenit, quod tamen nonnisi ex aliqua urgenti causa faciendum videtur. Sicut enim episcopus summopere debet animadvertere, ne matrimonia sine solemnitatibus prædictis fiant; ita etiam cavere, ne difficiliores reddantur matrimoniorum contractus, novas sine magna causa addendo necessitates; si tamen aliqua licentia opus erit, nihil omnino etiam a notario pro ea exigatur; sed si ex antiquo forsan præscripta consuetudine aliquid episcopo, quasi in signum laetitiæ, donari gratis soleat, non videtur penitus improbandum* =.

Uni cancellario aliquid tribuitur pro suo labore, si inserviat curiæ absque salario

§. 19. Uni tantum cancellario, cui certum pro officio exercendo constitutum non sit salarium, fas erit pro sui laboris mercede, et necessariæ sustentationis stipendio aliquid percipere emolumenti hac ratione, et methodo, ut pro executione literarum apostolicarum super dispensationibus matrimonialibus, si testium examen per seipsum excipiat ad veritatem eorum probendam, quæ in supplici libello exposita sunt, plus minusve recipere possit pro testium numero, et laboris gravitate, non tamen plusquam julios quinque; si vero hujusmodi examen alteri commissum fuerit, julios tantum duos pro literis delegationis, quin aliud, etsi minimum, recipiat pro decreto, sigillo, aut alio quovis nomine; pro literis testimonialibus de statu libero, computatis item scriptura, papyro, et sigillo, cæterisque, julios duos; pro examine testium ad eamdem statum liberum, defectumque cujuslibet canonici impedimenti comprobandum, obulos decem in singulos testes; pro recognoscendis literis testimonialibus de statu libero alienigenarum, obulos decem nisi opus sit alterius testis examine ad tollendam dubitationem omnem, si quæ fortasse occurrat, ac demum pro dispensationibus denunciationum, quatenus testium examen necessario requiratur, obulos decem pro prædicto tantum examine.

Simoniaca infecta pravitate declaratur, quælibet exactio in sacramentorum dispensatione

§. 20. Detestabilis æque, ac de avaritiæ, et cupiditatis radice provenire visa semper fuit quæcumque pecuniæ, aut alterius cujusvis rei exactio in sacramentorum dispensatione. Eam proinde sacri canones tamquam simoniaca infectam pravitate sæpius damnarunt, debitisque coercere pœnis curerunt, atque ecclesiasticis censuris, ut liquet *ex cap. cum in ecclesiæ corpore* 9., *ex cap. ad apostolicam* 42. *de simonia*, et ex pluribus conciliorum decretis apud Christianum Lupum *loc. cit. cap.* 7. et 8. Quibus firmissime adhærens sacra congregatio Concilii nullo unquam tempore passa est, aliquid exigi in sacramentorum administratione. Cæteris prætermissis, in *Albanen. funerum die* 20. *februarii* 1723. cum fuisset ad examen revocatum, an permitti deberet, ut parochus petinam acciperet, sive discum, quo is utebatur in extrema unctione administranda, proposito dubio: An sit permittenda receptio disci? eadem sacra congregatio rescripsit = *Non esse permittendam ejus receptionem*, = *Thes. resolut. tom.* 2. *pag.* 280. Pariter cum Vesionensis episcopus in synodo habita anno 1729. taxam constituisset in sua diœcesi servendam, in qua inter cætera circa baptismum hæc constituebantur: » *Suppeditabunt patrinus, aut matrina pro baptismi cæremoniis ad minus cereum unum, et linteum candidum, atque lucens, ni moluerint pro his omnibus simul, et pro relatione in acta publico baptismatum dare quinque asses*: = proposito dubio = *An taxa præscripta in dicta synodo esset observanda?* Sacra congregatio *in Vasionen.* 6. *februarii* 1734. respondit; » *Negative, et amplius* » *Thes. resol. tom.* 6. *pag.* 209.

Præsertim vero pro chrismatis, oleique præstatione

§. 21. Inter cætera vero, quæ et frequentius, et acrius a sacris canonibus, conciliisque reprobantur, locum sibi potissimum vindicat, quæ olim pessim invaluerat, consuetudo, nummos exigendi pro chrismatis, oleique receptione, quam variis episcopi nominibus frustra excusare nitebantur, vel titulo cathedratici, vel paschalis præ-

stationis, vel episcopalis consuetudinis, *cap. non satis* 8., *cap. ea quae* 16., *cap. ad nostram* 21., *cap. in tantum* 36. *de simonia*, et alibi apud Christianum Lupum *loc. cit. cap.* 7. §. *secundum sacramentum*. Hinc cum Antiochenus patriarcha maronitarum in distributione sacrorum oleorum aliquam exigere consuevisset pecuniæ oblationem, quamvis constaret, pecuniam neque dari, neque recipi animo nundinandi sacra olea; sed ad ipsius patriarchæ alimoniam, atque ad onera sustinenda, quæ patriarchali incumbunt officio, ac dignitati; attamen ad propellendam omnem simoniæ suspicionem, prædicta consuetudo fuit improbata a congregatione particulari, cui demandata est cognitio rerum ad maronitas pertinentium, ejusque sententiam confirmavit Benedictus XIV. *constit. apostolica* 43. *Bullar. tom.* 1.

Religioni episcoporum committitur noviter onus extirpandi contrarias consuetudines a legibus ecclesiasticis improbatas.

§. 22. Hæc satis superque esse arbitramur, venerabiles fratres, ut quæ vestri sunt muneris in sacramentorum administratione, et intelligatis plenissime, et accuratissime perficiatis, operamque in id potissimum vestram conferatis, ut prava tollatur omnino consuetudo in nonnullis vigens diœcesibus, qua fit, ut aliquid pecuniæ vel ab episcopo, vel a sacrarii præfecto exigatur in sacri olei distributione. Id sæpe alias præcepit sacra congregatio Concilii, præsertim *in Amalphitana* 18. *julii* 1699. *confirmata* 6. *februarii* 1700. ad dubium XII. = *An archiepiscopus demandare teneatur, quod oleum sanctum ab ecclesia cathedrali gratis ecclesiæ parochiali tradatur?* = Ad quod respondit » *Affirmative* = Idemque præstitit sacra congregatio Episcoporum in *Acheruntina, seu Matheranen.* 18. *martii* 1706. *ad* 2. apud Petram *Comment. ad constitut.* 5. *Innocentii IV. num.* 38.

Oblatio candelæ pro episcopis in sacramenta confirmationis toleratur, dummodo pendeat unice ab arbitrio offerentis.

§. 23. Quoad oblationem vero candelæ, quam episcopo sacramentum Confirmationis administranti fieri nonnullis in diœcesibus istius regni audivimus, dissimulandum in primis haud est, ne verbum quidem in libro pontificali de ea occurrere; ac præterea cum sacra ministerii functio omnes adstringat ministros, ut in oblationum receptione moderationem servent, agendique modum, ne, avaritiæ, turpisve quæstus notam incurrendo, ministerium ipsorum vituperetur, et reverentia tanto debita sacramento vilescat; cavendum est sedulo, ne hujusmodi candelæ oblatio in suspectam degeneret exactionem, qua fiat, ut fideles, præsertim pauperes, vel a sacramenti receptione retrahantur, vel eam diutius, quam convenit, differant. Optandum hinc maxime foret, ut prædicta consuetudo vel tollatur omnino, vel ea saltem observetur ratione, ut ab offerentium arbitrio penitus pendeat.

Nihil exigendum esse statuitur, ut indulgeatur facultas administrandi sacramenta, et exercendi quodvis ecclesiasticum ministerium.

§. 24. Eadem prorsus jura præcipiunt, ut tam episcopi, quam eorum cancellarii, aut notarii gratis suum debeant ministerium impendere, dum prævio etiam examine, et approbatione, facultas alicui fit sacramentales excipiendi confessiones, administrandi sacramenta, exercendique quodvis ecclesiasticum ministerium, vel dum idonei deputantur vicarii, sive perpetui, sive ad nutum amovibiles, œconomi, coadjutores, uti habetur *cap. ad nostrum de simonia*, et declaratum fuit in sæpe *cit. Vicen.* 7. *februar.*, *et* 8. *martii* 1602. *et in Gerunden.* 25. *octob.* 1588. *ad* 7. reprobato quovis prætextu, etiam mercedis pro literis, ac scriptis concedendis ad prædicta ministeria, seu officia exercenda.

Nihil pariter pro sepulturis, et mortuorum exequiis, præter id quod fuerit sponte oblatum.

§. 25. Neminem præterea vestrum ignorare arbitramur, quam crebris, severisque legibus vetitum sit, pro sepulturis, et mortuorum exequiis pecuniæ aliquid exigere; Christianus Lupus *loc. cit. cap.* 12., et Van-Espen. *in jus. eccles. univ. par.* 2. *tit.* 38. *cap.* 4. Unum vobis indicasse sufficiat sanctum Gregorium Magnum qui ad Januarium Calaritanum episcopum scribens *lib.* 9. *indict.* 2. *epist.* 3., *alias lib.* 7. *indict.* 2. *epist.* 56. ita conqueritur: = *Questa est nobis Nereida clarissima fœmina, quod ab ea centum solidos pro filiæ suæ sepultura fraternitas vestra non erubescat exigere ..... Quod si ita se veritas habet, quia grave nimis, et procul est a sacerdotis officio pretium de terra concessa putredini quærere, et de alieno velle facere luctu compendium, hoc autem vitium, et Nos de Ecclesia nostra vetuimus, et pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpari permisimus ..... Unde ac hoc avaritiæ vitium, ne vel in alienis denuo tentari præsumatur, admonemus* = Hujusmodi tamen legibus nequaquam damnabatur laudabilis, et a primis sæculis in Ecclesia recepta pia consuetudo in funeribus oblationes faciendi pro mortuis, neque proinde clericis libertas adimebatur eas recipiendi. Quare idem summus Pontifex Gregorius *loc. cit.* mox addit: = *Si quidem parentes ipsius, proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, accipere non vetamus. Peti vero aut aliquid exigi, omnino prohibemus* =. Idemque disertis verbis sta-

tilit Innocentius III. in concilio Lateranensi cap. ad Apostolicam 42. de simonia.

Cessat lex ubi non adsunt decimae personales.

§. 26. Verum deficientibus decimis personalibus, reliquis vero tum realibus, tum mixtis ad monasteria, vel canonicorum capitula devolutis, necesse quodammodo fuit, ut laici quasi adigerentur ad præstandas pias oblationes hactenus consuetas, ut parochorum, ecclesiarumque parochialium necessitatibus provideretur. Attamen consultum semper fuit ecclesiasticæ disciplinæ sanctitati, ac simul cautum, ne circa has laudabiles consuetudines vel a clericis per excessum, vel a laicis per defectum aberraretur. Inter cætera vero sancitum est, ne defunctorum sive civium sive alienigenarum exequiæ, funera, et sepultura vel impediantur, vel differantur ad exigenda emolumenta ex prædicta pia consuetudine invecta; tum etiam ne aliquid exigatur pro facultate transferendi cadavera, vel ea uno potius in loco, quam in alio sepeliendi.

Oblationes tamen semper respicere debent animarum suffragium.

§. 27. Ex his itaque noveritis, venerabiles fratres, ferendum minime esse, ut vestris in diœcesibus præter consuetas oblationes intuitu piorum officiorum in animæ suffragium, cadaverique præstandorum, ex pia fidelium consuetudine alibi etiam servatas, aliquid; aliud a parocho, vel actuali, vel habituali recipiatur, pro personarum conditione, distinctoque gradu, vel pro locorum ratione, aut dignitate, in quibus cadavera debent humari, sive in ecclesia sive in digniori ecclesiæ loco; tum etiam a sacris canonibus valde abhorrere, quod episcopus aliquid exigat, vel accipiat pecuniæ pro quovis sive adulto, sive puero in quacumque diœcesis ecclesia, etiam regularium, sepeliendo, quemadmodum sacra congregatio Concilii declaravit adversus episcopum Vicen., et sacra congregatio Episcoporum *in Gerunden. ad* 10 *apud Fagnan. in cap. In ordinando, de simonia num.*32. *et seqq.* non obstante quacumque contraria, etiam immemorabili, consuetudine, et quovis prætextu, nomine, aut colore.

In visitationibus episcopi abstinere se debent ab inutilibus sumptibus, ne diœcesis ultra debitum oneretur

§. 28. In sacra item diœcesis visitatione omnem avaritiæ, ac turpis lucri suspicionem facili negotio declinabitis, et non quæ vestra sunt, sed quæ Jesu Christi vos quærere, palam constabit, si, quæ concilii Tridentini Patres maxime hac de re commendarunt, accurate impleveritis: = *Caveant* (Visitatores) *ne inutilibus sumptibus cuiquam graves, onerosique sint, neve ipsi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa pro visitatione, etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili: exceptis tantum victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, et non ultra, erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum, qui visitantur, si malint solvere, quod erat ab ipsis antea solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an vero prædicta victualia subministrare* = *Sess.* 24. *cap.* 3. *de ref.*

Nec exigere procurationes, in visitatione cathedralis, vel cleri civitatis in qua is solet residere.

§. 29. Quo super decreto variæ subinde prodierunt declarationes et decreta sacræ congregationis Concilii, quorum nonnulla hic lubet referre. Ac primo quidem disputatum sæpe fuit, an posset episcopus procurationes, quas vocant, exigere in visitatione cathedralis, et cleri civitatis, vel alterius loci, in quo is solet residere. Cum vero animadversum fuisset, procurationem a concilio Tridentino statutam fuisse pro visitatione diœcesis, nulla facta civitatis mentione; et præterea ab eodem concilio fuisse sancitum, ut victualia *pro temporis tantum necessitate* ministranda essent, quæ sane necessitas adesse non videtur, quando episcopus visitat loca, in quibus residere vel tenetur, vel solet aliqua saltem anni parte, sacra congregatio censuit, antiquos canones aliter hac de re disponentes, et contrariam quamlibet consuetudinem fuisse sublatam per citati concilii Tridentini decretum, ac proinde ad propositum dubium constanter negative respondit, præsertim in *Castren. procurationis* 17. *novemb.* 1685. *in Aliphana procurationis* 18. *julii* 1705. *in Policastren. procurationis* 1. *junii* 1737, *et novissime in Valentina* 30. *januarii* 1768. Eadem in sententia fuit sacra congregatio Episcoporum, ut liquet ex literis ad Venetiarum Patriarcham datis 26. maii 1592. non obstante consuetudine, aut quacumque alia re in contrarium.

Item nec quidquam aliud exceptis victualibus, aut pecunia victualibus respondente.

§. 30. Præterea quamvis in citato decreto concilii Tridentini, juxta ea, quæ habentur etiam in *cap. Si episcopus de off. Ordinarii in* 6., expresse caveatur, ne episcopi, aut quisquam suorum quidquam procurationis causa, nec pecuniam, nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant, exceptis tamen victualibus, aut pecunia victualibus respondente, si hanc,

qui visitantur, solvere malint; nihilo tamen secius existimarunt nonnulli, fas sibi esse, vel præter pecuniam victualia quoque recipere, vel cum victualibus vecturas equorum pro se, suisque ministris, vel aliquid aliud sub civili aliquo titulo, aut prætextu. *Hi* tamen causæ semper ceciderunt in sacra congregatione Concilii, eorumque agendi ratio tamquam a sacris canonibus, et concilio Tridentino aliena fuit constanter improbata. *In sancti Marci visitationis* inter cætera dubia, duo, quæ sequuntur, proposita fuere: = *V. An clerus teneatur quidquam solvere ministris aliisque officialibus episcopi visitantis? VI. An idem clerus teneatur solvere episcopo visitanti vecturas equorum?* = die 7. julii 1708. rescriptum fuit: = *Danda esse decreta alias edita, & signanter ad V. in Amalphitana* 18. *jul.* 1699. *ad* 3. *lib.* 49. *Decret. pag.* 252. *Ad VI. in Aprutina decemb.* 1784. *lib.* 4. *Decr. pag.* 10. =. Sensus autem, qui hujusmodi responsionis inest, ex vi aliorum decretorum, quæ ibi indicantur, hic est, videlicet: » *Ad V. deberi victualia tantum ad formam concilii; ad VI. Negative* ». Rursus in alia causa sancti Marci plurium die 16. januarii 1723. ad III. dubium: » *An prædicta integra solita procuratio sit solvenda in illa solita quantitate pecuniæ juxta morem cujuscumque loci visitandi, et in tribus prandiis dandis episcopo, ejusque comitatui, in vecturis, habitatione, et utensilibus necessariis juxta prætensam antiquissimam consuetudinem; et ad IV. An episcopo, ejusque comitatui debeantur cibaria, aliaque necessaria, toto tempore permanentiæ in visitatione?* = Sacra congregatio respondit ad III. = *esse in optione visitandorum solvere procurationem vel in victualibus, vel in pecunia, exclusis tribus prandiis in casu solutionis pecuniæ; et quad vecturas equorum detur decretum 7. julii 1708. in sancti Marci ad VI.: Ad IV. provisum in tertio* =. Similiter in Policastren. procurationis cum quæsitum fuisset in II. dubio. » *An dictus episcopus possit exigere ab eodem archipresbytero, et clericis ultra procurationem ducatorum XV. in pecunia, victualia, et vecturas equorum pro se, et familia sua, in casu etc.?* = die 1. junii 1737. prodiit responsum ad II. » *Negative* ».

Item nec quidquam exigere dum testamenta, et legata ad pias causas recognoscunt, et executioni committunt.

§. 31 Disceptatum quoque fuit, an episcopus, ejusque officiales aliquid emolumenti vindicare sibi possent, et exigere, dum in sac. visitatione testamenta ad pias causas, et legata pia recognoscunt, eaque ut executioni tradentur, efficiunt. Qua de re sac. congregatio Concilii *in una Majoricen.* 7 *augusti* 1638 declaravit, non posse episcopum, et illius officieles recipere in visitatione salarium pro decretis, seu judicatura executionis legatorum piorum, non obstante quacunque consuetudine etiem immemorabili. Non absimilis quæstio an. 1645 orta fuit inter episcopum Vicen. ex una, et juretos civitatis Minorissæ Pratorum, regis ex eltera, qua delata ad eamdem sacram congregationem, prodiit resolutio sub die 18 martii dicti anni 1645 hunc in modum: *Sacra congregatio censuit, non posse episcopum, nec illius officiales in visitatione quidquam recipere pro decretis, seu judicatura executionis testamentorum, seu legaterum, sed gratis omnia fieri, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili; itemque extra visitationem per episcopum, et illius officiales quidquam recipi posse pro hujusmodi decretis, et judicatura, sed tantum aliquid moderate solvi notario pro scriptura, et illius labore in quo conscientia episcopi gravetur, non obstante quaeunque consuetudine etiam immemorabili.* = Hoc item resolutum fuit in Elnen. die 28 martii 1648 ad VIII. His addere alienum non erit, quod in concilio provinciali Mediolanen. V. sapientissime statutum legimus his verbis: *Notarius autem, cancellariusve ne quidquam pro visitatione ab iis, qui visitantur, ullo quovis nomine exigat, neque ullum doni, etiam pusilli, quecumque modo oblati, genus accipiat; ac ne item pro decretorum, ordinationumve in visitatione confectarum dictione, vel conscriptione, earumve exemplo, etiam singulis vel ecclesiis, vel clericis, vel aliis qui visitantur, jussu visitationis edito. At pro opera, laboreve, quem alterius, cujus interest, illarum exempla, alio deinceps tempore, petentis causa, in iis exscribendis posuerit, mercedem capiat licet, pro taxæ in foro episcopali præfixæ, aut præfigendæ ratione.*

Quæ dispositio extenditur quoque ad recognitionem librorum ecclesiarum, confraternitatum, montium pietatis, aliorumque piorum locorum, et usuum.

§. 32 Hæc omnia locum quoque habent in recognitione librorum legata pia, eorumque satisfactionem continentium, et in exigendis rationibus administrationum ecclesiarum, confraternitatum, montium pietatis, aliorumque piorum locorum, in quibus perficiendis tam episcopum, quam ejus officiales quoscumque gratis operam suam impendere debere, ac laborem, ut patet ex superius dictis, et aperte declaravit sac. congregatio Concilii in Vicen. 27

junii 1637 dacernans: *Neque episcopo, neque illius officiulibus pro exigendis rationibus ndministrntionis piorum operum, vel pro executionibus testam:ntorum, nut piurum voluntatum, licere quicqumm recipere, sed illn gratis fieri debere*, non *obstante quacunque consuetudine etiam immemorabili*; et in Lancianan. confratarnitatis die 20 septembris 1710 ad X dubium, in quo quærabatur: *An nrchiepiscopus debent uti pro redditione rationis syndicis, seu rationnlibus electis a confratribus, vel potius possit uti alio quocumque sibi bene viso*: sac: congregatio rsspondit: *nagative quead primam, at uffirmotive quond secundam partem, sed grutis*; *tom.* 6 *thes. res. pag.* 164 Quamvis autem episcopus curare omnino debeat, ut gratis revideantur hujusmodi libri, et ratio exigatur a notario proprio, val œconomo suæ familiæ, val ab alio quovis suo servitio addicto; fieri tamen aliquando potest, ut gravi, urgentique ex causa deputari oporteat pro hujusmodi munere aliquis extraneus, qui ad id nullo modo teneatur. Quoties vero id contingat, episcopi erit pro suo arbitrio, et conscientia aliquam prædicto revisori congruam mercedam assignara pro rata dumtaxat puri, et meri laboris, uti rascripsit sac: congregatio *in Verulann* 30. *januarii* 1682 *lib.* 35 *decret. f.* 283 *in Beneventana* 7. *junii* 1683, *et in Pisauren.* 11 *decem. ejusdemanni.*

Reprobantur consuetudines contrariæ

§. 33 Cum his porro sac. congregationis delarationibus firmissimo innixis fundamento sac. canonum; et præcit. decretis concilii Tridentini conciliari minima possunt consuetudines nonnullæ, seu potius corruptalæ, quarum vi episcopi, eorumque officialas, dum sacris vacant visitationibus, vel aliquid percipiunt emolumenti ex rocognitiona quorumvis testamentorum, et ex redditione rationum quas ab ecclasiarum, piorumve locorum administratoribus exigunt; vel equorum vacturas, aut eorum saltem victum percipiunt toto visitationis tampore, vel sua demum facere contendunt lumina, seu candelas, quæ in ara templi principe, aut cæteris etiam in aris sacris positæ sunt. Quæ quidom omnia, et si quæ alia hujusmodi sunt prædictis sanctionibus contraria, auferenda penitus mandamus, ac præcipimus.

Conceditur unice, ut episcopi cum moderatione, recipere valeant quartam canonicam.

§. 34 Quamvis autem ex superius citata sac. congregationis Concilii declaratione in Vicen. Salarii 18 martii 1645 naqueat episcopus, aut illius officiales tam in visitatione, quam extra quidquam recipere pro dacretis, seu judicatura executionis testamentorum, seu legatorum; sed gratis omnia fieri debeant; potest tamen in sac. visitatione portionem sibi debitam sumere ex legatis piis, oblationibus, et aliis, quæ occasione funeris ecclesiæ obvaniunt, quam portionem, seu quartam canonicam vulgo dicunt, uti ab eadem sac: congregatione rescriptum fuit *in Urgellen.* 25 *jannar.* 1676 *et* 14 *februar.* 1693 *ad VIII. dubium*. Jus enim hoc habent episcopi ex sac. canonibus *cap. officii* 14 *et requisiti* 5 *de testamentis*, quos suo in robore voluit permanere concilium Tridentinum, ut patet ax eo, quod episcopis severissime prohibuit aliquid accipere pro visitatione etiam tastamentorum ad pios usus, *præter id quod ex relictis piis iure debetur*: *cit. sess.* 24 *cap.* 3 *de ref.* Rectus taman sarvandus est ab opiscopis modus in hac pertione, seu quarta canonica exigenda, observandique sunt limites ab iisdam sac. canonibus constituti *cap. finnli de testamentis*, ubi hæc habentur: *De his, quæ in ornamentis, vel pro eis, seu fabrico, luminariis, seu anniversario, septimo, vigesimo, trigesimo die, sive aliis ad perpetuum cultum divinum legantur ecclesiæ, vel reliquis piis locis, canonica portio . . . . deduci non debet*. Eadem ferme leguntur *cap. ex parte de verb. signif.* Præterea neque detrahitur ex legato relicto pro maritandis puellis, ut respondit sacra congregatio Episcoporum *in Nucerina paganorum* 14. *septembris* 1592.; naque ex legato pro celabratione missarum, quamvis ab immemorabili eadem quarta ax omnibus legatis piis episcopo solveretur, ut declaravit sacra congregatio Concilii in alia item *Nucerina paganorum quartæ canonicæ* 13. *januarii* 1714. *lib.* 64. *decret.*

§. 35. Quoad monialium vero monasteria, vel conservatoria mulierum, quæ instar monialium vitam agunt a sæculi negotiis alienam, ac solitariam, illud generatim statutum sæpe fuit ab apostolicis constitutionibus, et a sacra congregationa Episcoporum, at Ragularium, ipsis summis Pontificibus annuentibus, suaque auctoritate approbantibus, na episcopi, aliive prælati, aut eorum vicarii generales, vel specialiter delegati, officialas, ministri, consanguinei, aut familiares ullum prorsus emolumentum pecuniæ, alteriusva rei axigera, vel parcipera possint pro admissione puellarum ad habitum monasticum, pro approbatione depositi dotis pro exploratione voluntatis, animique propositi

Nihil pariter recipere episcopi, vel eorum ministri possunt pro admissione puellarum ad habitum monasticum, exploratione voluntatis, et recognitione dotis, aliisque id generis.

assumendi regularis vitæ institutum, pro emissione professionis, pro puellarum ingressu educationis gratia, pro renunciationibus, antequam ad professionem admittantur, pro electione abbatissæ, vel alterius superiorissæ, pro licentiis ingrediendi monasterium medicis, chirurgis, aliisque operariis concedendis, pro facultate alloquendi moniales, vel alias intra monasterii claustra degentes, pro delegatione confessariorum, capellanorum, procuratorum, administratorum bonorum temporalium, aliorumque ministrorum, ac generatim pro actu quolibet ad monialium regimen necessario.

Excipitur tantae receptio victualium, et taxa cancellarii pro labore

§. 36. Ab hac tamen generali regula excipi possunt victualia, quæ occasione nonnullorum ex prædictis actibus episcopo, vel alii prælato impertiuntur; dummodo hæc ex solius muneris, seu donationis titulo tribuantur, et eam non excedant quantitatem, quæ trium dierum spatio proprio illorum usui possit sufficere. Cancellarius vero pro renunciationum instrumento, et pro actu depositi dotis mercedem recipiet labori convenientem, nunquam tamen juliis decem majorem.

Contentus esse episcopus debet de redditibus mensæ et cuncta sacra, vel pia in dioecesi ministret

§. 37. Præter hæc sunt alia plura, quæ cum ad spiritualis potestatis exercitium pertineant, a quo humanæ quælibet debet quem longissime exulare retributio, vel ad episcopale spectent munus, pro quo sustinendo, exercendoque redditus mensæ sunt episcopis assignati, nullum prorsus emolumentum directe, vel indirecte, quovis prætextu, aut colore, etiam muneris, aut spontaneæ oblationis, licet eisdem recipere, quemadmodum nec eorum vicariis, officialibus quibuscumque, aut familiaribus. Singula, vel potiora saltem hic vobis indicemus, venerabiles fratres, ex sacris canonibus, apostolicis constitutionibus, et sac. congregationum decretis deducta, quorum frequens est apud doctores, et satis vulgata mentio.

Enumerantur præcipua munera quæ gratis præstanda sunt ab episcopis.

§. 38. Pro literis, ut vocant, patentibus, seu licentia prædicandi tam in quadragesima, et adventu, quam alio quovis tempore, aut loco. *Concil. Trid. sess. 5. cap. 2. de reform.*

Pro licentia operibus servilibus gravi ex causa vacandi diebus festis; *Urban. VIII., constit. Universa, et plures sac. congregationes Concilii, et Episcoporum apud Ferrar. verb. festa numer. 31., et seq.* quamvis pecunia, quæ ea ex licentia percipitur, in pios usus esset eroganda.

Pro redditione rationis administrationis ecclesiarum, et locorum piorum, ac pro revisione librorum ejusdem administrationis, sive ea ab episcopo fiat, sive ab alio delegatione generali, sive speciali ab episcopo deputato, cum exceptione tamen superius indicata.

Pro cognitione, approbatione, et promulgatione reliquiarum, indulgentiarum, et altarium privilegiatorum.

Pro facultate eleemosynas, vel alie quæritandi, etiamsi alienigenis ea concedatur.

Pro deputatione custodum ecclesiarum, vulgo eremitarum.

Pro literis testimonialibus de paupertate, vel alia qualitate. Cancellarius tamen omnibus computatis, obulos decem percipere poterit.

Pro literis quoque, quibus significatur, aliquem nullo ordine, neque clericali tonsura esse initiatum. Cancellario autem obuli tantummodo decem poterunt præstari.

Pro actu renunciationis status clericalis, ejusque admissione, tum etiam pro literis, seu attestatione ejusdem renunciationis. Pro his tamen literis cancellarius obulos decem exigere poterit.

Pro perquisitione librorum parochialium apud archivium episcopale jam reconditorum, in quibus descripti sunt baptizati, confirmati, matrimonio juncti, atque mortui, pro singulis libris ad alicujus petitionem perquirendis liceat cancellario exigere obulos viginti dumtaxat, totidemque pro fide particulæ extrahendæ, quin fas sit majus accipere emolumentum sive pro dignitate personæ id petentis, sive testimoniales literæ usui futuræ sint extra dioecesim, vel extra regnum.

Si autem continget ea de re, cujus petitur testificatio, haud constare ex iisdem parochialibus libris, propterea que necesse sit probationem ex testibus comparare, tunc præter mercedem ad præscriptam rationem cancellario pro examine testium, ac pro scriptura præfinitam, licitum sit eidem alios accipere obulos quindecim pro literis testimonialibus edendis: vicario autem generali solvantur obuli triginta pro decretis, quibus informationem mandaverit capiendam, eaque capta, et ab ipso discussa, testimoniales jubebit expediendes.

Pro licentia discedendi ab ecclesiis, vel beneficiis, *Conc. Trid. ses. 23. cap. 1. de ref.* Item pro literis commendatitiis, quæ impertiuntur præsbyteris, clericis, aut aliis ad alienas dioeceses profecturis.

Pro literis monitorialibus excommunicationis ad rerum occultarum manifestationem, sive eæ concedantur ab ipsa curia episcopali, et ab Ordinario, sive publicandæ sint literæ monitoriales apostolicæ. Cancellarius vero pro scripturæ labore mercedem recipiet obulorum decem. Aliquo etiam emolumento ab episcopo pro sua conscientia taxando idem tantummodo cancellarius donabitur pro eorum, quæ revelantur, exemplari, prævio vicarii decreto, conficiendo.

Pro comminatione, sententia, aut declaratione censurarum, in quas vel ex clericorum percussione, vel alia quavis ex causa quis incurrerit; tum etiam pro sententia absolutoria, et absolutione ipsa a censuris; *cap. ad aures de simonia*. Cancellarius vero obulos tantum viginti exigere poterit pro scripturæ mercede, dummodo non agatur de exequendis literis sacræ pœnitentiariæ apostolicæ; tunc enim pro iis, quæ ad prædictam pertinent absolutionem, ne cancellarius quidem emolumentum aliquod poterit recipere. Obuli etiam viginti solvi poterunt cancellario pro censurarum schedulis, vulgo cedulonibus, et pro iisdem de more affigendis. Idem servandum erit pro absolutione a jurejurando, ita tamen ut si in curia ecclesiastica eadem absolutio concedatur, pro attestatione cancellario tantum obuli viginti, si vero extra curiam pro literis delegationis obuli totidem eidem dumtaxat cancellario rependantur.

Pro facultate exercendi pontificalia.

Pro executione literarum apostolicarum impartiendi benedictiones, vel absolutiones; pro literis vero, quibus eadem facultas parochis, vel aliis quibusvis committitur cum insertione dictarum literarum apostolicarum, omnibus computatis, cancellario tantum obuli triginta solvantur.

Pro executione literarum apostolicarum, seu facultatis a sacra congregatione impetratæ alienandi, vel permutandi bona ecclesiarum, locorumque piorum, vel census imponendi, cancellarius tantummodo mercedem suo aptam labori in conficiendis actis, seu scriptura recipiet, quæ tamen juliis decem non sit major. Quod si a sancta Sede commissum fuerit Ordinario, ut in eorum inquirat veritatem, quæ in supplici exponuntur libello, tunc cancellario obuli decem assignentur in singulos testes, qui examini subjiciuntur. Habitaque etiam laboris ratione, merces aliqua constitui eidem poterit ad episcopi arbitrium, et conscientiam pro edictis, quoties præscripta hæc fuerint, et pro examinandis testibus ad probandam utilitatem alienationis, et pro cæteris omnibus de more hac in re perficiendis.

Pro decreto alienationum, quæ vi *cap. terrulas* 12. *q.* 2. auctoritate tantum ordinaria fiunt.

§. 39. Mulctæ demum, seu pœnæ pecuniariæ, si quando juxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem eas imponi contigerit, in pios dumtaxat usus, et pro executione justitiæ ita expendantur, ut privatæ episcoporum utilitati, eorumque vicariorum, aut officialium quorumcumque nihil ex iis directe, vel indirecte possit ullo modo provenire. Ut vero omnis dubitatio tollatur, aut suspicio de non recta mulctarum applicatione, optimum erit, quinimmo necessarium putamus, ut ipsis in sententiis loca pia designentur, vel ecclesiæ, in quarum commodum prædictæ pœnæ pecuniariæ cedere omnino debent, habita semper ratione earum, quæ magis indigent, tum etiam domicilii eorum, qui deliquerint. *Mulctæ, seu pœnæ pecuniariæ ab episcopis inflictæ in pios usus convertendæ sunt.*

§. 40. Aliqua addenda nunc essent forum contentiosum spectantia, ut ecclesiastica disciplina hoc etiam ex capite in pristinum suum splendorem revocaretur, ac dignitatem. De his vero maturiori judicio, et ubi certiores facti plenissime erimus de consuetudinibus, quæ istis in diœcesibus obtinent, erit deliberandum. Unum tamen interim est, quod taciti præterire nullo modo possumus, quinimmo vobis magnopere inculcare cogimur, ac præcipere, ut, qui ferendis sententiis in causis spiritualibus dant operam ecclesiastici viri, ea sanctitate, pietate, ac religione ministerium impleant suum, ut nihil in iis appareat, quod ecclesiasticæ puritatis candori ne minimum quidem tenebris offundat. Id tum demum abunde sequetur, quum quicumque apud vos sunt ecclesiastici judices, nihil emolumenti exigent, vel accipient pro quibusvis actis etiam pro sententiis dicendis in causis spiritualibus, et in iis præsertim, quæ circa religionem versantur, veluti adversus suspectos de hæresi, et superstitionis reos, vel in quibus de sponsalibus agitur, de matrimoniis, de censuris, aliisque. Quamobrem = *Attendentes*, verba sunt Innocentii III. ad prælatos, et clericos Lombardiæ *cap. cum ab omni de vita, et honestate clericorum = quod ad hoc vobis, et aliis clericis sunt ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis* *Regula indigitantur servanda in foro contentioso ecclesiastico*

honeste vivere debeatis, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cum ergo opera vestra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat ad instar saecularium ad turpe commercium juris occasionem arripere; mandamus, atque praecipimus, quatenus ab hujusmodi exactionibus de caetero abstinentes, vigorem judiciarium gratis studeatis litigantibus impertiri, non obstante, quod in fraudem a quibusdam proponitur, quod idem exigatur nomine assessorum, cum nec justum judicium judici vendere liceat, et venales sententiae ipsis etiam saecularibus legibus improbentur ».

Constitutionis observantia praecipitur, derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 41. Hæc sunt, venerabiles fratres, quæ pro apostolico, quo fungimur, munere, ac ex debito suscepti regiminis vobis duximus proponenda. Hæc item sunt, quæ si rite a vobis, ut in Domino confidimus, perficiantur, ecclesiasticæ disciplinæ splendori, conscientiarum vestrarum tranquillitati, egregioque vobis ovium creditarum regimini maxime consulent, ac prospicient. Gravia hæc vobis futura, ac molesta non putamus, quamvis ex his aliquid vobis de consuetis emolumentis subtractum iri perspiciamus. Id de vobis vel leviter suspicari vetat perspecta in primis vestra pietas, probata religio; ecclesiasticæ conservandæ disciplinæ studium, quibus profecto fiet, ut quæ vobis hactenus fuerunt lucra, eadem in posterum arbitremini propter Christum detrimenta, veramque lucri rationem in eo tantummodo constituatis, ut Dei optimi maximi cultus magis magisque apud vos augeatur, populique fidei vestræ, ac religioni commissi verbo, et exemplo a vobis facilius, feliciusque pascantur. Accedit præterea, ab iis, qui in ecclesiasticis istius insulæ rebus versati optime sunt, ac regio præsertim nomine edoctos Nos plene fuisse, ac diligenter instructos, eos vobis esse redditus, qui, paucis etiam emolumentis subductis, quæ vobis posthac nefas erit exigere, vel percipere, episcopali dignitati, ac decori respondeant, et ecclesiarum sufficiant necessitati. Ne vero aliquid vobis præsidii esse putetis in iis, quibus usque adhuc innixi estis consuetudinibus, licet antiquissimis, memores vos esse oportet præclaræ Alexandri III. sententiæ *cap. cum in ecclesia, de simonia*, qua summus ille Pontifex eos compellabat, qui minus recte suis inhærebant consuetudinibus « *Putant autem plures ex hoc sibi licere, quia legem mortis de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, non satis, quia cupiditate excati sunt, attendentes, quod tanto graviora sunt crimina, quanto diutius animam tenuerunt alligatam* ». Has itaque consuetudines, etiamsi antiquissimas, ac immemorabiles, et synodalibus firmatas constitutionibus, vel alia quavis auctoritate, etiam Apostolica, alias roboratas improbamus, damnamus, ac pro abusu, et corruptelis habendas esse declaramus, statuimus, præcipimus. Sollicitudini, quæ Nobis inest, ecclesiarum vestrarum, ut præsentes literæ satis indicant, vos studio, diligentia, ac industria vestra minime defecturos, certa Nobis spes est, atque firmissima. Interim vero in paternæ erga vos dilectionis, ac benevolentiæ pignus, apostolicam vobis benedictionem impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die 21. septembris 1769. pontificatus Nostri anno primo.

XV.

Dat. die 18 Septem. 1769. Anno I.

Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XIV. literæ apostolicæ, quibus privilegia, gratiæ, et indulta alias a summis Pontificibus prædecessoribus ordini sancti Pauli primi eremitæ concessa, perpetuo confirmantur, et approbantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Ex injuncti Nobis divinitus pastoralis officii debito illa, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris in favorem eorum, qui sub suavi religionis jugo mancipati sunt, fideli dispensatione, prudentique liberalitate emanarunt, ut firma semper, atque stabilia persistant apostolici muniminis Nostri patrocinio, cum id a Nobis petitur, libenter roboramus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis fecit nuper dilectus filius Paulus Eszterhazy prior generalis ordinis fratrum sancti Pauli primi eremitæ, quod nonnulli Romani Pontifices prædecessores Nostri, ac præsertim Joannes XXII. Clemens VI. Urbanus V. Gregorius XI. Bonifacius IX. Martinus V. Eugenius IV. Pius II. Innocentius VIII. Clemens VII. Gregorius XIII. Urbanus VIII. Alexander VII. et Clemens X. prædicto ordini, ejusque fratribus nonnulla privilegia, gratias, et

indulta per suas, sive sub plumbo, sive in simili forma Brevis respective expeditas literas concesserunt, ac indulserunt, et alias prout in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, privilegia, gratias, et indulta hujusmodi dictus Paulus per Nos confirmari, et approbari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio tributa.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfata privilegia, gratias, et indulta eidem ordini, suisque fratribus a prædictis, aliisque Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, et elargita, dummodo sint in usu, et sacris canonibus, concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non adversentur, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in arce Gandulphi Albanen. dioecesis sub annulo piscatoris die XXVIII. septemb. MDCCLXIX pontificatus Nostri anno primo.

XVI.

Dat. die 4. Nov. 1769. Anno I.

Quid juris sanctæ Sedi competat in vacationibus episcopatuum in Germenia pertractatur, et definitur.

Frisingen, et Retisbonen.

Acta concistorialis habita hac super re

§. 1. Con decreto della sagra congregazione Concistoriale degli 11 marzo scorso fu concessa all'eminentissimo principe Clemente di Sassonia elettore di Treveri la ritenzione dell' amministrazione delle chiese di Frisigna, e Ratisbona fino a tanto che si fosse fatto luogo alla sua successione nella chiesa di Augusta, alla quale era già stato dato precedentemente in coadjutore. Susseguentemente nelle bolle della provista di detta chiesa di Treveri fu espressa la condizione » Volumus quod postquam di» cti coadjutoris officium cessaverit, ac » successioni dictæ ecclesiæ Augustanæ » locus factus fuerit dictarum ecclesia» rum Frisigen, et Retisbonen admini» stratio cesset, ipsæ ecclesiæ vacent eo » ipso ».

Facti expositio

§. 2. Defonto ai 20 agosto passato monsignor vescovo d'Augusta, il principe Clemente elettore di Treveri ha preso l'effettivo possesso di detta chiesa d'Augusta, ma non per questo ha dimessa di fatto l' amministrazione delle altre due di Frisigna, e Ratisbona, seguitando a governarle per mezzo do'suoi ministri, ed officiali, ed ha avvanzato supplica a nostro Signore per ottenere nuova grazia, cioè della ritenzione ad vitam d'ambedue le dette chiese, simultaneamente con quelle di Treveri, e d'Augusta, o almeno per quella di Frisigna ad vitam, e per quella di Ratisbona ad quinquennium.

Quid capitulum in subjecta reputasset referitur.

§. 3. Intanto ai 18. d'ottobre radunatisi nove dei 14. canonici, che compongono il capitolo di Frisigna, essendosi gli altri cinque assenti scusati dall' intervenirvi, fu fatta fra essi la proposizione se dovevasi risguardare come attualmente vacata la loro chiesa, e per conseguenza come venuto il caso di nuova elezione. Tre sostennero l' affermativa, gli altri credendo non doversi dire vacata la chiesa fino che non costi dell'espressa volontà della santa Sede, furono anzi di sentimento, che si ricorresse a nostro Signore acciò si degni di far continuare il principe Clemente nell'amministrazione della chiesa medesima. Gli uni, e gli altri hanno fatto le formali loro rispettive istanze a nostro

Signore, e i tre primi dimandano specialmente, che Sua Santità si degni di prorogare loro il trimestre canonico stabilito per l'elezioni, che spirerà ai 20 novembre ad un altro mese di più.

Quid cum germanicis imperatoribus conventum fuisset a S. M. Nicolao V commemoratur.

§. 4. Suppongono questi capitolari, che cessata l'amministrazione delle suddette chiese si devolva ai capitoli il jus di eleggere il nuovo vescovo. Ma al contrario la Sede apostolica ha un fondato diritto di provvedere ella liberamente ambedue le chiese in virtù del concordato di Nicolò V. con cui si dispone, che rimaner debbano affette alla libera disposizione della santa Sede quelle chiese, che vacano per traslazione de' loro vescovi fatta per autorità apostolica ad altre chiese. In tal modo appunto vacano al presente le chiese di Frisigna, e Ratisbona, e perciò non è da mettersi in dubbio, che le medesime non debbano spettare alla libera provvista della Sede apostolica.

S. Sedes in casibus vacationis per translationem specialia indulta concedere consuevit.

§. 5. Vero si è però, che nei varj casi occorsi di vacanze delle chiese di Germania per traslationem, la santa Sede è stata solita di concedere dei speciali indulti ai capitoli di poter venire per quella sol volta, et ex speciali gratia all'elezione del vescovo successoro. Così appunto successe nell'anno 1694. in cui passando il principe Clemente di Baviera alla chiesa di Liegi, quelle di Frisigna, e di Ratisbona, che egli aveva ritenute fin allora in amministrazione, rimasero vacanti, e la congregazione Concistoriale dei 24 settembre 1694. » censuit, ex speciali gratia, et indul» gentia Sanctitatis Suae concedi posse » capitulis, et canonicis earumdem ec» clesiarum facultatem deveniendi juxta » sacrorum canonum dispositionem ad » electionem suorum respective episco» porum ». E così in fatti seguì.

Et hanc consuetudinem optimam censuit s. congregatio consistorialis

§. 6. Sulla scorta di un tale esempio ognun vede, cha qualora la Sede apostolica non volesse in questo caso venire alla libera provista delle suddetta chiese, potrebbe almeno preservare indenni i proprj diritti nell'occasione presente, col daro ai rispettivi capitoli un indulto, affinchè possano essi procedere a nuova elezione, ma con ciò non si soddisfarebbe nè l'eminentissimo elettore di Treveri, che chiede la ritenzione nel modo di sopra espresso, nè la corte Cesarea, la quale con gran premura appoggia l'istanze suddette per la ritenzione almeno di una delle due chiese.

Et quid in subjecta materia esset s. Sedi innovandum statuitur

§. 7. Resta dunque ad esaminarsi se codesta sagra congregazione creda di poter consigliare la Santità di nostro Signore ad esaudire le suppliche suddette, ed in qual modo.

1. Se per una chiesa sola, o per ambedue?

2. Et quatenus affirmative; Se una tal ritenzione abbia a concedersi in linea di proroga di quel primo indulto, che già ebbe l'eminentissimo elettore nel marzo scorso, o pure per nuova concessione?

3. Qualora si conceda la ritenzione di una sola chiesa, ciò, che debba farsi rispetto all'altra, che rimarrà vacante? Se provedersi ex integro dalla Santità di nostro Signore, o pure concedersi a quel capitolo l'indulto di procedere all'elezione?

4. Qual giudizio debba farsi degli atti, che ha esercitati l'eminentissimo elettore nel governo delle due chiese, da che si è fatto luogo alla successione Augusta?

La risoluzione del primo articolo dipenderà dal giudizio, che l'EE. VV. formeranno dell'utilità, che sia per recare alle chiese suddette nelle circostanze delle medesime non meno dei tempi correnti. La continuazione della loro amministrazione in persona di un principe fornito di tanto zelo, pietà, e potenti aderenze in tutta l'Europa, e in specie nell'impero, come è l'eminentissimo elettore di Treveri; e se tali riflessioni sieno così forti da poter superare la giusta ripugnanza, che altrimenti si avrebbe di derogare su questo punto a tante disposizioni canoniche, e al decreto medesimo di questa sacra congregazione degli 11 marzo scorso, molto più se non per una sola, ma per ambedue le chiese concedere si pensasse la ritenzione.

Più implicita però sarà la risoluzione del 2. articolo, affine d'ovviare a qualunque contradizione dei capitoli, qualora si opponessero alla grazia apostolica.

Refertur tenor alterius decreti ipsius congregationis, Consistorialis super vacatione ecclesiarum Frisingensium et Ratisbonen ob subsecutam successionem Augustanam.

§. 8. In vigore del decreto concistoriale degli 11. marzo scorso, e delle bolle della provista della chiesa di Treveri sono vacate ambedue le chiese di Frisigna e Ratisbona eo ipso, e si è fatto luogo alla successione d'Augusta, e che l'eminentissimo elettore ne è entrato in attuale possesso, benchè incontrovertibile sembri una tale vacanza, può nascere però dubbio se per essa continuino le medesime chiese ad essere affette alla libera disposizione di nostro Signore, o pure non sieno piuttosto rientrati quei capitoli nel preteso loro diritto di venire a nuova elezione. Per parte nostra

possono considerarsi dette chiese come rimaste, dopo la cessazione dell' amministrazione temporanea, vacanti nello stesso modo con cui erano vacate prima che si concedesse l'indulto dell'amministrazione, cioè come vacanti, tuttavie per translationem del loro vescovo ella chiesa di Treveri; e che perciò, seguitando esse a vacare per traslazione, rimanere debbano affette come prima alla disposizione apostolica.

Referuntur exceptiones, quæ opponi possent a capitulis, ut ad novam electionem, seu postulationem descenderent.

§. 9. Potrebbero però in contrario dire i capitoli, che quel diritto che la Sede apostolica ha dai concordati sia già stato da loro consumato mediante la ritenzione, che fu già accordata nello scorso marzo all' eminentissimo elettore, e che le Santità di nostro Signore non debbe più di una volta prevalersene non vacando più tali chiese immedietamente per translationem, ma bensì, e soltanto per cessationem simplicis administrationis.

Exceptiones ipsæ profligantur

§. 10. Per altro può riflettersi nel caso nostro, che la ritenzione già concessa al principe Clemente fu temporanea, non perpetua; che gli autori tedeschi hanno bensì preteso, che la ritenzione perpetua equivalga alla collazione in titolo, e che perciò consumi la vacanza dalla chiesa apud sanctam Sedem, che deva a questa il diritto di liberamente provedere quella chiesa; ma niuno ha finore detto, che una ritenzione temporanea, come è stata quella concessa al principe suddetto, operi lo stesso effetto, perchè questa in fatti non può aquivalere ad una collazione in titolo, non mutando punto la persona, che la godeva prima; cosicchè una tale grazia non fa in certo modo, che impedire la vacanza facendo continuare le reggenza dalla chiesa in quella stessa persona, che era stata già eletta, senza che ebbia bisogno di nuovo possesso, e di altra facoltà.

Quid consilii sit capiendum in subjecta materia definitur

§. 11. In sequela di questo principio, se l'EE. VV. crederanno potersi accordare all' elettore l'amministrazione in questione, resterà a vedersi se questa dovrà darsi per nuova concessione, o pure per via di proroga del precedente indulto.

Excluditur omnibus procedendi ad novam concessionem.

§. 12. Se si fa per via di nuove concessione, si dovrà fare enza ai capitoli di pretendere, che sia questa una nuova provvista di Sua Santità, la quale per le ragioni sopra divisate potrebbs essere in qualche modo da essi contradetta. Laddove la proroga dell' indulto dimostrerà, che la santa Sede estendendo ad un' emministrazione perpetua quella, che da principio ella aveva concessa ad tempus, viene ora a disporne in sequela di quel diritto, che le competeva fino da quando l'eminentissimo elettora passò dalla chiese di Frisigna, e Ratisbona e quella di Traveri, che la clausola di vacaziona *eo ipso* intendera sempre si debba di vecazione in curie » ubi » actus vacationis sequitur, Rigant. ad » regul. I. canc. §. 7. n. 51 et 223.

Suadetur, ut indulgeatur capitulis prorogatio temporis ad eligendum, seu postulandum.

§. 13. Riguardo al terzo punto, sembra, che qualora sia per negarsi all'eminentissimo elettore la richiesta ritenzione, si possa per ovviare a qualunque contradizione, dare ai capitoli il solito Breve di facoltà per venire a nuova elezione, come si è praticato in altri simili casi. Quanto poi al quarto, nel caso parimenti, in cui all' eminentissimo elettore niuna riteozione si conceda, sarà necessario di sanare tutti gli atti da lui esercitati nel governo di dette due chiese, da che si è fatto luogo alla sua successione in Augusta. Ma qualora gli si concedesse la ritanzione di una, o di ambedue le chiase, sarà allora da esaminarsi se tal sanazione convenga darla segretamente, o pubblicamente, se ad cautelam, o in altro modo per non dare ai capitoli occasione d'arguire, che la santa Sede con un fatto suo proprio confessi l'effettiva attuale vacanza di dette chiese, la quale essi non vorranno mai riconoscere come seguita apud Sedem, e in curia.

Frisingen. prorogationis temporis ed eligendum, seu postulandum.

Pro tollendis dissidiis censuit sancta sedes capitulo facultates prorogare ad eligendum, seu postulandum novum episcopum.

§. 14. Quum juxta decretum diei 11 elapsi mensis martii sacra congregatio Consistorialis censuerit regio principi Clementi ax serenissimis Saxoniæ ducibus in archiepiscopum, et S. R. I. principem electorem Trevirensem electo, ec confirmato concedendam esse retentionem coadjutoriæ cum futura successione ecclesiæ Augustanæ, nec non retentionam in administrationem ecclesiarum catbedralium Frisingen. et Ratisbonen., donec tamen successioni in præfata ecclesia Augustane ad ajus favorem locus factus fuisset: quumque per obitum R. P. D. Josephi principis ab Hassia Darmstat episcopi Augustani, successioni hujusmodi loco jam facto, cessaverit administratio prædictarum ecclesiarum Frisingen., et Ratisbonen. Eadem sacra congregatio Consistorialis putavit pro hac vice tantum, et ex speciali gratia, et indulgentia prorogandum esse capitulo Frisingensi tempus duo-

rum mensium a dle 20 currentis mensis novembris in antea computandorum ad eligendum, seu postulandum itaut intra dictum tempus ad electionem seu postuletionem hujusmodi procedere possit, et valeat juxta sacrorum canonum dispositionem, etiamsi ecclesia prædieta Frisingensis Sanctitatis Suæ, et Sedis apostolicæ dispositioni servata seu effecta quovis modo etiam juxta concordata inter Sedem epostolicam prædiotam et inclitam nationem Germanicam inita, existat perinde, ac si ipsa ecolesia Sanctitatis suæ, et sanctæ Sedis dispositioni nullatenus reservata, seu effecta esset: factaque per me infrascriptum secretarium relatione, Sanctitas sua non solum sacræ congregationis sententiam approbavit, verum etiam instante eodem regio principe Clemente benignissime Indulsit atque concessit ipsi capitulo Frisingensi uberiorem temporis prorogationem usque ad tres menses a die nempe 20 novembris ut supra computandos, et ita præsens decretum per literas apostolicas in forma Brevis expediendum inter acta sacræ congregationis Consistorielis referri mandavit.

Detum Romæ die iv. novembris anno millesimo septingentesimo sexegesimo octavo.

Ratisbonen. prorogationis temporis ad eligendum seu postulandum

Secundum rescriptum quo per prorogatio temporis ad eligendum conceditur.

§. 15. Quum juxta decretum diei xi. clapsi mensis martii sacra congregatio Consistorialis censuerit regio principi Clementi ex serenissimis Saxoniæ ducibus in archiepiscopum, ct S. R. I. principem electorem Trevirensem electo, ec. confirmato concedendam esse retentionem coadjutoriæ cum futura successione ecclesiæ Augustanæ, nec non retentionem in edministrationem coclesiarum cathedralium Frisingen. et Ratisbonen. donec tamen successioni in præfata ecclesia Augustena ed ejus favorem locus factus fuisset. Quumque per obitum R. P. D. Josephi principis ab Hassia Darmstat episcopi Augustani successioni hujusmodi loco jam facto, cessaverit administratio prædictarum ecclesiarum Frisingen., et Ratisbonen. Eadem sacra congregatio Consistorialis putavit, pro hac vice tantum, et ex speciali gratia, et indulgentia prorogandum esse capitulo Ratisbonensi tempus duorum mensium a die xx. currentis mensis novembris in antea computandorum ad eligendum seu postulandum, itaut intra dictum tempus ad electionem, seu postuletionem hujusmodi procedere possit, ct valeat juxta sacrorum canonum dispositionem, etiamsi ecclesia prædicta Ratisbonensis Senctitatis Suæ, et Sedis apostolicæ dispositioni reservata, seu affecta quovis modo etiam juxta concordata inter Sedem apostolicam prædictam, et inclitam nationem Germanicam inita existat, perinde, ac si ipsa ecclesia Sanctitatis Suæ, et sanctæ Sedis dispositioni nullatenus reservata, seu affecta esset: factaque per me infrascriptum secretarium relatione, Sanctites Sua non solum sacræ congregationis sententiam approbavit, verum etiam, instante eodem regio principe Clemonte, benignissime indulsit, atque concessit ipsi capitulo Ratisbonensi uberiorem temporis prorogationem usque ad tres menses a die xx. novembris ut supra computandos, et ita præsens decretum per literas apostolicas in forma Brevis expediendum inter aota sacræ congregationis Consistorialis referri mandavit.

Datum Romæ die iv. novembris anno millesimo septingentesimo sexagesimo octevo.

Frisingen., et Ratisbonen. indulti eligibilitatis.

Tertium rescriptum, quo indulgetur retensio coadjutoriæ cum futura successione.

§. 16. Quum juxta decretum diei xi. elapsi mensis martii sacra congregatio Consistorialis censuerit, regio principi Clementi ex serenissimis Saxoniæ ducibus in archiepiscopum, ct S. R. I. principem electorem Trevirensem lecto, ac confirmato concedendam esse retentionem coadjutoriæ cum futura successione ecclesiæ Augustanæ, nec non retentionem in administrationem ecclesiarum cathedralium Frisingen. et Ratisbonen., donec tamen successioni in præfata ecclesia Augustana ad ejus favorem locus factus fuisset: quumque per obitum R. P. D. Josephi principis ab Hassia Darmstat episcopi Augustani successioni hujusmodi loco jam facto, cessaverit administratio prædictarum ecclesiarum Frisingen. et Retisbonen. idem autem princeps Clemens Sanctissimo Domino Nostro humiles preces obtulerit, ut sibi concedere dignaretur indultum eligibilitatis, vi cujus eligi rursus possit ed easdem ecclesias, Sanctitas Sua ad mei infrascripti relationem gratia hujusmodi indulti per literas apostolices in forma Brevis expediendi benigne annuit, ita tamen ut si contingeret, electiones de ejus persona in utraque ecclesia ab earum respective capitulis celebrari, uni earumdem dumtaxat, quam maluerit consensum suum præstare, et ejusmodi, quem maluerit ecclesiam, postquam ab epostolica Sede electionis ectus confirmatus fuerit, in administrationem ad

sui vitam una cum titulo sui archiepiscopatus Trevirensis, et cum ecclesia Augustana, quam in similem administrationem ex dispensatione apostolica obtinet, nec non cum canonicatu ecclesiæ metropolitanæ Colonien. acceptare, ac respective retinere libere, licite, et valide possit, et valeat quibuscumque in contrarium non obstantibus, ac præsertim motu proprio sa. me. Clementis Papa XII. sub die quinta januarii anni MDCCXXXI. edito quibus pro hac vice tantum plenissime derogavit; mandavitque hujusmodi decretum referri inter acta sacræ congregationis Consistorialis. Datum Romæ die quinta novembris MDCCLXVIII.

Dat. die 8. Nov. 1769. Anno I.

XVII.

De eodem argumento agitur, et tempus ad eligendum conceditur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Facti expositio

§. 1. Alias Nos venerabilem fratrem Clementem Wenceslaum e ducibus Saxoniæ episcopum Frisingen. et administratorem ecclesiæ Ratisbonen. ac simul coadjutorem cum futura successione ecclesiæ Augustanæ provinciæ Moguntin. ad electionem dictorum filiorum capituli, et canonicorum ecclesiæ metropolitanæ, ad quos occurrente illius vacatione electio personæ idoneæ illi ad electionem hujusmodi Romanum Pontificem pro tempore existentem præficiendæ, juxta concordata dudum inter Sedem apostolicam, et inclitam nationem Germanicam inita spectare dignoscebatur, a vinculo quo idem Clemens Wenceslaus prædictæ Frisingen. tenebatur, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, et apostolicæ potestatis plenitudine absolventes ad prædictam metropolitanam ecclesiam transtulimus, illique in archiepiscopum præfecimus, et pastorem eidemque Clementi Wenceslao, ut ipse una cum prædicta ecclesia Treviren. dictas Frisingen., et Ratisbonen. ecclesias in administrationem retinere posset, donec tamen, et quousque successioni præfatæ locus factus fuisset, nec non præfatum coadjutoris officium ut prius exercere, illo vero cessante, et loco facto hujusmodi successioni præfatam ecclesiam Augustanam etiam in administrationem cum eadem ecclesia Treviren. pariter retinere valeret concessimus, et indulsimus: postquam autem dictum coadjutoris officium cessasset, et successioni dictæ ecclesiæ Augustanæ ad sui favorem locus factus fuisset, ut præfertur, dictarum ecclesiarum Frisingen. et Ratisbonen. administrationem cessare, ipsasque ecclesias vacare decrevimus, et mandavimus, ac alias prout in nostris desuper sub plumbo anno incarnationis millesimo septingentesimo sexagesimo octavo pridie idus martii expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continentur. Cum autem sicut nuper accepimus per obitum bo. me. Josephi dum vixit episcopi Augustan. provinciæ præfatæ successioni hujusmodi loco jam facto, administratio præfatarum ecclesiarum Frisingen. et Ratisbonen. cessaverit:

§. 2. Nos dilectis filiis capitulo, et canonicis ecclesiæ Ratisbonen. specialem gratiam facere volentes, et supplicationibus quoque ex parte, ac nomine ejusdem Clementis Wenceslai ultimo loco Nobis desuper humiliter porrectis inclinati, eorumdem capituli, et canonicorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore, censentes, ut maturius, et consultius ad electionem, vel postulationem pastoris idonei, qui eidem ecclesiæ verbo, et exemplo præesse, et prodesse possit, quemadmodum ipsius ecclesiæ conditio postulat, et officii nostri ratio requirit, devenire valeant, tempus alias a sacris canonibus ad electiones, seu postulationes hujusmodi celebrandas præscriptum ad tres menses a die vigesima decurrentis novembris in antea computan. intra quos ipsi canonici, et capitulum ad electionem seu postulationem personæ idoneæ eidem ecclesiæ in episcopum præficiendæ, servata ceteroquin sacrorum canonum dispositione, procedere possint, debeant, et teneantur, etiamsi hujusmodi Ratisbonensis ecclesia modo, ut præfertur, vacans Nostræ, et apostolicæ Sedis dispositioni, vigore etiam concordatorum inter dictam Sedem, et inclytam nationem Germanicam initorum reservata seu affecta existat, et in omnibus ac per omnia perinde, ac si Nostræ, et dictæ Sedis

Gratia prorogationis indulta.

dispositioni nullatenus reservata, vel affecta esset, firmis cæteroquin remanere debentibus omnibus, et singulis per dictum Clementem Wenceslaum, vel ejus nomine in administratione ecclesiæ Ratisbonen. ex quo ad illius favorem successioni in præfata ecclesia Augustan. locus factus fuit usque ad præsentium literarum receptionem, seu præsentationem actis, factis, gestisque de specialis atque uberioris dono gratiæ auctoritate apostolica tenore præsentium prorogamus, extendimus, et ampliamus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac eisdem capitulo, et canonicis, aliisque ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 3. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac ordinationibus, et constitutionibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ ecclesiæ Ratisbonen. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava novembris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.



XVIII.

Dat. die 22. Nov. 1769. Anno I.

Unio officii commissarii missionum collegiorum de Queretaro, et de Zacatecas, cum præfectura earumdem missionum, et concessio alternativæ pro electione præfecti, seu commissarii cum aliis collegiis nuncupatis de Guatimala, et Mexicani.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status rerum in collegiis missionum. §. 1. Alias pro parte dilecti filii Michaelis del Rosal fratris expresse professi ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, ac procuratoris quatuor collegiorum missionum, de Queretaro nempe, de Zacatecas, de Guatimala, et Mexicani in America septemtrionali, congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negociis Propagandæ Fidei præpositæ expositum fuit, quod usque ab initio erectionis hujusmodi collegiorum officium commissarii apostolici prædictarum missionum cum altero officio earum præfecti in una, eademque persona unitum reperiebatur; postmodum vero, quamvis officia prædicta duabus distinctis personis fuerint concessa, nihilominus, cum totum id, quod prius curæ dicti commissarii missionum a statutis fel. record. Innocentii papæ XI. prædecessoris Nostri tributum fuerat eo tempore, quo omnia dicta collegia minime ibidem existebant, nunc a collegiis ipsis deinde erectis peragatur; inutilis prorsus reddebatur ejusdem officii commissarii continuatio: aut saltem ex quo illius functiones omnes cum præfectura missionum compatibiles sunt in una, eademque persona; utrumque officium hujusmodi denuo uniendum esse, collegia prædicta, eorumque fratres expostulabant. Atque præterea cum ab erectione collegiorum hujusmodi usque ad hæc tempora præfectura earumdem missionum a solis fratribus duorum dumtaxat collegiorum de Queretaro, et de Zacatecas obtenta, et exercita fuerit, neglectis iis aliorum collegiorum de Guatimala, et Mexicani æque cæteroquin dignis: hinc discretoria omnium quatuor collegiorum hujusmodi decernere putarunt, ut præfatæ congregationi supplicandum esset pro constitutione alternativæ, vi cujus in posterum nominatio trium fratrum ad præfecturam hujusmodi deputandorum,

non amplius a præfecto actuali peragenda sit; sed prævio canonico scrutinio, et electione, expleri debeat ob illo collegio, ad quod per turnum, seu alternativam id pertineret. Super autem hujusmodi precibus memorata congregatio audiendum esse censuit votum dilecti filii Paschalis a Varisio ministri generalis ejusdem ordinis, qui tam unionem officiorum hujusmodi in una, eademque persona, tamquam utiliorem, quam electionem commissarii, simulque præfecti dictarum missionum alternatim una vice pro unoquoque ex collegiis prædictis, ut ita pax, et tranquillitas in eis conservetur, peragendam esse duxit; ac propositionem trium personarum, ex quibus commissarius, ac præfectus hujusmodi eligendus erit alternatim ab unoquoque collegio, canonico scrutinio peracto, pertinere putavit, quatenus ita eidem congregationi visum fuisset.

Resolutio congregationis de Propaganda Fide.

§. 2. Memorata itaque congregatio die quarta septembris proxime præteriti edidit decretum, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet = Relato per R. P. D. Marium Marefuscum secretarium supradicto libello supplici, una cum voto patris generalis; eminentissimi Patres annuerunt juxta votum prædictum, post vacationem præfecturæ, quæ exercetur vigore decreti sub die vigesima octava novembris MDCCLVII. expediti, non obstante confirmatione ad aliud duodennium a præsenti præfecto sub die decimatertia junii MDCCLXIX. ob pendentiam prænotati recursus nulliter obtenta. Datum Romæ ex ædibus sacræ congregationis die, et anno, quibus supra = Joseph Maria cardinalis Castelli præfectus = M. Marefuscus secretarius = Loco ✠ sigilli.

Preces porrectæ pro confirmatione decreti, quæ fuit indulta.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Michael Nobis nuper exponi fecit, ut decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Michaelem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, horum serie absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum præinsertum, auctoritate apostolica, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et, quatenus opus sit, ordinis et collegiorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vigesima secunda novembris MDCCLXIX, pontificatus Nostri anno primo.

XIX.

Dat. die 8 Dec 1769. Anno I.

Electio confessarii regis Hispaniarum in episcopum Thebarum in partibus infidelium.

Ratio concessionis exponitur.

§. 1. Nos Clemens Papa XIV. motu proprio etc. volentes in proximo Nostro consistorio secreto ad metropolitanam ecclesiam Thebarum in partibus in-

fidelium existentem promovere dilectum filium Joachimum ab Oxoma presbyterum ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia excalceatorum expresse professum, et charissimi in Christo filii nostri Caroli III. Hispaniarum regis catholici confessarium, ac volentes etiam, quod pro ejusdem ecclesiæ provisione, ac Bullarum apostolicarum expeditione nihil penitus impendatur, et gratis omnino proponatur, atque expediatur.

Gratia indulgetur remissis emolumentis propinis, seu taxis.

§. 2. Propterea vigore præsentis Nostri motus proprii apostolica auctoritate in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, et mandamus venerabilibus fratribus Nostris Carolo Alberto episcopo Ostien., et Veliternen. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Guidobono Cavalchino pro-Datario Nostro, et Henrico Benedicto Mariæ Clementi episcopo Tusculano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ejusdemque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vice-cancellario, ac summatori Nostrarum literarum apostolicarum, ac dilecto filio Nostro Andreæ præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Nigronio Nostro secretario Brevium, necnon dilectis quoque filiis magistro pro-summistæ ac omnibus, et singulis participantibus officialibus, ac ministris universis quocumque nomine nuncupatis antedicti Consistorii cameræ, viæ secretæ pariter nuncupatæ, datariæ, cancellariæ, summistatus, plumbi, secretariæ Brevium Nostrorum, ac transumptorum nostrarum Bullarum apostolicarum, ne ipsi, aut eorum quilibet ratione propinæ etiam Nobis debitæ, seu taxæ, et scripturæ Bullarum hujusmodi, vel titulo strenæ, et regaliæ, seu quocumque alio prætextu, quidquam accipiant, et exigant, ac accipere, et exigere queant, valeant, audeant, et præsumant pro totali antedictæ ecclesiæ propositione, illiusque apostolicarum Bullarum expeditione favore præfati Joachimi, sed in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia præfata ecclesia Thebarum hac vice dumtaxat gratis ubique proponatur, atque expediatur quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum ex apostolico Nostro palatio Quirinali hac die octava decembris MDCCLXIX.

Clemens PP. XIV.



XX.

Dat. die 12. Dec. 1769. Anno I.

Jubilæum universale ad implorandum divinum auxilium initio pontificatus pro salutari sanctæ Ecclesiæ catholicæ regimine.

Clemens Papa XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Proœmium

§. 1. Inscrutabili divinæ sapientiæ, atque bonitatis consilio ad supremum apostolatus fastigium nullo meritorum suffragio evecti, dum divina agnoscimus dona, simul et formidamus judicia: quoties enim mentis nostræ oculis creditum munus serio contuemur, toties oneris gravitas Nos terret, ac virium nostrarum infirmitatis conscientia conturbat, et crebra ex imo corde suspiria, ac uberes ex oculis lacrymas fundentes toti contremiscimus; itaut, nisi ejus auxilium, qui nostris humeris tantum pondus imposuit, Nobis adfuturum confideremus, animo plane concideremus. Universorum igitur christiani orbis fidelium opem imploramus, ut concordibus votis, ac publicis ferventioribus precationibus, jejuniis, et eleemosynis, aliisque pietatis operibus divinam invocemus misericordiam, qua clementissimus Dominus confirmet, quod operatus est in Nobis, repleatque Nos agnitione voluntatis suæ, effundens super Nos spiritum sapientiæ, et intellectus, spiritum scientiæ, et pietatis, spiritum consilii, et fortitudinis, ut inter tot rerum difficultates agnoscamus, quæ agenda sunt, oculisque semper in Deum intentis, quæ recta sunt, salubriter perficiamus. Rogemus magnum patremfamilias, ut vineam suam electam custodiat, quam plantavit, suumque populum per viam mandatorum ejus ambulantem gratiæ suæ donis in hac peregrinatione confoveat, et ad propositum æternæ beatitudinis præmium feliciter perducat.

Imploratur divinum auxilium, et preces publicæ indicuntur, et quid sit agendum pro consecutione Jubilæi præfinitur.

§. 2. Hæc autem, ut ferventiori spiritus ardore, maiorique fructu peragantur, priscum Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum morem sequuti, coelestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei Nostræ commissa est, pro felici Nostri pontificatus initio erogare decrevimus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum

Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, et singulis utriusque sexus christifidelibus ubicumque degentibus, qui ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum vicariis, seu officialibus, aut de eorum mandato, at, ipsis deficientibus, ab iis, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel ecclesiarum hujusmodi aliquam spatio quindecim continuorum dierum, seu duarum hebdomadarum a publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum vicarios, seu officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum (quæ hebdomadæ maxime cupimus, ut in acceptabile quadragesimæ tempus his nostris literis mature pervenientibus cadant) saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, et sexta feriis, et sabato alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, et peccata sua confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in dominica immediate subsequenti, vel alia die intra eamdem hebdomadam pro prima; pro secunda vero ex prædictis hebdomadis, vel in ipsa secunda dominica, aut alio die hebdomadæ hujusmodi, reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas ecclesias intra, et extra urbem concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur. Navigantes vero, et iter agentes, ut, cum primum ad sua se domicilia receperint, suprascriptis peractis, et visitata ecclesia cathedrali, vel majori, aut parochiali loci eorum domicilii, eamdem indulgentiam consequi possint, et valeant.

Regulares utriusque sexus et qui impediuntur præstare quæ s. Sedes, vel Ordinarii præfiniunt, indultum recipiunt a confessariis, ut Jubilaeum lucrari valeant

§. 3. Regularibus vero personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, etiam in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa confessarius ex jam approbatis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

Omnibus autem christifidelibus licentia tribuitur eligendi confessarium, qui absolvere possit a censuris.

§. 4. Insuper omnibus, et singulis, christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam ecclesiasticis secularibus, et regularibus cujusvis ordinis, congregationis, et instituti licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam secularem, quam cujusvis ordinis, et instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quaris occasione, vel causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedi apostolicæ, et alias per quascumque Nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeat: et insuper vota quæcumque (religionis, et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

Excipiuntur tamen irregularitates, et excommunicationes latæ sententiæ si antea non fuerit satisfactum.

§. 5. Non intendimus autem per præsentes; sicuti prædecessorum Nostrorum nemo in publicatione Jubilæi unquam intendit, super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, at in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis, qui a Nobis, vel ab aliquo prælato, seu judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intra Jubilæi tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata

habentes, hac vice specialiter nominatim, et expresse ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Itaque Ss. Apostoli Petrus, et Paulus, de quorum potestate, et auctoritate confidimus, ipsi intercedant pro vobis omnibus ad Dominum.

Remissio peccatorum, absolutio, et indulgentia impertitur

§. 6. Interim indulgentiam, absolutionem, et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spatium veræ, et fructuosæ pœnitentiæ, cor semper pœnitens, et emendationem vitæ; gratiam et consolationem sancti Spiritus, et finalem perseverantiam in bonis operibus tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus, de cujus clementia, et misericordia vobis apostolicam Nostram benedictionem peramanter impertimur. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressi, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, et gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XII. decembris MDCCLXIX, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 12. Dec. 1769. Anno I.

XXI.

De eodem jubilæo universali agitur cum episcopis, archiepiscopis, patriarchis, et primatibus.

Clemens Papa XIV.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium

§. 1. Cum summi apostolatus impositum Nobis munus cogitatione comprehendimus, tantique oneris vim ac gravitatem intuemur, non possumus, venerabiles fratres, et rei ipsius magnitudine, et perspecta Nobis virium Nostrarum imbecillitate non vehementer commoveri. In altitudinem maris venisse, atque e tranquillæ vitæ securitate tamquam e tutissimo portu ad regendam beati Petri naviculam evocati, maximis repente Nos abripi, atque agitari fluctibus videmur, ac tempestatis vi pene demergi. Verum a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Neque enim ullis humani consilii rationibus, sed illius inscrutabili judicio Nobis nihil tale opinantibus delatam tanti muneris procurationem apertissime intelligimus. Proinde in certissimam spem erigimur, eum ipsum, qui Nos ad summi ministerii solicitudinem adduxit, timorem ac infirmitatem Nostram præsidio suo sublevaturum, et exauditurum Nos esse in abscondito tempestatis. In eadem fiducia præclare Nos confirmat Petri trepidantis in mari, ac Domini modicam ejusdem fidem increpantis recordatio. Qui Nobis in apostolorum principe totius Ecclesiæ curam, et claves regni cælorum tradidit, qui suas oves pascere, ac fratres confirmare jussit, idem certe omnem sui obtinendi auxilii dubitationem a Nobis depellere, Nosque suæ gratiæ spe magis voluit, quam timore nostræ imbecillitatis moveri. Illius itaque, qui est robur ac fortitudo Nostra, voluntati obsequimur, illius fidei potestatique Nos permittimus. Ille consilio suo inchoatum in Nobis opus etiam perficiet, atque ex ipsa humilitate Nostra illius potentiæ, ac misericordiæ vis perspectior omnibus elucescet. Nam si quid hac temporum conditione, Nostra, qui inutiles servi sumus, opera ad Ecclesiæ suæ incolumitatem moliri, ac efficere constituit, illum unum omnes auctorem atque effectorem perspicient, et propterea ipsi honorem ac gloriam esse tantummodo tribuendam cognoscent. Quare alacri animo ad maximum sustinendum onus accedimus, et quo potentiore auxilio fidimus, eo majore studio connitimur, et ob ipsam muneris, ad quod appellati sumus, præstantiam, nullas, quæ a Nobis in eo perfungendo conferri possunt, sedulitatis ac industriæ partes nimias esse judicamus.

Quam quidem administrationis Nostræ rationem dum assidue versamus animo, atque ex hac altissima apostolicæ Sedis specula in omnes christiani orbis regiones oculos convertimus, vos potissimum, venerabiles fratres, excelso, et illustri loco positos intuemur, vestro conspectu recreamur, vos adjutores Nostros, vos dominici gregis custodes, ac evangelicæ vineæ operarios summa animi Nostri jucunditate agnoscimus. Qui igitur Nostræ solicitudinis partem sustinetis, in ipso apostolatus Nostri exordio alloqui vos maxime cupimus, atque in sinum vestrum intimos mentis Nostræ sensus effundere; et si quid vos in Domino hortari, ac commonere videbimur, id vel Nostro da Nobis ipsis timori tribuite, vel profectum a vestræ virtutis, ac in Nos pietatis fiducia existimate.

Precipitur ut preces non intermittantur pro obtinendo Dei præsidio.

§. 2. Ac primum rogamus vos venerabiles fratres ae obsecramus, na nunquam misericordiarum patrem pro imbecillitate Nostra divino præsidio muniendia depracari intermittatis. Reddite hanc Nobis amoris erga vos Nostri vicem, atque ita mutna precum vestrarum subsidia Nobiscum conjungite, ut alteri ab alteris quodammodo sustentati firmiori gradu omnes possimus in sua quisque statiuna consistere. Hac potissimum animorum conjunctione illam, in qua Nobiscum coagmentati estis, unitatem comprobabitis. Unum quippe totius ast Ecclesiæ ædificium, cujus in hac Sede a beato Petro positum est fundamentum. Multi ad illud construandum conjuncti sunt lapides, sed omnes super una petra firmantur ac innituntur. Unum est Ecclesiæ corpus, cujus Christus est caput, ac in illud omnes coalescimus. Nos ipsius potestatis vicariam procurationem gerentes cæteris altius illo volante præsidemus. Vos vero una Nobiscum colligati tamquam cum visibili Ecclesiæ capite potiores ajusdem corporis partes estis. Quid proinde singulis accidere potest, quod universos non afficiat, neqne ad unumquemque promenet? Quemadmodum itaqua nihil potest peculiarem cujusqua vestrum vigilantiam exposcere, quod Nostris item curis comprehendi, ad Nosque referri non debeat, ita arbitrari debetis magnopera vestra interesse, quidquid ad Nos pertinet, Nostramqua operam ac diligentiam desiderat. Quapropter una voluntatum consensione conjuncti, uno codemqua animati spiritu, qui a mystico illo capite profluens, ac per universa membra diffusus vitam omnibus dispertit, contendare omnes, ac dare operam præsertim debemus, ut Ecclesiæ corpus integrum atque incolume sit, ut, nulla ruga ac macula contracta, omni christianæ virtutis laude instruatur, ac vigeat. Quod quidem divina opa præstari a Nobis potarit, si pro virili sua quisque commissi sibi gregis studio exardescet, si illa una singulis insidebit cura populi sui ab omni malorum contagione, atque errorum insidiis removendi, ac omnibus doctrinæ sanctitatisqua subsidiis diligentissime muniendi.

Monet episcopos, ut a pravis novitatibus concreditos greges custodiant

§. 3. Hujusmodi animarum salutis cupiditata si unquam eos, qui tuendæ vineæ Domini præsunt, excitatos essa oportuit, hoc præsertim tempore illos inflammari est pernecessarium. Quando anim tam multiplices, tam noxias sive ad labefactandam, sive ad tollendam religionem exoriri fera quotidie, ac circumferri opiniones, quando novitatis illecebra magis inductos homines, et quadam peregrinæ scientiæ aviditate tractos ad hanc confluere, atque eamdam libentissime conquirere vidimus? Unde animarum pestem et perniciem extendi latius in dies, ac miserrima propagari dolemus. Quare eo acrius vobis erit laborandum, venerabiles fratres, omnesque vel diligentiæ, vel auctoritatis vires exerendæ, ut hanc tantam, ac da divinis etiam, et sanctissimis rebus grassantem temeritatem, atque insaniam repellatis. Non in corruptilibus ac vanis humanæ sapientiæ præsidiis, sed in simplicitate doctrinæ, ac in verbo Dei penetrabiliore omni gladio ancipiti dumtaxat vos illud consequuturos confidite. Tum hostium impetus coercere facile poteritis, atque adversariorum tela retundere, cum in omnibus sermonibus vestris Jesum Christum crucifixum præferetis ac prædicabitis. Suis ille legibus atqua institutis sanctam hanc civitatem, suam nimirum Ecclesiam, condidit, ac communivit. Suæ fidei tamquam depositum caste pieque custodiendum huic tradidit. Suæ doctrinæ ac veritatis hanc esse voluit firmissimum munimentum, adversus quam portæ inferi nunquam prævalerent. Nos igitur, venerabiles fratres, civitatis sanctæ præsides, ac vigiles hanc ejusdem conditoris Domini, ac magistri nostri legum, ac fidei præclarissimam hæreditatem Nobis per majores Nostros integerrima traditam diligenter tueamur, ac ad posteros Nostros puram, atque incolumem transmittamus. Ad hanc in sacris literis acceptam normam facta, et consilia nostra omnia dirigentes, præterea patrum nostrorum certissimis inhærentes vestigiis instructissimos Nos futuros putemus ad omnes vitandas offensiones, quæ christiani populi fidem debilitare possint, ac infringere, atque Ecclesiæ unitatam ulla ex parte dissolvera. Ab illis divinæ sapientiæ fontibus, scripta scilicet, traditaque doctrina, quæcumque sive ad credendum, siva ad agendum requiruntur, tantummodo hauriamus.

Mandat, ut suadeant populo, ea præstare quæ Deo, quæ patriæ, quæ civibus, et cæteris hominibus debeatur

§. 4. In gemino anim hoc locupletissimo veritatis ac virtutis omnis instrumento continentur, quæcumque ad religionis cultum, ad morum disciplinam, recteque vivendi institutionem pertinent. Hinc mysteriorum altitudinem, hinc pietatis, honestatis, justitiæ, humanitatis officia ediscimus. Quid Deo, quid Ecclesiæ, quid patriæ, quid civibus, quid cæteris hominibus debeamus, intelligimus. Unde nullis præclarius, quam

his veræ religionis legibus civitatum etiam, ac societatum jura stabilita esse cognoscimus. Ac propterea nemo fere unquam divinis Christi sanctionibus bellum intulit, quin idem continuo, quantum in se est, populorum tranquillitatem perturbarit, regum obsequium detrectarit, infesta, ac incerta omnia fecerit. Magna est enim inter divinæ ac humanæ potestatis jura conjunctio; ac proinde qui christianæ legis auctoritate regum imperia munita esse norunt, alacri animo iisdem obtemperant, verentur potentiam, dignitatem observant, et colunt.

Præsertim vero ut suadeant obedientiam, et reverentiam regibus, et principibus, quibus sub sunt.

§. 5. Atque hanc quidem divinarum præscriptionum partem non minus cum populorum tranquillitate, quam cum animarum salute conjunctissimam considerantes, magnopere vos hortamur, venerabiles fratres, ut post Deum, ac divini cultus constitutas in Ecclesia rationes, omnem solicitudinem vestram ad populum regum obedientia ac obsequio rite imbuendum convertatis. Illi nimirum ad publicam incolumitatem tuendam, ac homines in juris æquitate continendos in altissimo gradu præ cæteris sunt constituti. Ministri enim Dei sunt in bonum, nec sine causa gladium portant, vindices in iram ei, qui malum agit; carissimi præterea Ecclesiæ filii sunt, ac patroni, quorum est eamdem, ut parentem, diligere, ejusque causam ac jura custodire. Quos igitur instruendos in Christi lege suscepistis, mature divino illo præcepto imbuendos curate: fidem regibus sancte esse servandam ab ipsis incunabulis percipiant, parendum auctoritati, legibus obsequendum non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Cum ita populorum animi fuerint opera vestra excitati, non solum ut regibus dicto audientes sint, sed etiam ut eos colant, ac diligant, tum optime et civium tranquillitati, et Ecclesiæ utilitati, quæ inter se disjunctæ esse non possunt, consuletis. Eas vero officii vestri partes uberius cumulabitis, si ad quotidianas pro populo preces, peculiares etiam pro rege obsecrationes adjungatis, ut incolumes illi sint, ut suos in æquitate, pace, ac justitia regant, ut Deum, ipsum in regno hominum dominantem cognoscentes, ejusdem causam sancta pieque tueantur, ac provehant. Ita a vobis erit non minus episcopali vestro muneri, quam omnium commodis satisfactum. Quid enim justius ac opportunius, quam pro auctore publicæ pacis, ac civium salutis custode ab illis perpetuo Dominum obsecrari, qui pro hominibus constituuntur in iis, quæ ad Deum sunt, et tanquam interpretes ac sequestri suis conjuncta precibus omnium vota Domino repræsentant.

Memoratur quæ sit pastoralis officii dignitas, et quibus muneribus obnoxia.

§. 6. Jam vero cæteras pastoralis officii partes diligentius vobis percensere supervacaneum ducimus. Quid enim singula persequamur, vosque de iis cohortemur, quorum intelligentia præclare instructos esse novimus, diuturno insuper usu, et quadam animi inductione vestro muneri consentanea confirmatos? Illud tantummodo non committamus, ut quo uno comprehendi omnia credimus, vobis ante oculos non subiiciamus, vestram scilicet virtutem excitantes ad ducis Nostri ac pastorum principis consectandum in omnibus exemplar, atque illud sanctitatis, charitatis, humilitatis specimen in vobis ipsis exprimendum. Si enim ille cum patris sui gloriæ splendor esset, et figura substantiæ ejus, assumpta carnis nostræ infirmitate homines a servitute per humilitatem et charitatem vindicatos in Dei filios adoptari, et cohæredes suos fieri voluit; quanam in re gloriosius, ac præstantius cogitationes, et labores Nostri versari possunt, quam ut hujus hominum cum Christo conjunctionis, ac necessitudinis tuendæ auctores cæteris simus, et in illa imitanda bonitatis, clementiæ, mansuetudinis divina forma exemplo nostro omnibus facem præferamus? Qua enim alia ratione super montem excelsum ascendit, qui evangelizat Sion? Vobis hujus consectandæ similitudinis desiderio semel incensis fieri non potest, quin idem ardor ad vestri universi populi mentes conflagrandas dimanet. Mirifica siquidem pastoris vis est atque auctoritas ad sui gregis animos commovendos. Qui cum illius cogitationes, actionesque omnes ad hoc veræ virtutis specimen conformatas noverint, cum in illo nihil asperum, nihil arrogans, nihil elatum, verum omnia charitatis, mansuetudinis, humilitatis officiis plena viderint, tum vero acerrime ad easdem æmulandas laudes incitatos sese sentient. Præterea cum eumdem omnis privatæ utilitatis oblitum, cæterorum commodis inservientem, opibus egentes, solatio afflictos, doctrina rudes, omnes officio, consilio, pietate sublevantem, populi denique salutem suæ ipsius vitæ præferentem intelligent, hoc pastoris sui amore, studio, ac sedulitate illecti libentissime docentis, cohortantis, obsecrantis, arguentis etiam, atque increpantis voces

audiont. Nam si qui privatarum rerum cupiditate obstricti sint, ac terrena divinis præferant, quo pacto poterunt alios ad Dei charitatem, ac mutuam inter se benevolentiam, a divitiis, voluptatibus, honoribus inhiantes ad rerum humanarum contemptum, fastu ac superbia elati ad mansuetudinem atque humilitatem inducere? In Jesu Christi igitur disciplina erudiendi populi cum munus sit a vobis susceptum, in ejusdem potissimum sanctitate, innocentia, lenitate vobis erit inhærendum. Tum vestra vos potestate præclare tantummodo esse usuros reputate, cum potiora vobis erunt charitatis atque humilitatis, quam dignitatis insignia. Maximum statuite vestrum hoc esse, atque ad vos unice pertinere, populi vobis crediti hunc in modum instituendi negotium; ab illo recte gerendo omnes vestras derivandas esse laudes ac fortunas, a negligendo calamitatem ac turpitudinem. Quare hæ vestræ sint a vobis tantummodo expetendæ divitiæ, ut Christi sanguine redemptas animas Christo lucrifaciatis, ea sincera ac solida gloria, ut in divino promovendo cultu, in domus Dei decore amplificando, in vitiis extirpandis, ac virtutibus excolendis fidelem ac sedulam operam vestram Domino semper exhibeatis. Hæc assidue cogitare, hæc agere, hic ambitiosi, hic cupidi esse debetis.

Proponitur etiam merces æterna, ut alacrius munera expleantur etiam gravia, et difficillima.

§. 7. Neque vero cum diu multumque eritis in hac laborum contentione versati, defutura unquam vobis arbitremini virtutis exercendæ spatia. Ea quippe est muneris vestri conditio, ea episcopalis vitæ ratio, ut nunquam debeat curarum cessationem, nunquam otium consequi. Nullis possunt eorum actiones circumscriptæ esse terminis, quorum charitatis amplitudinem nulli debent fines comprehendere. Sed immortalis atque infinitæ mercedis vobis constitutæ expectatio facile molestias omnes leniet, ac levissimas efficiet. Quid enim grave ac molestum esse poterit cogitantibus, beatissimam illam retributionem ob servatum ac multiplicatum gregem a Domino, cum rationem pastoralis muneris exposcet, recipiendam? Præter hanc pulcherrimam immortalitatis spem in ipsis etiam sustinendis pastoralis vitæ laboribus plurimam jucunditatem inesse sentietis, cum Deo conatus vestros adjuvante populum vestrum mutua inter se charitatis conjunctione devinctum, integritate, ac pietate florentem, cæteros denique omnes egregios vigiliarum ac laborum vestrorum fructus in Ecclesia exortos conspicietis. Utinam Nostrum omnium unanimi hujusmodi voluntatum, ac studiorum consensione reductam his Nostri apostolatus temporibus præclaram hanc religionis felicitatem, ac antiquæ illius ætatis similem formam videamus, ac gratulari vobiscum, venerabiles fratres, et congaudere possimus in Christo Domino Nostro, qui suæ gratiæ præsidio Nos sustentet, et cor nostrum in illa, quæ ei sunt placita, semper accendat.

Exempla autem præbere debent, quæ efficaciter moveant populorum fidem, et pietatem.

§. 8. Quo tempore hasce literas ad vos, venerabiles fratres, perscribimus, eodem per alias Nostras universis christifidelibus jubilæum de more ad implorandum initio nostri pontificatus divinam opem pro salutari sanctæ Ecclesiæ catholicæ regimine transmittimus. A vobis igitur majorem in modum petimus ac flagitamus, ut commissos vestræ fidei populos ad eas rite faciendas in fide, pietate, ac humilitate precationes dirigatis, ac sicut monitis, et consiliis vestris, ita etiam exemplo ad curandas tam suæ salutis, quam publicæ christianæ utilitatis rationes inflammetis.

Ac in Nostræ charitatis pignus apostolicam benedictionem vobis, venerabiles fratres, ac vestrarum ecclesiarum fidelibus populis amantissime impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die duodecima decembris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XXII.

Dat. die 16 Decemb. 1769. Anno I.

Approbatio instituti congregationis clericorum regularium discalceatorum sanctæ Crucis, et Passionis D. N. Jesu Christi.

Clemens PP. XIV.

Clemens episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Supremi apostolatus ministerium Nobis nuper divinitus concreditum subeuntes, præcipuas curas nostras, atque solicitudines in id conferendas esse cognovimus, ut eorum, quæ ad divinum cultum promovendum religionis mysteria christifidelium animis altius infigenda, veramque augendam in populis pietatem conducunt, quantum in Domino possumus, nihil in primis ipsi prætermitteremus; tum vero eos,

qui Nobiscum adjutores verbi in proximorum ædificationem, atque animarum salutem studium, industriam, atque labores suos impendere, uberesque in agro Domini virtutum fructus afferre non desinunt, atque in posterum allaturi sperantur gratiis, et privilegiis, quæ maxime hanc Sedem apostolicam decent, quæque in spiritualis ipsorum, aliorumque profectus incrementum cessura fore confidimus, non destitnamus.

Expositio precum porrectarum pro confirmatione constitutionum jam per Pontificem Benedict. XIV. approbata, et modo illustriori in forma redacta.

§. 2. Cum itaque dilectus filius Paulus a Cruce præpositus congregationis clericorum discalceatorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupatorum, tam proprio, quam totius ejusdem congregationis nomine Nobis exposuerit jampridem felicis recordationis Benedictum Papam XIV. prædecessorem Nostrum ejusdem congregationis regulas, sive constitutiones per suas apostolicas literas in forma Brevis specifice approbasse, et confirmasse, concessa insuper facultate easdem in comitiis generalibus ejusdem congregationis interpretandi, atque explicandi, nec non ampliandi, et corrigendi, sicuti magis in Domino expedire visum foret, ejusque facultatis vigore, interjectis temporibus, prædictas regulas, seu constitutiones per comitia generalia explanatas, ampliatas, et in meliorem formam fuisse redactas, adeoque dictus Paulus supplex apud Nos institerit, ut non modo dictas congregationis regulas in præsentem formam redactas iterum specifice confirmare, verum etiam ad confovendam ipsius congregationis propagationem, et perpetuam stabilitatem asservandam, illius institutum formiter approbare, eamdemque in congregationem clericorum sub invocatione vivificæ Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi auctoritate apostolica erigere, et sub speciali Nostra, et Sedis apostolicæ protectione suscipere, ejusque prospero regimini, et statui uberius, ut infra consulere, et providere dignaremur.

Laudatur institutum congregationis SSmæ Crucis, et Passionis D N J. C. nuncupatæ, illiusque constitutiones apostolica auctoritate confirmantur.

§. 3. Nos cupientes sanctissimæ crucis, et passionis Domini Nostri Jesu Christi mysterium summum, et potentissimum divinæ misericordiæ sacramentum, quo omnis christianæ spei, atque salutis ratio continetur, fidelium mentibus, animisque infixum semper hærere, nihilque christiano populo utilius intelligentes, quam si juxta apostolicam beati Petri doctrinam, Christo in carne passo, eadem omnes cogitatione, ad debellandos salutis nostræ hostes, æternæque victoriæ palmam assequendam armemur, ideoque illos, qui prædicatione, et exemplo suo universos christifideles ad societatem passionum Christi excitare, atque accendere conantur, apostolicis favoribus prosequendos esse judicantes, dictum Paulum a Cruce præpositum, ejusque congregationis, et instituti sectatores tam pium, et laudabile opus aggressos specialibus gratiis, favore, eorumque votis hac in re quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ipsorum singulares personas a quibusris excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium, universam eorum congregationem, et personas eidem ex nunc adscriptas, et in posterum in eam recipiendas, eidemque adscribendas cum suis domibus ubilibet constitutis, quas possident, et possidebunt in futurum sub speciali Nostra, et Sedis apostolicæ protectione recipimus, et perpetuo constituimus, eorumque institutum utpote Nobis ex regulis, et constitutionibus, ut infra, examinatis, et approbatis, nec non ex fructuosa plurium retro annorum abunde testata experientia penitus exploratum pari scientia, et auctoritate laudantes, et approbantes, ipsorum corpus, et societatem in unam congregationem clericorum discalceatorum sanctissimæ Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupandam, cujus sectatores in quatuor votorum simplicium, videlicet paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac promorendi inter christifideles venerationem sanctissimæ crucis, et gratam memoriam passionis ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, nec non in infrascriptarum regularum, et constitutionum observantiam omnipotenti Deo, Ecclesiæque utilitati sedulo famulentur, erigimus, et instituimus, supplentes, omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui forsitan in ejus primæram institutionem, et erectionem intervenerint. Ipsius autem congregationis regulas, atque constitutiones jampridem a felicis recordationis prædecessore Nostro Benedicto pp. XIV. per suas apostolicas literas datas apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava aprilis MDCCXLVI. incipientes

« Ad pastoralis » approbatas, et confirmatas, nuper vero cum ampliationibus, additionibus, correctionibus, et explanationibus, quas dicti præpositus, et clerici juxta facultatem ipsis a præfato Benedicto prædecessore tributam in eorum comitiis generalibus adjiciendas esse censuerunt, iterum de mandato Nostro expensas, examinatas, et opportune reformatas, et a Nobismetipsis per similes literas Nostras externa die nimirum decimaquinta currentis mensis novembris datas, novo approbationis, et confirmationis Nostræ munimine roboratas, earumdem præsentium tenore laudamus, et approbamus, atque ab omnibus, et singulis dictæ congregationis clericis tam professis, quam novitiis, nec non laicis respective in posterum, non tamen sub mortalis culpæ reatu, sed juxta earum continuantiam, at tenorem inviolabiliter observari, et secundum easdem in causis ipsius congregationis, et personarum eidem adscriptarum omnino judicari, et censeri debere mandamus, et respective statuimus, eidemque præposito, et clericis, ut habitum, quo hactenus usi sunt, in posterum quoque perpetuo gestare, et alios quoscumque tam clericos, et presbyteros sæculares, quam laicos, iis tamen qualitatibus præditos, quæ in dictis regulis, et constitutionibus a Nobis, ut præfartur, approbatis, et confirmatis præscribuntur, et ab iis requiruntur, in suam congregationem, at consortium admittere, iisque habitum eumdem gestandum tradere, eosdemque statuto probationis tempore exacto ad publicam dictorum quatuor votorum simplicium nuncupationem, servatis servandis, admittere, qui postquam vota hujusmodi juxta præscriptum ritum emiserint, a nemine quacumque ordinaria, aut delegata auctoritate, aut facultate fungente, præterquam a Nobis, et a romano Pontifice pro tempore existente, vel ab ipsius congregationis capitulo generali, aut præposito generali cum consultorum suorum, aliorumque de quibus infra, consilio, et assensu ab eadem congregatione dimitti, nec votis prædictis quantumvis simplicibus exsolvi possint, seu valeant.

Indulgetur facultas possidendi domos solitarias, easque construendi cum ecclesia, oratorio, et humili campanili, ibique sacra peragendi salvis juribus parochialibus.

§. 4. Utque domos solitarias, quas nunc possident cum adnexis hortorum fundis habere, et retinere, aliasque similes juxta eorum institutum de illorum, ad quos respective etiam juxta generales constitutiones apostolicas pertinet, consensu, et licentia acquirere, seu de novo erigere, easque cum suis oratorio, ecclesia, atque humili campanili, mansionibus, cellis, et officinis necessariis construere, et in eis habitare, vitamque regularem, et reliquas instituti sui observationes ibidem servare. In hujusmodi autem ecclesiis missas, et divina officia juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ celebrare, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, et oleum infirmorum, quod personis dumtaxat de ipsorum congregatione, et familia in mortis periculo ministrare valeant, decenter asservare, dictæque sanctissimæ Eucharistiæ, et pœnitentiæ sacramenta fidelibus, salvis juribus parochialibus, ministrare, eamdemque sanctissimam Eucharistiam publicæ christifidelium venerationi, decretis generalibus, ac legibus diœcesanis respective servatis exponere, pias hortationes, et catecheses ad populum habere, ac defunctorum tam de congregatione, et familia, quam aliorum christifidelium, qui sibi in eisdem sepulturam elegerint, servato in omnibus parochorum jure, corpora sepelire: hospitia vero etiam in civitatibus, terris, et oppidis cum oratoriis privatis, in quibus missæ de Ordinarii loci licentia, et sine præjudicio jurium parochialium, quolibet anni die exceptis feria quinta in cœna Domini, et sabbatho sancto, celebrari valeant, habere.

Loca vero appositis terminis circumscripta a mulieribus appeti prohibentur.

§. 5. Quas quidem domos, et hospitia, et adnexorum hortorum septa, quæ scilicet præpositi generalis, aut provincialis auctoritate, appositis terminis semel circumscripta fuerint, ne qua mulier unquam quocumque prætexto ingredi audeat, vel præsumat; seu in illas, et illa introduci valeat sub censuris, et pœnis adversus violantes clausuram virorum regolarium statutis districte inhibemus. Utque in aliis quibuscumque locis, ad quæ ipsos ab Ordinariis locorum mitti, aut vocari contigerit verbum Dei publice annunciare, sacras missiones juxta institutum suum ad populos habere, ac pœnitentiæ, et Eucharistiæ sacramenta fidelibus ministrare. Dum autem missionibus hujusmodi operam dabunt, seu earum occasione, vel alia quacumque de causa iter habebunt, tam in pubblicis ecclesiis, quam in privatis oratoriis apostolico privilegio munitis, missam unius horæ ante matutinum lucis crepusculum, et alterius horæ spatio post meridiem celebrare libere, et licite possint, et valeant iisdem auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus. Utque etiam generalia, provincialia, et

particularia capitula recurrentibus temporibus, vel pro occurrentibus causis in regula indicatis celebrare, et in eis de totius congregationis, seu respective provinciarum, et peculiarium domorum negotiis tractatus habere, et opportuna decreta condere, et quidem in generalibus comitiis dumtaxat regulas ipsas, et constitutiones interpretari, et declarare; si quæ autem in eis immutanda, resecanda, addendave, experientia suadente, videantur, de his ad apostolicam Sedem referendum decernere, clericos professos petentes, aut alias minus idoneos repertos, vel in suis defectibus incorrigibiles, seu forsan gravioris culpæ reos a congregatione dimittere, vel respective, ut infra, ejicere, et expellere, potissimum vero in eisdem generalibus capitulis præpositi generalis pro tempore futuri, et consultorum ejusdem, in provincialibus vero præpositi provincialis, ejusque pariter consultorum canonicas electiones juxta dictarum regularum, et constitutionum præscripta peragere possint, et valeant, utque hi eo ipso, quod sic electi fuerint pro confirmatis auctoritate apostolicæ Sedis habeantur, nec valeant officiis suis, sine ipsius capituli, in quo respective electi fuerint, assensu renunciare.

Præposito autem generali jurisdictio conceditur super universis locis, bonis, et domibus congregationis, absque dependentia ab Ordinario loci

§. 6. Idem vero in suis officiis plenarie gaudeant auctoritate ea omnia gerendi, ordinandi, et disponendi, quæ ipsis in dictis constitutionibus, et regulis attributa, et respective injuncta, et commendata dignoscuntur, specialiter vero ejusdem congregationis domos, atque personas visitandi, et reformandi, et personas hujusmodi pro merito corrigendi, et emendandi, pœnitentiandi, et puniendi, et de loco ad locum transferendi, diœcesani loci licentia super his minime requisita, dictoque præposito generali, ut justis, et rationabilibus concurrentibus causis in peculiaribus casibus super observantiæ, regularum, et constitutionum ipsius congregationis cum singulis personis dispensare, ac etiam de suorum consultorum, et provincialium, seu majoris partis eorum consilio, et assensu, juxta temporum vicissitudines, et casuum exigentiam nonnihil de earumdem constitutionum rigore quoad integras domos, vel provincias ad tempus remittere valeat, facultatem similiter concedimus, et impertimur.

Clerici autem ad sacerdotium pervenire possunt

§. 7. Præterea, ut clerici in eadem congregatione professi, quos dictus præpositus generalis, vel præsides provinciales trium saltem examinatorum ad id per eos assumptorum accedente judicio, idoneos in Domino judicaverint cum solis eorumdem generalis, vel provincialis respective literis dimissorialibus ab episcopo diœcesano domus, de cujus familia existent, vel de hujus licentia ab alio quocumque catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines ad titulum paupertatis, servatis servandis, promoveri, et ordinari; sicque promoti, et ordinati in illis etiam in altaris ministerio ministrare possint, et valeant, ac respective debeant, retentis tamen legibus in apostolicis constitutionibus prædecessorum Nostrorum præsertim felicis recordationis Benedicti papæ XIV. de ordinationibus regularium, quæ incipit = Impositi Nobis = et in decretis congregationis cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum statutis, atque præscriptis, præsentium pariter tenore indulgemus, et respective decernimus. Ita tamen, ut si contingat aliquos ad sacros ordines ad titulum paupertatis hujusmodi promotos ab eadem congregatione, sive ipsis petentibus, sive superiorum decreto, ut infra, dimitti, post eorum dimissionem tamdiu a susceptis exercendis ordinibus abstineant, et suspensi censeantur quoad Ordinarii judicio non constiterit tantum eos ex annuis sibi tuto constitutis, sive patrimonialium, sive ecclesiasticorum bonorum fructibus percipere quantum ad ipsorum congruam substentationem, juxta sacrorum canonum, et synodalium constitutionum dispositiones sufficiat. Ex his autem, qui in presbyteratus ordine constituti fuerint, tum singuli domorum rectores, et novitiorum magistri, tum alii ex eorumdem rectorum, aut ex præpositi generalis, vel provincialis delegatione sacramentales confessiones personarum de congregatione, et familia dumtaxat, qui vero etiam ab Ordinariis locorum ad id idonei reperti, et approbati fuerint, aliorum quoque christifidelium confessiones audire, easque juxta facultatem sibi impertitarum tenorem sacramentaliter absolvere valeant.

datis literis dimissorialibus ab uno præposito generali, vel præsidi provinciæ.

§. 8. Porro si qui ex clericis, aut laicis in dicta congregatione professis propter adversam corporis valetudinem, aut virium imbecillitatem, seu ob aliam justam, et rationabilem causam in eadem congregatione perseverare posse diffidentes, ab ipsa dimitti, votorumque in ea emissorum obligationem sibi re-

Nemo ex clericis admissis in congregationem dimitti potest quavis ex causa nisi accedente consensu capituli generalis

laxari postulaverint, vel ipsi superiores alicujus ingenium, et mores experti, cumque ad implenda congregationis onera, et ad illius instituti finem assequendum nequaquam idoneum esse, et fore reputantes, eumdem a congregatione honeste dimittendum existimaverint, vel denique aliquem in grave aliquod crimen, quod absit, prolapsum, aut ob insanabilem morum perversitatem, seu ob firmatam inobedientiam, et pervicaciam ab ipsa congregatione ejiciendum, expellendumque judicaverint, ad hujusmodi dimissiones, sive expulsiones aut concedendas, aut respective decernendas non aliter procedi volumus, quam in capitulis generalibus collectis omnium capitularium suffragiis, et ex sententia majoris partis eorum extra generale autem capitulum a præposito generali adjunctis sibi consiliis suorum consultorum, necnon præsidis provinciæ, at rectoris domus unde professi, aut dimittendi, aut ejiciendi fuerint, ac de ipsorum, seu majoris partis eorum consensu in scriptis exquirendo, et ab his exhibendo, ac præstando. Quemadmodum vero in expendendis hujusmodi dimissionum rationabilibus causis, et ad easdem dimissiones, sive ad petentium instantiam, sive ex officio decernendas, non aliam, quam religiosæ charitatis, et christianæ prudentiæ rationem habendam esse statuimus: ita si forte eveniat ad alicujus criminosi, aut in suis vitiis, et defectibus incorrigibilis ejectionem procedi debere, nolumus rigidiores causarum, et criminum quæstiones, prout in judiciis ordinariis fieri solet, institui, aut ullum confici formale processum, sed sola facti veritate inspecta, habitaque ratione personarum, locorum, temporis, aliorumque adjunctorum, ex quibus culparum, et vitiorum gravitas æstimari solet, quidquid in Domino expedire visum fuerit ad formam præmissarum regularum, et constitutionum, omni appellatione, et recursu postposito, judicari, atque decerni. Cæterum sicut illi, quos vel ultro patentes, vel superiorum prudenti judicio a congregatione dimitti contigerit, nullam omnino notam ex hoc contraxisse dicendi erunt, ob quam a sacris ordinibus, eorumque exercitio, seu ab ecclesiasticis beneficiis, et officiis ad quæ alioquin idonei, seu quorum digni reperti fuerint, arceantur, ita etiam eos, qui sua quidem culpa, sed non servato, ut præfertur, judiciali ordine, ab eadem congregatione ejecti fuerint gravioribus illis pœnis, quæ in apostolicis constitutionibus præsertim felicis recordationis Urbani pp. VIII. in expulsos, et ejectos ab ordinibus regularibus statuuntur, nequaquam per hoc obnoxios fore decernimus, nisi quatenus eorum delicta ad forum externum deducta, ibique probata fuerint, seu alias notoria, et severiori canonicæ censuræ subjecta dignoscantur.

§. 9. Quum vero eos, qui de suo neque serunt, neque metunt, neque congregant in horrea de aliorum largitionibus vivere oporteat, eosque præsertim, qui ut spirituali pabulo alios reficiant, dies noctesque laborare non cessant, idcirco Nos expeditæ congregationis hominibus eleemosynas a piis christifidelibus tribus præsertim anni temporibus, videlicet messis, vindemiæ, et expressionis olei, ac etiam aliis per se ipsos quæsitandi, et colligendi non solum per diœceses, in quibus præfatæ congregationis domus in præsens existunt, atque in posterum existerint, verum etiam si premat inopia per alias, ubi nulla adhuc ejusdem congregationis domus extructa sit, prævia tamen licentia Ordinarii cujuslibet diœcesis, in qua quæsitare opus erit vel ad certum, vel ad indefinitum tempus in scriptis obtinenda, facultatem perpetuo concedimus, et impertimur, et a nemine in ejusmodi eleemosynis quæsitandis, recipiendis, colligendisque impediri, turbari, et prohiberi perpetuo pariter interdicimus, et inhibemus, quacumque causa, jure, consuetudine, privilegio, indulto quibuscumque personis, congregationibus, ordinibus etiam regularium, et mendicantium quavis auctoritate etiam per romanos Pontifices prædecessores Nostros concessis, quibus ad hujusmodi effectum dumtaxat, quatenus opus sit, expresse derogamus, nequaquam obstantibus. Conceditur facultas colligendi eleemosynas christifidelibus ad vitam substentandam.

§. 10. Utque etiam eisdem tam ex donationibus, aliisque contractibus inter vivos, quam ex testamentis, codicillis, aliisque ultimis voluntatibus etiam quoad formam minus perfectis quascumque pecuniarum summas, et annuas pecuniæ, seu frugum, et fructuum, olei, et vini præstationes, non tamen cum oneribus missarum perpetuis, sed eleemosynæ titulo, atque ex lege, ut pro iis assequendis nulla ipsis actio, quam judicio experiri valeant, competere censeatur, tam in ipsis domorum fundationibus, quam alias quandocumque capere, et accipere liceat, similiter concedimus, et indulgemus. Itemque recipiendi donationes, et largitiones ex testamento, codicillo, vel contractibus inter vivos.

§. 11. Ut autem omnes, et singuli Indulgentiæ conceduntur

eis qui in exercitionum congregationis diligenter incumbunt.

ejusdem congregetionis clerici, et laici tam professi, qua novitii piis exercitationibus eorum instituto congruentibus ferventius insistere, ipsiusque congregationis officia alacrius obire studeent, Nos de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, unicuique eorum quoties collationibus, vel publicis, vel privatis ed recolendam memoriam passionis Domini Nostri Jesu Christi, vel ad procurandam morum reformationem habendis intererunt, aut præscriptos divini cultus, et pietatis, seu mortificationis actus sive communiter, sive privatim ex regularum præscripto edimplendos, seu quodlibet spiritualis, eut corporalis misericordiæ opus erga proximos exercebunt, toties quadraginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, eemdemque indulgentiam ad eos omnes siva sæculares, sive regulares ecclesiasticos, et laicos extendimus, qui ejusdem congregationis socios in missionibus, et catechesibus ad populos habendis, aliisque pietatis operibus inter fideles promovendis opera, aut consilio quomodocumque adjuverint, aut subleveverint, pront etiam ad illos, qui in memoratæ congregationis domo spiritualibus cxercitiis vacaturi recedont, durante hujusmodi exercitiorum cursu. Denique omuie, et singula privilegia, indulta, indulgenties, et peccatorum remissiones, facultates, et gratias spirituales, quibus similes clericorum seu sæcularium, seu etiem regularium, congregationes, earumque domus etiam regulares, necnon generales, aliique superiores, officiales, ministri, et personæ ex concessione apostolica, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui et gaudere possunt, et poterunt in futurum, eidem congregationi clericorum discalceatorum sanctissimæ Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi, illiusque domibus, ac præposito generali, aliisque superioribus, officialibus, ministris, et aliis quibuscumque personis nunc, et pro tempore existentibus eadem apostolica auctoritate, ac præsentium tenore concedimus, et ad illam, et illas extendimus, et ampliamus, illaque omnia, et singula, perinde ae si principaliter ipsis, ac specialiter, et expresse non autem ad inster concessa, et præsentibus expressa, ac de verbo ad verbum inserta fuissent, omniumque præterea orationum, jejuniorum, pœnitentiarum, aliorumque spiritualium, et bonorum operum, quæ in universis ordinibus regularibus peraguntur, merita dictæ congregationi clericorum discalceatorum, ejusque personis prædictis, ac respective domibus plenarie communicamus.

Præcipitur constitutionis observantia, quibuscumque in contrarium minime facientibus.

§. 12. Decernentes præsentes Nostres literas semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac nullo umquem tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specificem et individuam mentionem aut expressionem requirente defectu, aut ex quocumque alio capite, ao jure statuto, vel consuetudine aliqua resultante quantumvis juste, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimende foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium, vel justitiæ impetreri posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum, aut dispositionum generelibus revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificetionibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per Nos, et successores Nostros romanos Pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam prædictam, etiam motu proprio ex certa scientia, et potestatis plenitudine, ex quibusvis causis pro tempore faciendis comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi; sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam censarum palatii apostolici auditores, ec Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, aut vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, aut alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honoro, et præeminentia fulgentes, sublate eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultete, et auctoritate, in quocumque judicio, et quacumque instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ordinariis locorum con-

§. 13. Quocirca venerabiles fratres No-

gregatio commendatur.

stros patriarehas, archiepiscopos, et episcopos, ac dileetos filios locorum Ordinarios, in quorum diœcesibus, et territoriis cœnobia, domus, et hospitia dictorum clericorum discalceatorum ereeta jam sint, ac benedicente Domino erigi eontigerit, necnon quibus iidem clerici discalceati de superiorum suorum licentia præcipue ad evangelica munera peragenda sese exhibebunt, enixe in Domino hortamur, ut illos tamquam strenuos in vinea Domini operarios recipiant, et ab aliis recipi faciant, atque habeant eos pro Nostra, et apostolicæ Sedis reverentia plurimum commendatos, et nihilominus iisdem patriarchis, archiepiscopis, et episeopis, aliisque Ordinariis prædictis harum quoque serie injungimus, quatenus ipsi, et eorum quilibet per se, vel alium, seu alios præsentes literas, et in eis contenta, quoties opus fuerit, et pro parte dictorum clericorum discalceatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis auxilio assistentes faciant auctoritate Nostra illos literis, et in eis contentis hujusmodi pacifice frui, et gaudere, non permittentes eis, aut eorum alicui super præmissis a quoquam molestiam aliquam indebite inferri, contradictores quoslibet auctoritate Nostra appellatione postposita compescendo.

Derogatio contrariorum

§. 14. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis aliis regularibus ordinibus, illorumque personis etiam speciali mentione dignis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis, et expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium effectum hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentes Nostræ literæ ad omnium notitiam facilius pervenire valeant; volumus, ut illarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, receptionis, confirmationis, approbationis, erectionis, institutionis, concessionis, indulti facultatum, et privilegiorum impartitionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo nono, sexto decimo kalendas decembris, pontificatus Nostri anno primo.

XXIII.

Dat. die 25. Junii 1769. Anno I.

Prohibitio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Sedi apostolicæ reservatæ ne libri ex bibliotheca collegii Matris Dei de Henuares Toletanæ diœcesis ullo umquam tempore extrahantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Quoniam nonnulli libri jam fuissent a bibliotheca ablati, supplicatus fuit Pontifex ut in futurum consuleret, ne alios disperdi contingeret.

§. 1. Cum sicut dilecti filii modernus vicerector, aliique collegiales, et vocales collegii Matris Dei theologorum nuncupat. universitatis oppidi civitatis pariter nuncupat. de Alcalà de Henuares Toletan. diœc. Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi libros bibliothecæ ejusdem collegii modo componere curent, atque non sine gravi collegii hujusmodi præjudicio nonnullos ex libris prædictis deficere comperuerint, ac pro-

pterea vereantur, ne successu temporis, alios quoque ex illis disperdi contingat.

Pontifex autem extractionem quamlibet librorum inhibuit sub poena excommunicationis latæ sententiæ, et sui Sanctæ Sedi reservatæ.

§. 2. Idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune providere, ipsosque exponentes specialis favore gratiæ prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus et singulis personis quacumque auctoritate, et superioritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, praeeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, seu in posterum per quoscumque alios christifideles donanda, seu assignanda ex bibliotheca hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahentur, seu asportentur permittere, aut consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Et omnibus in contrarium facientibus derogavit.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaquinta junii anni MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XXIV.

Dat. die 19. Junii 1769. Anno I.

Confirmatio duorum decretorum magni hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani super erectione unius, et suppressione alterius bajulivatus, et erectionem duarum camerarum in commendas, ac dismembrationem duarum commandarum data duobus prioribus facultate retinendi commendam cum prioratu.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Quæ fuerint resolutiones captæ super unione, et respectiva dismembratione duorum camerarum prioralium Asten, et Vercellen exponitur, atque Clementis pp. VII. aliorumq. pontificum memorantur privilegia concessa hospitali s. Joannis Hierosolymitani, quorum vigore de rebus ad dictum hospitale pertinentibus procuratores, et magni magistri disponere possunt.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Dominicus Bosurgi frater miles expresse professus, ac præceptor, seu commendatarius linguæ Italiæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, et Xaverius Rosso frater itidem miles expresse professus linguæ, et hospitalis prædictorum procuratores ejusdem linguæ, quod alias die nempe xi. februarii MDCCLXII. et die xiv. decembris MDCCLXVIII. dilectus quoque filius Emmanuel Pinto magnus magister hospitalis hujusmodi, accedente ad id approbatione, et assensu dilectorum etiam filiorum consilii ejusdem hospitalis vigore privilegiorum a felicis præsertim recordationis Clemente pp. VII. et ab aliis romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris hospitali prædicto concessorum suo primo decreto edito dicta die xi. februarii MDCCLXII. jussit, et ordinavit, ut præceptoria, seu commenda de Taurino nuncupat. ejusdem hospitalis in baiulivatum erigenda, ac respective baiulivatus de Cremona pariter nuncupat. ejusdem hospitalis supprimendus esset, et præterea mandavit disjunctionem, seu dismembrationem duarum camerarum prioralium Asten, et Vercellen. a prioratu Lombardiæ memorati hospitalis, illarumque erectionem in duas præceptorias, seu commendas, unam nempe titulo sancti Petri, aliamque titulo sancti Jacobi nuncupandas, et alias prout in dicto decreto, cujus tenor est qui sequitur videlicet.

Tenor primi decreti.

§. 2. Frater Emmanuel Pinto Dei gratia, sacræ domus hospitalis sancti Joannis Hierosolimytani, et militaris ordinis sancti Sepulchri Dom. mag. humilis, pauperumque Jesu Christi custos. Universis, et singulis præsentes nostras literas visuris, lecturis, et audituris salutem; notum facimus, et in verbo veritatis attestamur, qualiter infra-

scriptum decretum extractum fuit ex libro conciliorum in cancellaria nostra conservato, in quo similia notari, et registrari solent; quod quidem in hanc publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ubique tam in judicio, quam extra eidem plena, et indubitata fides adhibeatur; cujus tenor est qui sequitur, videlicet = Die xi. mensis februarii MDCCLXII. ab incarnatione. Essendosi letta la relazione dei venerandi commissari deputati li 4 del corrente, sopra doe memoriali della veneranda lingua d' Italia, qual è del tenor, che siegue.

Relatio commissariorum deputatorum, qui dismembrationem, et respectivam unionem faciendam esse suadent.

§. 3. = Emo Sig., e Sag. Cons. = Onorati dell' incombenza di esaminare i progetti presentati a vostra eminenza dalla veneranda lingua d' Italia, e dall' eminenza vostra rimessi a questo sagro consiglio, i quali hanno per oggetto di erigere in baliaggio la commenda di Torino col sopprimere quello di Cremona, la di cui dote resterebbe in commende; ed altresì lo smembramento del priorato di Lombardia, del baliaggio di santo Stefano, e quello di san Giovanni a Mare di Napoli, formando commende dai beni rispettivamente smembrati: abbiamo consultate le costituzioni dell'ordine per vedere se alle medesime venivano i riferiti progetti adattati. = Hanno divisi i nostri savj predecessori i beni di nostra santa religione in commende, baliaggi, e priorati per esser godute le prime dai cavalieri, passando successivamente dalle minori alle maggiori, arrivando finalmente ai baliaggi, e priorati, considerati come la corona dell'anzianità, dei servigj, e della benemerenza: concorrendo ad impinguare le dignità suddette il decoro della religione, il quale esigge, che i capi di essa siano provveduti proporzionatamente all'essere loro, e similmente l'interesse del comune tesoro, cadendo queste pingui possessioni in mano delli più anziani, onde ne riscuote il medesimo più frequenti i mortorj, e vacanti; sicchè la nobiltà ambisce di farsi ricevere allettata da onorevoli stabilimenti, ai quali acquista un diritto, che la morte sola può render vano, ed il nostro erario trova il suo vantaggio nei passaggi, che più numerosi si rendono = Per infrangere un sistema maturato con tanta sublime intelligenza si richiedono fortissimi motivi, e questi si sono incontrati, prodotti dalle mutazioni, che il tempo fa nascere, sia che le rendite degli accennati priorati e baliaggi accresciute a segno di tentare i forestieri, appoggiati a protezioni, alle quali la religione si trova in obbligo di cedere, o che i beni troppo sparsi richiedino più di un amministratore per ricavarne il frutto, che possano produrre: l'ordine nel primo caso dovendo sminuire la tentazione; e nel secondo essendo interessato a facilitare l'accrescimento de' suoi beni col detrarre dai priorati, e baliaggi quella parte, che i priori o baglivi non possono coltivare con la necessaria comandata accuratezza, ed allora il comune tesoro invece di essere pregiudicato negli oggetti sopra enunciati, gode il beneficio, che necessariamente ricava dall'accrescimento suddetto = Tanti e tanti smembramenti fatti nei tempi antichi, e moderni comprovano, che la religione, sebbene gelosa di mantenere illese le sue massime fondamentali, si è nulladimeno piegata, forzata di cedere alle circostanze, essendo fresco l'eseguito smembramento dei priorati di Tolosa, e di Sciampagna ordinato da vostra eminenza e da questo sagro consiglio. Ponderate dunque da noi l'istanze della veneranda lingua d' Italia, abbiamo riconosciuto, che quella spettante il pingue priorato di Lombardia veniva fondata su le medesime ragioni, che hanno operato il citato smembramento, e ci siamo tanto maggiormente uniti al sentimento della stessa veneranda lingua di detrarre dal suddetto priorato le due camere di Asti, e di Vercelli, che di tale detrazione non può patire il decoro del venerando priore, rimanendogli l'annua rendita di lire di Piemonte 24800. che fanno 12400 scudi di questa moneta, dalli quali si debbono prelevare i pesi, ma ridotti mediante la parte che ne dovranno sopportare per proporzione le camere di Asti, e Vercelli. = Le veneranda lingua propone di formare da queste due camere tre commende, cioè una dalla camera d'Asti, che frutta lire di Piemonte 8000., e le due altre dalla camera di Vercelli, le di cui rendita produce lire simili 7940. Ci uniformiamo in quanto all'erezione della commenda di Asti col titolo di san Pietro; ma non per la separazione della camera di Vercelli, stimando più conveniente di non dividerla; attesochè formandone una commenda sola, che si potrà denominare di san Giacomo, la quale sarà quasi uguale a quella di Asti, si troverà la veneranda lingua arricchita di due commende di secondo, ed anche di terzo miglioramento; laonde più atte a

restituire all'anzienità, ed el tesoro quello, che viene scemato all'una, ed all'altro dal proposto smembramento: bensì ci troviamo di nuovo uniti con le venerande lingua nel chiedere, che si conceda al prior di Lombardia futuro in compenso delle due camere smembrate di ritenere a sua scelta una delle commende, delle queli si troverà provisto nel giorno della di lui promozione, non però le pensioni che goderebbe su altre commende, o dignità, ottenendo a tal effetto la deroga dello statuto 4. delle commende, conforme si è praticato negli ulteriori smembramenti. Non abbracciamo però il pensiero della veneranda lingua di smembrare il baliagglo di santo Stefano, il cui prodotto di ducati napoletani 8020. ridotto in circa a 5000., i pesi delle religione, o le pensioni ascendono a ducati 2138., non eccede la ricompensa, con la quale intende la religione di premiare i lunghi servigi, e di compensere le spese fatte nel mantanimento dell' albergia; non apparendo tampoco verun motivo economico, giecchè il membro, che si desidererebbe di separare consiste in decime, e censi, che non sono suscettibili di coltura. Il baliaggio di san Giovanni a Mare di Napoli è molto meno, nel caso del richiesto smembramento, non avendo neppur la dote, che converrebbe nelle residenza delle real città, della quale porta il nome. Ritorniamo finalmente e riunirci alle più volte nominata veneranda lingua nella proposizione di permutare in baliaggio la pingue commenda di Torino, e di ridurre in commenda il tenuissimo baliaggio di Cremona, contentandosene vostra eminanze; progetto adettato ollo spirito della religione; e lo zelo della preladata veneranda lingua avrà prodotto questo vantaggio, come ancora quello del divisato smembramento del priorato di Lombardia, se vostra eminenze e questo sagro consiglio si degneranno di approvare il sentimento, che abbiamo l'onore di umiliergli, sottomettendolo a quanto si compiacceranno di ordinare. Malta 9. febraro 1762. = Di vostra eminenza = Umilissimi devotissimi obbligatissimi, a religiosi obbedientissimi = Le Bailly de Tencin = El Baylio Ximenez de Texada = L'eminentissimo e reverendissimo signor gran maestro, ed il venerando consiglio, inerendo ai privilegi pontificj accordati a questo sagr'ordine, hanno collo scrutinio delle pelle eretto in baliaggio la commenda di Torino sopprimendo quello di Cremone, ed hanno altresì smembrato dal priorato di Lombardia le due camere priorali d'Asti, e Vercelli, con erigerne due commende; il tutto conforme si prescrive nella relazione qui sopra inserta. E successivemente henno data commissione ei venerandi procuratori del comune tesoro di liquidarne i pesi, e pensioni a proporzione de' frutti di dette commende smembrate =. Et quia ita se habet veritas: ideo in hujus rei testimonium bulla nostra magistralis in cere nigra præsentibus est impresse. Datum Melitæ in conventu nostro die xx. mensis decembris MDCCLXVIII. regist. in cancellaria Bajul. Aquilæ = Fran. Guedes vicecenc. = Lo ✠ co sigilli.

Memoratur alia dismembratio a prioratu Capuæ duarum commendarum in diversis bonis constitutarum.

§. 4. In secundo vero decreto, ut præfertur edito die decimequarta decembris MDCCLXVIII. demandata fuit disjunctio, seu dismembratio a prioratu Capuæ dicti hospitalis duarum præceptoriarum, seu commendarum, constituendo illarum unam ex bonis vulgò nuncupatis di Cejazzo, Campagneno, sant'Agata e Madaloni, aliamqua ex bonis pariter vulgo nuncupatis Di Nola, Marigliano, Salerno, Scafate, Montnori, cum territorio nuncupato sancti Joannis Melivitano, et cum membro di Pietra Molare, ac fundo Petra Veirano respective pariter nuncupat., et præterea injunctum fuit, ut a bajulivatu sancti Stephani dividenda esset terra Putignani ex eo constituendo duas præceptorias, seu commendas, edjecta tamen lege, ut terræ hujusmodi administratio ab uno tantum præceptore, seu commendatario habende, seu exercenda esset, cum onere solvendi annua ducata mille alteri præceptori, seu commendatario, ac demum in secundo dicto decreto præscripta quoque fuit unio duarum præceptoriarum, seu commendarum sanctæ Catharinæ nempe di Beri, et sancti Joannis di Ruvo, e Bitonto vulgo nuncupat. in unam præceptoriam, seu commendem hospitalis prædicti, demandando simul pro indemnitate priorum Lombardiæ et Capuæ pro tempore existentium ejusdem hospitelis, ut ipsi una cum prioratu unam præceptoriem, seu commendam memorati hospitalis, quam tempore eorum promotionis ad prioratus hujusmodi obtinebunt, retinere valerent, ac alias prout in secundo dicto decreto plenius continetur; tenur vero ejusdem secundi decreti est qui sequitur, videlicet.

Tenor secundi decreti.

§. 5. Freter Emmanuel Pinto Dei gratia, sacræ domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, et militaris or-

dinis sancti Sepulchri Dominiol magister humilis, pauperumque Jesu Christi custos: Universis, et singulis præsentes nostras literas visuris, lectoris, et audituris salutem. Notum facimus, et in verbo veritatis testamur, qualiter infrascriptum decretum extractum fuit ex libro conciliorum in cancellaria nostra conservato, in quo similia notari, et registrari solent. Quod quidem in hanc publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ibique tam in judicio, quam extra eidem plana, et indubitata fides adhibeatur, cujus tenor, est qui sequitur, videlicet = Die xiv. mensis decembris MDCCLXVIII. = Essendosi letta la relazione dei venerandi commissari deputati sopra lo smembramento, ed unione di commende proposti dalla veneranda lingua d'Italia; qual relazione si è del tenor, cha siegua, cioè = Eminentissimo signora e sagro consiglio = La veneranda lingua d'Italia mossa dal di lei sommo zelo per la buona amministrazione dei beni di questo sagro ordina siti nei suoi limiti, formò con deliberazione de' 15. maggio ultimo scorso li seguenti progetti = Il primo di smembrare dal priorato di Capua, che in oggi produce l'annua rendita di ducati napoletani 9646. e grana 99. due commende, formandole così: una coi beni chiamati di Cajazzo, Campagnano, sant'Agata, e Madaloni, li quali danno l'annuo reddito di ducati 859. e grana 86.; la seconda coi beni di Nola, Marigliano, Salerno, Scafati, Montuori, il territorio chiamato di san Giovanni di Malta, il membro di Pietra Molara, e con il fondo chiamato Pietra Vairano, che producono la rendita di ducati 899. e grana 37. per anno; di maniera che fatta la detrazione di queste due somme rimane il priorato suddetto con l'annuo provento di ducati 7887. 76. soggiungendo in seguito, che ambedue le ideate commende dovranno essere proporzionatamente tassate al pagamento delle risponsioni, e tasse, a con ciò diminuita la somma di quanto per questo titolo oggi paga il priorato = Il secondo progetto è di dividere il baliaggio di santo Stefano; cioè lasciare per dote del medesimo la terra di Fasano, con i feudi di santo Stafana, la Cordara, ed altre masserie, ed oliveti, quali producono al netto da pesi locali, risponsioni, tasse, a pensioni annui scudi di questa moneta novemila: e della terra Putignano discosta dagli altri beni miglia sedici, e che produce l'annua rendita di ducati quattromila formara due commende. Ma siccome di questa terra non può farsi divisione, si propone che un commendatore abbia l'amministrazione della terra con il peso di pagara annui ducati mille, che sarà la dote della seconda commenda, bene inteso egualmente, che gli attuali pesi del baliaggio saranno a dovere tripartiti tra la dignità, e la due nuove commende. Il terzo progetto è di unire in una le due commende di santa Caterina di Bari, a di san Giovanni di Rovo, e Bitonto, le quali sono di un reddito tenuissimo, e cha insino adesso altro non producessero, che far cadere in incapacità li commendatori. Questa proposizioni comunicate dall'eminenza vostra ai venerandi procuratori del venerando comun tesoro furono da questi trovate di somma convenienza, e vantaggiose: il solo attuale venerando ammiraglio fr. Nicolò Bonsignori con una protesta preservativa de' suoi interessi fatta in atti di questa cancellaria sotto il dì 23. del mese di agosto ultimo scorso, si oppose, dimandando, che le dignità di Capua, e di santo Stefano restino tali quali erano nel giorno della sua elezione. Fatto da noi eminentissimo signora a sagro consiglio sopra gli avanzati progetti il più minuto esame, gli abbiamo trovati utili, e vantaggiosi per le ragioni tanto bene rilevate dai venerandi procuratori del venerando comun tesoro; quindi siamo del parere, che debbansi eseguire con le due condizioni però, che il presente regolamento non debba comprendere il venerando ammiraglio attuale, di maniera che se sarà nel caso di dover conseguire o il priorato di Capua, o il baliaggio di santo Stefano, dovrà l'esecuzione del progetto avar luogo dopo la sua morte: la seconda, che potrà il priora di Capua ritenere una commenda con il priorato, per così dargli un compenso de' beni, che gli si levano, appunto come si praticò, quando negli anni scorsi si smembrarono dal priorato di Lombardia le commende di Asti e Vercelli. Questo è quanto ci diamo l'onore di riferire all'eminenza vostra, ed a questo sagro consiglio in esecuzione dei loro pregiatissimi comandi, mentre pieni di vero ossequio ci ratifichiamo = Di vostra eminenza = 10. dicembra 1768. = Umilissimi, devotissimi ed obbligatissimi servitori, e religiosi ubbidientissimi = El Baylio Fr. D. Francisco Ximenez de Texada =, la Bailly de Combreux =. L'eminentissimo e reverendissimo signor gran maestro, ed il venerando consiglio ina-

rendo ai privilegj pontificj accordati a questo sagro ordine collo scrutinio delle palle, hanno approvato, e confermato la relazione qui sopra inserta, con ordinarne la debita esecuzione, avendo consecutivamente data commissione ai venerandi procuratori del comun tesoro di liquidarne i pesi, a pensioni a proporzione di dette commende smembrate. = Et quia ita se habet veritas. Ideo in hujus rei testimonium bulla nostra magistralis in cera nigra præsentibus est impressa. Datum Melitæ in conventu nostro die, mense, et anno supradictis. Regestr. in cancelleria bajulivatus Aquilæ = Franciscus Guedes Vieecane. = Loco si ✠ gilli =.

Preces porrectæ pro obtinenda apostolica approbatione super utroque decreto

§. 6. Quoniam autem dicti exponentes quo decreta hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de apostolica benignitate dignaremur.

Absolutio a censuris, et approbatio cum sanatione cujusvis defectus sive facti, sive juris.

§. 7. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volantes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta decreta cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris, et facti etiam substantialis defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans, et clausula sublata.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac linguæ et hospitalis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xix. junii MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XXV.

Dat. die 12 Julii 1769. Anno I.

Innovatio, et confirmatio literarum Urbani VIII. a plurimis romanis Pontificibus confirmatarum per quas injungitur Ordinariis, et generalibus ordinum, ut necessitates terræ sanctæ bis in anno proponi, et commendari curent.

Clemens Papa XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Necessitas exponitur conservandi indemnitatis monumentorum, quæ in civitate Hierusalem, et locis circumvicinis existunt, et in quibus mysterium redemptionis fuit operatum.

§. 1. Salvatoris, et Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices gravissimasque apostolicæ servitutis curas, in eam præcipue pastoralis solicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, et tam salubris misterii monumenta, quæ in civitate Hierusalem, at locis circumvicinis sunt, conserventur, et omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

Quæ fuerint ad id solicitudines romanorum Pontificum memoratur.

§. 2. Cum itaque alias fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro exposito, quod ecclesiæ, et alia loca pia in civitate Hierusalem, et aliis locis terræ sanctæ existentia fere diruta erant, at quæ adhuc ibi existabant monasteria ære alieno ob impiam turcarum, hæreticorum, et schismaticorum tyrannidem, et pro sanctæ fidei catholicæ in

eisdem locis conservatione contracto admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus prædecessor Noster, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, et singulis quorumvis ordinum, congregationum, et institutorum regularium generalibus commiserit, et mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno adventus, et quadragesimæ temporibus, tam per verbi dominici prædicatores, in suis sacris concionibus, quam in actionibus, et functionibus publicis necessitates eorumdem sanctorum monumentorum populo proponi, et commendari curarent, et facerent, et alias prout in ipsius Urbani prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die iii. februarii MDCXXXIV. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda confirmatione literarum apostolicarum ad hoc editarum.

§. 3. Et sicut pro parte dilecti filii moderni commissarii generalis terræ sanctæ Nobis nuper expositum fuit ipse, quo prædictæ Urbani prædecessoris literæ, quæ a rec. mem. Innocentio X. Clemente X., Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., Clemente XI., Innocentio XIII., Benedicto XIII. Clemente XII., Benedicto XIV., et Clemente XIII. romanis Pontificibus pariter prædecessoribus Nostris confirmatæ fuerunt, exactius observentur, illas per Nos etiam confirmari, et innovari desideret.

Confirmatio implorata conceditur, derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 4. Nos eorumdem sacrorum monumentorum conservationi, et manutentioni, consulere volentes, prædictas Urbani prædecessoris literas auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus pariter, et approbamus, illasque innovamus, et observari mandamus. Volumus autem, ut patriarchæ, archiepiscopi, episcopique prædicti in relatione status ecclesiarum suarum, quando visitabunt limina apostolorum, facienda, referant, se prædictis Urbani prædecessoris literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Publicatio, et fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus insuper ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xii. julii MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XXVI.

Dat. die 8. Aug. 1769. Anno I.

Facultas conferendi lauream doctoralem in philosophiæ, et theologiæ studiis monachis sancti Martini montis Pannoniæ, concessa archiabbati ejusdem monasterii, dummodo tamen promovendi examini sese subjiciant, et philosophiæ per biennium, et theologiæ per triennium operam navaverint.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In supereminenti apostolicæ Sedis specula, meritis licet imparibus, disponente Domino, constituti, Nobiscum cogitantes, quantum ex literarum studiis catholica fides illustretur, divini numinis cultus augeatur, christianæ religionis veritas confirmetur, ac justitia colatur, ab ea propter quæ studia literarum hujusmodi ubilibet excitentur, atque etiam, ut omnes sedulam iisdem operam navare cupientes majori cum commodo id peragere valeant, libenter intendimus, et apostolicæ solicitudinis, auctoritatis, benignitatisque partes conferimus, prout piæ personarum optime de Sede apostolica meritarum vota exposcunt, Nosque in Domino salubriter conspicimus expediri.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Daniel Somogy archiabbas nuncupatus monasterii sancti Martini montis Pannoniæ ordinis sancti Benedicti in Taurinen. diœcesi, ex monachis dicti ordinis alii philosophiæ, alii sacræ theologiæ studiis modo operam dent, et alii quoque ex eis in posterum dare intendant, ut monachi hujusmodi, qui tam in prædicto, quam in aliis monasteriis dicti ordinis in Hungaria existentibus, et ab eodem monasterio sancti Martini tamquam ab eorum capite dependentibus, in quibus studia, et lectores facultatum prædictarum constituti, ac deputati reperiuntur, majori cum sedulitate, et animi ardore ad earumdem scientiarum studia facilius incitentur, et in ipsis apprime instituantur, atque ne postquam studia prædicta compleverint, aut sine præmio discedant, aut alibi pro consequendis eorumdem studiorum gradibus non sine gravi impensa, et regularis disciplinæ præjudicio sese extra monasteria dicti ordinis conferre teneantur, facultatem promovendi ad lauream doctoralem in philosophia, et sacra theo-

logia prædictis eidem moderno, et pro tempore existenti archiabbati monasterii sancti Martini hujusmodi per Nos concedi summopere desideret.

Conceditur facultas cum iisdem privilegiis, quibus promoti in publica universitate gaudent, et certis sub conditionibus.

§. 3. Nos igitur romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, præsertim vero fel. rec. Leonis pp. X. prædecessoris itidem Nostri, qui, sicut accepimus, plurimis privilegiis, gratiis, et prærogativis ejusdem monasterii archiabbatem pro tempore existentem per suas anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quarto decimo kalendas junii sub plumbo expeditas literas cumulare non destitit, exempla sequi volentes, firma spe, fiduciaque concepta, eumdem ordinem, quo amplioribus gratiis, at favoribus ab apostolica Sede decorari pargat, eo majoris pietatis, obedientiæ, et obsequii erga Nos, et eamdem apostolicam Sedem, aliarumque virtutum, at scientiarum fructus editurum fore, supplicationibus ejusdem Danielis archiabbatis nomine Nobis supar hoc humiliter porrectis inclinati, ipsumque Danielem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, at pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, eidem Danieli moderno, et pro tempore existenti archiabbati prædicti monasterii sancti Martini facultatem conferendi lauream doctoralem in philosophia, et sacra theologia monachis prædictis, dummodo ipsi ad gradus hujusmodi promovendi, saltem per biennium philosophiæ, et per triennium sacræ theologiæ studiis, vel in præfato monasterio sancti Martini, vel in aliis monasteriis prædictis, in quibus studia scientiarum hujusmodi, et doctores deputati sint, ut præfertur, operam navaverint, servatis alias servandis, prout moris est, et in publicis studiorum generalium universitatibus servari solat, ac examini coram quatuor in eisdem facultatibus doctoribus, seu lectoribus per modernum, ac pro tempore existentem archiabbatem hujusmodi nominandis, et deputandis, se omnino subjiciant, eisque laureæ doctoralis, et gradus hujusmodi insignia exhibendi, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impartimur. Ac præterea quibusvis monachis ad lauream doctoralem hujusmodi, ut præfertur, promotis, ut ipsi omnibus, et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, ac gratiis, quibus alii in quacumque studiorum generalium universitate ad prædictam lauream doctoralem promoti de jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, ac poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, potiri, at gaudere in omnibus, at per omnia, perinde ac si lauream doctoralem hujusmodi in aliqua publica universitate prædicta rite suscepissent, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula præservativa.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, at delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales atiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate sciantar vel ignoranter contigarit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, at ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dicti ordinis atiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, at innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficientar expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, at exprese derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die viii. augusti MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 31. Aug. 1769. Anno I.

XXVII.

Commissio archiepiscopo Bononiensi super perpetua translatione celebrationis unius missæ quotidianæ relicta extra mœnia civitatis Bononiensis existen. ad ecclesiam monasterii oratorum monachorum sancti Michaelis in Nemore congregationis montis Oliveti ejusdem civitatis, ut ita monachi qui missam hujusmodi celebraverint choro, et scholis prompte, ac diligenter interesse valeant.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Recensetur institutio celebrationis missæ facta anno 1658. a sacerdote Francisco Giorgi, in ecclesia sancti Hyeronimi, et Eustachii Aquarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus abbas, et monachi monasterii sancti Michaelis de Nemore nuncupat. congregationis monachorum montis Oliveti ordinis sancti Benedicti istius civitatis Bononien., quod alias nempe anno MDCXLVIII. tunc in humanis agens Franciscus Giorgi presbyter reliquit, seu instituit celebrationem unius missæ quotidianæ in alia ecclesia sanctorum Hieronymi, et Eustachii Aquarum nuncupat. extra mœnia præfatæ civitatis existen.

Sacra congregatio Concilii celebrationem missæ transferendam indulsit in ecclesiam s. Michaelis, et pontifex sacræ congregationis resolutionem confirmavit ad triennium.

§. 2. Verum quia monachi ejusdem monasterii, qui pro celebranda hujusmodi missa ad dictam ecclesiam quotidie se conferre debebant, alia eorum officia tam in choro, quam in scholis prompte, ac diligenter, ut par erat, adimplere minime poterant, et in ecclesia ipsa, præter quinquaginta duas missas diebus dominicis annuatim celebrandas, alterius quotidianæ missæ celebratio non deficiebat, hinc dicti exponentes anno MDCCLXII. supplices porrexerunt preces congregationi venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpetrum pro translatione celebrationis præfatæ missæ quotidianæ a dicto Francisco in memorata ecclesia institutæ ad aliam eorum ecclesiam prædicti monasterii sancti Michaelis, auditaque prius super hisce precibus tua relatione die xiii. martii ejusdem anni petitam gratiam translationis hujusmodi ad triennium tunc proximum, et pro mensibus tantum hyemalibus obtinuerunt; postmodum vero elapso triennio ejusmodi illud die xxix. novembris MDCCLXV. primum ad biennium, ac demum die iv. aprilis MDCCLXVII. ad aliud biennium, et quidem non tantum pro hyemalibus, sed pro ceteris quoque totius anni mensibus a memorata congregatione prorogatum fuit.

Expostulatur perpetua translatio ipsius celebrationis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, necessitas exeundi a monasterio prædicto pro celebratione hujusmodi missæ etiam nunc efficiat, ut ii, qui illam celebraturi sunt choro, ac scholis assidue, ac prompte interesse minime possint, non sine gravi periculo regularis disciplinæ observantiæ, quæ, favente Deo, in monasterio prædicto admodum viget, hinc ut in posterum quoque periculum hujusmodi perpetuo avertatur, penitusque deficiat, dicti exponentes facultatem transferendi celebrationem missæ quotidianæ a prædicto Francisco in ecclesia Aquarum, ut præfertur, institutæ, ad ecclesiam ejusdem monasterii sancti Michaelis per Nos perpetuo concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et gratia conceditur ut melius consulatur regulari disciplinæ pro eis qui celebrare missas tenentur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petren. dictæ congregationis secretarii, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, petitam perpetuam translationem celebrationis missæ quotidianæ prædictæ ab ecclesia Aquarum hujusmodi ad aliam ecclesiam monasterii sancti Michaelis de Nemore auctoritate apostolica tenore præsentium pro tuo arbitrio, et prudentia gratis concedas, et indulgeas. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausulæ solitæ, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac

irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis.

§. 6. Non obstantibus supradicti Francisci etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti anni MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 2 Augusti 1769. Anno I.

XXVIII.

Confirmatio literarum Clementis XIII. quibus elargita sunt privilegia nonnulla nonaginta, sic nuncupatis, pacificis viris civitatis Foroliviensis cum deputatione auditoris generalis cameræ in eorum executorem præter episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem alias in executores deputatos.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Solicitudinem providi principis cum in id præcipue deceat animadvertere, ut civitatum, et populorum suæ curæ commissorum quies, et tranquillitas inviolabiter conservetur, ac magis magisque augeatur, libenter idcirco ea, quæ pro publica pace, ac felicitate concessa sunt, approbationis Nostræ munimine, dum id a nobis petitur, roborare non prætermittimus.

Expositio concessionis factæ a Clemente Pontifice XIII.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii nonaginta viri pacifici nuncupati civitatis Nostræ Forolivien. fel. mem. Clemens Papa XIII. prædecessor Noster nonnulla privilegia, gratias, et prærogativas, ac indulta civitati prædictæ pro illius tranquillitate conservanda alias elargita perpetuo approbaverit, et confirmaverit, prout in ejusdem Clementis prædecessoris in simili forma Brevis desuper expeditis literis uberius continetur; tenor vero hujusmodi literarum est qui sequitur, videlicet:

Tenor chirographi ab eodem Clemente XIII. relaxati.

§. 3. Clemens pp. XIII. = Ad perpetuam rei memoriam = In supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam nullo, licet meritorum Nostrorum suffragio, constituti, ea, quæ a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris in favorem civitatum, oppidorum, et locorum temporalis S. R. E. ditionis in pacis amœnitate conservandorum provide, sapienterque constituta, at ordinata esse noscantur, ut firma semper, atque illibata serventur, apostolici muniminis Nostri patrocinio libenter roboramus.

Memoratur privilegiorum series a Benedicto XIV. elargitorum.

§. 4. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii nonaginta viri pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis, quod alias fel. rec. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas literas nonnulla privilegia, indulta, gratias, et prærogativas civitati prædictæ concessas perpetuo approbavit, et confirmavit, et alias, prout continetur in ipsius Benedicti prædecessoris literis tenoris sequentis videlicet.

Tenor literarum expeditarum a Benedicto XIV.

§. 5. Benedictus Papa XIV. = Ad perpetuam rei memoriam = Etsi cuncta, quæ a romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum providentia in favorem civitatum, oppidorum, et terrarum temporalis S. R. E. ditionis in pacis amœnitate conservandorum benigne, sapienterque constituta haud indigere arbitramur, ut novo apostolicæ firmitatis robore muniantur, tamen ut illa magis firma, et illibata custodiantur, libenter, cum a Nobis petitur, nostræ etiam confirmationis munimen adjicere non dubitamus.

Unde initium sumpserint privilegia exponitur.

§. 6. Cum itaque, sicut dilecti filii nonaginta viri pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis Nobis nuper exponi fecerunt, quod alias, nempe anno MDXL. bo. mem. Joannes Guidiccioni, dum vixit episcopus Forosemproniensis, ac provinciæ Nostræ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ præsidens pro prospera dictæ civitatis Foroliviensis directione, publicaque pace, et tranquillitate, propter fidelitatem ab eadem civitate huic sanctæ Sedi præstitam, unum in eadem civitate nonaginta virorum pacificorum nuncupatorum magistratum erexit, instituitque, nonnulla etiam pro salutari ejusdem magistratus recte administrandi, et in perpetuum conservandi regimine addidit capitula, et ordinationes, atque in forma statutorum digessit, in quibus præsertim continebatur, ut quotquot magistratum hujusmodi tunc temporis, et in futurum obirent, sese sub potestate Sedis prædictæ esse, et fore, illique obedientiam præstare, et ad conservandam, fovendam, reintegrandamque pacem, et tran-

quillitatem, administrandamque in dicta civitate justitiam paratos, ac promptos esse sacramento obstringerentur.

Et quomodo ab aliis quoque Pontificibus Paulo III. Julio III. et Paulo IV., ac Gregorio XIII. fuerint confirmata.

§. 7. Postmodum capitula, seu statuta hujusmodi a fel. rec. Paulo pp. III. prædecessore Nostro vigore quarumdam literarum in simili forma Brevis die xxiv. maji supradicti anni expeditarum approbata fuerunt; subinde Julius III. et Paulus IV. romani itidem Pontifices prædecessores Nostri erectionem, institutionemque dicti magistratus confirmarunt, illumque nonnullis privilegiis, gratiis, et favoribus ditarunt, dictusque Paulus IV. quoque per suas similes literas tertia augusti MDLV. expeditas, hujusmodi institutionem admodum utilem, et fructuosam esse declaravit. Præterea Gregorius Papa XIII. pariter prædecessor Noster erectionem magistratus hujusmodi, ac illius privilegia etiam confirmavit per suas itidem expeditas literas tenoris sequentis videlicet.

Tenor literarum a Gregorio XIII. expeditarum.

§. 8. Dilectis filiis magistratui nonaginta virorum pacificorum civitatis Nostræ Foroliviensis = Gregorius Papa XIII. = Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem. Eximia fides, et sinceræ devotionis affectus, quibus in apostolicæ Sedis conspectu hactenus claruistis, merito nos inducunt, ut prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, ea, quæ pro publica civitatis nostræ Foroliviensis tranquillitate gesta, vobisque concessa fuisse comperimus, approbationis nostræ præsidio roboremus. Precibus itaque vestris nuper per dilectos filios Claudium Accontium juris utriusque doctorem, et equitem auratum, et Franciscum Guarinum concives vestros ad Nos in hac nostra ad summi apostolatus apicem assumptione, dictamque Sedem a vobis destinatos oratores humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem ordinis, et magistratus vestri dudum per bon. mem. Joannem episcopum Forosemproniensem tunc in humanis agentem, ac provinciæ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ præsidem ad sex annos ex tunc computandos factam, et deinde ad alios sex annos apostolica auctoritate prorogatam, et successive per piæ mem. Julium papam III. prædecessorem Nostrum approbatam, confirmatam, et innovatam, utpote dictæ civitati admodum utilem, et fructuosam, ac salutarem ejus directionem concernentem, nonagenariumque ejusdem ordinis numerum cum omnibus, et singulis ejusdem vestri ordinis, seu magistratus honoribus, oneribus, redditibus, et emolumentis, nec non omnia et singula privilegia, ordinationes, concessiones, indulta, gratias, et prærogativas eidem vestro ordini tam per Joannem episcopum, et præsidem, ac etiam dum in minoribus constitutus, ac in provincia, et exarchatu prædictis bo. mem. Pauli Papæ III. etiam prædecessoris nostri, et Sedis de latere legatus esset, Julium, quam Paulum præfatos, ac etiam rec. mem. Paulum IV. et Pium etiam IV. romanes Pontifices prædecessores nostros, nec non similia mem. Hieronymum tit. sancti Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem, dum viveret, similiter legatum, ordinationes quoque, et decreta noviter per dilectos filios Joannem Baptistam Doriam notarium Nostrum tunc in provincia, et exarcatu prædictis præsidem pro eundo de nocte sine lumine, et pulsando campanam ad arma, ut occurratur periculis, et tumultibus, ac pro quiete, et pace dictæ civitatis, et Paulum Ramulium de Tarano super Mattinatis secundo nubentium, et venerabilem fratrem Salvatorem Pacinum episcopum Clusinensem olim istic vice-legatos pro stantiis palatii per vos ædificatis, et refectis, et Montem de Valentibus de Trebbio pro dilecto filio Nostro Carolo tituli sanctæ Praxedis præsbytero cardinali Borromæo nuncupato tunc provinciæ, et exarchatus prædictorum legato de latere locumtenentem, ut homines vestri ordinis ad testificandum in maleficiis cogi non possent, exceptis tamen ubi pocnæ capitales veniunt infligendæ, et in his urgente necessitate, nempe si alii testes haberi non possent, et salvo ipsius præsidis arbitrio, necnon per venerabilem fratrem Hieronymum episcopum Marturanensem similiter tunc præsidem contra delinquentes, et eorum gratias, quibus gratiis illi non aliter, quam forma decreti per eos servata uti possent, ac alios quoscumque romanos Pontifices prædecessores Nostros, dictæque Sedi legatos hactenus quomodolibet concessa, ac prout illa concernunt, quas apostolicas, et alias gratias desuper expeditas cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis per rec. mem. Pium pp. V. similiter prædecessorem Nostrum approbatas, et confirmatas: et quoniam illos, qui ab eodem ordine vastro taeite, vel expresse privati erant, et privarentur in futurum, quique vobiscum de magistratu fideliter exercendo non jurassent, nec jurarent in ipso ordine vestro, ejusque magistratus exercitio versari, ac eorum, quæ ibidem pro civitatis pace, et ju-

stitia discutiebantur notitiam habere non mererentur, vobis in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo factam per eumdem Pium V. inhibitionem, ne deinceps futuris perpetuis temporibus de illis in numerum, vel ordinem vestrum recipiendis invicem ullatenus tractare præsumeretis, ne videlicet ipsi indigni utique judicati ullam status, rerumque vestrarum turbandarum occasionem haberent, ac decretum ejusdem Pii prædecessoris, per quod eos, qui vestri ordinis hominibus dum contra delinquentes, aut factiosos, vel ex quacumque causa suspectos officium suum exequerentur, se opponerent, vel eosdem impedire vellent, illas met pœnas, quas hi, qui se officialibus civitatum opponentes, vel illorum officium impedire volentes, incurrerent, ipso facto incurrere, et incidere declarabatur; ac insuper custodiæ vestræ, nec non viginti militum ad eam pro vestra, et dictæ civitatis, suique palatii securitate deputatorum stipendium, et ejus assignationem juxta formam literarum dicti Pauli III. prædecessoris hactenus observatam, ac redditus, et emolumenta per dilectos filios communitatem ipsius civitatis ordini vestro concessos, una cum capitulis, ordinationibus, constitutionibus, decretis, privilegiis, ordinibus, legibus, emolumentis, redditibus, solutionibus, licentiis, gratiis, prærogativis, honoribus, et oneribus dicti numeri, seu magistratus per Paulum III. Julium III., Paulum IV., Pium IV., et Pium V. prædictos concessis, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, ac illis, perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem supplamus, illaque omnia perpetuis futuris temporibus durare, et inviolabiliter observari debere decernimus, et declaramus, nec non approbationem, confirmationem, adjectionem, suppletionem, decretum, et declarationem hujusmodi, aliaque præmissa, ac præsentes literas quovis quæsito colore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu nullatenus notari, vel impugnari posse, sed illa semper valida, et efficacia fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et inviolabiliter observari, vobisque suffragari, etsi per quoscumque etiam dictæ Sedis legatos, vicelegatos, præsides, et gubernatores, aliosque quoslibet judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, et inane decernimus.

Deputatio in judices executores facta in personam episcopi, et vicarii generalis Foroliviensis.

§. 9. Quocirca venerabili fratri episcopo Foroliviensi, et dilecto filio ejus vicario in spiritualibus generali, per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra vos approbatione, confirmatione, adjectione, suppletione, declaratione, et decreto, aliisque præmissis juxta earumdem præsentium tenorem pacifice frui, et gaudere non permittentes vos, vel aliquem vestrum desuper per legatos, vicelegatos, præsides, gubernatores, aliosve magistratus prædictos, aut quoscumque alios quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoslibet, et rebelles cujuscumque status, gradus, ordinis, vel præeminentiæ fuerint per censuras, et pœnas tam ecclesiasticas, quam pecuniarias arbitrio suo moderandas, imponendas, et applicandas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus sit auxilio brachii sæcularis.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac provinciæ, et exarchatus, civitatisque prædictorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem legato, vicelegato, præsidi, gubernatori, et aliis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris die viii. octobris MDLXXII.

pontificatus Nostri anno primo. = Cæsar Glorierius = Loco ✠ annuli piscatoris.

Etiam Sixtus V. privilegia confirmavit, aliasque indulsit concessiones favorabiles quas postea et Urbanus Papa VIII. probavit.

§. 11. Insuper Sixtus V. pariter prædecessor Noster per suas etiam in simili forma Brevis viii. et x. respective diebus julii anni MDLXXXIV. datas literas non solum præscriptam erectionem magistratus hujusmodi, ac privilegia eidem concessa approbavit, et confirmavit, verum etiam custodiam aggerum, seu fossarum dictæ civitatis, ac redditus, proventus, juraque portæ da Ravaldino dictæ civitatis in locum reddituum, proventuumque nauli unius navis, aliasque gratias, et prærogativas concessit, et assignavit, præter autem approbationem ejusdem magistratus a rec. mem. Clemente VIII., Gregorio XV. et Paulo V. romanis Pontificibus prædecessoribus quoque Nostris factam, fel. itidem rec. Urbanus pp. VIII. pariter prædecessor Noster erectionem hujusmodi approbavit, et confirmavit per alias suas literas, tenoris qui sequitur videlicet.

Tenor literarum editarum ab Urbano papa VIII.

§. 12. Urbanus pp. VIII. ad futuram rei memoriam. Fidelium quorumlibet præsertim ditionis Sedis apostolicæ subditorum votis libenter annuimus, ac iis quæ pro ipsorum subditorum commodo, et utilitate, ac civitatum nostrarum securitate a dicta Sede concessa fuisse comperimus, ut firmius subsistant confirmationis nostræ manum apponimus, prout in Domino conspicimus expedire. Nuper siquidem dilecti filii nonaginta viri pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis per dilectos filios Antonium Portium, Paulum dall' Aste eorum ad Nos cives Forolivienses oratores destinatos Nobis exponi fecerunt, quod alias fel. rec. Sixtus pp. V. prædecessor Noster, postquam diversi romani Pontifices etiam prædecessores Nostri, quamplurimas gratias, et indulta ordini dictorum nonaginta virorum concesserant erectionem, et institutionem dicti ordinis cum omnibus, et quibuscumque illius honoribus, et oneribus, redditibus, et emolumentis etiam per dilectos filios dictæ civitatis communitatem, vel alias concessis, et assignatis, nec non omnia, et quæcumque privilegia, indulta, ordinationes, concessiones, licentias, gratias, et prærogativas eisdem nonaginta viris, illorumque ordini per quoscumque romanos Pontifices, et Sedem prædictam, illiusque etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque civitatis gubernatores quomodolibet concessa, et seu decreta confirmavit, et approbavit, ac omnia emolumenta portæ Ravaldino nuncupatæ dictæ civitatis, alias cameræ apostolicæ incorporata dicto ordini concessit, et assignavit, ac alias prout in singulis ipsorum prædecessorum literis, aliisque scripturis desuper confectis plenius continetur. Cumque prædicti nonaginta viri cupiant præmissa omnia pro illorum firmiori subsistentia etiam per Nos confirmari, et approbari, Nobis humiliter supplicari fecerint, quatenus eorum desiderio hujusmodi annuere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur singularum literarum, ac scripturarum prædictarum, ac omnium, et singulorum in eis contentorum, aliorumque de necessitate exprimendorum tenores etiam veriores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, et insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, et singula fructus, redditus, et proventus jura, obventiones, et emolumenta undecumque provenientia, et in quibuscumque rebus consistentia eisdem nonaginta viris, illorumque ordini quomodolibet applicata, et assignata, in quorum pacifica possessione nonaginta virorum eorumdem ordo existit, necnon omnia, et singula privilegia, ordinationes, concessiones, licentias, facultates, gratias, exemptiones, honores, prærogativas, et indulta per quoscumque romanos Pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem, illiusque etiam da latere legatos, vicelegatos, dictæque civitatis gubernatores, nec non illius communitatem, at homines, seu alios quoscumque quomodolibet concessa, necnon singulas literas, aliasque scripturas desuper confectas, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illaque omnia, et singula per communitatem, et homines prædictos perpetuo observari volumus, et mandamus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui intervenerint, in eisdem supplemus.

Sanctio pœnalis.

§. 13. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ modernis, et pro tempore existentibus episcopo Foroliviensi, et dictæ civitatis gubernatori, quatenus ipsi, vel eorum alter singula præmissa, et alia quæcumque eisdem nonaginta viris, illorumque ordini quomodolibet concessa ab illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum inviolabiliter observari, dictosque nonaginta viros illis

omnibus pacifice frui, et gaudere faciant, atque mandent, non permittentes eos, et eorum quemlibet per quoscumque molestari, perturbari, vel inquieteri, contradictores quoslibet et rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, ac censuras ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 14. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac provinciæ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ, nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in singulis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xiv. novembris MDCXXV. pontificatus Nostri anno tertio = V. Theatin. = Loco ✠ annuli piscatoris.

Alia confirmatio privilegiorum concessa a Clemente XI.

§. 15. Denique, piæ mem. Clemens papa XI. itidem prædecessor Noster omnia, et singula præmissa per suas desuper in pari forma Brevis die xi. augusti MDCCI. confirmavit pariter, et approbavit, quorum omnium literarum tam dicti Clementis XI. quam Pauli III. Julii, Pauli IV. Sixti, Clementis VIII. Gregorii et Pauli V. prædecessorum prædictorum tenores præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, et in quibus plenius dicitur contineri.

Nonaginta virorum pacificorum merita enumerantur.

§. 16. Quoniam autem dicti exponentes, qui praeclara suæ fidelitatis, debita erga eamdem Sedem apostolicam argumenta semper præstiterunt, et in pacis, tranquillitatisque publicæ studio se commendarunt, humiliter supplicari fecerunt, ut præinsertas literas, et præmissa omnia in aliis memoratorum Pontificum prædecessorum literis expressa apostolicæ etiam nostræ confirmationis patrocinio corroborare dignaremur.

Prævia absolutione a censuris nova privilegiorum omnium confirmatio indulgetur.

§. 17. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Gregorii XIII. et Urbani VIII. prædecessorum prædictorum literas, omniaque, et singula in eis contenta, et a memoratis Paulo III. Julio, Paulo IV. Sixto, Clemente VIII. Gregorio, Paulo V., et Clemente XI. prædecessoribus, ut præfertur, concessa, approbata, et confirmata auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus pariter, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac perpetuis futuris temporibus inviolate, et inconcusse servari mandamus, et præcipimus, ac privilegia, gratias, indulta, prærogativas, et alia præmissa ab eisdem, et aliis romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris eidem magistratui concessa, atassignata, quatenus opus sit, de novo concedimus, et assignamus.

Clausula præservativa.

§. 18. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 19. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. prædictæ cardinales etiam de latere legatos, eorumque vicelegatos, præsides, et gubernatores, ac quoscumque alios quacumquo præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quevis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Specialis, et generalis derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus, et singulis illis, quæ in præinsertis Gregorii XIII. et Urbani, ac aliis præfatorum prædecessorum literis concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda januarii anni MDCCXLI. pontificatus nostri anno primo = D. cardinalis Passioneus = Loco ✠ annuli piscatoris.

Alia confirmatio privilegiorum edita a Clemente XIII

§. 21. Quoniam autem dicti exponentes præinsertas literas, ut firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos exponentes quos paternis complectimur affectibus, amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eo-

rum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas ipsius Benedicti prædecessoris Nostri literas, ac in eis contenta quæcumque, at expressa tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, et, quatenus opus sit, innovamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus, illasque adversus quemcumque non usum, sive desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam, etiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore toleratam in integrum, ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 22. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, at integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quæ idem Benedictus prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti MDCCLIX. pontificatus Nostri anno secundo = D. cardinalis Passioneus = Loco ✠ sigilli.

Novæ preces pro ultima confirmatione privilegiorum, et deputatione novi judicis executoris in locum episcopi, et vicarii Foroliviensis.

§. 23. Quo igitur firmius præinsertæ literæ subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes illas apostolicæ etiam confirmationis Nostræ patrocinio communiri, aliumque executorem præter pro tempore existentem episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem a memorato Gregorio XIII. prædecessore in suis respective literis prædictis constitutos, per Nos quoque constitui, et deputari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Absolutio a censuris, et confirmatio privilegiorum, et indultorum, cum exclusione cujusvis abusus etiam ab immemorabili tempore introducti.

§. 24. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas ipsius Clementis XIII. prædecessoris literas, ac in eis contenta quæcumque, et expressa tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, et quatenus opus sit, innovamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus, illasque adversus non usum, sive desuetudinem et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam etiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore toleratam in integrum, ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Et seligitur executor literarum, curiæ cameræ apostolicæ generalis auditor.

§. 25. Atque insuper dilectum filium causarum curiæ cameræ apostolicæ generalem auditorem, præter pro tempore existantem episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem in executores ab ipso Gregorio prædecessore, ut præfertur, constitutos, et deputatos cum eisdem facultatibus, auctoritate, et tenore prædictis præsentium quoque executorem constituimus, et deputamus.

Clausula præservativa.

§. 26. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 27. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 28. Non obstantibus omnibus et singulis illis, quæ idem Clemens XIII. prædecessor Noster in dictis suis literis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti anni MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 11. Sept. 1769. Anno I.

XXIX.

Prævia evocatione causæ, commissariis generalibus Indiarum ordinis sancti Francisci de observantia in conventu ejusdem sancti Francisci oppidi Matriti Toletanæ diœcesis pro tempore commorantibus indulgetur, seu de novo indulgetur facultas communicandi suos subditos feria V. in Cœna Domini in cappella privata dicti conventus, quæ publica declaratur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Sacrosancti apostolatus officium superni dispositione consilii Nobis, nullo licet meritorum suffragio, impositum salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes exorta inter religiosos viros, quos vota sua Altissimo in sanctitate, et justitia, pacceque fraterna reddere decet, animorum dissidia opportunis rationibus dirimere, illisque, ne rursus quandocumque excitari valeant ansam mature præcidere studemus, sicut omnibus mature perpensis, arbitramur in Domino expedire.

Exponitur quomodo conventus s. Francisci esset in possessione communicandi subditos quolibet anno feria V. in Cœna Domini, et quomodo ea possessione expoliatus extiterit a ministro generali ordinis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel de la Vega frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupat., ac commissarius generalis Indiarum, quod licet omnes sui in officio hujusmodi pro tempore existentes prædecessores in conventu sancti Francisci ejusdem ordinis oppidi civitatis nuncupat. Matriti Toletanæ diœcesis anno quolibet feria V. in Cœna Domini sanctissimum Eucharistiæ sacramentum propriis subditis, et familiaribus in cappella conventus prædicti, ad quam per scholas ejusdem conventus aditus patet, spatio centum septuaginta annorum ministrare consuevissent, nihilominus dilectus itidem filius Petrus Joannetius de Molina anno MDCCLI., quo tempore munere ministri generalis dicti ordinis fungebatur, hujusmodi possessionem, in qua, ut præfertur, commissarius generalis Indiarum prædictus existebat, perturbare sategit, mandando, ut fratres omnes quacumque dignitate præditi feria V. hujusmodi de manu celebrantis in ecclesia dicti conventus communicari deberent, itent decreto huic idemmet tunc existens commissarius generalis Indiarum ad quascumque contentiones vitandas, pro ille tamen vice dumtaxat, obtemperaverit.

Hispaniarum rex jussit ut super controversia exquireretur votum sac. congregationis sac. ritibus præpositæ.

§. 3. Res deinde quievit usque ad annum MDCCLXVII. quo tempore dictus Petrus Joannetius idem munus generalis ministri sibi bis commissum jam jam absoluturus erat, et in ectoris figura eamdem prætensionem iterum excitare ipse non destiterit, super qua carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus sententiam venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum exquirendam esse censuit.

Exorta autem gravis lis coram eadem sacra congregatione ad illam extinguendam Pontificia exquisita fuit auctoritas.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hujusmodi lis coram eisdem cardinalibus adhuc pendeat indecisa, dictus vero Emmanuel, ut pax, et concordia inter religiosos potissimum viros quam maxime exoptabilis firma consistat, litem hanc per Nos penitus extingui, ipsumque, et suos in officio commissarii generalis hujusmodi successores prædicta possessione communicandi feria V. in Cœna Domini suos subditos, et familiares gaudere jugiter posse plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et in re manus apposuit Pontifex, ad perpetuam religionis tranquillitatem servandam, et causam avocavit ad semetipsum in statu, et terminis.

§. 5. Nos igitur perpetuæ eorumdem christifidelium, qui ad tranquillum religionis portum confugerunt, quieti, ac tranquillitati, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, eumdemque Emmanuelem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, eamdem causam, ac lites, et controversias quascumque super præmissis inter antedictas partes quomodocumque pendentes, quarum omnium, et singularum statum, et merita, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime specificatis haberi volumus in statu, et terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, ad Nos harum serie evocamus, illasque omnes, et singulas supprimi-

mus, perimimus, extinguimus, et abolemus, atque perpetuum desuper utrique parti silentium imponimus, atque occludimus.

Jussit autem ut commissarii generales Indiarum in dicta feria V. in Cœna Domini, subditos communicare possent in ecclesia conventus, quam quoque publicam declaravit.

§. 6. Præterea earumdem tenore præsentium statuimus, et ordinamus, ut in posterum perpetuis futuris temporibus nunc, et pro tempore existentes commissarii generales Indiarum hujusmodi in dicto conventu commorantes anno quolibet feria V. in Cœna Domini, ante tamen celebrationem missæ conventualis in ecclesia memorati conventus peragendam, ipsi quoque in dicta cappella sacrosanctum missæ sacrificium celebrare, et suis subditis, ac familiaribus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ministrare libere, et licite possint, et valeant; atque insuper eamdem cappellam, licet illius janua viæ publicæ minime adjaceat, sed ad eam per scholas præfati conventus aditus pateat, nihilominus publicam esse motu, scentia, et potestatis plenitudine paribus decernimus, et declaramus; nec non campanam desuper in publico loco, unde ab omnibus videri, et ejus sonitus audiri possit, pro usu cappellæ prædictæ apponendam esse volumus, et mandamus.

Clausulæ præservativæ.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alia judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus quoque opus sit, ordinis hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XXX.

Dat. die 16 Sept. 1769. Anno I.

Prohibitio extrahendi paramenta, et ornamenta ex ecclesia conservatorii mulierum civitatis Agrigentinæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ut consulatur conservationi, et manutentioni ornamentorum, et paramentorum prohibetur eorum extractio ab ecclesia, sive ejus sacristia sub poena excommunicationis latæ sententiæ, et ipsi uni summo Pontifici reservatæ.

§. 1. Conservationi, et manutentioni ornamentorum, ac paramentorum ecclesiæ, collegii, seu conservatorii di Maria vulgo nuncupat. mulierum convictricium etiam nuncupat. civitatis Agrigentinæ, quantum cum Domino possumus benigne consulere, ac dilectas in christo filias mulieres dicti collegii, seu conservatorii specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica ex aureo, vel argento, aut alia quavis materia confecta, nec non aliam quamcumque suppellectilem sacram ad dictam ecclesiam nunc, et pro tempore quomodolibet spectantem aliis ecclesiis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodare, vel

sub quovis quæsito colore, causa, vel ingenio e prædicta ecclesia extrahere, et asportare; seu ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat, quovis modo, seu præsumat, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo e quoquam nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum, et præceptum de retinendo exemplari prohibitionis in loco conspicuo ipsius ecclesiæ, vel sacristiæ.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, vel illius sacristiæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit assidue affixum remaneat. Cæterum per præsentes non intendimus prædicti collegii, seu conservatorii institutum, aut denominationem in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 23. Septemb. 1769 Anno I.

XXXI.

Magistratui civitatis Imolen. indulgetur ut in publicis functionibus secumferre possit custodiam duodecim militum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Quoniam civitatis Foroliviensis, et Faventinæ magistratus gaudet privilegio habendi cohortem duodecim militum, cum ad functiones publicas accedit, eodem jure frui posse civitas Imolen. expostulavit, quæ ad instar prædictarum civitatum habet consilium nonaginta pacificorum virorum, et cohortem ducentorum virorum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus civitatis Nostræ Imolen., quod in dicta civitate extat consilium nonaginta virorum pacificorum nuncupatorum, quorum caput prior nuncupatur, et quolibet bimestri ab eodem consilio eligitur, suique muneris exercitium initio cujuslibet bimestris assumendo, ingressum, ac interventum communem habet cum dicto magistratu, qui itidem bimestri quolibet mutatur, et ab ipso priore e domo suæ habitationis excipitur; idem vero consilium pacificorum hujusmodi suam habet cohortem ducentorum peditum militum, qui vulgo confidati nuncupantur, at quibus dictus prior pro tempore existens tantummodo imperat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quoties magistratus Nostrarum civitatum Foroliviensis, et Faventinæ functionibus publicis intersunt custodiam duodecim militum similis cohortis eodem confidatorum nomine nuncupat. secum deferre soleant, ita quoque dicti exponentes eamdem custodiam duodecim militum confidatorum prædictorum quoties una cum priore consilii nonaginta pacificorum ad publicas functiones accedant, secum deferre posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digneremur.

Quod privilegium indulgetur magistratui quoties una cum priore consilii nonaginta virorum pacificorum, ad publicas functiones se conferat.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, nunc, et pro tempore existenti magistratui dictæ civitatis Imolensis, ut quotiescumque magistratus hujusmodi una cum dicto priore consilii nonaginta pacificorum ad publicas functiones accedat, custodiam duodecim militum confidatorum ejusmodi secum deferre libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Decretum quod privilegii executionem imperat, cum clausula sublata facultate aliter judicandi.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis

superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 26. Septemb. 1769. Anno I.

XXXII.

Privilegium, quod Lucas Antonius Cracas obtinuerat super impressione libri = delle Notizie = ac ephemeridum publicorum nuntiorum sub titulo Diarii favore hæredum ipsius Lucæ Antonii confirmatur, et ampliatur.

Clemens Papa XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Benedicto XIII. suas preces porrexit Lucas Antonius Cracas, pro obtinendo privilegio imprimendi librum = delle Notizie = et ephemerides sub titulo Diarii.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedicto pp. XIII. prædecessori Nostro pro parte filiorum, et hæredum quondam Lucæ Antonii Cracas exposito, quod dictus Lucas Antonius anno MDCCXVI. quemdam libellum inscriptum = delle Notizie =, nec non ephemerides publicorum nuntiorum sub titulo Diarii *di avvisi* lingua vulgari italica in alma urbe Nostra, et tunc sua evulgare cæpisset, et ab inde citra tam dictus Lucas Antonius, quam post ejus decessum illius filii, et hæredes prædicti libellum, et ephemerides hujusmodi edere, et imprimere perrexissent, ipsique filii, et hæredes illa quoque in posterum imprimi facere intendebant; verebantur autem, ne alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, libellum, et ephemerides præfatos in ipsorum exponentium præjudicium iterum imprimi facere curarent,

Et Pontifex illo privilegium indulsit, nonnullis sub conditionibus ad duodecim annos, dummodo impressio approbata esset a magistro pro tempore existente S. P. A.

§. 2. Idem Benedictus prædecessor eorum indemnitati consulere volens, ac supplicationibus tunc ab illis porrectis inclinatus eisdem filiis, et hæredibus, ut ad duodecim annos tunc proximos, dummodo tamen ejusdem libellus, ac ephemerides prius a pro tempore existente sacri palatii apostolici magistro approbati essent, nemo tam in urbe prædicta, quam in reliquo statu ecclesiastico prædictum libellum, et ephemerides ab ipsis usque tunc evulgatos, et in posterum evulgandos in toto, vel in parte, sub eisdem, vel aliis titulis, aut aliud simile opus, seu opera sine dictorum filiorum, et hæredum, aut ab eis causam habentium speciali licentia imprimere, aut ab eis, vel aliis impressa vendere, aut venalia habere, seu proponere posset, sub certis prohibitionibus, inhibitionibus, modo, et forma tunc expressis concessit, et indulsit, ac alias prout in ejusdem Benedicti prædecessoris die decima sexta decembris anni MDCCXXVI. in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Precés porrectas a Catharina Cracas unica filia superstite, ut vetus privilegium a Benedicto XIV. ac Clemente XIII. prorogatum, confirmaretur cum coadjutoria in personam Alexandri Burlini.

§. 3. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecit dilecta in Christo filia Catharina Cracas unica ex sua familia superstes, privilegium hujusmodi a memorato Benedicto XIII. prædecessore, ut præfertur, concessum, sibi deinde a rec. mem. Benedicto XIV., et Clemente XIII. prædecessoribus quoque Nostris romanis Pontificibus suis rescriptis prorogatum, et confirmatum fuerit, ac præterea idem Clemens prædecessor dilectum filium Alexandrum Burlini, qui suam in his rebus operam spatio annorum viginti, et octo jam contulerat, ejusdem exponentis condjutorem, quoad res prædictas, declaraverit, cupiatque modo privilegium hujusmodi sibi, et post ejus obitum dicto Alexandro, ut præfertur, ejus coadjutori prorogari, atque ad relationes functionum omnium, quæ in alma urbe prædicta pro tempore peraguntur per Nos extendi, et ampliari, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Prævia absolutione a censuris privilegium confirmatur ad vitam Catherinæ et post ejus favore Burlini cum

§. 4. Nos igitur Catharinam, et Alexandrum prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis,

omnibus primitivis prohibitionibus et poenis. et pœnis quovis modo, et quaecumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, privilegium prædictum a memorato Benedicto XIII. ad duodecim annos, ut præfertur concessum, et a Benedicto XIV. ac Clemente XIII. prædecessoribus Nostris prædictis prorogatum ad vitam tam ejusdem Cathariœ, quam post ejus obitum præfati Alexandri, auctoritate apostolica tenore præsentium prorogamus, idemque privilegium ad relationes omnium functionum in dicta urbe pro tempore peragendarum cum iisdem prohibitionibus, inhibitionibus, et sub iisdem pœnis in præfatis literis Benedicti XIII. prædecessoris contentis, et expressis auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus.

Derogatur contrariis. §. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica digitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ in Arce Gandulphi sub annulo piscatoris die vigesima sexta septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XXXIII.

Dat. die 14 Octobris 1769 Anno I.

De pestifero, et venenato libro Justini Febronii noviter recudendo, agitur cum archiepiscopo Trevirensi, ejusque pastoralis excitatur solicitudo, ut antequam prodire possit subfocetur.

Venerabili fratri Clementi archiepiscopo Trevirensi et episcopo Augustano S. R. I. principi electori.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem.

Nuncium acceptum de clandestina impressione Francofurti facienda exponitur. §. 1. Perlatum ad Nos est perniciosum Justini Febronii librum novis clam typis Francofurti recudi, eumque multo auctiorem, aliisque ad pristinos congestis, ac undique compilatis erroribus refertum iterum esse proditurum. Nos sane pro ea, qua esse debemus pastorali solicitudine, vehementer veremur, ne nova exinde in universam Nobis commissam Ecclesiam detrimenta inferantur, aut jam illata latius propagentur.

§. 2. Tua igitur perspectissima Nobis pietate freti, ac egregii de Ecclesia studii plane memores, cujus illustre extat monumentum in præclara famosi illius operis proscriptione, quam dum episcopus Frisingensis esses, plurima cum laude peregisti, novum nunc tibi hujusmodi tui decoris amplificandi argumentum proponimus, ac a te, venerabilis Frater, maiorem in modum petimus ac flagitamus, ut pro tua qua polles dignitate, tantique nominis auctoritate, omnem curam, operam, ac diligentiam ponas, ut venenatus ille ac pestifer fœtus, antequam iterum in lucem prodire possit, suffocetur. Magna istic viges apud omnes existimatione; præclara sunt multorum erga te studia, plurimum tibi quisque et pro nobilitate, et virtutis tuæ splendore defert. Laudes archiepiscopi, qui alias nefarium librum proscripsit.

§. 3. Quæ quidem accepta a Deo munera ad Dei ipsius causam conferre debes, ad tuendam scilicet Ecclesiæ tranquillitatem et pacem, ac ad veterem, quæ in ipsa Ecclesia est, integram atque incolumen retinendam, conservandamque doctrinam. Ad id egregie præstandum opportunitates vigilantiæ tuæ minime deerunt, eum easdem non solum arripere, sed inducere etiam, ac excitare, si opus sit, industria, atque auctoritate possis. Et munera a Deo accepta, ad Dei ipsius causam convertat exortat Pontifex.

§. 4. Feceris igitur non solum pro episcopali, quo eximie fongeris munere, sed pro tui etiam animi ac generis splendore, proque illa, quæ in te potissimum enitesoit, pietate ac religione, si erupturam iterum tantam errorum pestem mature oppresseris. Confirmabis tum præclaram nostram de singulari virtute tua opinionem, ac ita nostrum erga te animum devincies, ut nullum sit pontificiæ benignitatis genus, quod in te conferre ac cumulare non maxime cupiamus. Ac in hujus luculentissimæ erga te Nostræ voluntatis pignus apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur. Datum in arce Gandulphi Albanensis diœcesis die decima quarta octobris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo. Et multam tam apud Deum, quam apud sanctam Sedem gratiam inde consecuturum fore promittit.

XXXIV.

Dat. die 20 Oct. 1769. Anno I.

Erectio collegii in oppido Vallettæ Melevitanæ diœcesis cum privilegiis universitatis studiorum generalium immediate subjecti sanctæ Sedi, reservata approbatione legum, et regularum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quantum ad christianam rei-publicæ bonum conferant universitates, et gymnasia studiorum exponitur.

§. 1. Sedula romani Pontificis providentia uberes fructus, ac ingentia bona, quæ ex recte institutis studiorum generalium universitatibus, et gymnasiis in christianos adolescentes optimis artibus, et doctrinis ibidem imbutus procedunt, attente considerans, ad ea, per quæ universitates, et gymnasia hujusmodi stabiliantur, et feliciora in dies suscipiant incrementa, propensis studiis intendit, suique pastoralis officii partes favorabiliter interponit, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, catholicæ religionis præsidium, atque ad christifidelium commodum, utilitatem, et decus in Domino conspicit expedire.

Preces porrectæ pro erectione collegii, sumptibus hospitalis Hierosolymitani.

§. 2. Sane pro parte dilecti filii fratris Emmanuelis Pinto magni magistri hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani Nobis nuper expositum fuit, quod cum ipsi quam maxime cordi sit, ut tam hi, qui inter fratres cappellanos clericos, seu diaconos conventuales dicti hospitalis nomen vel dederunt, vel in posterum daturi sint, quam adolescentes omnes civitatis, et insulæ Melevitanæ recte instrui, ac educari possint; ideirco in oppido civitate nuncupata Valletta unum collegium pro eorumdem fratrum cappellanorum clericorum, seu diaconorum conventualium educatione fundare, et erigere constituit, prædictis fratribus ex communi ærario hospitalis hujusmodi suppeditando una cum victu, alia etiam, quæ pro congrua eorum manutentione, et substentatione requiri possent: ut autem bonum, et utilitas, quæ adjuvante Deo, ex hujusmodi fundatione, et erectione obventura sunt, in alios quoque protendantur, idem Emmanuel præter fratres cappellanos præfatos, adolescentes quoque, qui propriis impensis ibidem studiis dare operam velint, in idem collegium admittendos esse decrevit, unamque insuper in collegio hujusmodi studiorum generalium universitatem constituere intendit cum congruo lectorum, magistrorum, præceptorum, et doctorum numero, qui tam alumnis ejusdem collegii, quam etiam publice omnibus aliis illius scholas frequentare volentibus sacram theologiam, aliasque ingenuas artes, ac disciplinas, quæ ad Dei gloriam, atque ecclesiasticæ disciplinæ incrementum utiles, ac necessoriæ dignoscantur publice omnibus explanare sint obstricti.

Quod ut firmius consisteret, apostolica auctoritate communiri exoptatur.

§. 3. Cum autem sicut in eadem expositione subjungebat ipse Emmanuel, præmissa omnia pro publico bono inventa, et ab eo excogitata, ut firmiora subsistant, apostolicæ confirmationis Nostræ auctoritate communiri, eidemque universitati privilegia, et indulta studiorum generalium per Nos concedi, illiusque ecclesiam, et domum, in qua collegium hujusmodi fundandum, erigendumque erit, cum adnexis, seu ab eo dependentibus, et in insula Melevitana existentibus ab ordinaria jurisdictione pro tempore existentis episcopi Melevitani ad instar aliorum locorum conventualium ejusdem hospitalis per Nos exempta declarari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra de benignitate apostolico dignaremur.

Laudes Emmanuelis Pinto magni magistri ordinis, cui tribuitur facultas omnia peragendi cum consilio hospitalis pro conservatione, manutentione, et incremento collegii, et universitatis studiorum, cujus erectio confirmatur.

§. 4. Nos igitur laudabilibus dicti Emmanuelis votis annuere volentes, ejusque zelum, solicitudinemque in promovendis facultatum studiis tam inter ejusdem hospitalis fratres cappellanos conventuales prædictos, quam in omnes adolescentes insulæ Melevitanæ quam maxime in Domino commendantes, atque omnia, quæ in opus istud conferre idem Emmanuel sua liberalitate intendit, ut inde juventus bonis artibus, scientiisque imbuta Ecclesiæ, hospitali prædicto, ac toti reipublicæ utilior magis magisque evadat, recte quidem in causam hanc collata esse putantes, ipsumque Emmanuelem a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, et fundationem collegii, et universitatis studii generalis in memorato oppido civitatis nuncupatæ Vallettæ a prædicto Emmanuele, ut præfertur, peragendam cum omnibus, et singulis iis, quæ pro eorum conservatione, manutentione, et incremento ab ipso una cum suo, ac dicti hospitalis consilio super redditibus

communis ærarii, seu aliis bonis hospitalis hujusmodi assignari, et applicari contigerit, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, eisque apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Domus, et ecclesia eximitur cum omnibus eorum descendentiis a jurisdictione episcopi Melevitani.

§. 5. Ecclesiam quoque, et domum, in quibus universitas, et collegium hujusmodi erecta, et fundata fuerint, domosque, et ecclesias ab ipsis dependentes, et in insula prædicta existentes pleno jure exempta esse a quocumque dominio, visitatione, potestate, et jurisdictione pro tempore existentis episcopi Melevitani, Nobisque, et sanctæ Sedi immediate subjecta auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus, illaque omnibus juribus, et privilegiis, quibus aliæ ecclesiæ, domus, et loca conventualia dicti hospitalis potiuntur, et gaudent, frui, ac potiri debere volumus, atque mandamus.

Et conceditur jus conferendi baccalaureatum, licentiatum, doctoratum, et magisteria, servata forma ab oecumenicis conciliis volita, et praecepta.

§. 6. Ac propterea uni personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, et in conficiendis legibus, ac regulis collegii, et universitatis hujusmodi designandæ, ut ipsa eos, qui ibidem per debitum tempus studiis operam dederint, ac prævio examine in aliis universitatibus apostolica auctoritate approbatis fieri solito, accedente judicio professorum prædictæ universitatis per secreta suffragia ferendo, scientia, et moribus idonei reperti fuerint, ad hujusmodi jurium, artium, ac theologiæ facultatum baccalaureatus etiam formati, licentiaturæ, doctoratus, et magisterii gradus, (servata tamen in omnibus et per omnia forma decretorum Viennensis, et Tridentini conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus) promovere, et eorumdem graduum respective insignia ad eosdem gradus sic etiam respective promotis exhibere, ut ad dictos gradus sic per illam promoti postea publice, et privatim, etiam in omnibus aliorum studiorum generalium universitatibus facultates ipsas interpretari, aliosque docere, ac de eis disputare, omnibusque pariter privilegiis, præeminentiis, prærogativis, et gratiis, favoribus, ac indultis, quibus alii in aliis universitatibus hujusmodi ad gradus præfatos promoti de jure, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere poterunt in futurum in omnibus, et per omnia, perinde ac si in aliis universitatibus hujusmodi gradus ipsos juxta illarum consuetudinem, et mores vere suscepissent, etiam uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant licentiam tribuimus, et facultatem.

Præcipitur ut leges fiant pro recto, et felici gubernio ipsius collegii, reservata ipsarum legum approbatione, apostolica auctoritate elargienda

§. 7. Volumus autem, ut pro recto, et feliciori universitatis, et collegii hujusmodi gubernio prædictæ leges, et regulæ ope virorum scientia, ac pietate præstantium, et in rebus hujusmodi peritorum confici quamprimum omnino debeant, et postquam confectæ fuerint, ut præfertur, earumdem legum, et regularum confirmationem, et approbationem, prærio debito earum examine, apostolica auctoritate peragendam Nobis per præsentes reservamus; atque insuper decernimus, et mandamus, ut anno quolibet, antequam studiis operam dare prædicti omnes incipiant, magistri, lectores, et doctores, aliique collegii, et universitatis hujusmodi artium prædictarum professores fidei catholicæ professionem juxta articulos pridem a Sede apostolica propositos emittere omnino teneantur in manibus dilecti filii nunc, et pro tempore existentis Sedis prædictæ inquisitoris Melevitani, cui semper, at quandocumque in iis omnibus, quæ catholicam fidem, et morum doctrinam attingunt liberam inquirendi, et cognoscendi facultatem reservatam omnino esse volumus, et declaramus.

Decretum pro plena executione literarum.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et ejusdem Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis alia judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam dero-

gatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi tamquam plene et sufficienter expressos habentes, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die vigesima octobris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

Datum die 9 Novemb. 1769 Anno I.

XXXV.

Unio ecclesiæ sancti Michaelis de Plano existentis in regno Sardiniæ, hospitali pauperum civitatis Turritanæ.

Clementis PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

De charitatis, misericordiæ, et pietatis officiis habendis erga pauperes disserit Pontifex, præsertim favore eorum, qui in hospitalibus detinentur.

§. 1. Salutis nostræ amator, et auctor Dominus Noster Jesus Christus ex omnibus christianæ charitatis, misericordiæ, et pietatis officiis, pauperes suos verbis, et operibus confovendos evangelico præconio commendavit. Proinde Nos illius vices quamquam immeriti gerentes in terris pro injuncto Nobis apostolicæ solicitudinis officio ad ea, per quæ hospitalium, ac in eis degentium pauperum, et miserabilium personarum congruæ sustentationi consulitur, et necessitatibus providetur, propensis studiis intendimus, et desuper officii Nostri partes favorabiliter interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Philippus Hispaniarum rex dum et Sardiniæ regno præerat a s. m. Xisto V. obtinuit unionem ecclesiæ s. Michaelis de Plano mensæ episcopali Ampurien.; eaque unione dissoluta, ecclesia hujusmodi cum suis adnexis incorporata fuit officio inquisitionis hæreticæ pravitatis.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris nuper Nobis expositum fuit, quod dudum felicis recordationis Sixtus pp. V. prædecessor Noster supplicationibus claræ memoriæ Philippi Hispaniarum regis catholici, et qui rex quoque Sardiniæ tunc existebat, tam suo, quam officialium, ac ministrorum officii inquisitionis hæreticæ pravitatis in dicto regno Sardiniæ instituti nomine humiliter porrectis inclinatus ecclesiam abbatiam nuncupatam sancti Michaelis de Plano Ampuriensis, sive alterius civitatis, vel diœcesis, quæ ruralis erat sine cura, et personalem residentiam minime requirens, et alias a recolendæ memoriæ Julio papa II. prædecessore quoque Nostro per suas sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo tertio, sexto idus decembris, expeditas literas mensæ episcopali Ampuriensi auctoritate apostolica unita, adnexa, et incorporata fuerat, unione, adnexione, et incorporatione hujusmodi dissoluta, una cum ejusdem ecclesiæ sancti Michaelis adnexis, et omnibus illius juribus, ac pertinentiis præfato officio inquisitionis hæreticæ pravitatis in dicto regno Sardiniæ instituto pro illius officialium, et ministrorum substantatione, auctoritate prædicta univit, et incorporavit, eisdemque officialibus, et ministris, ut ipsi nomine dicti officii ecclesiæ præfatæ sancti Michaelis, ejusque adnexorum jurium, et pertinentiarum possessionem per se, vel alios apprehendere possent ac valerent, eidemque ecclesiæ per quemcumque presbyterum, seu clericum idoneum ad liberum officialium prædictorum nutum ponendum, et amovendum, et ab Ordinario approbandum in divinis deservire, et fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque ejusdem ecclesiæ sancti Michaelis, et adnexorum percipere, exigere, et levare, ac in suos, et dicti officii, et officialium usus, et utilitatem convertere, dioecesani loci, vel cujuscumque alterius licentia minime requisita, libere, ac licite pariter possent, et valerent pari auctoritate concessit, et indulsit, ac alias prout in ejusdem Sixti prædecessoris itidem sub plumbo anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, decimo kalendas julii, expeditas literas, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum insertо haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Post suppressionem officii inquisitionis vacui fructus, et redditus permanserunt, qui utiliter erogari potuissent in subsidium hospitalis pauperum civitatis Turritanæ.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædictum officium inquisitionis hæreticæ pravitatis in eodem regno Sardiniæ institutum, et quod tunc ab altero officio hujusmodi in Hispaniarum regnis existente dependens reperiebatur, mutato rerum statu, cessaverit, ita ut usus quoque, in quem fructus, redditus, et proventus memoratæ ecclesiæ sancti Michaelis, ut præfertur, erogandi erant, omnino defece-

rit. Hospitale vero pauperum civitatis Turritanæ piis ejusdem civitatis largitionibus erectum, ac deinde curæ fratrum ordinis sancti Joannis Dei commissum, adeo inopia laboret, ut si dissoluta unione memoratæ ecclesiæ sancti Michaelis dicto officio, ut præfertur, facta, eadem ecclesia sancti Michaelis cum suis adnexis, ac fructibus, redditibus, et emolumentis dicto hospitali civitatis Turritanæ pro pauperum substentatione perpetuo uniretur, adnecteretur, et incorporaretur, ex hoc profecto ipsorum pauperum subventioni ad Dei laudem opportune consuleretur.

Preces porrectæ a Karolo Emmanueli rege Sardiniæ pro concessione unionis hujusce, quæ libenter indulgetur.

§. 4. Nobis propterea idem Karolus Emmanuel rex humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui necessitatibus pauperum potissimum propter infirmitates in hospitalibus degentium occurrere, eosque opportunis auxiliis subvenire paternæ charitatis studio quam maxime exoptamus, piisque ejusdem Karoli Emmanuelis regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, ac verum valorem annuum fructuum, redditoum, et proventuum ejusdem ecclesiæ sancti Michaelis præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, unionem, adnexionem, et incorporationem memoratæ ecclesiæ abbatiæ nuncupatæ sancti Michaelis de Plano officio inquisitionis adversus hæreticam pravitatem in dicto regno Sardiniæ jam existenti, ab eodem Sixto prædecessore, ut præfertur, factam, auctoritate apostolica, tenore præsentium dissolvimus, et pro dissoluta haberi volumus, et mandamus, ecclesiamque prædictam sancti Michaelis ab officio inquisitionis hujusmodi sejungimus, separamus, ac dismembramus; unioneque prædicta sic, ut præfertur, dissoluta, eamdem ecclesiam sancti Michaelis ita sejunctam, separatam, ac dismembratam, et attenta dissolutione unionis hujusmodi, quocumque, quem præsentibus pro expresso haberi volumus, modo vacantem, etiamsi commissio, quæ semper in unionibus facienda est ad partes, vocatis interessatis, peracta minime sit, una cum omnibus ejusdem ecclesiæ sancti Michaelis fructibus, redditibus, et emolumentis universis hospitali pauperum civitatis Turritanæ, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo unimus, adnectimus, et incorporamus.

Indulgetur eidem regi facultas nominandi officiales, qui propria auctoritate possessionem ecclesiæ recipiant.

§. 5. Quapropter ejusdem hospitalis officialibus, et ministris, seu aliis ab eodem Karolo Emmanuele rege deputandis, ut dicti hospitalis nomine propria auctoritate corporalem, realem, et actualem possessionem ecclesiæ sancti Michaelis, et adnexorum, juriumque, et pertinentiarum prædictarum apprehendere, et perpetuo retinere, ac eidem ecclesiæ sancti Michaelis per quemcumque presbyterum seu clericum idoneum ad eorum nutum ponendum, et amovendum, ac ab Ordinario approbandum in divinis deservire, fructus quoque, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque præfatæ ecclesiæ sancti Michaelis, et adnexorum eorumdem percipere, exigere, et levare, ac in ejusdem hospitalis usum, et utilitatem convertere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Cum onere tamen implendi ea omnia, quæ a primis possessoribus præstabantur.

§. 6. Volumus autem quod omnia ejusdem ecclesiæ abbatiæ nuncupatæ sancti Michaelis onera ab hospitali Turritano prædicto integre impleantur. Decernentes easdem præsentes literas, etiam si, ex eo, quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali notari, et impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, subla-

ta eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputantur executores pontificiæ gratiæ, ut unam suum sortiatur immediatum effectum.

§. 8. Quocirca dilecto filio curiæ causarum cameræ apostolicæ generali auditori, nec non venerabilibus fratribus Julio Cæsari archiepiscopo Turritano, et Josepho Mariæ episcopo Algareno per præsentes committimus et mandamus, quatenus ipsi, vel unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, solemniter publicantes, dictoque hospitali in eisdem præmissis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra hospitale præfatum præsentium literarum, et in eis contentorum hujusmodi commodo, et effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes illud desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna jura, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendo servatis processibus, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, etiam si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 9. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in unionibus, illisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, et aliis Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, necnon Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure præmissis fieri prohibentis, ac memoratis Julii, et Sixti prædecessorum super antecedentibus unionibus dictæ ecclesiæ sancti Michaelis, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris quoque Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel particularibus constitutionibus, et ordinationibus; necnon dictæ ecclesiæ, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, nihil penitus omisso, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ad de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XXXVI.

Dat. die 28 Nov. 1769. Anno I.

Dismembratio duarum parochialium ecclesiarum Cibinii, et Coronæ a diœcesi Strigoniensi, earumque restitutio, et unio diœcesi Transilvaniæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Agrum universalis Ecclesiæ cœlestis patrisfamilias præordinatione curæ Nostræ demandatum, indefesso studio, atque industria quantum Nobis ex alto conceditur, excolere jugiter satagentes in omnes ejusdem agri Dominici partes mentis Nostræ oculos circumferimus, et ad ea, per quæ christifidelium necessitati, ac spirituali ipsorum commoditati consulitur, pastoralis solicitudinis vigilantia præcipue intendimus, prout pia etiam regiarum personarum magno in Ecclesia Dei meritorum fulgore præstantium vota exposcunt, et Nos in Domino conspicimus salubriter expedire.

Unio ecclesiarum Cibinii, et Coronæ diœcesi Transilvaniæ disrupta fuerat propter regni Hungarum vicissitudines, unde incommoda plurima suborta sunt.

§. 2. Cum itaque sicut nuper accepimus, duæ parochiales ecclesiæ decanatus nuncupatæ Cibinii nempe, et Coronæ, quæ diœcesis Transilvaniæ unitæ dudum, et annexæ reperiebantur, propter regni Hungariæ vicissitudines a diœcesi prædicta olim avulsæ, et separatæ, ac alteri diœcesi Strigoniensi uni-

tæ, et incorporatæ fuerint, propter vero ecclesiarum parochialium hujusmodi distantiam a loco, in quo pro tempore existens archiepiscopus Strigoniensis commorari solet, ipsa pastoralis suæ curæ, et vigilantiæ partes in parochiales ecclesias prædictas, earumque parochianos, ea, qua par est, diligentia, ac studio impendere nequeat, non sine gravi eorumdem parochianorum incommodo, et præjudicio, atque insuper venerabilis frater episcopus Transilvanus, qui in eodem oppido civitate nuncupato Cibinii, ut asseritur, residere debet, ibidem licet extra suæ diœcesis, et jurisdictionis limites episcopales functiones peragit, quod sane admirationem ingerit in populo.

Ad quæ removenda, iterum unio ecclesiarum hujusmodi conferre posse dignoscitur.

§. 3. Hæc tamen mala omnia penitus averterentur, et omnino deficerent, quoties dictæ parochiales ecclesiæ, earum unione memoratæ diœcesi Strigoniensi per Nos dissoluta, antiquæ illarum diœcesi Transilvanensi prædictæ restituantur, et cum ea uniantur, ac incorporentur, idque pia quoque carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris vota exposcant, ac venerabilis frater Joannes Antonius episcopus Transilvanus summopere desideret.

Et propterea unio noviter decernitur.

§. 4. Nos igitur paterna, qua omnes christifideles charitate complectimur, malis, incommodisque hujusmodi occurrere cupientes, ac piis ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, et supplicationibus ejusdem Joannis Antonii episcopi super hoc humiliter porrectis inclinati, unionem, adnexionem, et incorporationem duarum parochialium ecclesiarum decanatuum nuncupatarum Cibinii, et Coronæ hujusmodi dioecesi Strigoniensi, ut præfertur, factam, apostolica auctoritate, tenore præsentium dissolvimus, at pro dissoluta haberi volumus, et mandamus, ecclesiasque parochiales, seu decanatus hujusmodi a dioecesi Strigoniensi prædicta sejungimus, separamus, ac dismembramus; unioneque prædicta, sic, ut præfertur, dissoluta, easdem parochiales decanatus nuncupatas Cibinii, et Coronæ una cum omnibus earum parochianis præfatæ dioecesi Transilvanæ auctoritate, et tenore prædictis restituimus, ac cum ea perpetuo unimus, adnectimus, et incorporamus.

Clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 15 Nov. 1769. Anno I.

XXXVII.

Confirmatio regularum congregationis clericorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi discalceatorum, cum facultatibus præposito generali pro tempore existenti, dispensandi super earum observantia cum singulis personis, ac de earum rigore remittendi quoad integras domos, et provincias accedente consensu majoris partis consultorum, et provincialium.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium

§. 1. Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis redemptione seipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices, licet immeriti, gerentes in terris ad ea pastoralis sollicitudinis Nostræ partes libenter intendimus, per quæ tanti, et tam salubris mysterii memoria assidue recolatur, piasque propterea christifidelium congregationes in id præsertim provide, sancteque institutas specialibus apostolicæ benignitatis, providentiæque favoribus et gratiis prosequimur, earumque felici gubernio, et salubri directioni ita prospicimus, ut majora ipsæ in dies suscipere valeant incrementa.

Expositio precum porrectarum a præposito generali congregationis pro confirmatione statutorum jam approbatorum a Bened. XIV.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus a Cruce præpositus congregationis clericorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi discalceatorum nuncupatorum, quod alias fel. rec. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xviii. aprilis MDCCXLVI. expeditas literas statuta, et regulas pro ejusdem congregationis regimine, et gubernio condita, ac prius a nonnullis S. R. E. cardinalibus perpensa, atque examinata apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, simulque indulsit, ut capitulum generale ejusdem congregationis regulas, et statuta hujusmodi declarare, eisque id superaddere posset, quod magis utile, ac necessarium videretur, et alias prout in eisdem literis, quorum tenorem pro expresso, et inserto haberi volumus, dicitur contineri. Deinde vero post longævam plurium annorum experientia, serio omnibus consideratis, eisdem statutis, regulisque nonnulla, quæ necessaria erant superaddita, ac in eis inserta, alia insuper, quæ aliquantulum obscura videbantur, declarata, et explicata fuerunt in hunc qui sequitur modum, videlicet.

Tenor regularum, et constitutionum.

REGULÆ, ET CONSTITUTIONES *observandæ ab alumnis congregationis clericorum excalceatorum sub Crucis et Passionis D. N. Jesu Christi vexillo militantium.*

CAPUT I.

Finis congregationis quis sit exponitur.

§. 3. Hæc congregatio eumdem finem habet, ac omnis christianus, et ille potior esse debet cujusque clerici implendo exacte præcepta divinæ legis, tum evangelica consilia, quæ modo singulorum vires, et humana fragilitas sinunt, et exigit proprius status. Proinde hujus pauperis, ac minimæ congregationis asseclæ debent potissimum sibi consulere, atque ad id contendere, quo modo his constitutionibus præscribitur. Deinde naviter obire officia charitatis erga proximos, ea prudenter sedulo præstantes, quæ pro loco, et tempore fieri oportebit ad majorem Dei gloriam, ac proprii profectus spiritualis incrementum; quæ duo nunquam a mente, et corde debent excidere. Quemadmodum vero una ex præcipuis nostræ congregationis partibus est non solum assidue orare pro nobis ipsis, ut Deo per charitatem uniamur, verum etiam proximos nostros eidem ducere, illos docentes opportuniori, ac faciliori modo, quo fieri poterit: propterea sodales, qui ad tantum opus apti censebuntur, tam in missionibus apostolicis, quam in aliis piis exercitationibus curabunt viva voce populos instruere ad religiosam meditationem mysteriorum, cruciatuum, et mortis Domini Nostri Jesu Christi, a quo, velut a fonte, omne bonum nostrum procedit. Hoc fieri poterit post habitam concionem in missionibus, vel alio opportuniore loco, et tempore, præcipue in sedibus confessionalibus, in literariis, piisve coetibus, aliisque occasionibus, quæ sese offerent. Ea siquidem proficua, et salutaris cogitatio efficacissima est ad abstrahendos humanos animos ab impietate, ducendosque ad christianam perfectionem, quo tendimus.

CAPUT II.

De his quibus subesse debent domus nostræ congregationis.

Domus religiosæ in quibus duodecim socii

§. 4. Domus nostræ suberunt episcopis, in quorum dioecesibus fundatæ

recipiuntur subsunt Ordinario, et præsidibus congregationis; quæ vero minorem numerum religiosorum habent uni episcopo obtemperant ad tramites apostolicarum constitutionum.

sunt; itemque præsidibus congregationis hoc modo: domicilia in quibus duodecim socii religiosi manebunt, plenamque illorum familiam constituent, subjecta erunt episcopo, vel Ordinario in iis dumtaxat, quæ ad culturam animarum episcopo commissarum pertinebunt; in reliquis censebuntur exempta, suberuntque superioribus domesticis suis, itemque majoribus præsidibus congregationis, nimirum provinciali, ac præposito, qui jurisdictionem habebit in universas domos: ea vero loca, ubi duodecim socii non fuerint, nec plena familia, episcopali juri suberunt ad apostolicarum constitutionum præscriptum. Curent propterea socii pie ac reverenter obtemperare episcopis, locorumque Ordinariis, quoties vocati fuerint ad impendendam operam suam in spiritualem profectum creditarum sibi animarum obeundo diligenter, ac sancte ex instituti præscripto apostolicas missiones, vel instruendo clerum, virgines Deo sacras, et populum exercitationibus spiritualibus. Harum causa sæculares homines, supra duorum numerum non admittantur, sed id pro omnibus illis fiat in præcipuis domiciliis, quæ prope religiosi secessus communes domus constituentur.

CAPUT III.

De locis ubi fundatæ sunt domus religiosi secessus.

Plures domus in eadem diœcesi fundari possunt, ast in locis remotis, et justo spatio distantes.

§. 5. Religiosi secessus domus fundabuntur in locis remotis aptiori, ac meliori modo, quo fieri poterit, eruntque omnes pauperes ex præscriptu constitutionum. Una aut plures in eadem diœcesi fundari poterunt justo distantes spatio pro arbitrio, atque prudentia Ordinarii loci, et superioris congregationis, qui debita cum reverentia, ac demissione obsequi illi curabit, accedente eorum consensu, quorum quovis nomine interest, atque servato in omnibus præscripto constitutionum summorum Pontificum.

CAPUT IV.

De forma, atque conditione ecclesiæ, ac domus secessus.

Ecclesia esse debet mediocris amplitudinis et domus in omnibus eorum membris referent paupertatem simul et decentiam.

§. 6. Ecclesia erit mediocri amplitudine, neque pluribus quam tribus cappellis instructa. Si plures sodalium numerus, ac liberalis benefactorum pietas exiget, multiplicari opportune poterunt. Omnia in eis sint munda, decenter disposita, et sacri loci decori congruentia. Cellæ dormitorii tum longitudinis, tum latitudinis, duodecim palmorum mensuram non excedant. Dormitorium vero intra octo palmorum latitudinem concludatur. Officinæ pro numero fratrum. Item triclinium. Totum vero ædificium cum membris paupertatem referent, et religiosam decentiam. Domicilia in locis remotis construentur, ut pii sodales post apostolicos labores pro divina gloria, et animarum salute obitos, procul ab hominum frequentia, et sæculari strepitu secedant soli intenti bono spiritus, orationibus, jejuniis, et aliis piis exercitationibus, quibus magis, magisque divino amore inflammentur, auctique christianis virtutibus paratiores, atque expeditiores inde fiant ad uberes divini verbi per ipsos spargendi fructus colligendos, pro viribus pietatis cultum gratamque memoriam, et venerationem erga Christi Domini passionem, et mortem ubique promoventes.

CAPUT V.

Quomodo se gerent fratres extra propria domicilia.

In domicilio, et extra ita se gerent fratres, ut chori servitium cum animarum cura concilient, et recta domorum administratione.

§. 7. Hunc ordinem ingrediendo fratres servabunt. Si duodecim erunt fratres apti ad auxiliandum proximis, sex domo poterunt discedere, binique, aut plures, si res exiget, ad opus ibunt. Ita laborabunt in vinea Domini, peragentque missiones, exercitationes spirituales, catechismum, et id genus alia. Residui consueto more domi psallent: literarum sacrarum studio, orationibus, jejuniis, et piis operibus intenti, quomodo in his constitutionibus indicabitur. Labore perfuncti domum redibunt: operique continuando, iterando, vel alibi faciendo succedent alii. Primi consuetam vivendi, et operandi rationem repetent, atque ita exequentur quoties ab episcopis vocabuntur. Si autem Deus optimus maximus fratribus ea doctrina præditis congregationem auxerit, qui idonei putabuntur revincendis hæreticis, et evocandis ad christianam fidem incredulis, ubi primum ad illorum salutem procurandam a summo Pontifice, vel a sacra congregatione de fide propaganda evocati fuerint, quocumque oportebit accedent.

CAPUT VI.

De servandis antequam fratres congregationi adscribantur.

Nemo congregationi nomen adscribat, qui a Deo vocatus non fuerit, cujus antea imploret auxilium.

§. 8. Antequam congregationi quisquam adscribatur, primum expendat, an a Deo ad hoc genus vitæ vocetur, idque mature faciat orationibus, jejunlis, et sacramentorum frequentia. Abstractus negotiis sæculi, consilium sui confessarii, aut spiritualis vitæ magistri, et aliorum etiam, quos ipse opportunos tantæ rei judicabit, exposcat, inquirat, et inspiciat, an revera paratus sit pro Dei gloria, suaque, et aliorum salute multa pati, irrideri, contemni, ærumnasque, et vexationes libenter ferre. De his omnibus potissime a provinciæ, et supremo congregationis præside interrogabitur. Quod si ipsi hoc agere nequiverint, alium prudenter designabunt, qui suas partes expleat. His peractis, res domesticas componat, debita persolvat, alia omnia explenda impleat, ne ullo retardetur obice.

CAPUT VII.

De vestitu fratrum.

Vestes habebunt ad instar clericorum regularium, quæ opportune describuntur.

§. 9. Vestitus fratrum una erit tunica nigra rudi panno ex vulgari lana confecta; unum item ejusdem coloris, at materiæ pallium, quod genu circiter attinget. Utraque autem vestis collare, ut vocant, habebit instar clericorum regularium. Sinistræ tunicæ parti, itemque pallio assutum erit sanctissimum nomen Jesu Christi cum titulo salutiferæ passionis ejus expressum in parva figura cordis, literis albis, cui superne accedet parva crux item alba. Hoc salutis signum fratres non gerent, nisi post expletum probationis annum. Laici vero ad discrimen clericorum, et sacerdotum hoc signum salutis ferent in tunica tantum, et non in pallio. In domibus, et itineribus calceis fratres non utantur, sed sandalis: paupere pileo caput tegant, quo imbres arceant, aeris inclementiam, et solis radios. Domi byreto uti liceat modesto tamen, religioso, et paupere. In ecclesia detecto maneant capite: byretum nihilominus iis permittitur, qui calvi fuerint, et infirmi. Sub tunica nullum lineum gerant indumentum, præter fœmoralia ex rudi tela, ac laneum humerale ad sudorem temperandum, et abstergendum.

CAPUT VIII.

De his, quæ fieri debent antequam novitii recipiantur.

Nemo recipi in congregationem potest non exhibitis documentis de vita recte instituta, bonis moribus, et congruenti literarum studio; et doceant de statu libero, et bona fama, et quod alteri religioni nomen non dederint.

§. 10. In congregationem recipiendi exhibere debent authentica documenta non solum de suscepto sacro baptismate, verum etiam de vita recte instituta, bonis moribus, et de congruenti literarum studio, si fuerit clericus: docera quoque debeot de statu libero, bona fama, nec esse de crimine aliquo in judicio postulstos; sine quibus testimoniis, in archivio domus probationis servandis, nemo etiamsi alias fuerit cognitus, admittetur. In eodem archivio collocabuntur et aliæ domus scripturæ, extabuntque duo libri præcipui, in quorum altero recensebuntur nomina, et cognomina, et patriæ eorum, qui ordini nostro adscribentur cum die vestitionis. In altero vero adnotabitur dies professionis eorumdem novitiorum ad normam apostolicarum constitutionum. Nemo cætui adscribetur, qui vigintiquinque annorum ætatem excesserit, neque qui habitum alterius instituti aliquando suscepit, dummodo talis non fuerit, qui spectatæ virtutis causa ea lege solvi mereatur: id tamen non fiat sine peculiari adprobatione capituli domus probationis, et supremi præsidis a quo quicumque recipiendi sunt scripto expressa testificatione adprobari debent. Extra hujusmodi caussam, adolescentes fere in sodalitium admittentur: hi enim facilius diriguntur, assuescunt instituti moribus, formanturque ex præscripto constitutionum nostrarum, et regulæ: secundo impertitus suffragio, antequam religioso induatur habitu, aliquandiu superiorum, et seniorum domus probationis prudentia, et arbitrio inter nostros, suis amictus vestibus commorabitur. Interea vero illa peragat, quæ alii facere consueverint. Probetur etiam eo tempore exercitatione actorum humilium. Pelves lavet, coquinæ inserviat, domum verrat; christianæ demissionis, et patientiæ argumenta præbeat. Ob id reprehendetur publice præsertim in triclinio, humi aliquando manducabit, aliaque jussu præsidum exequetur humilitatis, et afflictionis opera, ex quibus facile dignoscatur, an revera amet sui contemptum, an sibi, ac mundo mortuus sit, ut soli Deo, in Deo, ac per Deum vivat, vitam suam libenter abscondens in Christo, qui propter nos opprobrium hominum fieri voluit, et abjectio plebis, absolutissimum virtu-

tum omnium præbens exemplum. Nulla personæ cujusque conditionis habeatur ratio. Qui nobili ortus est genere accuratiori, et diuturniori experimento probetur. Probationi tamen benigna charitas, et æqua prudentia nunquam desit. His feliciter expletis, capitulum cogetur, in quo quisque suum libere suffragium edet, indicabitque, an qui adscisci in congregationem postulat, admittendus, vel excludendus sit. Adprobatus, et receptus per dies decem exercitationibus sacris, et piis meditationibus operam dabit, quibus magis, magisque instructus, ac Deo conjunctus, peragendo sui sacrificio fiat aptior.

CAPUT IX.

De ritu vestiendi fratres congregationis.

Exponitur ritus ecclesiasticus servendus in vestitione fratrum congregationis.

§. 11. Universo religiosorum cœtu in ecclesia coacto, procedat qui religioso habitu vestiendus est, suo indutus cum fœmoralibus, et laneo sodario sine indusio modeste compositus. Loci præses sermonem habebit, quo illum ad alacriter quæque pro Christo perferenda adhortabitur, aperiens quam ingens sit ille bonorum omnium perpetuorum thesaurus, quem veris sectatoribus suis Christus impertitur. Ritu consueto Sanctæ Matris Ecclesiæ super tunicam bene precatus novitium præsentem suis vestibus exuet, induetque religiosis: subinde ejus humeris crucem, capiti spineam coronam imponet, pro actionum discrimine pronuncians = accipe frater carissime crucem Domini Nostri Jesu Christi, abnega temetipsum, ut habeas partem cum illo in vitam æternam = amen =. Accipe frater carissime spineam coronam Christi Domini, humilia temetipsum sub potenti manu Dei, et esto subjectus omni creaturæ propter Deum =. Expleta functione præses, et fratres ad pacis osculum novitium excipient, hilarique vultu ad constanter, lætoque animo Christi crucem ferendam inflammabunt.

CAPUT X.

De electione, et munere magistri novitiorum.

Magister novitiorum eligendus erit a præside congregationis, consultoribus, et senioribus, et inter eos qui magis idoneus reperietur, quique decem ab annis vixerit in congregatione post suam professionem; et quæ peragere, debeat enumerantur.

§. 12. Novitiorum magister a primo præside congregationis una cum senioribus, consultoribusque eligatur, qui decem saltem annos ab emissa professione cum laude in congregatione vixerit, et in quinto saltem supra trigesimum ætatis suæ anno sit constitutus. Scientia rerum spiritualium, prudentia, et charitate præstet, ut par tanto muneri habeatur. Novitios nostris moribus, et institutis informet, orare doceat, fallacesque dæmonum artes, et pericula aperiat, ut tuto, atque expedite Deo famulentur: modeste, caute, pie, sapienter se gerat, charitatem in omnibus præferat, potissime vero ubi de illorum correctione, et animadversione agitur. Errantes mansuete, prudenterque moneat, ac suaviter pro culpæ modo puniat: hoc enim temperamento errantes ad emendationem facile trahet, defectibusque pœnæ non deerit. Sui demum venerationem, ac judicii æquitatem servabit. Exactam instituti notitiam iis, quos erudiendos susceperit, diligenter tradat, spiritum congregationis patefaciat, finem inculcet, ut eadem novitii incedentes via, illa et ipsi sancte præstent, quæ alii, qui professionem emiserunt, exequuntur. Orationis frequentiam, religiosarum virtutum exercitationem assiduam, suique contemptum potissime suadeat. Curet, ut proprios quisque defectus, et culpas publice in triclinio enunciet. Opportune illos corrigat, reprehendat, deprimat, humilitati assuescere moneat, humilibus, ac vilibus ministeriis sæpenumero addicat, ut sui victores, pravis cupiditatibus, et desideriis obsistant. Omnia vero prudenter, suaviterque magister jubeat, nec tam verbo, quam exemplo discipulos erudiat, ducat, et informet: externam quoque modestiam privatim ac publice illos servare oculos, linguam, aliosque sensus frænare doceat, quo facilius internam animi tranquillitatem obtineant, exutique affectibus pravis mentem liberam ad sublimia, et divina erigant, Jesu Christi virtutes exprimant, et suo vivant spiritu. Extra tempus præscriptum novitii non colloquantur. Eos cum aliis colloquia habere non sinat magister, multo minus cum hominibus sæcularibus etiam consanguineis. Hoc autem justa poscente causa, ipse, vel coadjutor præsens intersit, ut modeste, cauteque se gerant, ne diutius quam par fuerit distrahantur. Peracto paucis officio, statim recedant, colligantque in Deum spiritum. Curet magister, ut novitiorum opera recto, sanctoque fiant spiritu: pio cordis fervori nunquam desit integra mentis intentio: ita vero omnia præstant, ut Deum præsentem habere meminerint, eique dumtaxat sincero animo placere studeant. Omnem autem curam magister adhibeat, ut illi

dirigantur secundum spiritum vocationis, quum exploratum sit ex recta educatione novitiorum pendere bonum totius congregationis. Proinde quo facilius id obtineat suis diffisus viribus, spem totam in Deo constituat, ab ipso lumen opportunum suis precibus poscat, quæque in aliis optat virtutum exempla, suis ipse moribus exprimat. A novitiis, sine necessitate, literas scribi non permittat; caveatque ne quid alienum, aut noxium pio instituto fiat. Post communes exercitationes professorum, director, sive coadjutor quotidie ante horam sextam examen purgativum, et instructivum instituet, prout utilius censebit spirituali novitiorum profectui. Sacerdotes et clerici professi, qui literis dant operam, intersint tantum examini communi, quod pro instituti more habebitur omnibus diebus festis, et feriis quintis a superiore vel directore, seu alio quem rector designaverit. Huic omnes prorsus intersint, exceptis ægrotantibus et confessariis, qui confluentis populi confessiones peccatorum eo tempore coguntur excipere. Aliis diebus quisque examen peculiare in cubiculo peragat ante lectionem spiritualem. Quotidie post communem lectionem director, vel coadjutor processionem religiosam cum novitiis faciat intra septa domicilii, recitentque alternatim sanctum rosarium. Statuto item tempore divinissimum Eucharistiæ sacramentum invisant, præscriptasque preces ante ipsum recitent. Posthac animi relaxandi causa cum directore egrediantur in apertum aerem. Quod si temporis, aut loci conditio id non permiserit, alio modo prudenti illius arbitrio honesto levamento consulatur, ita tamen ut semper de rebus utilibus agatur, et quæ a religione, et pietate, mentem non distrahant. Quoniam vero probationis anno novitii peculiari studio in spiritus perfectionem incumbunt, die quolibet post horam tertiam, vespere autem post recitatum rosarium fiat per dimidium saltem horæ explicatio alicujus libri sacri, præcipue novi testamenti, ex qua novitii ipsi piam aliquam meditationem, vel animadversionem eliciant; alio tempore, quod consuetis exercitationibus supererit, cellæ secessu gaudebunt ad rectoris, vel directoris arbitrium. Director præcipuam curam habebit solandi, et adjuvandi eos, qui mœstitia, tentationibus, aut scrupulis laborant, congruens illis levamentum tribuens. Charitate atque prudentia hac in parte potissime præstet, lætumque, atque serenum vultum ostendat, ut interno vexati malo arcana cordis facilius detegant, pacatique opportuno remedio, alacriores cœptum perfectionis iter prosequantur. Novitii prompte, ac libenter directori obediant, nihil sine illius permissu, ac benedictione faciant, neque domo egrediantur; nihil illum celent; tributa sibi a Deo inter orandum lumina, et pia animi sensa candide enarrent: diaboli etiam tentationes aperiant; afflictionem, mœrorem, tædium rerum spiritualium, et ariditatem significent: defectus demum proprios fideliter, et exacte patefaciant ab omni excusatione, et sui amore abhorrentes. Caveant ne hac in parte quomodolibet suo debito desint, ne a christianæ virtutis hoste decepti amittant pacem, et tranquillitatem cordis, religiosæ vitæ tædeat, tandemque sua præ culpa susceptum institutum deserant: quod Deus permittere solet in pœnam superbiæ, et negligentiæ, qua intimas occultantes plagas opportuno remedio, et auxilio destituti decidunt. Contra, fideles, et cautos Deus, qui superbis resistit, et humilibus dat gratiam, nequaquam deseret, immo suis donis multipliciter augebit, pacem ipsi habebunt, virtutibus florebunt maximis, ac tandem divina fulti ope veræ sanctitatis perfectionem assequentur.

CAPUT XI.

De probatione novitiorum.

§. 13. Integro novitii probentur anno; quo expleto profitebuntur coram loci præside vota simplicia obedientiæ voluntariæ, paupertatis, et castitatis: his addetur quartum; promovendi nimirum apud christifideles memoriam, et cultum vivificæ passionis, et mortis Domini Nostri Jesu Christi, eodemque tempore tribuetur illis signum venerabile, de quo capite septimo actum est. Si quis autem ex fratribus professis gravi laborans defectu inemendabilis deprehedatur, talisque habeatur, qui sibi, et aliis noxius, publicam pacem turbare possit, totique congregationi notam inferre, liberum sit præsidibus illum ejicere ad præscriptum constitutionum summorum Pontificum, ne ovis morbosa, et medelam respuens ceteras inficiat. Alii autem rite professi e congregatione quovis prætextu discedere ultro nequeant.

Novitii probari debent per integrum annum, et quatuor postea simplicia vota profiteri tenentur obedientiæ, castitatis, paupertatis, et promovendi cultum passionis D. N. J. C., et si defecerint ejici poterunt a præsidibus.

CAPUT XII.

De admittendis ad professionem votorum simplicium.

Nemo admittitur ad professionem simplicium votorum nisi prius exacto examine, super ejus constanti voluntate, et si morbo gravi, et occulto laborant illud detegere debent etiam sub poena nullitatis professionis.

§. 14. Antequam religiosam professionem novitius emittat, exacto expendetur examine, an constantem voluntatem habeat acquirendi pro viribus christianam perfectionem ad nostrarum constitutionum præscriptum, et normam. Parum autem referre debet, si quandoque aliquem defectum etiam gravem præsetularit, dummodo emendationi ex animo studuerit, ac studeat: quod si scandalosum crimen admiserit, correctusque paterne, ac pro modo culpæ plexus, pertinaciter inhæreat vitio, expellatur omnino: ejiciendi quoque sunt a cœtu, qui incurabili laborant morbo, cujus caussa constitutiones servari nequeunt: qui morbis levioribus sunt obnoxii a professione emittenda non excludentur: quemadmodum enim illi operam instituti non impediunt, ità patientes ad virtutis incrementum hærere possunt, si quæ afferunt incommoda, et cruciatus, ad christianarum virtutum exercitationem referunt. Simplicia tamen vota professuri, quascumque corporis occultas affectiones pravas, et labes debent detegere: nulla proinde habebitur ejus professio, qui gravem aliquem morbum insanabilem celaverit; cum apertus congregationis animus, et constans propositum sit, novitios hujusmodi in suorum numerum minime adscribere, immo detecta morbo etiam post professionem editam expellere.

CAPUT XIII.

De ritu profitendi vota simplicia.

Professurus vota simplicia comprobari debet secretis suffragiis, et dum ex tribus suffragiorum partibus ad approbationem inducendam sufficiant.

§. 15. Professurus vota simplicia comprobari antea debet secretis liberisque suffragiis non solum superioris solitariæ domos probationis, verum etiam totius capituli localis, constantis ex sacerdotibus, aliisque fratribus professis, in ordine sacro constitutis, exclusis semper laicis, item professis qui suffragandi jure carent. Duæ ex tribus suffragantium partibus canonicam approbationem efficient, riteque comprobatus religiosa vota profitebitur ante præsidem congregationis, sive præpositum domus, aut rectorem. Ab hoc pro instituti more præcipuo, profitentis humeris crux imponitur, spinea corona capiti, et signum venerabile nomen Jesu exhibens affigitur ante pectus. Dum hæc aguntur, sacerdos passionem Domini ex sancti Joannis evangelio meditate recitabit: pronuntians autem verba = emisit spiritum = novitius ex formula profitebitur vota obedientiæ, paupertatis voluntariæ, et castitatis: pollicebitur etiam, se pro viribus apud christifideles promoturum memoriam, et cultum passionis, et mortis Jesu Christi Domini Nostri, modo in constitutionibus expresso; ritumque claudet sacra processio per ecclesiam, cantantibus interea fratribus gravi, ac demissa voce psalmum =*Laudate Dominum de cœlis*=. Post erectas vero, et constitutas provincias, professionem novitii emittant ante provincialem præsidem, aut rectorem domus, quemadmodum in hoc capite præscriptum est, accedante tamen permissu superioris generalis totius congregationis.

CAPUT XIV.

De modo implendi vota, et primo de obedientia.

Quomodo observari debeat votum obedientiæ explicatur.

§. 16. Obedientia est velut lapis fundamentalis totius perfectionis; ac verus obediens Salomone teste Proverb. cap. 1. v. 28. = *loquetur victoriam* =. Current itaque hujus minimæ congregationis fratres, ut illam non ore tantum, sed et factis sancte exprimant. Sit ipsorum obedientia cæca; omnes de se demisse sentiant, despici ament, et studeant, ut facilius perfectionem religiosam assequantur. Jussi obediant prompte, simpliciter, libenter. Quovis modo ad ministeria, vel officia vocati advolent. Literas alicui non scribant superiore inscio, scriptæ ejusdem permissu ab ipso muniantur sigillo; acceptæ ad eum deferantur, liberumque sit illas legere, et quibus missæ sunt tradere. Literas pro animarum regimine scriptas ad eos, qui apostolicas missiones obeunt, non legat nisi necessitate, vel juxta, probataque de caussa. Ad superiores autem, præsides, suosque consultores scriptas a fratribus literas, loci præses non solum non legat, quia immo in eorum præsentia eas sigillo munire teneatur, liberumque sit ad illos etiam clam scribere, ut suo, atque aliorum bono consulant. A prædictis vero superioribus epistolas ad fratres directas minime aperiat, sed quibus missæ sunt illico tradat. Si autem ausu temerario secus facere attentaverit, a proprio munere deponatur. Cibo, potuque in communi mensa accepto sint contenti; aliis ex-

tra illam sine præsidis permissu fratres prorsus abstineant. Quo liberius quisque cupiditatibus indulget, eo arctius, atque molestius torquebitur: suo vivens arbitrio pacem non habebit. Loci rector suavi charitate fratres regere procuret, et tractet, nec difficilem se præbeat in rebus justis, et honestis. Obedientiæ votum, quod nostri emittunt, complectitur primo Pontificem maximum, deinde episcopos in quorum diœcesibus domum habemus in iis, quæ ad bonum creditarum sibi animarum pertinent: ita videlicet, ut quotiescumque episcopus, vel loci Ordinarius nostrorum opera indiguerit, generalis, vel provincialis præses operarios illos, quos magis idoneos judicaverit ad missiones, catecheses, at meditationes peragendas ais tradera teneatur. Demum congregationis præsides respective, nempe præpositum superiorem, provincialem, et rectorem domus.

CAPUT XV.

De paupertate.

Quomodo paupertas colenda sit exponitur circa personas sociorum.

§. 17. Paupertas est vexillum, sub quo universa militat congregatio: nusquam proinde licebit, bona stabilia possidere, neque certos, stabilesque redditus communes, aut particulares habere quovis titulo, vel colore sive ecclesiæ, sive sacrarii. Ro nulla præcipue fratrum cubicula sint instructa, nec in illis fas sit aliquid retinere, præter librum, cujus lectiona proficiat spiritus. Nusquam tamen, ne ipsis quidem præsidibus licebit habere in ipso cubiculo esculenta, at poculenta cujuscumque generis: sed pro his locus aptus deputetur clave obsignatus, cui præficiatur aliquis ex fratribus, qui curam habebit, accedente tamen rectoris licentia, fratrum necessitatibus subvanire. Si quis aliquo indigeat necessario, rectori significet, qui debita charitate curabit tribuere quod oportet. Stipem fratres ostiatim non quærant, nisi pressi necessitate; licebit tamen tempore opportuno, præcipue messis, vindemiæ, expressionis olei in propria diœcesi, ac in aliis de consensu episcopi, vel Ordinarii quærere quæ necessaria censentur. Nummi qui pro ecclesia, missarum elaemosyna, vel alio quovis pio nomine tribuuntur, a rectore accipiantur, eosque ob domorum nostrarum solitudinem retinere possit in capsula duabus clavibus obsignata, quarum una ab ipsomet, altera ab ejus vicario, et in ejus absentia a fratre digniore custodiatur. Ipse vero vicarius, vel subrogatus semper intersit quotiescumque rector sive pecunias in capsa recondet, sive reconditas extrahet. Mox in præcipuo libro omnia recensebuntur, addita utriusque propria subscriptiona. Quotidianæ vero, quæ præstandæ sunt expensæ a vicario administrabuntur, ac deinde singulis mensibus administrationis suæ rectori rationem reddet, pariterque, ut supra, in memorato libro hujusmodi rationis redditio exprimetur. Rector domus insuetas expensas non faciat, neque mutuum concedat, neque libros bibliothecæ commodet, nisi accedente consensu capituli localis. Si autem contingat, ut aliqua ex hujusmodi expensis admodum extraordinaria aidem capitulo videatur, superioris præsidis adprobatio requiratur. Ut autem omnes congregationis domus simul mutuæ charitatis vinculo unitæ persaverent, omnia cujuslibet domus bona sint ceteris omnibus communia; adeo ut sive generalis, sive provincialis, prout prudentia, et indigentia suggesserit, de rebus, siva pecuniis, quæ a congragationis domo quacumque possidentur, pro aliarum juvamine disponera in Domino queat: dummodo res magni pretii haud fuarint, aut pecuniæ summa talis, quæ juxta pontificias constitutiones beneplacitum non exigat apostolicum. Quapropter singulis superioribus localibus prohibetur, ne quid alicujus momenti sine consensu, ac permissiona præmemorati præsidis vendere quomodolibet præsumant. Si vero procuratis rebus omnibus domorum, vel ecclesiarum nostræ congregationis aliquid supererit, sine mora erogetur in pauperes. Idem statuitur de fructibus horti, vel viridarii, qui nunquam vendi poterunt, sed pauperibus et benefactoribus tribuantur. Nunquam bona mobilia, vel immobilia titulo hæreditatis vel alio quocumque acquirere liceat. Si vero aliquid titulo eleemosynæ, vel pro missis celebrandis sponte reliquatur, et offeratur ab executore testamentario, accipi poterit, dummodo tamen hujusmodi missarum exhibitio onus perpetuum celebrationis non inferat: hoc enim nunquam fas arit suscipare. Cuique sacerdoti liberum sit semel in hebdomada divinum sacrificium offerra pro seipsis, vel aliis; nullo tamen accepto stipendio. Religiosis iter longum suscepturis poterit superior domus certum pecuniæ subsidium tradere, ut instanti necessitati, vel indigentiæ, qua pauperes decet, modestia et parvitate prudenter

consulatur. Nemini liceat sine præsidis facultate peculiarem eleemosynam quovis pretextu sibi quærere. Sponte oblatum, et acceptum in commune fratrum subsidium erogent. Hoc instituti præscriptum universi exacte impleant, et pro opportunitate benefactoribus aperiant, ne quis deceptioni, aut errori locus pateat; sed omnia religiosæ paupertatis studio, et cultui sincere, et sancte respondeant. Si quis legem istam temere violaverit, deprehensus pro modo culpæ puniatur. Receptum pauperibus tribuatur: exploratum siquidem est, tandiu in congregatione religiosæ perfectionis regnaturum spiritum, quamdiu voluntariæ paupertatis emor, et cultus vigebit integer: eodem autem extincto, insena cupiditas turbabit omnia, decidetque seuetioris disciplinæ vigor, et studium.

CAPUT XVI.

De paupertate servanda in ecclesiis, et domibus congregationis.

Paupertas servanda in ecclesiis, et domibus ita est commensuranda ut modestia, et divini cultus majestas insimul concilientur.

§. 18. In ecclesiis sumptu moderato fabricatis, religiosus vigeat decor, et exacta munditia. Nihil in his sumptuosum, nihil vanum, vel insuetum piorum animum distrahens habeatur. Suppellex sacra sit munda, honesta, rite disposita, ut quoad fieri inter nos poterit divinis congruat ministeriis, et sacrificio. Non vetatur tamen in iisdem aurum, et argentum, vel alia pretiose ornamenta, quæ divino cultui majestatem, et decentiem majorem concilient. Domus cubiculа sint parva, et modesta, paucis ornata imaginibus sacris, nullo opere vel materia spectandis, duabus aut tribus sedibus stramentitiis, et lignea mensule instructa. Lectus quinque palmos non excedat latitudine, longitudine juste: uno circiter palmo assurgat e pavimento; fulcra, tabulæque ligneæ; culcitra cum cervicali oppleta paleis. Stragula tempori opportuna, semperque paupertati consona. Valetudinaria sint ampla, et pro ægrotentium numero spatiosa, prospectu læta, et in omnibus scite, commodeque disposita. Triclinium pauper nullo mensarum, vel sedilium ornatu, vel materia nobile. Mantilia, et mappæ lineæ ex tela vulgari, sed apte facta, et munda. Vasa omnia cretea, et obolaria. Cochlearia, et furculæ e ligno, vel osso. In coquina omnia cum charitate, et munditie fiant, ne sensum offendant, vel stomachum. Præter cellam escariam, ubi conditum erit, quidquid ad fratrum victum pertinet, alia sit peculiaris in qua universa fratrum indumenta, et domestica suppellex servabitur. In bibliotheca, præter libros, perstabunt etiam ad usum fratrum pennæ, charta, atramentarium, forfices, scalprum librarium (temperino) ostie, ut opportuno illis utantur. Si rectori visum fuerit, permittere poterit, ut hæc ipsa fratres habeant in cubiculo. Idem statuitur de libris, qui utiles eis censebuntur, et quandoque etiam necessarii: virtutis tamen, et perfectionis meritum fratres augebunt, si quoties aliquo indigent, ipsum genuflexi eleemosynæ loco ab domus præside poposcerint, et impetraverint: in omnibus actionibus studentes unice, ut tamquam veri imitatores Jesu Christi, pauperes re, et animo se præbeant: cui obtinendo bono maxime proderit præ oculis habere semper exemplum vitæ Salvatoris nostri, qui pauper nasci, egenus vivere, nudus in cruce mori pro nobis dignatus est.

CAPUT XVII.

De Castitate.

Castitatis votum exigit, ut et cordis, et corporis continentia servetur et etiam a legitimis nuptiis perpetuo religiosi se abstineant

§. 19. Cum castitas angelorum virtus sit, viribus totis fratres enitentur, ut angelica præstent modestia. Quo facilius hoc assequantur, sint humiles; cupiditatibus obsistant, carnem macerent, orationi incumbant assidue, in omnibus caute procedant; nihil suis viribus tribuant, constantem in Deo fiduciam figant, æternamque salutem cum timore, et tremore operentur. Absque necessitate cum fœminis non loquantur: christiana charitate ducti, justaque de caussa cum præsidis facultate id agant. Extra domum a socio eam potestatem postulent, tum paucis, modeste, oculis in terram fixis, et vultu gravi persolvant officium. Si forte in aliquo cubiculo cum mulieribus sit agendum, fiat aperto ostio, ita ut a socio aspici possit, et non audiri. Ad sacrarum virginum monasteria non accedant, nisi promovendi animarum boni caussa rogati, et cum permisso episcopi, sive loci Ordinarii per scriptum accepto. In benefactorum, et exterorum moreantes domibus ad gravitatem religiosam, et modestiam sint compositi. Ad silentium solvendum compulsi, vel rogati de rebus animarum saluti proficuis loquantur. Ab his, quæ quovis modo animum a divinis abstrahunt, prorsus abstineant: sensuum custodiæ dili-

gentar studeant, potissime oculos cohibeant. In mensa temperanter se gerant; merum aqua diluant, ac temperent: divina interdum meditentur; immaculatam virginem Deiparam pio, ardentiqua cultu prosequantur, excelsas virtutes ejus imitari curent, et opportunum inter tot pericula promereri patrocinium.

CAPUT XVIII.

De voto promovendi apud christifideles religiosum cultum, et gratam memoriam passionis D. N. Jesu Christi.

Cum finis congregationis sit propalatio religiosi cultus passionis D. N. J. C. in omnibus prædicationibus publicis, et privatis, de eo argumento loqui religiosos congregationis, oportet.

§. 20. Fratres prædicationi evangelii dantes operam in missionibus apostolicis obeundis unica curabunt, ut christianos populos ad vivificæ passionis et mortis Jesu Christi sacra mysteria meditanda, et identidem religiose recolenda inflamment. Hoc potissime vesperi post habitum consuetum sermonem peragant. Horæ dimidium pia meditatio non excedat, eiqua conceptis verbis præeant. Mane inter habendam lectionem catechisticam aliquid de eodem argumento ingerant. Regulas ad sancte, et fructuose tanta mysteria memoranda breviter, ac perspicue tradant, nec diligentiam prætermittant ut frequentissimam, atque perpetuam eam meditationem reddant. Hominibus rudibus, minusque cultis, qui rari dant operam, nec apti sunt ad meditandum, brevia argumenta suggerant, quibus per pios, ac temporaneos affectus, sive per preces, ut vocent, jaculatories idem præstent. Ut monita optato effectu potiantur docendi methodo utantur facili, simplici, taliqua hominum generi congruenti. Ad aliquid quotidie pro Jesu Christo patiendum, illos hortentur, debitum aperiant, fructum doceant, meriti, ac præmii magnitudinem explicent, difficultatem extenuent, et adimant. In sedibus confessionalibus pro loco, tempore, ac personarum discrimine idipsum curabunt. Sacerdotes, qui ad sacras habendas conciones non sunt delecti, hoc bonum promovare studeant alia via, quæ ipsis faciliorem occasionem præbebit, præsertim quando peccatorum confessiones excipiunt, catechismum habent, colloquia de rebus spiritualibus instituunt, at id genus alia, quæ ex munere, vel pro re nata obeunt. Qui ad hujusmodi munera non sunt destinati, itemque fratres laici, ut debito suo faciant satis, quotidie pie, ac religiose recitent quinquies Dominicam orationem, et salutationem angelicam in memoriam et honorem passionis Domini Nostri Jesu Christi, simul enixe Jesum Christum orent, ut opem illis ferat, qui hoc salutare institutum promovent. Res ipsæ alias frequentes vias aperiant, quibus tantum opus provehant, piumque desiderium et conatum impleant magno cum suarum animarum, et aliorum profectu: ingeniosissimus siquidem Dei amor est, nec tam verbis amantium comprobatur, quam factis, et exemplis.

CAPUT XIX.

De servando in congregatione jejunio.

In congregatione servabuntur unice, jejunia ab ecclesia generali prescripta.

§. 21. Nullum in congregatione jejunium præscribitur, quod violatores mortalis peccati reos constituat, præter illa communia imperata christifidelibus ab Ecclesia. Præter adventum Domini, et quadragesimam fratres nostri ter in hebdomada illud servabunt, nempe feria quarta, sexta, et sabbatho. Soluti tamen erunt regulari jejunio, si in dies ipsos inciderit festum de præcepto, ac festa omnia beatæ virginis Mariæ, tum evangelistarum, tum conversionis sancti Pauli, utriusque cathedræ sancti Patri, exaltationis sanctæ crucis, ac patroni, vel titularis ecclesiæ domus solitariæ, quamvis non sint de præcepto Ecclesiæ, ac sanctæ Mariæ Magdalenæ pœnitentis.

CAPUT XX.

De ratione implendi jejunii in congregatione.

At ab usu carnium perpetuo se abstinere religiosi debent excepta valetudinis causa.

§. 22. Fratres in domibus solitariis, in quibus prudenti superioris generalis judicio, pisces haberi commode nequeunt, carne non vescantur, excepta valetudinis caussa, sed ovis dumtaxat, et lactariis. Diebus varo quibus jejunium servant, contenti erunt pulmento leguminum, esca confecta ex massa farinæ triticeæ, seu alia superioris arbitrio, et ferculo piscium, qui inveniri pro temporis, et loci conditione possunt: liberum tamen erit domus præsidi ferculum herbarum coctarum, itemque fructuum addere. Feria sexta, si dies festus non erit, ad mensam nullum piscium afferatur ferculum, neque fructuum, sed tantum pulmentum, præterquam infra octavas nativitatis Domi-

ni, Paschæ Resurrectionis, et Corporis Christi. A kalendis vero moji usque ad kalendas octobris, addatur ferculum herbarum. Qui pane dumtaxat, et aqua uti velit, permissum a superiore impetret. Curabit superior, ut cibi occurata charitate parentur, cujusque indigentiæ prudenter satisfaciet: quotiescumque autem commode poterit, libenter quod potest impertiatur. Si id non fiat, fratres non conquerantur, sed his maxime diebus virtuti studentes omnio in bonam partem accipiant, nec quevis moti caussa illi detrahant. Qui secus fecerit, præter Dei offensam, debita etiam pœna plectetur. Panis, et vinum, pro cujusque indigentie tribuantur. Diebus jejunii pro vespertina refactione unum tantum apponatur ferculum. Extra jejunium congruens, ac modesta cœna fiat, nempe unius ferculi, præter calidum pulmentum. Nulla occasione, vel causa potestas loquendi in triclinio fiat, etiamsi exteri viri spectandi præsentes sint, et festum agatur; sed semper ad mensam adhibeatur lectio libri spiritualis. Fratres iter habentes, ad regulare jejunium non obligantur. A benefactoribus autem excepti, prænuncieta evangelica benedictione = pax huic domui, et omnibus habitantibus in ea = manducabunt quæcumque sibi apponentur: studebunt tamen vel extra domum religiosam modestiæ, ac temperantiæ, pro facultate silentium servent, et ad Deum mentem erigent: divinis enim gaudentes, facile carnales cibos fastidient, pioque exemplo erunt aliis. Si peculieris non urgeat indigentia, ad meridiem oblatum cibum sumant. Vespere tamen non aliud quam consuetum accipiant jentaculum; ita enim aptiores orationi fient, neque alimento opportuno vel necessario lassum destituent corpus. Inter labores quoque apostolicæ missionis mane et vespere religiose modestia, ac temperantia reficiantur, nihil sibi indulgentes præter indigentiam. Meminerint congregationis propositum esse, præter divinæ legis præcepta observare pro viribus evangelica consilia; quod ut facilius fratres assequantur, opus habent frequenti oratione, abstinentia, humilitate, afflictione corporis, et sui contemptu. Hæc extollendæ in Deum menti, eludendisque dæmonum artibus maxime conferent: quapropter tametsi jejunia nostra mortalis peccati reos non minime efficiant si violentur, servanda sunt nihilominus ea cura, et diligentia, perinde ac si imperata essent Ecclesiæ præcepto. Hinc quamvis superior domus ab implendo jejunio solvere aliquem possit justo de caussa, numquam tamen poterit universam simul familiam a regulari jejunio eximere, nisi illæ urgeant causæ, quæ sufficientes habeantur, ut e jejunio ecclesiastico servando eximantur. Qui sanctorum Patrum, atque doctorum Ecclesiæ de jejunio scripta legent, facile intelligent, quantum illud animæ prosit, et corpori. Hoc argumentum luculenter tractent sancti Basilius magnus, Joannes Chrysostomus, et Leo primus Pontifex maximus. Nec hic aliud addendum putamus, ut operis salutaris virtutem multiplicem inculcemus, et ingens meritum.

CAPUT XXI.

De aliis exercitationibus spiritualibus congregationis.

§. 23. Per anni cursum surgent ad laudes Deo concinendas media labente nocte: ita tamen, ut quinque horarum spatio quieti corporum antea relinquatur. Recitabuntur in choro preces matutinæ gravi, pioque tono, intermedia ad versus singulos quiete decenti, ut per opportune temporis intervalla pronunciata, meditari queant, fructusque haurire uberes, et suaves, quos saluberrimum divinæ scripturæ pabulum affert non ore tantum psallentibus, sed mente simul, et corde. In argumentum demissionis, et reverentiæ erga Deum universum divinum officium stantes persolvent. Lectiones tamen dum leguntur, fratres sedeant. Ante initium cujuscumque horæ canonicæ, strati super solum cum timore, et reverentia pronunciabunt = In nomine Jesu omnes genuflectantur cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris = statis diebus post matutinum fiat voluntaria verberatio. Deinde æstatis tempore per horæ dimidium; si hyems autem erit, per horæ spatium, pia fiat meditatio. Postea ad se calefsciendum fratres accedant recitantes canticum = Benedicite omnia opera Domini Domino =. Ad focum silebunt. Tum cellam petent, in qua morabuntur usque ad horam primam. Si quis ductus fervore spiritus orationem continuare cuperet a superiore permissum roget, qui petentis conditione, et virtute perspecta, postulatum non negabit. A choro noctis, postquam tribus horis fratres conquieverint, surgent, et horam primam recitabunt.

Quæ sint exercitationes spirituales in congregatione et in integro anni curriculo enumerantur.

Deinde si hyems erit, per semihoram in piam meditationem incumbent; si autem aestas per horam integram. Muneribus in congregatione aucti, postquam per dimidiam horam meditationi vacaverint, celebrare poterunt divinum sacrificium. Tempore designato in horaria tabella, quae affixa extabit in sacrario, ad indicandum singularum actionum ordinem, ultimum Deo sacrificium afferatur. Deinde omnibus diebus festis, et feriis quintis fiat examen commune, et generale per semihoram, ad quod omnes prorsus fratres sacerdotes, clericique professi debent accedere, ut dictum est cap. 2. Aliis diebus, qui justo impedimento carent, ultimae inserviant missae. Expleto examine peculiari, et missa, quando non erit examen generale, recitabuntur horae sexta, et nona, tum procedent ad prandium. Eodem, quo supra, modo persolventur vesperae. Post brevem autem collectionem spiritus ante sanctissimum Eucharistiae sacramentum habebitur per horae quadrantem spiritualis lectio communis, qua expleta quisque suum adibit studium, vel ministerium. Hora praescripta recitabitur completorium, postea per integram horam fratres intenti erunt sacrae meditationi. Quando habent iter, et inter apostolicas missiones obeundas, cum difficile sit tandiu in meditationem incumbere, diem nihilominus labi non sinant, quin per horae saltem spatium id agant, tempus diligentes minus occupatum, maxime diluculum, ut expeditiores postea iter, ac ministerium evangelicum prosequantur. Caveant autem diligenter fratres nostri, ne unquam orationem praetermittant, suoque vitio bonis magnis, quae illa affert, amissis, mala gravia incurrant, quae celeri solent carere remedio. Sacerdotes omnes enixe rogantur, ut ante divinum sacrificium missae immaculatum, spiritum colligant, animum ad sacra ministeria sancte componant; praescriptis ab Ecclesia ritibus accurate, et reverenter insistant, caeremonias probe, decenterque obeant, verbis, et actibus religionem praeseferentes, et sanctimoniam. Peracto sacrificio debitas Deo laudes, et gratias persolvant, neque statim ad aliena transeant. Ita oblati sacrificii uberiores fructus capiant, majorique in dies amore erga Deum flagrabunt, tum etiam paratiores, ac digniores fient ad divina tractanda.

CAPUT XXII.

De faciendis a fratribus laicis.

Fratres laici non praestant ea quae persolvunt religiosi professi, et quomodo eorum munera differant, declaratur.

§. 24. Dum matutinae in choro persolvuntur preces, fratres laici recitabunt coronam Domini Nostri Jesu Christi, id est ter et tricies orationem Dominicam in memoriam sanctissimae vitae, passionis, et mortis ejus. Ad horam primam; septies orationem ipsam cum angelica salutatione beatae Mariae Dei genitricis repetent in memoriam laborum ejusdem Domini. Ad tertiam, quinquies, illius flagellationem recolentes. Ad sextam, ter, coronationem, et irrisionem meditantes. Ad nonam denique ter preces ipsas pronunciabunt, memorantes eruci affixionem, agonem, et mortem; quam pro nobis subire dignatus est. Ad vesperas illas septies repetent in memoriam dolorum beatae Mariae virginis. Ad completorium postremo, quinquies, pro plagarum Dominicarum numero, et sepultura. Mane, et vespere piae meditationi dabunt operam, et postquam divino interfuerint sacrificio, suum quisque adibit ministerium. Singulis diebus festis non continuatis, postquam conscientiam per sacramentum poenitentiae expiaverint, sacra Eucharistia reficiantur. Idipsum fariis sextis facient. Tempore quadragesimae, atque Dominici adventus ter in hebdomada Christi corpus accipiant, nisi aliter animae ductor suadeat. Exacte, ac diligenter imposita sibi munera exequantur, ferantque libenter congregationis onera. Sacerdotes, ut Dei ministros revereantur. Sint humiles, obedientes, et religiosae paupertatis amantes. Res congregationis curent sedulo, Deique habeant. Meminerint illarum sibi custodiam esse impositam, quae si suo pereant vitio, vel in deterius labantur, exactam Deo rationem esse reddituros. Saepe finem suscepti instituti cogitent, atque ad illum studia, et actiones dirigant.

CAPUT XXIII.

De oratione.

Methodus in oratione servande suadetur.

§. 25. Meditationes fere sint de divinis attributis, et perfectionibus, itemque de mysteriis vitae, passionis, et mortis Domini Nostri Jesu Christi a qua omnis religiosa perfectio, et sanctitas potissimum magisterium capit, et incrementum. Contendat quisquis ardenti Dei amore praestare fidem vivam, operosam, constantem fovere. In omnibus

Deum præsentem cogitent. Hoc modo assidue orabimus, facile vitia fugiemus, virtutem sectabimur. Erga divinissimum Eucharistiæ sacramentum fratres præcipua veneratione ducantur; sæpe in altari illud invisent, adorent debitis laudibus, atque assidua gratiarum actione prosequantur. Frequenter sumere cupiant, illique intime, et spiritualiter uniri, ut possessa ab eo corda soli Deo vivant, et ardentissima charitate æstuent. Clerici ter in hebdomada divina Eucharistia reficiantur, omnibus diebus festis non continuatis. Id agant majore, qua fieri licet, vitæ innocentia, et sanctimonia. Se ad hoc comparent congruentibus meditationibus piis, fervidis virtutum exemplis, præsertim fidei, charitatis, et humilitatis. Post acceptum sacramentum in seraphicos ardores effusi, debitas pro tanto munere gratias agant, gratosque perfectioris vitæ institutione se præbeant. Beatam Dei genitricem, semperque virginem Mariam, congruenti honore colant, et præcipuam patronam habeant: dolores acerbissimos, quos in passione, et morte filii passa est, identidem memorent, ejusque venerationem verbo, et exemplo promoveant.

CAPUT XXIV.

De studio literarum.

Tempus assignatur, quo ad studium literarum, in quavis anni tempestate, operam dare liceat, quodque in exercitio aliorum ministeriorum terere illi teneantur, qui studiis minime vacant.

§. 26. Recitata in choro hora tertia, fratres sexquihoram in literas incumbant: diebus vero longioribus anni, duas integras horas literarum studio impertient. Magister docendo, explicandoque destinatum insumet tempus. Post studium, spiritualem lectionem habebunt in cella; cui examen particulare præmittent. Utantur libris, quos aptiores suo quisque profectui censebit accedente consilio ductoris animæ. Quod supererit tempus conquiescant solitarii, aut deambulent levandi animi causa usque ad horam sextam. Qui literis non vacant, suis fungantur ministeriis. Post vesperas, rursum erit literarum studium, sicut mane, quo completo divertent eodem modo, promptique sint ad recitandum statuto tempore completorium. Si divinæ bonitati placuerit operi suo incrementum præbere, in unaquaque provincia literarum studium constituetur, ubi juvenes philosophiæ, ac theologiæ operam dabunt, ut aptiores ad animarum cultum evadant, et in vinea Dominica pro viribus laborent. Singulæ congregationis scholæ angelici doctoris inconcussæ doctrinæ firmiter hæreant, eamque præceptores omnes districte tradere teneantur. Studium ipsum sex annis continuabunt, quorum duos utiliori, et graviori philosophiæ tribuent, exclusis quæstionibus minus necessariis, et procul a novitatibus. Tres in theologiam dogmaticam, et moralem impertient, quæ instituto nostro maxime congruunt. Sextum scripturarum divinarum, atque sanctorum patrum meditata lectio sibi vindicabit. Interea pro personarum, ac studiorum discrimine apostolico muneri ex occasione assuescent, ut in generali omnium literariorum studiorum examine, quod in fine ejusdem anni instituetur, facilius cultum, ingenium, et aptitudo cujusque dignoscatur, et pro merito ministeriis ad proximorum salutem obeundis addicatur. Examen generale juvenum fiat a tribus examinatoribus electis a majore congregationis præside, suisque consultoribus in provinciæ suæ mansionis, tum ipse, vel alius ab eo designatus intererit. In aliis provinciis examinatorum electio pertinebit ad superiorem provincialem, ejusque consilium: qui itam, vel olius qui suas vices garat ab eo nominandus aderit examini. Præter hoc examen generale quotannis in fine studii, aliud particulare fiat a duobus examinatoribus enarrato modo electis, præsente rectore domus, de argumentis in schola pertractatis eodem modo; ut ingeniorum perspecta præstantia, supremi præsidis, vel provincialis in aliis provinciis accedente consensu deligantur aptiores ad literaria studia continuanda, remotis ineptis, et negligentibus. In solitaria domo, studii literarii matutina meditatio horam dimidiam non excedat, quo tempore lectores missæ sacrificium Deo offerent, si id commodum acciderit. Rector paterne curabit, ut ii, qui scholastico studio sunt addicti, singulis diebus antequam studium aggrediantur et panis frustulo, et vini haustu stomachum reficiant, pariterque feria sexta aliam herbarum portionem communi prandio supererogetur. Præterea donec literarum curriculum fuerint emensi, exceptis tamen tum festivitatum, tum vacationum diebus a matutinis precibus media nocte persolvendis eximantur. Meditatio vero tum mane, tum vespere ultra horæ dimidium ne protrahatur. Cetera dispositioni a provinciali præside decernendæ accommodentur. Hæc omnia lectoribus suffragentur, ac faveant. Ut autem inter assidua studia perfectionis spi-

ritus non tepescat, præscribitur, ut semel antequam post vacationem studia resumant, spiritualia exercitia per octo, aut decem dies pie, ac devote peragant. Clerici hujus nostræ congregationis ad sacros ordines non promoveantur, nisi annos quinque in ipsa laudabiliter expleverint, nullosque quantavis doctrina præditus, ac pietate, licet sacerdotio initiatus, apostolicis nostris ministeriis addicatur, nisi post expletum in congregatione triennium, dummodo ob speciales aliquas circumstantias aliud præposito, suisque consultoribus non videatur.

CAPUT XXV.

De ratione nunciandi verbum divinum, et præcipuis sacrorum concionatorum partibus.

Quod nemo ex fratribus in concionibus uti possit stylo sublimi ad nunciendum divinum verbum, statuitur.

§. 27. Nulli ex minima congregatione nostra ad nunciandum divinum verbum electo, liceat inter concionandum uti stylo adeo sublimi, et eleganti, ut obscurus evadat, minusque a plebe, et rudibus intelligatur: sed verbi Dei panem parvulis frangat adhibita dicendi methodo clara, atque perspicua, ne sermo efficacia careat, majorique ex fructu divina gloria incrementum capiat. Postea debitum, modumque exacte implendi divinam legem, docebunt diligenter populos rationem probe expiandi conscientiam per sacramenta pœnitentiæ, itemque sumendi reverenter, ac sancte divinissimam Eucharistiam hortodoxæ fidei mysteriis patienter plebem erudiant: quos negligentiores noverint, studiosius excolant, ut acceptissimus Jesu Christo labor uberiorem in dies fructum pariat in terra. Quadragesimalium concionum provinciam non sumant, sed aliis hac relicta, ipsi eo tempore in domibus solitariis Deo vacent, ut charitate aucti, validiore conatu post pascha dominicæ resurrectionis missiones apostolicas aliasque consuetas proprii instituti exercitationes obeant pro bono proximi. Justa tamen poscente causa poterunt etiam eo tempore obire officia instituti propria. Ad pie meditanda vitæ, passionis, et mortis Domini Nostri Jesu Christi mysteria, populos non adhortentur tantum, et inflamment, verum etiam instruant: orationi assuescere doceant, simul perniciosum quorumdam errorem detegant, et refellant qui divinorum meditationem, religiosorum hominum, et clericorum dumtaxat occupationem censent; opportunis monitis, et constanti fiducia in Deum arment, ostendantque superna inter orandum lumina non defutura, quibus magis magisque fallaces diaboli, et mundi artes noscant, vitiorum deformitatem videant, et appositam illi virtutum præstantiam. Ad nostros etiam præcipue pertinebit suadere christianis populis pium erga deiparam virginem cultum, debitam locis sacris, et personis reverentiam, et ut paucis multa complectamur, ea studiose præstare omnia, quæ pro temporum, locorum, et personarum discrimine potissime populis prosunt, eorum malis, et absurdis pia sedulitate depulsis.

CAPUT XXVI.

De methodo obeundi missiones apostolicas.

Ad missiones apostolicas nemo mittatur, qui electus per præpositum, et provincialem idoneus repertus non fuerit.

§. 28. Methodum aliquam tradituri peragendi cum fructu missiones apostolicas, cum juxta apostoli testimonium, non eadem singuli dona a Deo obtineant; ideo iis tantum onus imponatur apostolicas missiones obeundi, quos duo instituti nostri theologi per præpositum, vel provincialem deputandi, idoneos renunciabunt, prævio diligenti examine super eorum sufficienti doctrina, atque inspectis concionibus, aliisque operibus, quæ scripto tradent ipsimet deligendi. Immo ipsis theologis exposcentibus privatim quoque, et clanculum proponant, quæ publice populis sunt expressuri. Ad missiones vero nunquam pergant, nisi obtenta præsidis generalis, vel provincialis licentia. In primis fratres monemus, ut ministerii sanctitatem, et gravitatem, et finem expendant, et nihil unquam prætermittant, quo suo defuisse debito videantur, proprioque vitio vertatur, ei illud minus exactum, et populis fructuosum accidat. Nullam exercitationum spiritualium, quæ tanti momenti opus anteire, et sociare debent regulam præscribimus, memores ad eam curam fratres universos in solitaria instituti nostri domo potissimum, ut assidue incumbere. Hoc studium in ministerio pro viribus continuent, consuetæ orationi vacent, reverenter divina officia persolvant, sanctæ missæ sacrificium offerant, ante, et postea religiose se colligant, si necessitas non impediat: agenda mature, prudenterque considerent: omnia sacro operi congruant.

Et quid electi præstare debeant ante egres-

§. 29. Priusquam e domo solitaria ad missiones apostolicas peragendas fra-

sam exponitur.

tres dilecti proficiscantur ante altare sanctissimæ Eucharistiæ procumbentes has constitutiones ibidam lectas implere promittant, scriptoque exceptas secum deferant: sub cujusqua missionis initium illarum lectionem iterabunt, fiducìaque in Deo fixa sperabunt, si congregationis præscripta fideliter, et exacte servaverint, nunquam sibi ejus gratiem defuturam, ea opportune tribuentem auxilia, quibus feliciter laborum finem obtineant. Implebit scilicet misericors Deus, et justus, quod jampridem per Malechiam propheram fidelibus suis est pollicitus cap. xi. 5. Pactum meum fuit cum eo vitæ, et pacis, et dedi ei timorem, et timuit me, et a facie nominis mei pavebat: lex veritatis fuit in ore ejus: in pace, et in æquitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate =.

Exponitur quæ sit præcipuarum actionum distributio tempore missionis.

§. 30. Duo fere sint fratres, qui ad missiones legantur, plures tamen esse poterunt, si indigentia exigat, vel locus postulet; ex his aptior superioris vices gerat, cui elter, autaquam domo egredietur, obedire pollicebitur, iterabitque promissum sub initium cujusque missionis. Missione cœpta duo eligantur deputati viri graves, et idonei ad componendas discordias: alii qui confinentem populum ordinent. Si acciderit ut aliquis ex nostris fratribus ad dirimandes lites, vel conciliandos dissidentes evocetur, pacifice, sapienterque suas partes impleat, semperque sui similis, nulli unquem injuriis non excandescat, nac aliqua de caussa quamvis gravi, et permolesta irascatur: pertinaces obices, et difficultates petienti charitate removere curet, neque semel, sed iterum, ac tertio rem naviter aggrediatur, ut conficiat: incassum porro laborans, cadem animi tranquillitete, ac suevitate pertinaces relinquat, Deo causam commendans.

De cibo sumendo in domibus benefactorum.

§. 31. Dum missioni dant operam morari poterunt in ædibus particularibus benefactorum, solique cibis vescantur, quos illorum charitas laborantibus tribuet, et pro opportunitate silentium servent. Sumpto cibo animum aliquandiu relaxent: si quid ad missionem pertinens interea tractandum sit, ita rem agant, ut paucis, ac prudenter expediant: si vero absurde, vel contra præscriptum aliquid fiat, non irascantur, sed patienter, ac demisse ferant. Cum mulieribus in propria domo morantibus non agant, etiamsi pietatem, et morum gravitatem præseferant. Da rebus ad animæ salutem loqui cupientes non ægrotæ, nec alio justo vetitæ impedimento, audiantur in sede confessionali, vel opportuno ecclesiæ loco: alias nusquam eas conveniant, vel familiariter accipiant, multoque magis caveent, nec doceant canere cautiuncules.

Quomodo inter se versari debeant missionarii.

§. 32. Apostolicæ missionis tempore modeste, atque prudenter versentur. Agant semper de rebus utilibus, potissimum de recte, ac sancte peragendo suscepto ministerio. Parci sint verbis, ac temperentes. Quando aliquid egendum proponitur, etiem a fretre superiore mature procedetur, nec statim a socio exigatur responsum, ut rai considerationi locus sit, tempusque intercurrat opportunum, quo ille negotium Deo commendet. Contra votum, et expectationem acceptum responsum, qui sententiam rogavit æquo animo ferat, nec mœroris præbeat inditium. Si quis in alio aliquid emendatione vel nota dignum animadverterit, fraterne, ac tempestiva corrigat, non celeriter, nisi telis sit defectus, qui præsenti remedio indigeat. Sero, suaviter, pacifice, ac modaste admonitionem adhibeant, antequam dormitum eant, nec adsint alii. Non altercentur, non jurgentur, nec indignentur. Correptus excusationem non ostendat, sed monitori humilem, et obsequentem se præbeat. In examine autem demisse poscat a Deo veniam, et serio emendationi studeat. Alio tempore de defectibus non loquentur, nec disputent de re aliqua etiam sancta.

Monita omnino implenda.

§. 33. In primis fratres parato, libentique animo suscipere, et obire debent missiones apostolicas ubicumqne vocati fuerint, vel quo missi fuerint ab illustrissimis, et reverendissimis episcopis et Ordinariis, sive sint urbes, et oppida, sive rura, pagi, insulæ, locique pauperes, incommodi, molesti, et laborantes aeris inclemcntia: voluntatem illorum divinam censeant, potiorique jure propter Christum gaudeant, quando laborare contigerit pro animarum suarum salute in regionibus magis neglectis, et ignobilibus. Si quos forte adversantes, vel molestos habeant, ne decidant animo, neque commoveantur, sed silentes patienter illos ferant, procul semper a mœrore, et questubus. Male accepti, minus decenter tractati, vel a paucis auditi, eamdem animi moderationem, et tranquillitatem præferant: hortentur tamen prudenter, suaviter, validisque rationibus, ut occasionem consulendi bono animæ non prætermittant, Deique caussam agant, non propriam. Si loci frequentia plures con-

fessarios exigat, modesto id e enggesto aperiant rogantes, ut iodigentiæ fiat satis. Si repetitæ preces iocassom cedant, ne ulterius rem urgeant, sad tranquillo, pecateque apostolicos labores prosequantur; nec querantur, et exprobant si popolus tredita salutis monita non impleet, rarique ad peccata per pœnitentiæ sacramentum expianda eecedant: sed cootenti naviter inculcasse facienda, demisso aoimo divioæ voluntati acquiescant. Fessus e pulpito rediens socius, si eonfluentibus sacramentum pœnitentiæ edministrare nequeat, alter frater operam præstet, donec ille viros integret. Dissentiones pro viribus fugiant præsertim eoram aliis; sed uoum serventes voluntatem, atque sententiam, merito gloriari possint. = In domo Dei ambulavimus cum coosansu, facti bonus odor Christi in omni loco. = Ut hoc facilius obtineant, sæpeoumero de faciendis eoosultetiones instituant, prudentia hac in parte præstent, sagacique consilio futura quaodoquo antevertant. Socius potissime curabit, ut neccssaria sacro ministerio, et actionibus opportune præparentur, ne quid operi desit, aut turbete, et absurde fiat, prudaoti la rem ipsam impenso studio. Si res aliqua minus prospere cesserit, oon quærantur, sed paesto animo oegotium Deo commendent. Peracta missione noa quærant ab ecclesiasticie, vel sæcularibus an impensa a se opera greta populo, vel præsidibus acciderit, sed contenti facto, atque humilitati insistentes intime, nibil præter Dei gloriem, et proximorum utilitetem ultra postulent. Pridie ejus diei, quo sunt discessuri, benefactores demisse rogabunt, ut itineris ducem tribuant: mane sequenti diluculo cum illo proficiseentur: allorum societatem stodiose vitent, ut sileotio iter habentes facilius divinarum rerum contemplatione spiritum refieiant.

De reditu in domum solitarium.

§. 34. E missioaibus domum reversi, aliquandiu io Domino relaxent animum, nihil interea omittentes ex consuetis exercitatiooibus spiritualibus regulæ. Superioris arbitrio prudentis id agatur, qui peculiari charitate illos complectatur, qui in vinea Domini laboraverunt, ut simul corporis, et onimi vires instaurent pro iodigentia. Eos qui e missionibus redierunt, idem præsas in vicina oppida sine necessitate migrare non sinat, etiamsi fuerit rogatus, et enixe requisitus. Fratres ejusdem scquiescentes voluntati libenter domi maneant, religiosæ quieti, et piis meditationibus ad Jesu Christi crucifixi pedes intenti, et post sex, aut octo modestæ recreationis dies ad vires corporis recuperandas, sacris spiritualibus exercitationibus vacabunt. Nullus domo exeat sine soeio, qui tribuetur superioris arbitrio.

CAPUT XXVII.

De silentio.

Quo tempore denunciari, et servari silentium oporteat.

§. 35. Die vesperi post recitatum in ecclesia sanetissimum rosarium, cum aliis precibus infra memorandis, per tintinnabulum indicetur silentium, durabitque usque ad horam tertiam. Denuoiebitur etiam sileotium post meridianam relaxationem animi, vigebitque ad vesperem usque. Eo tempore oemini loqui fas erit: si necessitas postulaverit submissa voce fiat. Post horam tertiam, et vespertinam ante studium literarum eo modo loqui permittitur de rebus necassariis, et ad studium pertinentibus, non autem do inotilibus, et superfluis; item in culioa, horto, aliisque in locis, ubi operari pro congregatione oportet. Si quis vocandus fuerit, id per fratrem destinatum, signo edito fiat, vel ubi maneot ex muoere fratres quærantur. Perpetuum vero silentium servabitur in choro, trielinio, et dormitorio, numquam enim in his locis eine necessitata fratres loquantur, nec cuiquam, præter superiorem aut vicarium ejus, liceat alium in cella coovenire, aut cum eo colloqui: in infirmitatibus vero fratrum liceat eos visitare.

CAPUT XXVIII.

De relaxatione animi.

Comunis animorum relaxatio erit comessatio post prandium, et coenam in qua servandus erit modus, et fugienda scurrilia.

§. 36. Quotidie post prandium, vel cœnam, vel quæ cœnæ loco tempore jejunii succedit comessationem, erit communis animorum relaxatio. Sint proinde in ea modesti, hilares, jucundi; prudentes omnium obsecundantes honestæ voluntati. Scurrilia fugiant, neminem lædant, vitentque disputationes, contentiones, rixas, quidquid denique fraternam charitetem offendat. A kalendis martii, usque ad Idus octobris post meridiem animorum relaxatio protrahatur ad horam: post cœnam vero ad horæ dimidium. Ab idibus octobris ad martium, post prandium producetur media hora, post cœnam hora, nisi aliter prudenti superiori videatur. Constitutum in hac regula tempus, designabitur in horaria tabella, ut quisquis

noscat, quid agendum sit interdiu, noctuque. Omnibus diebus festis totius anni, per horam integram erit meridiana, et vespertina relaxatio. Eadem communis sit sacerdotibus, claricis professis, et laicis, quo magis magisque fraterna charitas in omnibus vigeat, et perennet. Si clerici professionem non emiserint, neque excesserint a professorio, idest dum studio literarum vacant, ab aliis secreti manebunt. Laici vero fratres non antea ad relaxationem accedant, quam partes suas in culina, triclinio, at alibi explaverint. Ad communem relaxationem nunquam exteri admittantur, nisi aut charactere, aut dignitate, aut merito tales sint, ut cum eis prudanter dispensandum censeatur. Aestate inter relaxationem meridianam, et vesperas Intercedat hora cum dimidio: hyeme hora circiter, quo tempore universi secedant in cellam, ut soli quiescant. Omnibus diebus dominicis, et quintis feriis post vesperas erit collatio theologiæ moralis, in qua singuli, de rebus in quæstionam vocatis aperient sententiam; demisse tamen, breviter, sine strepitu, atque contentione. Expleta collatione omnes silebunt, inde divertent modestæ exercitationi intenti superioris arbitrio, non tamen ludo, aut aliis exercitationibus quæ animum distrahunt, fere colloquantur de rebus utilibus, quæ in Deum inflamment; memores semper hoc genus jucundarum actionum permitti, ut animum sublevent, non autem ut imminuant, aut depriment pietatis spiritum. Mane feria quinta literarum studio navabunt operam; a meridie vacabunt. Diebus festis cuilibet liberum sit matutinum tempus in spirituales exercitationes, seu piorum librorum lectionem impendere. Quod supererit ex communibus exercitationibus, vel particularibus pietatis officiis erga proximum studeant pie insumere, silentium ament, otium fugiant.

CAPUT XXIX.

De agendis in triclinio.

In triclinio demissis aculis manducandum et cogitandum de Deo, et pie audienda lectio spiritualis, et saeculares homines non recipiantur.

§. 37. In triclinio silentes modeste maneant, demissis oculis manducent, ac simul Deum cogitent: quod ut facilius eum spiritali fructu assequantur, lectionem pie, atque attente audiant, humilitati, abstinentiæ, ac divinorum meditationi, vel inter epulas, quo licuerit modo, dantes operam. Tempus mensæ prudenti præsidis relinquitur arbitrio, cujus debitum, et partes erunt singulorum indigentiam expendere, atque potissimum curare ne quid alicui desit, ac ut omnia recte se habeant. Nemo locum sine necessitate, vel justa de causa mutet. Qui prius manducare desinit piæ meditationi expeditior vacet. In triclinio sæculares homines non admittantur, benefactoribus, ac aliis distinctis personis exceptis: locum tamen ipsi occupent distinctum ab exteris: sacerdotibus vero, et aliis religiosis hominibus præcipua charitate, et humanitate susceptis dignior semper tribuatur locus.

CAPUT XXX.

De distributione munerum quolibet die vesperi facienda a superiore.

Superior quolibet die vesperi munerum distributionem peraget.

§. 38. Quolibet die vero antequam silentii signum edatur, superior domus agenda die sequenti munera distribuat, ut omnia recte, et accurate gerantur; simul Dei amorem super omnia enixe fratribus commendet: deinde mundi contemptum, servandi religiosi instituti studium et mutuam charitatem inculcet.

CAPUT XXXI.

De somno, et quiete nocturna.

Expletis precibus in ecclesia, quilibet propriam cellam dormitum petat, sed tunicam non deponat.

§. 39. Superioris mandato obedientiam professi fratres in ecclesiam accedant, ibique adorato Jesu Christo in Eucharistiæ sacramento latente, tertiam partem rosarii beatæ Mariæ semper virginis recitabunt, cum aliis consuetis precibus, nimirum oratione Dominica, salutatione angelica, antiphona immaculatæ conceptionis beatæ Mariæ semper virginis = *Tota pulchra es Maria* = sancti Michaelis archangeli, sancti titularis domus religiosæ, itemque psalmo = *De profundis* = pro benefactoribus vivis, et mortuis. His expletis fiat examen conscientiæ, aspersique omnes aqua lustrali a superiore, additaque benedictione indicetur silentium. Tum omnes cellam suam dormitum petent, media nocte ad matutinas persolvendas preces surrecturi. Nullus quamvis ægrotus tunicam exuat, in lecto modeste sint compositi, Deumque et angelos præsentes cogitent, distractionibus importunis ac molestæ vigiliæ obstruant aditum, quo facilius, atque pacatius quiescant: diabolus enim omnes solet artes adhibere, ut Dei famulos insomnes reddat, ne stato tempore expeditis, ac liberis sensibus divina meditantur: rogandus proinde Dominus est, ut malum aver-

tat, vivificæque crucis signo callidus hostis ejiciendus, ne quo modo noceat. Superioris munus erit noctu cellas invisere, ut an modeste fratres cubent, inspiciat: nulli proinde liceat eas claudere, ne hanc præsidi potestatem impediat.

CAPUT XXXII.

De electione præsidum congregationis.

Qua sit methodus servanda in electione supremi præsidis statuitur.

§. 40. Propagata atque diffusa, Deo auxiliante, congregatione, eligetur supremus præses ejus, appellandus præpositus, qui caput sit, et jurisdictione potiatur in omnes domos solitarias; implebit et ipse constituta omnia, suoque aliis religiosæ disciplinæ præibit exemplo. Semel in anno universas domos, et ecclesias invisat, dispiciatque an in singulis congregationis regulæ, et constitutiones serventur. Absurda præsenti remedio auferet, curabitque ut recte, ac rite procedant omnia. Ad sexennium munus protrahetur. Quoniam vero a capite pendere maxime solet membrorum sanitas, electores summa ope niti debent, ut omni postbabita humana ratione digniorem, et aptiorem seligant, cui totius congregationis regimen imponant, prudenterque gerere possit, et sancte. Quapropter suo non contenti judicio, et opera, per demissas preces lumen a Deo poscant. Ea de caussa per triduum in omnibus congregationis ecclesiis publicæ christifidelium venerationi exponatur divinissimum Eucharistiæ sacramentum, ut Dominus Noster multiplicatis precibus facilius, quod optamus indulgeat. Ut autem in tanti momenti negotio mature procedatur, huic electioni illi dumtaxat suffragari poterunt, qui actu rectores, et consultores fuerint, itemque illi, qui alias fuerunt præpositi. Si autem comitia habebuntur in domo novitiatus jure suffragandi gaudebit etiam novitiorum rector. Omnes memorati officiales potientur activo, et passivo suffragio. Eligendus vero præpositus saltem decennium in congregatione laudabiliter transegerit. Ad hæc habenda comitia eligetur domus solitaria potior, sive opportunior, atque commodior. Impensis perferendis, si domus ipsa fuerit impar, aliæ pro rata subsidium conferant. Capitulum indicetur per epistolam encyclicam mittendam ad universas congregationis domos, tribus ante peragendam electionem mensibus, neque tantum locus, sed et tempus certum, quo comitia habebuntur, designabitur, ut particularia capitula mature agere possint, quæ opportuna censuerint, prudenterque disponere facienda, maxime quando iter longum est suscipiendum, cujus temporis, et conditionis rationem præcipuam habere debent, qui indicunt comitia. Rebus ita dispositis suffragatores stata die congregabuntur in loco apto, et congruente; invocatoque divino Spiritu, quisquis suffragium secretum edet scripto expressum. Ex urna porro, in quam fuere conjecta, frater ad id electus extrahet, duobus assistentibus discretis. Duæ ex tribus partibus canonicam approbationem efficient. Lecta subinde, et publicata in acta capituli referentur. Qui rite recteque fuerit creatus præpositus, ab universis obedientiam excipiet, habebiturque vice Christi. Mox omnes in ecclesiam accedent, actisque Deo gratiis ante altare ubi asservatur, et colitur sanctissimum corpus Christi Jesu, ritu solemni concinent hymnum « Te Deum laudamus ». Eodem modo in ipsis comitiis ab memoratis suffragatoribus deligentur duo consultores, easdem conditiones habentes, quibus potiri debet eligendus præpositus, ac omnes dignitate præcedent post ipsum præpositum, eruntque illi soli immediate subjecti. Sina illorum consensu idem supremus præses nullum alicujus momenti conficiet negotium, quod ad regimen congregationis pertineat, gaudebuntque illi in rebus hujusmodi, ac sui muneris suffragio decidente. Eodem ritu in ipsis comitiis eligetur procurator generalis, qui proximum; post præpositi consultores, obtinebit locum; itemque deligentur omnes rectores. Mox præpositus unicuique vicarium tribuet, qui illis absentibus, indigentibus, vel impeditis, subsidiariam operam præstabunt, et vices gerent. In singulis autem congregationis domibus, primum post rectorem locum vicarius obtinebit. Item ad præpositum, et consultores pertinebit electio directoris novitiorum, qui proximum post rectorem occupabit locum. Si post habita comitia generalia aliqua nova domus fundetur, rectorem ejus præpositus, et consultores constituent. Ante sexennium obeunte præposito congregationis regimen suscipiat primus consultor, alter vero primi consultoris munere fungatur, et loco illius a vice-præposito, et eodem consultora frater alius ex dignioribus instituatur. Idem statuitur, vita decedentibus consultoribus. Si autem primo triennio moriatur præpositus, congregationem gu-

bernabit usque ad finem tertii anni, quo expleto, per generalia indicenda comitia, nova fiat præpositi, et consultorum electio. Idem agatur, si præpositus vita discedat altero excurrente triennio. Dilatata in provincias congregatione, singulis provincialis præses, et consultores præficiantur, penes quos erit ordinarium provinciæ regimen, et domorum ejus annua visitatio, quando hanc ipsam præpositus non expleat, vel alium explere non jubeat. Crescentibus provinciis, generalis omnium domorum visitatio a præposito quotannis facienda, non erit annua, sed explenda intra sexennium. Sine præpositi generalis facultate, provinciale capitulum non indicatur, cui ipse vel alius a se, suisque consultoribus deputandus intersit. In capitulo provinciali, de solius provinciæ rebus agetur, nunquam vero de aliis negotiis ad universam cogregationem pertinentibus. Decreta demum in eo edita, vim non habeant, nisi antea per ipsum præpositum generalem, suosque consultores comprobentur. Ex provinciis particularibus congregationis, soli provinciales præsides cum suis consultoribus accedent ad generalia comitia, in quibus præpositus est eligendus. Qui semel generalis fuerit præpositus, eodem gaudebit jure; itemque procurator generalis. Electio præsidis provincialis, suorumque consultorum, rectorum, item directorum novitiorum cujuslibet provinciæ pertinebit ad capitulum provinciale, ad quod accedere poterunt, et in eo suffragari officiales ipsi una cum directore novitiorum si capitulum in ejus domo habeatur. Provincialium præsidum regimen non excedat triennium; confirmari tamen poterit, et prorogari, si ita expediat ad aliud dumtaxat triennium, itemque consultores, ac rectores. Eidem præsidi intra triennium morienti, succedet primus consultor usque ad finem tertii anni: secundus vero consultor eligatur a vice-provinciali, suoque consultore. Pari modo si ractores vita decesserint ante expletum triennium, succedant vicarii cum eadem prorogatione potestatis. Si spiritualis congregationis profectus, ac temporum et rerum conditio exigat, confirmari etiam poterit semel generalis præpositus ad aliud sexennium. Idem statuitur de suis consultoribus, ac generali procuratore.

CAPUT XXXIII.

De superioribus domorum particularium, eorumque regimine.

§. 41. Cujusque solitariæ domus præses, rector appellatur. Electus præpositi generalis, et post institutas provincias, provincialis præsidis patentes accipiat, et ostendat literas. Fratres universi reverenter illum excipient, et complectentur cogitantes a Deo electum, ut se in viam religiosæ perfectionis dirigat. Præsenti assurgant, loquentem attente audiant, jubenti demisse, modeste, ac expedite obediant, suam illius voluntati ex animo proponant, Deum semper in ipso cogitantes, et reverentes. In hoc curam omnem impendant, ut tanquam pueri ab eo ducantur, nunquam magis hilares, quieti, et contenti, quam cum rectoris accipiunt, et exequuntur jussa, etiamsi talia quandoque videantur, quæ imprudentiam redoleant, nec propriæ dumtaxat voluntati, sed et rationi repugnent, innocentiæ studentes, et humilitati omnia in bonam partem sumant; id enim sæpe rector sapienter agit, ut subjectos comprobet. Alias Deus ipse hujusmodi permittit imperia, ut obedientiæ obstricti, ad religiosæ perfectionis incrementum evadant obsequentes, mansueti, simplices, propriis cupiditatibus mortui. Quavis moti caussa detrahere rectori fugiant, ne Deum in illo offensum vindicem habeant. Contumaces vero, et detractores deprehensi, merita pœna plectentur. Fratres ad eum, tamquam patrem fidenter accedant, indigentiam aperiant, cordis arcana detegant, animi angustias, diaboli tentationes, et adversantes cogitationes significent, certum habentes, quoties id sancte faciant, se uberem virtutis fructum, at opportunum a Deo subsidium relaturos, nec solatos modo, verum etiam pacatos, lætosque discessuros. Id præcipue agant, quando ab apostolicis missionibus, et aliis christianæ charitatis extra domum impensis ministeriis redeunt, ut facti rationem reddant, meritum augeant, dubia dissolvant, etsi quid minus rectum in socio deprehenderint mature pandant, ne malum præsenti remedio careat, neglectumque vires capiat. Caveat autem rector, ne hujusmodi gravioris momenti ministeria imponat fratribus iracundis, bile tumentibus, intemperantibus, aut quovis alio fœdatis vitio, cujus caussa admirationem, aut scandalum possint ingerere. Deligetur etiam a præposito

Quomodo superiores domorum particularium regimen earum tenere debeant constabilitur.

magister præcipuus spiritalis vitæ, ut si quis interdubia, vel adversa animum suum aperire nolit rectori, patefaciat directori animæ. Divina fultus gratia rector viribus totis enitatur, ut universæ familiæ lux sit, et exemplum, sedulus regulas impleat, curetque diligenter, ut alii pari studio exequantur. Errantes, negligentesque, paterne, suaviter, prudenter corrigat, et admoneat; culpas plectens disciplinæ studio charitatem conjungat, leviora remedia, severioribus anteponat, rigoremque nimium perpetuo fugiat, ut subjectis amabilior, quam timendus in dies evadat. Hac via acceptus fratribus illos, quo vult, facile ducet, tum etiam amorem, reverentiam, et obedientiam exiget. Arbitrio benigne utatur, fortitudini, atque constantiæ benignitatem societ, utrique vero prudentia, atque maturitas nunquam desint, quo facilius regularum, et statutorum executionem obtineat. Huic bono, quoniam commune examen, de quo alibi dictum est, conducit maxime, rectoris erit illud frequentare, et si opus fuerit, etiam quotidie per se, vel per alium instituere, a quo nulli fratrum licebit abesse. Eadem caussa præpositi relinquitur arbitrio idipsum imperare quotidie rectoribus universis. Omnibus tamen diebus festis, et fariis quintis ex regulæ præcepto nunquam omittatur examen. In colloquiis particularibus, et secretis audita a fratribus rector inviolabili celet silentio, nec quovis modo, aut indicio prodat. Virtuti, et orationi sedulo incumbenti, divinæ non deerunt doctrinæ lumina, quibus fratres tuto, sapienterque ad christianam ducet perfectionem. Eidem tegendi secreti legi obstricti erunt directores, vicarii, aliique congregationis præsides. Semel in hebdomada superior domus cellas visitet; si alias id agere velit, liberum ipsi sit. Curet autem præcipue, ut fratres laici non solum doctrina christiana, verum etiam constitutionibus nostris, et regulari disciplina erudiantur.

CAPUT XXXIV.

De capitulo habendo feria sexta.

Qualibet feria VI. post vesperas habebitur capitulum in quo quisque culpas, et defectus patefacit et opportuna monita a rectore recipit.

§. 42. Qualibet feria sexta post vesperas omnes fratres conveniant in cellam capituli, invocatoque divino spiritu, quisque suas patefaciat culpas, defectus accusans in regulas, et constitutiones admissos; mox rector opportuna cuique tradet monita, et pro modo culpæ pœnas imponet. Agetur deinde a fratribus senioribus de rebus gravioribus congregationis. Sacerdotes sententiam suam aperiant in his, quæ ad regimen, et religiosam perfectionem pertinent, præferentes modestiam, reverentiam, et demissionem animi. Fratres laici non loquantur, nisi fuerint a rectore interrogati. Si quid tamen noverint, quod institutis congregationis, et religiosæ disciplinæ adversetur, secreto superiori denuncient, ut malum tempestive adimat, ne dissimulatum, atque prætaritum in aliorum vergat perniciem. Rei cum charitate, at prudentia corripiantur. Semel et iterum res privata, et occulta secreto transigetur: at si malum patens fuerit, et manifestum correctio publice fiat in capitulo ea prudenter adhibendo remedia, quæ magis utilia, et opportuna censebuntur, audito consilio superioris præsidis, et seniorum.

CAPUT XXXV.

De ratione faciendi iter, et abstinentia a sæcularibus rebus.

Quod religiosi iter facientes pedites procedant cum socio, et equo, et alio comodo non utantur, nisi causa gravi interaedente.

§. 43. Iter faciant erecta pro viribus in Deum mente, modesti, compositi, pedites cum socio. Uti equo, aut alio commodo, ne ipsi quidem generali præposito liceat absque necessitate, aut causa gravi, nimirum adversæ valetudinis, aut vitandi gratia aerem noxium. Ante discessum facultatem cum benedictione a rectore postulent. Si vero iter longum futurum sit eadem facultas a præposito, vel provinciali obtinenda est scripto expressa, et munita sigillo congregationis. In via sæcularibus hominibus ne socientur; ac loquantur fere de piis, et utilibus rebus quæ magis magisque in Deum inflamment, Habitata ingressi loca ante omnia ecclesiam petant, ibique adorato Domino in Eucharistiæ sacramento, opportuna deinde sumant corporis levamenta. Mox exercitationibus christianæ misericordiæ, et charitatis ad instituti præscriptum dabunt operam, nec permissum illis sit, supervacuis visitationibus distrahi, sæcularibus officiis, maxime quæ mulierum inducunt consortia. Congruum tamen erit præsides invisere, si justa subsit caussa eos conveniendi, præsertim reverentiæ, et charitatis, quæ interdum in aliorum quoque bonum diffunditur. Ceterum mores ultro deserentes sæculi, pauperes potius ægrotantes invisant in domibus hospitalibus, et conjectos in carcerem. Utrosque salutaribus juvent monitis, et solentur; tum etiam ad re-

colenda Dominicæ passionis mysteria inflamment. Domus Dei reverentiam, et decorem potissime cordi habeant, et pro opportunitate promoveant. Comperta vero in illis absurda, mature atque prudenter auferri studeant. Sine necessitate consanguineorum domum non adeant, sed vere mortuos suis, et mundo se ostendant unice Deo viventes. Si alicujus consanguinei fratris benefactores erunt, qui promiscue, et indiscriminatim nostros excipiunt hospitio, hoc ipso charitatis officio gaudere, et ille poterit una cum aliis modeste, ac religiose se gerens perinde ac si in aliena versaretur domo. Nemo quovis prætextu se immisceat in conficiendis testamentis, contractibus, matrimoniis, aliisque negotiis sæcularibus. Nullus item discedat domo sine causa a rectore probata iturus in loca propinqua, ut cum hominibus sæcularibus agat: licebit tamen cuique accedente superioris permissu egredi ad deambulandum circa domum religiosam levandi animi causa, vel aliquid facilius memoriæ mandandi, dummodo longius quam par est non excurrant, neque id agant, ut soluti silentio liberius inter ipsos, vel cum exteris colloquantur. Permittitur siquidem fratribus modesta facultas loquendi de rebus utilibus, accedente superioris consensu, quæ prosunt animæ, simulque honestum corpori levamen tribuunt, sed hac cura fideliter, et religiose perfuncti, tempestiva domum redeant, nihil boni amittentes egressu.

CAPUT XXXVI.

Methodus agendi exercitationes spirituales in loco vel urbe propinqua domui solitariæ.

Si domus solitaria aucta sit fratribus, nonnulli seligendi sunt qui in locis vicinis christianæ fidei dogmatibus populum erudiant.

§. 44. Quando domus solitaria sit aucta fratribus, qui idonei censentur obeundis apostolicis missionibus, aliisque piis muneribus pro salute curanda proximi, poterit superior aliquem ex sacerdotibus, vel clericis deligere, qui dominica die in propinqua loca digressus, christianæ fidei doctrina, aliisque pietatis officiis erudiat vicinos populos, promoveatque apud ipsos assiduam memoriam vivificæ passionis, et mortis Domini nostri Jesu Christi; ita tamen frater ipse imposito fungatur munere, ut ad vesperascente die, aut saltem ante noctem domum redeat, ut bonum multiplex religiosæ solitudinis, quam fratres elegerunt ex regulæ præscripto retineant, ceterisque consuetis instituti operibus addicti, plus æquo non graventur. Diebus festis onus non suscipiant egrediendi præcise ad excipiendas confessiones sacramentales christifidelium pœnitentium in vicinis locis. Accedentes tamen quovis tempore ad ecclesiam nostram, ut sua peccata confiteantur, per delectos, atque probatos ad hoc ministerium sacerdotes, qua decet charitate audiantur. In domibus vero profundioris solitudinis, atque probationis, quoad fieri poterit, mulierum confessiones non excipiant.

CAPUT XXXVII.

De operibus satisfactionis, et meriti obeundis in congregatione.

Designantur opera spiritualia qualibet anni tempestate obeunda in congregatione.

§. 45. Præter jejunium præscriptum in constitutionibus fiet voluntaria verberatio corporis qualibet feria quarta, sexta, et sabbato donec expleantur psalmi quinquegesimus, et centesimus vigesimus nonus mæsta, atque demissa voce cantati, cum precibus consuetis: id autem non agatur a die natali Domini nostri Jesu Christi ad epiphaniam, neque octavis paschatis resurrectionis Dominicæ, et corporis Christi. A primo die adventus Domini usque ad natalem ejus, omnibusque diebus quadragesimæ erit voluntaria verberatio etiam feria secunda cujuslibet hebdomadæ; si in diem ipsum inciderit festum transferatur. Penes superiorem erit eamdem corporis afflictionem indicere fratribus, molestis Ecclesiæ, congregationi, vel populo temporibus; itemque præcipere religionis caussa, cum novendiale alicujus sacræ celebritatis agitur, ad avertendum aliquid malum a proximo, vel bonum illi a Deo impetrandum. Liberum sit cuique fratrum ex peculiari virtutis studio illam frequentare accedente superioris, vel spiritualis doctoris permissu. Hoc autem deficiente, caveant universi, ne quid privato ducti arbitrio agant sine merito obedientiæ, cui potissime sunt obstricti, et quandoque etiam cum valetudinis dispendio nullo bono disciplinæ, neque religiosæ familiæ. Per æstatem arbitrio præsidis relinquitur verberationem indicere orationis hora. Feria sexta quisque studeat aliquam corporis afflictationem ultro pati, vel virtuti exemplum edere in memoriam passionis, et mortis Domini.

CAPUT XXXVIII.

De poenis, et afflictationibus imponendis ob violationem regularum, et constitutionum.

Praesidis arbitrio relinquitur poenas leves imponere contra violatores regularum, ad capitulum autem pertinet de rebus gravibus judicare.

§. 46. Poenae illis imponendae, qui suo deficientes debito regulas, et constituta congregationis violant, relinquuntur arbitrio, et prudentiae praesidum, qui pro modo, et conditione culpae uti illo debent, personarum etiam respectu habito. In rebus gravibus, et momenti cogatur capitulum, plectaturque reus poena quae salutaris, et opportuna censebitur, consulto superiore praeside: in omnibus tamen christiana charitas locum sibi vindicet, et eniteat.

CAPUT XXXIX.

De cura fratrum aegrotantium.

Fratres aegrotantes omni diligentia custodiri debent, eisque indulgendum ut tunicam deponant, si ita medici expedire digouverint.

§. 47. Valentibus praecipuae curae sint fratres aegroti. His exacta diligentia, et christiana charitate inserviant, nullumque corporale, aut spirituale remedium praetermittant, ut afflictis pro indigentia auxilientur, et prosint. Aegrotantes contra quidquid tributum fuerit, demisse, libenterque suscipiant. Medicorum, et custodis valetudinarii jussa hilari animo exequantur, faciles que, et obedientes se praebeant. Aedes ubi curantur mundae sint, ac probe instructae. Suppellex quamvis pauper, apta tamen, ac decens, et rite disposita. Saepe numero superior domus eos invisat, ceterosque charitate, solicitudine, et vigilantia antecellat, ne quid laborantibus morbo, remedii desit, vel solatii. Aegrotantium lectus sit instrictus culcitra stramentitia, et lineo cervicali commodo, et operto tela linea vulgari quidem, sed nitida. Tunica induti propria cum sudariis humeralibus, sed syndone non utantur. Si forte medici, aliqua gravissima, et peculiari moti caussa illam exui jubeant, morientibus fratribus restituatur. Gravi affecti morbo decumbentes, nunquam soli relinquantur, maxime noctis tempore. Illorum custodiae destinati curam omnem adhibeant, ut corporalibus, et spiritualibus auxiliis tempestive juventur. Extremo laborantibus virium defectu exactiori studio adsint: ubi animam quis agere coeperit, fratres omnes in aegroti cubiculum conveniant, conjunctisque precibus illum Deo enixe commendent, ut pie sancteque mortem obeat.

CAPUT XL.

De agendis in obitu fratrum, et de sacrificiis, et precibus pro illis, et benefactoribus in congregatione faciendis.

Quae sint explenda in obitu fratrum, et benefactorum distincta methodo explicantur.

§. 48. Quum aliquis sacerdos, clericus, vel laicus e congregatione vita decesserit, rector domus ubi id acciderit certiores faciat omnes aliarum domorum praesides, ut debitis sacrificiis, et orationibus ejus animam juvent. Hoc accepto nuncio, mox in cujusque domus choro a congregatis fratribus totum defunctorum officium recitabitur, atque divinum offeretur sacrificium. Praeterea ab unoquoque sacerdote tres missae celebrabuntur. Fratres autem clerici, itemque laici quinquies sanctissima Eucharistia reficientur, integrum rosarium persolvant, ac semel universi religiosi verberibus se affligent suffragaturi inter poenas piaculares animae. Hortamur etiam universos congregationis fratres ut quae poterunt opera pietatis pro mortuo impendere, et sacras indulgentias ex more catholicae Ecclesiae communicare libenter faciant, certum habentes id nos, permittente Deo ab aliis post mortem impetraturos, quod viventes pro fratribus praestamus. Cadaver super nuda tabula humi posita collocabitur, caput cinere aspersum proferet, manibus Jesu Christi cruci affixi imaginem ante pectus complectetur: tum sepeliatur in loco destinato secundum ritum sanctae matris Ecclesiae. Praeter orationes, et alia pia opera, quae in congregatione pro fratribus, et benefactoribus vivis, et mortuis assidue peraguntur, samel in mensa recitabitur defunctorum officium, et sacrificium pro illis Deo offeretur. Idem fiet pro fratribus congregationis nostrae. Regulae, atque constitutiones praescriptae lethalis peccati fratres reos non efficient si non impleantur, dummodo ea in parte non violentur, quae arcte religiosa vota attingunt. Nemo tamen in congregatione sit, qui eas ipsas exacte, fideliter, atque integre non exequi studeat, et pro facultate contendat: media enim validissima, at opportuna habentur ad christianam perfectionem in hoc vitae statu, quem delegerunt, assequendam. Omnes proinde sinceris, ac simplicibus oculis eas legant, humili simul, ac simplici corde implere statuant, privatim non interpretentur; ad examen non revocent, nec arbitrio explicent. Haec facultas capitulo dumtaxat generali totius

congregationis servatur integra, at extra id temporis præposito generali, suisque consultoribus. Universis et singulis proinde carissimis filiis suis congregatio constitutionum studium, et obsequium enixe commendat, ac veluti mater unumquemque adhortatur = *Fili observa mandata mea, et vives* =. Religiosa siquidem cura, fidelique ac puro corde impleta, tranquillam afferent vitam temporalem, et pariter æternam, quam omnipotens, et misericors Deus, cujus gloria per illa unice quæritur omnibus impertiat. Amen = Regulas simul, et monita claudent verba sancti Bernardi abbatis = *Rogo vos fratres, et multum obsecro, sic agite, et sic state in Domino dilectissimi soliciti semper circa custodiam ordinis, ut ordo vos custodiat* = sic fiat. Amen.

Regulas et constitutiones laudat Pontifex, et confirmat.

§. 49. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus exponens regulas, statuta, seu constitutiones hujusmodi una cum additionibus, et declarationibus prædictis quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret; Nos ipsum exponentem specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta statuta, regulas, seu constitutiones una cum omnibus additionibus, et declarationibus prædictis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Et præposito generali pro tempore indulget et rationabili intercedente causa aliquid immutare pro suo arbitrio possit.

§. 50. Eidemque præterea Paulo nunc, et pro tempore existenti præposito generali, ut justis, et rationabilibus concurrentibus causis, in peculiaribus casibus super observantia regularum, et constitutionum hujusmodi cum singulis personis ipsius congregationis dispensare, ac etiam de suorum consultorum, et provincialium, seu majoris partis eorum consilio, et assensu juxta temporum vicissitudines, et casuum exigentiam nonnihil de earumdem constitutionum rigore quoad integras domos, vel provincias remittere libere, et licite possit, ac valeat, facultatem auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur.

An interpretatio, et declaratio constitutionis fieri mandat unice in generalibus comitiis.

§. 51. Volumus autem, ut in generalibus comitiis dumtaxat regulæ, ipsæ et constitutiones hujusmodi interpretari, ac declarari possint, ita tamen ut si quæ in eis immutanda, resecanda, et addenda, experientia suadente, videantur, de his ad apostolicam hanc sanctam Sedem referendum decernatur; ac insuper decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 52. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 53. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xv. novembris MDCCLXIX. pontificatus Nostri anno primo.

XXXVII.

Datum die 21. Novemb. 1769. Anno I.

Indulgetur clero sæculari, et regulari dominii reipublicæ Januensis, ut recitare possint officium, et missam immaculatæ conceptionis beatæ Mariæ virginis sine macula conceptæ, in ejus festo, et per totam octavam.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum summopere decent beatæ Mariæ virginis cultum in terris augeri, ad supplicationem reipublicæ Januensis indulgetur recitatio officii ejusdem virginis sine macula conceptæ, quæ principalis est patrona ejusdem Januensis dominii.

§. 1. Ratio pastoralis officii, quo Ecclesiæ catholicæ regimini superna dispositione præsidemus, exigit, ut pia christifidelium vota ad augendam in terris augustissimæ virginis Dei genitricis Mariæ cœli reginæ venerationem tendentia, apostolica benignitate libenter prosequamur. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et reipublicæ Januensis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: ut a clero sæculari, et regulari dominii

prædictæ reipublicæ officium proprium cum missa conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ assertæ patronæ principalis dicti dominii tam in festo, quam per totam octavam, prout in universo ordine minorum sancti Francisci Conventualium nuncupato, quem Nos ipsi professi sumus juxta literas apostolicas in simili forma Brevis a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostro die xvi. februarii anni MDCCXLII. pontificatus sui anno secundo expeditas peragitur, in posterum recitari possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ita ut præfatum officium recitantibus communicare insuper intendimus, et expresse volumus eas omnes indulgentias, quæ præfato ordini sunt ab hac apostolica Sede elargitæ.

Cum derogatione omnium in contrarium facientium.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesimaprima novembris anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Datum die 9 Julii 1769. Anno I.

XXXVIII.

Facultas indulta confraternitati sancti Camilli de Lellis de urbe ædificandi proprium oratorium extra limites parœciæ sanctorum Simonis, et Judæ ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Commemoratur erectio confraternitatis canonice facta intra fines parœciæ a Pontifice Clem. XIII cum conditione quod non posset a parœcia discedere.

§. 1. Alias felicis recordationis Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro pro parte dilectorum filiorum confratrum confraternitatis sancti Camilli de Lellis nuncupatæ canonice, ut asserebatur, erectæ in parochiali ecclesia sanctorum Simonis, et Judæ hujus almæ urbis Nostræ exposito, quod occasione suæ erectionis hujusmodi secutæ anno MDCCXLVI. inter tunc existentem parochum dictæ ecclesiæ, et confraternitatem prædictam nonnulla pacta, et conventiones inita fuerant, ac illud præ cæteris conventum existit, quod nempe quotiescumque confraternitas prædicta a loco sibi prope memoratam ecclesiam locato discedere vellet, proprium oratorium extra limites ejusdem parochiæ construere minime posset, ac in eadem expositione subjuncto, quod ob maxime auctum confratrum hujusmodi confraternitatis numerum locus prædictus admodum angustus evaserat quocirca necessarium dictæ confraternitati esset ab eo discedere, aliumque locum magis amplum, et sibi aptum, quem intra limites parochiæ hujusmodi reperire ipsa non poterat, alibi comparare, et in eo novum oratorium, aliasque sibi necessarias mansiones construere, præfata confraternitas facultatem a memorato Clemente prædecessore petiit, locum hujusmodi extra limites dictæ parochiæ juxta datam sibi a jure libertatem acquirendi, idem Clemens prædecessor die vigesima prima maji MDCCLXIII. petitionem hujusmodi ad venerabilem fratrem Dominicum patriarcham Antiochenum, et tunc archiepiscopum Nicomediensem dictæ urbis vicesgerentem remisit, ad hoc ut ipse hujusmodi rem amicabiliter componere, ac omnem controversiam inter eumdem parochum, et confraternitatem prædictam propter pactum superius expressum exortam submovere curaret.

Parochus in vim pacti recusavit discessum sodalitio, quod tamen elargitum fuit ab eodem Pontifice, ut melius prospiceret decori ipsius confraternitatis.

§. 2. Verum quia licet dicta confraternitas in congregatione habita die xxiii. aprilis MDCCLXIV. tunc existentes primicerium, et unum ex custodibus ad tractandum negotium hujusmodi cum opportunis facultatibus deputasset, ac præterea vi ejusmodi pacti serio perpensa, illud propter manifestam ejus nullitatem minime obstare posse discessui confraternitatis prædictæ tunc, ut asseritur, compertum fuerit, nihilominus idem Dominicus patriarcha, at vicesgerens rem hujusmodi cum parocho amicabiliter componere minime valuit. Quocirca præfata confraternitas, quæ propter angustiam loci, in quo erecta fuerat, ut præfertur, christianæ pietatis opera ab ipsa exerceri solita, absque confusione peragere haudquaquam poterat, et facultate discedendi a loco prædicto sibi a jure tributa plurimum uti desiderabat, denuo supplex a memorato Clemente prædecessore petiit non solum facultatem discedendi a loco prædicto, sed etiam po-

testatem construendi alibi, et in loco sibi beneviso extra quoque limitas dictæ parochiæ proprium oratorium, pactu, seu conventione hujusmodi minime obstante, cum obligatione tamen in posterum etiam associando sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in dicta ecclesia quemadmodum prius factum ab ipsa confraternitate fuerat. His itaque precibus idem Clemens prædecessor inclinatus editum fuit rescriptum, cujus tenor est qui sequitur videlicet.

Tenor rescripti.

§. 3. Ex audientia Sanctissimi diei 18. julii 1764. = Sanctissimus, attentis expositis, benigne annuit pro libertate confraternitatis oratricis sibi comparandi alium locum etiam extra fines enunciatæ parochiæ sanctorum Simonis, et Judæ pro construendo oratorio, non obstante instrumento inito sub die 5. maii 1746., et quibuscumque aliis; firma tamen obligatione associandi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum ad formam edicti Sanctitatis suæ. = D. archiepiscopus Nicomediensis vicesgerens =.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione privilegii.

§. 4. Cum autem sicuti dicti confratres Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi quo firmius subsistat, at servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Quæ indulgetur prævia absolutione a censuris.

§. 5. Nos igitur dictos confratres specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolvantes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertum rescriptum, et omnia, ac singula in eo contenta auctoritate Nostra apostolica confirmamus, et approbamus, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausulæ præservativæ.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima nona julii millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XXXIX.

Dat. die 26. Sept. 1769. Anno I.

Abrogatio veterum regularum, et confirmatio novissimarum a piis viris propositarum pro gubernio monasterii sanctorum quatuor Coronatorum de urbe.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Injuncti Nobis divinitus pastoralis officii ratio exigit, ut ea, quæ pro salubri, prosperoque personarum religiosarum sub suavi religionis jugo vota sua Deo reddere satagentium regimine, et gubernio provido, prudenterque facta, atque ordinata esse noscuntur, quo firmiori stabilitate consistant, apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, præsidio roboremus.

Expositio precum porrectarum pro rejectione veterum regularum, quæ cum novo monasterii statu accomodari non poterant.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni deputati piæ domus orphanorum almæ urbis Nostræ, quod ipsi animadvertentes in monasterio monialium orphanarum sanctorum quatuor Coronatorum nuncupato, antiquas ejusdem monasterii regulas amplius exequi nunc minime posse, tam ob temporum circumstantiarum varietatem, quam propter plures alias jam inventas consuetudioes hodiernæ ejusdem monasterii directioni, atque æconomico illius guberoio magis accommodatas, simulque judicantes necessariam fore aliquam communiter in eo vivendi normam, qua omne dubium, ac etiam quicumque scrupulus averterentur in respicientibus præsertim clausuram, ac obligationem plurium vocalium precum, quæ an piorum legatorum onera sint, dubitatur; qua de re pro quiete quoque conscientiarum dicti exponentes novum regularum volumen, adhibita piorum ecclesiasticorum in re hac peritorum opera, condere curarunt.

Quibus novæ subrogatæ fuerant curæ adhibita piorum ecclesiasticorum consciptis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius regulæ hujusmodi subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri dicti exponentes plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Has pontifex confirmat regulas, et perpetuo servari mandat, derogatis prioribus.

§. 4. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati regulas prædictas auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, easdemque regulas a cunctis monialibus, et aliis in dicto monasterio degentibus respective, quibuscumque dispositionibus, seu legatis etiam per ultimam voluntatem relictis, oc onaribus minime obstantibus, quibus omnibus in iis, quæ prædictis regulis contraria sunt, expresse derogamus, servandos, et exequendas esse decernimus, et jubemus; atque præterea in casu, quo super interpretotione regularum hujusmodi aliqua in posterum quoad respicientia spiritualem directionem ejusdem monasterii oriatur dubitatio, illam a pro tempore existente dictorum exponentium primicerio cum participatione, et approbatione dilecti filii Nostri Flavii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Chisii nuncupati nunc, et pro tempora existentis monasterii hujusmodi protectoris definiendam esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et mandamus.

Clausula præservativa.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validos, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore, quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ob eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causorum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quovis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritontibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta septembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

XL.

Dat. die 29. Nov. 1769. Anno I.

Extensio trium constitutionum editarum super collatione canonicatuum doctoralium, magistralium, ac pœnitentiarii pro regnis Hispaniarum ad ecclesias Sardiniæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Pius pp. IV. mandavit ut electio canonicorum doctoralium, ac magistralium ecclesiarum regnorum Navarræ, Granatæ, Castellæ, et Legionis semper spectaret ad Ordinarios locorum una cum capitulis prævio concursu.

§. 1. Nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris expositum fuit, quod dudum felicis recordationis Sixtus pp. IV. prædecessor Noster per alias suas sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto kalendas decembris expeditas literas statuit, et ordinovit, ut canonicatus doctorales, et magistrales metropolitanarum, cathedralium, et collegiatarum ecclesiarum regnorum Navarræ, Granatæ, Castellæ, et Legionis quotiescumque, et quandocumque, ac in quibuscumque mensibus, et ex quorumcumque personis vacare contigissent, per Ordinarios respectivo locorum, una cum capitulis ea-

rumdem ecclesiarum, prævio concursu, ac modo, et forma in eisdem literis specifice expressis providendi, ac electi ad hujusmodi canonicatus in eorum possessionem mittendi essent, ita tamen, ut si canonicatus hujusmodi, dum vacassent dispositioni apostolicæ ex quavis causa reservati, et affecti fuissent, ad illos pro tempore electi, atque in possessionem missi infra quatuor menses novam provisionem desuper ab hac sancta Sede impetrare, et literas expedire, ac jura Cameræ apostolicæ, aliisque propterea debita solvere tenerentur, et alias prout in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Et privilegium fuit a Pontifice Leone X. confirmatum.

§. 2. Quæ quidem omnia ab eodem Sixto prædecessore, ut præmittitur constituta, et ordinata felicis quoque memoriæ Leo pp. X. itidem prædecessor Noster per alias suas sub plumbo anno millesimo quingentesimo vicesimoprimo expeditas literas approbavit, præscripsit, et ordinavit, et alias prout in eisdem secundo dictis literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plena, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri.

Et privilegium extendi etiam ad canonicatus et præbendas poenitentiariorum Hispaniarum rex imploravit.

§. 3. Deinde vero pro parte claræ memoriæ Philippi IV., dum vixit, Hispaniarum regis catholici piæ memoriæ Gregorio pp. XV. pariter prædecessori Nostro exposito, quod licet in omnibus, et singulis metropolitanis, cathedralibus, et collegiatis ecclesiis in regnis Hispaniarum consistentibus prædicti canonicatus, et præbendæ magistrales, ac doctorales ad formam earumdem literarum Sixti, et Leonis prædecessorum instituti essent, et juxta earumdem literarum tenorem provideri consuevissent, nihilominus canonicatus, et præbendæ pœnitentiarii absque concursu provideri solebant, quo circa optimum futurum esse, ut deinde provisiones canonicatuum, et præbendarum hujusmodi, præmisso eodem concursu peragerentur.

Et precibus annuit Gregorius XV. excepto casu obitus in curia apud sanctam Sedem.

§. 4. Idem Gregorius prædecessor supplicationibus ejusdem Philippi regis inclinatus per suas sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vicesimo secundo nonis novembris expeditas literas statuit, et præscripsit, ut omnes canonicatus pœnitentiarii, et præbendæ hujusmodi quarumcumque metropolitanarum, seu cathedralium ecclesiarum in regnis Hispaniarum, etiam ex quavis causa dispositioni apostolicæ specialiter, et generaliter reservata, affecta, vel ad eamdem Sedem devoluta (non tamen per obitum in curia apud Sedem prædictam) per Ordinarios locorum et capitula dictarum ecclesiarum, prævio concursu, ac modo, et forma in supramemoratis literis præscripto providenda essent; eoque examine peracto, ad canonicatus pœnitentiarios, et præbendas hujusmodi vacantia illi dumtaxat ex concurrentibus, qui peracto examine, cæteris omnibus judicio eorumdem Ordinarii, et capitulorum magis habiles, et idonei reperti fuissent assumi, seu elegi, talesque assumpti, seu electi, si canonicatus, et præbendæ hujusmodi in mense apostolico vacassent, aut alias ratione personæ, vel loci generaliter, vel specialiter reservata, seu affecta fuissent, intra sex menses a die eorum collationis per Ordinarios, et capitula faciendæ, literas apostolicas novæ provisionis desuper expedire, et jura Cameræ apostolicæ, et aliis propterea debita solvere tenerentur, ac alias prout in prædictis ejusdem Gregorii prædecessoris literis, quarum itidem tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri.

Dubium exortum, an privilegium extendi posset ad ecclesias regni Sardiniæ, quod regnis Hispaniarum unitum reperiebatur, tempore concessionis.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, propter regni Sardiniæ vicissitudines contenta, ac disposita in præfatis literis editis eo tempore, quo regnum hujusmodi aliis Hispaniarum regnis unitum reperiebatur, postmodum in eodem Sardiniæ regno propter forsan earumdem literarum oblivionem executioni demandata non fuerint, et nonnulli venerabiles fratres moderni episcopi prædicti regni earumdem literarum executionem restituere, ac reintegrare curantes, canonicatus theologales, et pœnitentiarios juxta formam in eisdem literis præscriptam contulerint, ac ita electi, et provisi eorumdem canonicatuum possessionem adepti sint.

Et ut dubitatio quælibet eliminaretur nova indultorum prorogatio expostulatur.

§. 6. Hinc ne in posterum ullo unquam tempore super modo, et forma conferendi canonicatus theologales, et pœnitentiarios metropolitanarum, cathedralium, et collegiatarum regni Sardiniæ hujusmodi quæstio, aut dubitatio aliqua suboriri, aut excitari possit, ipse Karolus Emmanuel rex memoratas eorumdem Sixti, Leonis, et Gregorii prædecessorum literas canonicatus theologales, et pœnitentiarios in metropolita-

nis, cathedralibus, et collegiatis ecclesiis regni Sardiniæ hactenus institutos, et in posterum respectiva instituendos comprehendere a Nobis declarari, et, quatenus opus sit, easdem literas ad canonicatus, at præbendas hujusmodi prædicti Sardiniæ regni extendi, et ampliari plurimum desideret.

Et extensio privilegiorum tribuitur, exquisito voto sac. congregationis Concilii.

§. 7. Nos ejusdem Karoli Emmanuelis regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, nec non prædictarum Sixti, Leonis, et Gregorii prædecessorum literarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum, ut præfertur, pro insertis habentes, supplicationibus dicti Karoli Emmanuelis regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relationa venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, et ex specialibus causis mentem Nostram digne moventibus, canonicatus, at præbendas theologales, et pœnitentiarias metropolitanarum, cathedralium, et collegiatarum ecclesiarum regni Sardiniæ sub statutis, et ordinationibus contentis in memoratis literis eorumdem Sixti IV., Leonis X., et Gregorii XV. prædecessorum Nostrorum comprehensas essa auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus, ac, quatenus opus sit, eadem statuta, et ordinationes ad prædictos canonicatus, et præbendas theologales, at pœnitentiarias ecclesiarum regni Sardiniæ hujusmodi auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus; eosdemque propterea canonicatus, et præbendas, quotiascumque eos, et eas vaeare contigerit, prævio concursu per edictorum affixionem, prout in præfatis literis præscribitur, coram Ordinariis locorum, at respective ecclesiarum capitulis habendo perpetuis futuris temporibus conferri debere pari auctoritate, et tenore statuimus, et mandamus, ita tamen, ut ad episcopos privativa pertineat inter oppositores judicium majoris idoneitatis proferre, solo judicio consultivo capitulis reservato.

Præcipitur tamen ut electi intra sex menses literas apostolicas expedire teneantur si vacatio obvenerit in mense apostolico, vel alia ratione Sedi apostolicæ esset reservata nominatio ad provisionem hujusmodi.

§. 8. Volumus autem, quod si canonicatus, et præbendæ hujusmodi in mense apostolico vacarent, aut alias ratione personæ, vel loci generaliter, vel specialiter Sedi apostolicæ reservati, seu affecti fuerint, electi ab Ordinariis locorum intra sex menses a die eorum electionis novam desuper a Seda prædicta provisionem impetrare, et literas apostolicas expedire, ac jura Cameræ apostolicæ, et aliis propterea debita solvere omnino teneantur; in reliquis vero omnibus formam, et dispositionem præfatarum ejusdem Sixti IV., et dictorum Leonis X., et Gregorii XV. servandam esse volumus, et jubemus.

Mandatur ne adversus literas præsentes vitium obreptionis, vel subreptionis excipi possit, illarumque decernitur observantia.

§. 9. Decernentes easdam præsentes literas etiam ex eo, quod causæ propter quas emanarunt quomodolibet examinatæ, justificatæ, purificatæ, at approbatæ, ac Ordinarii, capitula, et alii collatores, nec non quicumque interesse habentes ad id legitime vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, vel alio quocumque prætextu, aut ex quavis alia causa quantumvis legitima, urgenti et juridica de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus ea quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, et quibuscumque aliis romanis Pontificibus successoribus Nostris, et dicta Sede etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis exceptis, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et eum in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub data posteriori per interessa habentes, vel per archiepiscopos, episcopos hujusmodi pro tempore eligenda concessas, validasque, et efficaces fore, et esse, ac suos plenarios, et integros effectus sortiri, et ab omnibus inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, aut Sancte Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultata, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apo-

stolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima nona novembris millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 4. Januarii 1770. Anno I.

XLI.

Translatio celebrationis festivitatis sancti Joannis Nepomuceni pro confraternitate in villa Versaliarum Parisiensis diœcesis erecta.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Cœlestium munerum thesauros, quarum dispensationem inscrutabilis divinæ sapientiæ, ac bonitatis altitudo humilitati Nostræ commisit, fideliter erogare cupientes, vota sublimium personarum non minus pietate, aliisque christianis virtutibus, quam præclaris suis, suorumque majorum illustrium ortodoxæ fidei cultorum, et propagatorum meritis fulgentium favoribus, et gratiis libenter prosequimur, sicut ad augendam in terris sanctorum in cœlis cum Christo regnantium venerationem, necnon ad personarum earumdem spiritualem consolationem, et commoditatem expedire in domino arbitramur.

Francorum regina confraternitatem feminei sexus sub invocatione sancti Joannis Nepomuceni erexit.

§. 2. Dudum sane, sicut nuper accepimus clar. mem. Maria, dum vixit, francorum regina christianissima ea qua pollebat insigni pietate, et singulari erga sanctum Joannem Nepomucenum veneratione, unam in ejus honorem christifidelium feminei sexus confraternitatem in ecclesia fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia Recollectorum nuncupatorum in villa Versaliarum Parisiensis diœcesis canonice institui curavit, ac regia plane liberalitate dotem, seu fundum, quo solemniori pompa in ecclesia prædicta die festo ejusdem sancti Joannis anno quolibet officium, aliaque divina peragenda essent, vere laudibus digna munificentia constituit.

Et vivens eidem confraternitati nomen dedit, optavitque moriens ut eligeretur idem sanctus Joannes in protectorem familiæ, die festo celebrato.

§. 3. Præterea vero ipsa Maria regina vivens nomen eidem confraternitati primum dedit, moriendo autem dilectissimis filiabus regiis galliarum principissis natis suis id unum præcipue quam maxime commendavit, summque desiderium illis enixe patefecit, ut non solum in earum specialem protectorem dictum sanctum Joannem sibi eligere vellent, sed etiam quotannis die illius festo in ecclesia prædicta solemnibus, divinisque officiis interesse deberent.

Ut commodius maternis votis fierent satis filiæ implorarunt translationem celebrationis festivitatis jam pro eadem confraternitate statutæ die 16 maii cujuslibet anni.

§. 4. Piis itaque maternis votis hujusmodi pari eximia, ac sibi ingenita pietate obsequi volentes regiæ galliarum principissæ prædictæ, et simul considerantes, quod non quidem in eadem villa Versaliarum, sed alibi una cum regia aula mense majo cujuslibet anni ipsæ, ut plurimum reperiuntur, eaque de causa ad memoratam ecclesiam se conferre, ibique divinis, solemnibusque officiis interesse minime possunt, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut celebrationem ejusdem festivitatis sancti Joannis quoad memoratam confraternitatem una cum plenaria indulgentia alias eidem confraternitati, suisque consororibus concessa a die xvi. maii ad diem xvi. septembris, quo regia aula in villa prædicta morari solet, transferre, ac sibi in præmissis providere de benignitate apostolica dignaremur.

Et translationem concedit Pontifex ad diem 16 septembris cum solitis indulgentiis.

§. 5. Nos igitur earumdam vere singularem pietatem plurimum in Domino commendantes, ac votis hujusmodi libenti animo annuere volentes, ipsarumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte

incurrerunt, hujus tentum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, celebrationem festivitatis ejusdem sancti Joannis Nepomuceni quoad confraternitatem prædictam una cum plenaria indulgentia eidem confraternitati, illiusque consororibus, ut præfertur, concessa a die xvi. maji cujuslibet anni ad diem xvi. septembris; quo in eadem ecclesia missa, et officium eodem ritu, quo prius juxta rubricas breviarii, et missalis romani die xvi. maii prædicto celebrabantur, celebrari, et eamdem plenariam indulgentiam consequi respective possint, et valeant, servata in reliquis apostolici indulti forma, et dispositione, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo transferimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda Januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 10. Januarii 1770. Anno I.

XLII.

Religiosos sancti Pauli primi eremitæ ad ordinem monachorum pertinere declaratur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quantum deceat, ut quilibet religiosorum ordo propria nuncupatione distinguatur, exponitur.

§. 1. Quemadmodum in triumphenti ecclesia chori angelorum diversis nominibus nuncupantur, et distinguuntur, ita et in hac militanti, cui divina dispositione præsidemus, admodum conveniens dignoscitur, ut ii, qui sub suevi religionis jugo mancipati in diversis ordinibus bonorum operum fructus proferre jugiter satagunt, propria nuncupatione suo cuique ordini accomodata vocentur, et distinguantur. Cum itaque, sicut Nobis nuper exposuit dilectus filius Paulus Eszterhazy prior generalis ordinis monachorum sancti Pauli primi eremitæ numquam usque adhuc declaratum fuerit, in qua regularium ordinum classe, an scilicet canonicorum, seu potius monachorum suus ordo hujusmodi recenseri debeat, quippe quia juxta ejusdem ordinis statuta, et constitutiones apostolica auctoritate confirmatas cautum reperitur, ne ulli tam subditorum, quam superiorum liceat ostiatim, aut per pagos mendicare, ex quo nonnulli putarunt ejusdem ordinis professores, qui mendicare nequeunt, et regulam sancti Augustini servant, non jam inter mendicantes, sed inter canonicos regulares ejusdem sancti Augustini regulam præfatam profitentes connumerandos esse. Verum quia ipsorum institutum magis monastico vivendi modo videtur congruere, dum ejusdem ordinis primi fundatores contemplationi, et solitario, ac communi vivendi modo operam dederunt, quamvis ædificationi, et exemplo populorum se exhibere minime neglexerint, et monachi deinde ejusdem ordinis professores re ipsa a fel. record. Bonifacio IX., et Gregorio XIII. romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris nuncupati fuerunt, ipseque Bonifacius privilegia, et indulgentias monachorum ordinis Carthusiensis eisdem elargitus fuit, idque postmodum Martinus pp. V. paritor prædecessor Noster approbavit, et confirmavit; quocirca dictus exponens ordinem sancti Pauli primi eremitæ monasticum esse per Nos declarari summopere desideret.

Inter monacos regulares recensetur ordo s. Pauli primi eremitæ

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita relatione super præmissis venerabilis fratris Francisci archiepiscopi Patracensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretarii, fratres sancti Pauli primi eremitæ ad ordinem monachorum pertinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium declaramus, atque statuimus; salva semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Decretum pro observantia constitutionis.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviola-

biliter observari : sicque in præmissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus supet his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu procuratoris generalis ejusdem ordinis subscriptis, et illius sigillo munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die x. januarii MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 10. Januarii 1770. Anno I.

XLIII.

Prohibitio extrahendi libros, quos familia Schomborn in sua bibliotheca asservat in castro de Gaybach Herbipolensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Publica est bibliotheca, quam possidet familia Schomborn ideo cavendum ne libri ab ea extrahantur.

§. 1. Cum sicut dilectus filius comes Ervitinus de Schomborn Herbipolensis, seu alterius civitatis, vel diœcesis Nobis nuper exponi fecit ejus familia publicam, et avitam bibliothecam in castro de Gaybach Herbipolensis diœcesis possideat, vereatur autem, ne tractu temporis libros ejusdem bibliothecæ hinc inde asportando deperdi contingat.

Extractio prohibetur sub poena excommunicationis latæ sententiæ summo Pontifici reservatæ.

§. 2. Idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque exponentem specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, et superioritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempure libros, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, seu in posterum assignanda, et donanda, e bibliothaca hujusmodi extrahere, commodara, seu asportare, vel, ut commodentor, aut extrahantur, seu asportentur permittera, aut consentire, sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica, tenore præsentiom prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.



Dat. die 10. Januarii 1770. Anno I.

XLIV.

Dismembrantur duæ provinciæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia a familia Ultramontana ejusdem ordinis, et familiæ Cismontanæ ejusdem pariter ordinis restituuntur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Antiquitus binæ familiæ ordinis s. Francisci de observantia extabant, quarum altera Cismontana, altera Ultramontana nuncupabatur et regebantur una a ministro generali, altera a commissario generali.

§. 1. Decet ea, quæ provide olim constituta fuerunt, mutatis deinde rerum circumstantiis, ad antiquum statum restituere, idque potissimum ubi sublimium personarum de apostolica Sede bene meritarum vota ita exposcant, et Nos in Domino conspicimus expedire. Dudum siquidem quemadmodum Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Paschalis a Varisio minister generalis ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, posteaquam in dicto ordine constitutio duarum familiarum Cismontanæ nempe, et Ultramontanæ, quarum una a ministro generali, et alia a commissario generali familiæ gubernarentur, secuta jam fuerat, duæ provinciæ ordinis de Observantia hujusmodi in regno Sardiniæ existentes ab anno usque MDLXXXI. familiæ Cismontanæ dicti ordinis addictæ extiterunt.

Cum vero Sardiniæ regnum occupatum fuit a rege catholico ipsæ familiæ unitæ fuerunt alteri familiæ Ultramontanæ, cum onere observandi statuta, et constitutiones illius.

§. 2. Verum quia tunc Sardiniæ regnum sub dominio catholicorum regum Hispaniarum reperiebatur, hinc instante clar. mem. Philippo II. earumdem Hispaniarum, dum vixit, rega catholico, memoratæ duæ provinciæ alteri Ultramontanæ familiæ attributæ tunc fuere, onere injuncto, ut propria statuta, et constitutiones ejusdem Ultramontanæ familiæ in eisdem duabus provinciis exequi, et observari deberent.

Post recuperationem regni Sardiniæ facta a Karolo Emanuele necessaria iterum evasit dismembratio familiarum hujusmodi, ut qualibet suo superiori subjiciat.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dominium regni Sardiniæ hujusmodi in carissimum in Christo filium Nostrum Karolum Emmanuelem ejusdem Sardiniæ regem illustrem postmodum devenerit, ipse vero Karolus Emmanuel rex duarum provinciarum hujusmodi restitutionem Cismontanæ familiæ prædictæ, earumque subjectionem illi superiori generali sive ipse minister, sive commissarius generalis existat, una cum onere observandi statuta, et constitutiones ejusdem Cismontanæ familiæ per Nos concedi plurimum desideret.

Et preces obsecundans regis Karoli Emmanuelis iterum Pontifex dismembrationem indulget.

§. 4. Nobis propterea dictus exponens humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Karoli Emmanuelis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, annuere, ipsumque exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatas duas provincias ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Sardiniæ regno existentes, et olim familiæ Cismontanæ ejusdem ordinis addictas, et ab ea postmodum separatas, et Ultramontanæ familiæ prædictæ, ut præmittitur, attributas, a dicta Ultramontana familia auctoritate apostolica tenore præsentium segregamus, sejungimus et separamus, atque easdem duas provincias sic segregatas, et a præfata Ultramontana familia sejunctas, ac separatas memoratæ Cismontanæ familiæ auctoritate, et tenore prædictis restituimus, et cum eadem familia Cismontana denuo, ac perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

Et in vim dismembrationis statuta, et constitutiones communia utrique familiæ redduntur.

§. 5. Qua attenta restitutione, annexione, et incorporatione, statuta, et constitutiones apostolica auctoritate confirmata, et quæ ejusdem Cismontanæ familiæ propria sunt, in duabus provinciis quoque prædictis inviolabiliter, ac perpetuo ab omnibus observanda, et exequenda esse eisdem auctoritate, et tenore volumus, præcipimus, et mandamus.

Clausula præservativa.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis, et provinciarium hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Datum die 11 Januarii 1770 Anno I.

XLV.

Confirmatio decreti episcopi Vicensis editi super præcedentia in sedendo, et incedendo in ecclesia, et functionibus inter agricolas, et incolas oppidi de Voltrega dictæ diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Status quæstionis præcedentiæ inter agricolas, et incolas.

§. 1. Pacis cultores e Domino constituti ea, quæ ad pacem fovendam, atque controversiarum, jurgiorumque semina a sacris præsertim ædibus eliminanda provide decreta fuisse noscuntur, apostolicæ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenter roboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni prætor, seu bajulus, ac decuriones oppidi de Voltrega nuncupati Vicensis diœcesis, quod cum venerabilis frater episcopus Vicensis agricolis proprietariis dicti oppidi, eorumque uxoribus, ac filiis prærogativas, et præeminentias sedendi, atque incedendi in omnibus actibus, functionibusque ecclesiasticis explendis intra, et extra ecclesiam parochialem dicti oppidi supra cæteros incolas, et oppidanos addixisset vigore consuetudinis, judicimque hujusmodi a Rotæ Romanæ auditorio usque ad rem judicatam confirmatum fuerit; mox idem episcopus comperiit fomentum dissentionum ex usu harum præeminentiarum inter prædictos incolas et agricolas insurgere, unde odia, jurgia, et scandala etiam in æde sacra poterant vereri.

Jurgia, et scandala removit episcopus abrogans quamcumque consuetudinem sub aliquibus reservationibus.

§. 2. Ad omnia igitur malorum semina penitus evellenda idem episcopus annuens precibus sibi porrectis a prædictis prætore, seu bajulo, ac decurionibus totum oppidum hujusmodi repræsentantibus, cum opportuna se præbuerit occasio constructionis novæ ecclesiæ parochialis dicti oppidi, quæ nunc, veteri collabescente, parochianorum sumptibus ædificatur, optimo quidem, ac laudabili zelo, ac consilio die xxiii. novembris superioris anni MDCCLXIX. ipso decretum conscripsit, quo reservata tantum, seu verius concessa agricolis prædictis facultate retinendi scamnum ad sedendum in nova ecclesia, et salva reverentia venerandæ senectutis, abrogavit, et substulit quoscumque consuetudines præcedendi quæ vigerent, et vigebant inter eosdem agricolas, et incolas sive in sedendo, sive in incedendo, et generaliter inter quascumque in memorata nova ecclesia in omnibus actibus, et functionibus ibidem explendis, sive festivis, sive funebribus, atque insuper voluit, et jussit, ut in dicta nova ecclesia nulli amplius esset jus aliis præcedendi, sed omnes æquales fore oportere ad opus charitatis, sicuti æquales sunt in conspectu Domini, imposita contravenientibus pœna pecuniaria quinquaginta librarum monetæ Barchinonensis in usus ipsius ecclesiæ applicandarum; graviorique etiam coercitione in pervicaces comminata, et alias prout ex eodem decreto, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor decreti bonis moribus, et christianæ charitati valde proficuum.

§. 3. Perspecto contextu hujusce supplicationis, quæ sane perjucunda Nobis est, quod per vestram bonæ fidei conventionem lites, et quæstiones, quæ passim ex ambitione præcedendi exoriuntur, seu uno recensentur ictu; quo profecto nihil religiosius, ut fraternalis charitas, jamdudum inter vos tepescens, iterum perpetuo ferveat.

Abrogantur omnes præcedentiæ.

§. 4. Ideo, vestris libenter votis annuentes per præsentes cassamus, et annullamus quaslibet, quæ super præ-

cedentie inter vos, et etiam feminas istius perxciæ viguerint consuetudines, sive in sedendo, sive in oblationibus faciendis in ecclesia in quacumque functione festiva, aut funebri; adeo, ut post absolutam novam fabricam parochialis templi, sicut coram Domino omnes æquales estis, sic esse æquales ad opus charitatis volumus persuasum iri: salvo nihilominus agricolis jure sibi quæsito judicio contradictorio parandi scamnum unum ad sedendum, et salve reverentia venerabilis senectutis.

Nulli propterea in posterum reservetur juede precedentia decertandi.

§. 5. De cætero nulli in posterum licebit in ipsa ecclesia scamnum sibi parare, nec super elios præcedentiam ambire; quod si secus fiet ipso facto contraventorem condemnamus ad solutionem quinquaginta librarum Barchinonensium, semota qualibet appellatione, in comparandis utensiliis ad usum ecclesiæ invertendarum, et in subsidium pervicaces compescemus.

Pro majori firmitate decreti conceditur ut adeatur Sanctissimus pro illius confirmatione.

§. 6. Et ut magis hoc nostrum decretum a vobis voluntarie expetitum, roboretur, etiam vobis permittimus adire ad Sanctissimum, vel ad sacras ejus congregationes, et ibi confirmationem ejusdem petere. Attamen, habita confirmatione, vobis injungimus, ut statim decretum confirmatum Nobis afferatis, ut in actis nostræ curiæ transcribera illud faciamus. Datum Vici in nostro palatio episcopali die vigesima tertia mensis novembris anni millesimi septingentesimi sexagesimi noni = Fr. Bartholomæus episcopus Vicensis.

Preces porrectas pro decreti confirmatione, quam indulget Pontifex prævia absolutione a censuris.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes decretum hujusmodi quo firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si ques forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutes fore censentes supplicationibus eorum nomine super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolice tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Præcipitur perpetua observantia ipsius decreti, et pontificiæ confirmationis.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Omnibus judicibus aliter judicandi sublata potestate.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et cum derogatione contrariorum.

§. 10. Non obstantibus apostolicis, ec in universalibus, provincialibusque, ao synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ parochielis ecclesiæ atiam juremento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficecioribus efficacissimis, ec insolitis clausulis, irritantibusque, et eliis decratie in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ao de verbo ad verbum insertis hebentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, at expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die decima prima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

XLVI.

Datum die 17 Januarii 1770. Anno I.

Immunitatio festorum pro hominibus abbatiæ Guastallæ nuncupatæ nullius diœcesis.

Venerabili fratri episcopo Parmensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicem benedictionem.

De potentia sanctæ Sedis variandi ea quæ nec præceptis evangelicis contraria,

§. 1. Cum sicut quædam sont, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut

nec sanctorum Patrum decretis inveniantur adversa.

pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oportet temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum. Ea propter hæc apostolica sancta Sedes pro paterna erga universos christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis interponere auctoritatem, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Nimis ampliatus dierum festorum numerus, potius in detrimentum convertitur eorum qui in sudore vultus panem comedere coguntur.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte dilecti filii Francisci Tirelli moderni abbatis abbatiæ oppidi civitatis nuncupatæ Guastallæ nullius diœcesis, Nobis nuper expositum fuit, quod in abbatia hujusmodi, illiusque territorio adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mecanicis se se adjicere pro pane lucrando, et id facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum. Ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ideoque ad designatas præcipuas festivitates, onus restringitur servandi præceptum, in minoribus vero præcipitur unum ut missæ sacrificio christifideles prosint.

§. 3. Nos itaque, qui christifidelibus quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes educere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quecumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ, qui, ut asseritur, Ordinarius vicinior existis, per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus in prædicto oppido, aliisque locis abbatiæ hujusmodi existentibus, ut deinceps omnibus diebus dominicis, nec non paschatis resurrectionis, et immediate duobus sequentibus, ac pentecostes, nec non nativitatis Domini nostri Jesu Christi, circumcisionis, epiphaniæ, ascensionis, corporis Christi, ac purificationis, annunciationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ, sanctorum Petri, et Pauli apostolorum, ac omnium sanctorum, et sancti Josephi, ac nativitatis sancti Joannis Baptistæ festivis diebus, nec non sancti patroni, et tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem abbatiæ, in quibus dumtaxat diebus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus præceptis, præscriptisque (audita missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Cum derogatione omnium constitutionum etiam in generalibus conciliis editarum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non abbatiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima septima januarii MDCCLXX., pontificatus Nostri anno primo.

Datum die 29. Januarii 1770. Anno I.

XLVII.

Eminentissimo cardinali decano committitur, ut salva auctoritate congregationis cardinalium præpositæ negociis episcoporum, et regularium, erigat duas provincias ordinis sancti Francisci Cappuccinorum Coloniensis et Westphalicæ nuncupatorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Evincitur necessitas dismembrandi duas custodias Coloniensem, et Vestphalicam, et erigendi illas in separatas provincias.

§. 1. Commissi Nobis divinitus pastoralis officii ratio postulat, ut religiosorum virorum statui, et quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii fratres ordinis sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum custodiæ Westphalicæ provinciæ Coloniensis dicti ordinis, provincia hujusmodi in duas custodias Coloniensem, et Westphalicam respective nuncupatas divisa reperiatur; hinc propter ejusdem provinciæ amplitudinem, ac nimiam distantiam locorum, nec non difficultatem, asperitatemque viarum, quæ inter unam alteramque custodiam intercedunt, et ob plurimum auctum numerum fratrum, ac conventuum in utraque custodia prædicta, necessaria redditur erectio utriusque custodiæ hujusmodi in separatas provincias, ut ita observantia regularis disciplinæ in unaquaque custodia magis florescat, fratribusque tollatur incommodum longiorum peregrinationum pro accessu ad capitulum provinciale, simulque adimatur occasio dissidiorum inter alumnos utriusque custodiæ hujusmodi.

Dismembrationi annuit capitulum generale, etiam cum voto episcoporum diœcesum in quibus conventus positi reperiuntur.

§. 2. Quamvis autem instantia hujusmodi separationis in duas provincias proposita fuerit in proximo præterito capitulo generali ejusdem ordinis, annuentibus etiam venerabilibus fratribus episcopis Paderbonensi, et Ildesiensi, in quorum diœcesibus maxima ex parte siti sunt conventus dictorum exponentium, placuit tamen capitulo generali hujusmodi instantiam remittere capitulo provinciali proxime celebrando, ut collectis suffragiis omnium vocalium referret, an revera exposita necessitas subsistat, et num aliquod impedimentum subsit, quod huic divisioni obstaculum ponere valeat; quia vero sicut eadem expositio subjungebat, prædictum capitulum provinciale constat majori numero vocalium custodiæ Coloniensis, et præmissorum veritas, divisionisque hujusmodi necessitas probatur eorumdem episcoporum testimonio, ac divisioni huic venerabilis etiam frater archiepiscopus Coloniensis S. R. imperii princeps, et elector, in cujus diœcesi, ut plurimum, siti sunt conventus Cappuccinorum custodiæ prædictæ Coloniensis, suum præstat assensum; hinc dicti exponentes, non expectato dicti provincialis capituli consensu, præfatam divisionem per Nos fieri, et utramque custodiam in duas separatas provincias erigi, singulisque suos terminos assignari plurimum desiderant.

Ideoque et pontificia imploratur auctoritas, ut opportune provideret. Pontifex autem facultates necessarias tribuit cardinalium decano, ut verificatis verificandis, rei necessitati, ut sibi melius videbitur consulere possit.

§. 3. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregationis negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositæ, qui dilectum filium modernum procuratorem, et commissarium generalem dicti ordinis super præmissis audiverunt, et votum venerabilis fratris Nostri Karoli Alberti episcopi Ostiensis, et Veliternensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Cavalchini nuncupati sacri venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegii decani, et ejusdem ordinis apud Nos, et apostolicam sanctam Sedem protectoris attenderunt consilio, definitorio generali memorati ordinis per præsentes committimus, et mandamus, ut deputet commissarium, et visitatorem, qui auctoritate apostolica in proximo futuro capitulo provinciali, præmonitis vocalibus, et omnibus juxta sibi datam a Domino prudentiam dispositis pro felici, et tranquillo successu, ad petitam provinciæ hujusmodi divisionem auctoritate Nostra prædicta tenore præsentium procedat, singulasque custodias ejusmodi in novas separatas provincias erigat, ac novæ utrique provinciæ divisæ conventus, domos, et hospitia respective as-

signet, et confinia statuat, et cætera, quæ ad hujusmodi divisionem, novamque erectionem fieri opus erit, decernat, cum omnibus facultatibus ad id necessariis, et opportunis, eisdemque divisione, et nova erectione secutis, provinciales, et definitores singularum provinciarum a vocalibus cujuslibet respective novæ provinciæ in eodem capitulo eligi mandet, aliaque peragi, quæ in similibus capitulis provincialibus solent expediri, auctoritate, et tenore prædictis statuat, atque præscribat. Salva semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Præcipitur vero hujus constitutionis perpetua observantia.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Etiam cum clausula sublato, et decreto irritanti.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et cum derogatione contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima secunda januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

XLVIII.

Datum die 22. Januarii 1770. Anno I.

Confirmatio trium decretorum definitorii generalis ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis quoad modum canendi, et prærogativas lectorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ex injuncti Nobis divinitus pastoralis officii debito illa, quæ pro felici eorum, qui altissimis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipati sunt, regimine, et gubernio provide, prudenterque facta esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, libenter, cum id a Nobis petitur apostolici muniminis Nostri præsidio roboramus.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda facultate corrigendi, et emendandi quasdam constitutiones editas a Clemente X. et confirmatas a Clemente XII. pro gubernio ordinis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus minister generalis nomine etiam definitorii generalis familiæ extra Hispanæ ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum discalceatorum nuncupatorum, quod aliæ ejusdem ordinis constitutiones a felicis recordationis Clemente pp. X. prædecessore Nostro, aliæ vero a rec. mem. Clemente pp. XII. prædecessore itidem Nostro per suas in simili forma Brevis die secunda augusti MDCCXXXVIII. expeditas literas confirmatæ fuerunt, quarum, primæ antiquæ, secundæ vero novæ appellantur; temporum itaque decursu, et propter rerum vicissitudines cum hujusmodi constitutiones quoad nonnulla respicientia universale gubernium ejusdem ordinis, ac præsertim familiæ extra Hispanæ mutationem exigerent, hinc semper in capitulis generalibus ordinis prædicti propter illarum ambiguitates, et propter ea, quæ in ipsis inter se implicantia erant, controversiæ suboriebantur, dum potius familiæ Hispanæ, quam reliquis provinciis, ac potissimum septentrionalibus accommodatæ comperirentur. Quocirca in postremo capitulo generali dicti ordinis habito anno MDCCLXV. in civitate Barchinonensi pro feliciori ordinis hujusmodi moderatione, et gubernio statutum fuit, ut ab apostolica hac sancta Sede petenda, et obtinenda esset facultas, qua definitoria generalia tam Hispanæ, quam extra Hispanæ familiæ constitutiones prædictas emendare, corrigere, et accommodare possent, ac valerent, prout sequenti anno MDCCLXVI. id a Sede

prædicta, ut asseritur, indultum fuit. Et si vero generalia definitoria prædicta tam in oppido civitate nuncupata Matriti Toletanæ diœcesis, quam in civitate Viennensi in Austria hac de causa eodem tempore se deinde congregaverint, auditisque ejusdem ordinis provinciis plurimum laboris insumpserint, opus tamen hoc propter ejus magnitudinem, rerumque circumstantias ad optatum finem perduci minime valuit. Verum quia nonnulla sunt, quæ quoad familiam extra Hispanam admodum urgentia dignoscuntur, ac promptum remedium expostulant; hac de re definitorium generale habitum in collegio Viennensi die vi., aliisque sequentibus diebus mensis novembris superioris anni MDCCLXIX. tria condidit capitula quoad modum in posterum canendi, et quoad lectores sacrorum canonum, concionatores annuales, et qualitates, ac gradus requisitos in eligendis ad prælaturas, et ordinis hujusmodi officia, ac demum quoad tempus peragendi curricula studiorum, quorum capitulorum tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor decreti definitorii generalis super modo corrigendi, et accomodandi prædictas constitutiones.

§. 3. Benedicta sit sancta Trinitas = Decretum nostri definitorii generalis ordinis discalceatorum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, celebrati in nostro collegio Viennensi, provinciæ sancti Josephi, die sexta, et sequentibus mensis novembris anni 1769. = Tametsi auxiliante sanctissima Trinitate demum eo perventum est, ut conformiter ad decretum nostri ultimi generalis capituli Barchinonensis, collatumque desuper indultum apostolicum, gemina nostra definitoria generalia, nempe tam ordinis, quam familiæ, auditis non tantum omnibus religiosis in qualibet provincia ad id deputatis, sed et præterea cunctis utriusque familiæ definitoriis provincialibus, tandem mutuo consensu emendaverint, noviterque ordinarint generales constitutiones nostri ordinis; quia vero postmodum ex una parte nihilominus aliquæ novæ circumstantiæ suadebant adhuc dum supersederi ab illis sanctæ Sedi apostolicæ pro obtinenda confirmatione præsentandis, atque ex alia parte perurgent multi graviores viri nostræ familiæ extra Hispanæ, matris Redemptoris nuncupatæ, ut saltem ea puncta interim firmentur apostolico oraculo, quæ tam pro modernis ejusdem nostræ familiæ circumstantiis, quam ad rite dirimendas in capitulis provincialibus, aliisque congregationibus nostris non infrequentes controversias, censentur apprime necessaria, et aliunde fuerunt aut ab utraque familia in prædictis noviter emendatis constitutionibus citra omnem difficultatem recepta, aut in anterioribus capitulis generalibus ordinis, Liburnensi, et Mediolanensi, imo et ultimo Barchinonensi, probata videlicet.

Reformatio proposita in cantu habendo in sacris functionibus.

§. 4. Primo. Quoniam cantus planus, absque omni modolatione, et barmonia, quemadmodum in nostris antea constitutionibus præscribebatur, est tam nostris religiosis, quam christifidelibus ad nostras ecclesias accedentibus, valde tædiosus, ac propterea in provinciis nostræ familiæ extra Hispanæ adeo nunquam fuit observatus, ut in iis quidem ecclesiis nostris, quæ simul parochiales sunt, insuperque multis aliis dudum invaluerit cantus firmus ecclesiasticus, vulgo Gregorianus; in reliquis autem fiant modulationes, vocisque inflexiones admodum variæ, ac mirabiles, quæ christifideles potius ad risum, quam ad devotionem movent: idcirco ad majorem in tota eadem familia Deum laudandi uniformitatem, populi fidelis ædificationem, imo ad propriorem quoque odimpletionem nostræ regulæ, quæ cap. II. jubet, in regularibus horis morem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ observari; posthac in præfata nostra tota familia ubique adhibeatur cantus cæteroquin in universa Dei Ecclesia receptus, nempe firmus ecclesiasticus, seu choralis Gregorianus, in cantandis tam missis, quam horis canonicis, aliisque functionibus per nostram legem concinendis etc.

Consulitur lectoribus sacrorum canonum quoad graduationes ad prælaturas ordinis de quibus constitutiones tacebant.

§. 5. Secundo. Lectores sacrorum canonum, de quibus plene tacebant nostræ antea constitutiones, quoad graduationes ad prælaturas ordinis, sint æquales lectoribus theologiæ: uti, et concionatores dominicales ordinarii, qui per quadriennium prædicarunt ex una duarum cathedrarum, quas unumquodque capitulum provinciale pro sua respectiva provincia designaverit, gaudeant eadem graduatione, quam constitutiones antiquæ tribuunt concionatori, qui tribus quadragesimis prædicavit. Cæteris autem omnibus, usque dum novæ constitutiones fuerint satis emendatæ, et ab sancta Sede apostolica confirmatæ, interim sufficiant anni tum ætatis, cum religionis, uti et graduationes, aliaque, ad obtinenda quædam officia, et quascumque prælaturas ordinis, petita ex dictis constitutionibus antiquis etc.

Consulitur porrior studiis literarum.

§. 6. Tertio. Ad facilius regulanda, et apud nos promovenda quævis literarum studia, possit generale definitorium ex memorata extra-Hispana familia assumptum ea statuere, quæ ad id pro diversis provinciarum suarum circumstantiis, judicaverit esse magis conducibilia etc.

Ea propter nostrum generale ordinis difinitorium celebratum in nostro collegio Viennensi Austriæ provinciæ sancti Josephi, die sexta, et seqq. mensis novembris anno millesimo septingentesimo sexagesimo nono, sessione VII. committit P. F. Michaeli a sancto Francisco de Paula, procuratori generali ordinis nostri, ut supradicta tria puncta quantocyus præsentet sanctæ Sedi apostolicæ, atque ab ea interim pro sola dicta nostra familia confirmari, nomine, et commissione hujus nostri generalis definitorii suppliciter exoret. In finem propriis manibus subscripsimus in hoc eodem regulari nostro sanctissimæ Trinitatis collegio Viennensi Austriæ, fecimusque sigillo præfati nostri definitorii generalis firmari die decima sexta mensis novembris anni millesimi septingentesimi sexagesimi noni. = Fr. Rodulphus a sancto Joanne Nepomuceno minister generalis. = Fr. Ignatius ab omnibus sanctis definitor generalis ordinis secundus manu propria = Loco ✠ signi = Fr. Xaverius a sancto Joanne Nepomuceno definitor generalis ordinis, ejusdemque definitorii secretarius.

Preces porrectæ pro obtinenda apostolica approbatione capitulorum hujusmodi, quousque novæ edantur constitutiones. Quæ approbatio indulgetur.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus exponens, ut capitula hujusmodi, donec, et quousque novæ constitutiones exaratæ, et ab apostolica Sede prædicta confirmatæ fuerint, firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta tria capitula a memorato definitorio generali, ut præfertur, edita, eum omnibus et singulis in eis contentis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque in eis disposita, et mandata, usquequo prædictæ constitutiones ordinis hujusmodi correctæ, ac de novo exaratæ, et a Sede apostolica confirmatæ et approbatæ fuerint, inviolabiliter ab omnibus observari debere, auctoritate, et tenore prædictis volumus, præcipimus, et mandamus.

Decernitur observantia constitutionis.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 24. Januarii 1770 Ann. I.

XLIX.

De truculenta aggressione, per nefarium scelus patrata in fidelissimum regem Portugalliæ, et Algarbiorum condoletur, suumque exprimit animi dolorem.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles Fratres

Suum explicat dolorem pontifex ob acceptum nuncium de nefario scelere patrato.

§. 1. Quanta doloris acerbitate perculsi, atque afflicti fuerimus ex horribili e Lusitania allato nuncio de nefario intentato scelere in carissimum in Christo filium Nostrum Josephum Portugalliæ, et Algarbiorum regem fidelissimum, facilius vos ipsi, venerabiles fratres, cogitando intelligere potestis, quam ullo modo dicendo Nos consequi. Magnæ quidem, recentesque, ut scitis, accesserant causæ, cur eundem singularibus pontificiæ pietatis, amoris, charitatis officiis prosequeremur, et ipsi fausta, ac fortunata omnia evenire maxime superemus. Tanto itaque, ac tam indiguo illius casu repente perturbati, adeo fuimus, ut iniquissimum eidem illatum impetum in paterna Nostra viscera pene excipere videremur. Illud proinde plenum impietatis, perfidiæ, ac immanitatis facinus, quanta maxima potuimus, detestatione execrati sumus. Verum ex ipsa doloris magnitudine exorta est deinceps incredibilis lætitiæ vis, cum inanem fuisse omnem sceleris conatum, atque optimum regem ex tam præsenti vitæ discrimine manifesta divinæ opis beneficio incolumem evasisse cognosceremus.

Gratias quas Deo reddit ob servatam regis vitam.

§. 2. Propterea majorem in modum continuo incensi sumus, ut Deo Optimo Maximo summas, atque immortales gratias ageremus, quod in illius tuenda vita salvas esse Lusitanas res voluerit, Nostrumque, ac bonorum omnium dolorem in mirificæ jucunditatis sensum commutarit. Idcirco et sancti Antonii ædem adivimus, et cum Lusitana natione sui regis amantissima preces Nostras conjunximus; ac deinde in augustissimo beati Petri templo, cum ejusdem cathedræ festum de more perageremus, unanimi vestrum omnium lætitiæ, pietatisque consensione inflammati gratiarum laudes persolvimus. Nunc autem dum in hoc solemni consessu Nostros de regis casu varios, quibus affecti fuimus, horroris, commiserationis, doloris, ac demum gaudii sensus vobiscum, quod libentissime facimus, communicamus, ipsa temporis opportunitas Nos admonet, ut studia vestra summopere excitemus, venerabiles fratres, ad exoptandum, atque exorandum fidelissimo regi non solum diuturnum, omniumque periculorum expertem vitæ cursum, sed etiam omni felicitate, amplitudine, gloria, omnibusque divinorum beneficiorum præsidiis, quæ in Ecclesiæ bonum redundatura sint, cumulatum.

Dat. die 25. Januarii 1770. Anno I.

L.

Indulgentia generalis cum remissione omnium peccatorum consequenda a christifidelibus occasione capituli generalis celebrandi in civitate Barchinonensi a fratribus minoribus ordinis sancti Francisci de Paula.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Quid sit præstandum pro consequenda indulgentia statuitur.

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale fratrum ordinis sancti Francisci de Paula minorum nuncupatorum in ecclesia, seu conventu fratrum ordinis hujusmodi civitatis Barchinonensis propediem benedicente Domino, celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui præfatam, vel aliquam ex ecclesiis conventuum ordinis hujusmodi ubicumque existentibus die, quo inchoabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis actualis illius celebrationis diebus devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium ali-

quid, vel minimum detur, aut sponte oblatum reeipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alieujus notarii publiei subscriptis, et sigillo personæ in aeclesiastica dignitata constitutæ, vel procuratoris geoeralis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberatur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxv. januarii MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 26 Januarii 1770. Anno 1.

LI.

Confirmatio eoncordiæ initæ a barone de Haxhe, et Hamal, ao Abrahamo a Campo pastore, super qualitate non curata alicujus baneficii, seu cappellaniæ positæ in pago nuncupato de Hamalia.

Dilecto filio officiali venerabilis fratris episeopi Leodiensis.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, at apostolieam benedictionem.

Expositio precum porrectarum a barone de Haxhe, et Hamal, et ab Abrahamo a Campo pastore pro confirmatione concordiæ inter ipsos initæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus baro de Haxhe, et Hamal canonicus ecclesiæ cathedralis Leodiensis, ae dominus temporalis loci de Hamalia, et Abroham a Campo pastor in Rutten Leodiensis diœcesis, quod ipsi ad dirimendam, et extinguendam litem inter eos actam coram dilecto filio moderno archidiacono Hasbaniæ, in qua dictus Abraham contendebat pagum de Hamalia ex probationibus, ac rationibus pro parte sua deductis, et allatis fuisse, et esse de parochia sua, e contra vero idem modernus baro tamquam dominus temporalis dicti loci, at patronus cappellæ loci hujusmodi sustinere adnitebatur, cappellam hanc esse curatam, innixus unico actui assertæ præsentationis Petri Bootten die iv. januarii MDCCXXXI. expletæ per Petrum baronem de Mean, aliosque contutores prolium minorentium quondam Corradi de Blisia, aliosque consortes tamquam de curata, cui tamen præsentationi resistebant quotquot antea præsentationes tamquam de mero beneficio ecclesiastico simplici peractæ fuerant a pro tempora existentibus dominis dicti loci de Homalia, in eam tandem devenerunt concordiam, cujus tenor est qui sequitur videlicet.

Tenor initæ Concordiæ.

§. 2. Anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo nono mensis februarii die sexta hora tertia pomeridiana vel eirciter in sequelam ordinationis per reverendissimum, ac illustrissimum dominum Karolum Franciscum comitem de Velbruk perillustris ecclesiæ eathedralis Leodiensis canonicum, in eadem Hasbaniæ archidiaconum tertia currentis latæ ad hanc diem, et horam servientis coram honorato domino advocato Massart de Genhez, quo dieti archidiaconatus officiali personaliter comparuerunt reverendus admodum perillustris, ac generosus dominus baro de Haxhe, et Hamal ejusdem perillustris ecelesiæ eathedralis canonicus Joparcha in Hamal etc. etc. ex una, nec non reverendus dominus Habraham a Campo pastor in Rutten suis respective advocatis associati ex altera partibus, qui ad dirimendam, ac extinguendam litem inter respectivas partes agitatam coram eodam reverendissimo, ac illustrissimo domino Hasbaniæ archidiacono super eo, quod prætenderet dominus secundo nominatus pagum de Hamalia fuisse, et esse de parochia sua ex probationibus, et rationibus sua ex parte deductis, et allatis, perillustris vero dominus primo comparens, quam dominus temporalis de Hamalia, et patronus cappellæ ejusdem loci prætenderet ipsam cappellam fore curatam, innixus super unico actu assertæ præsentationis domini Petri Bootten quarta januarii 1731. factæ per prænobilem dominum Petrum de Mean, aliosque contutores dominorum prolium minorentium quondam nobilis domini Conradi de Blisia, et consortes tamquam de curata, cui hujusmodi præsentationi resistebant omnes quotquot hi antea peractæ fuerant præsentationes et collationes a dominis de Hamal tamquam de mero, et simplici beneficio ecclesiastico, aliisque urgentibus rationibus uberius apud acta deductis, in eam devenerunt concordiam, ut sequitur, nempe quod prælibatus dominus baro de Hamalia qualitate, qua recognovit, et recognoscit præfatum pagum de Hamal esse subjectum quoad omnia jura parochialia pastoratui de Rutten, ipsam vero cappellam de Hamal, sive beneficium, aut beneficia in eo existentia, nec non beneficium sub invo-

catione sancti Salvatoris in ecclesia de Rutteo quatenus eidam cappellæ, seu beneficio, seu beneficiis in ea existeotibus uoitum sit, esse, et reputari debere quemadmodum, et memoratus dominus baro ex nuno, et pro semper reputat, et recognoscit tamquam mere simplicia beneficia, quibus mediantibus prædicti domini compareotis resilierunt liti, compensatis hioo inde expensis. Acta sunt hæc, et gesta in ædibus perillustris domini baronis de Bierset perillustris ecclesiæ cathedralis Leodiensis canonici, cameræque rationariæ suæ celsitudinis episcopi, et principis Leodiensis præsidis etc. sub immunitatibus ejusdem cathedralis sitis, præsentibus ad hunc actum tanquam testibus specialiter adhibitis, et ad præmemoratam concordiam adhortantibus reverendo admodum domino Petro Eustachio Samart de Monfort insignis collegiatæ ecclesiæ sanctæ Crucis Leodii decano celsissimi episcopi, et principis Leodieosis ab ecclesiasticis consiliario etc. et domino Petro Matthæo Debeche juris utriusque licentiato, et advocato, qui cum dominis comparentibus, et officiali hojus minutam signarunt. = Meque Lamb. Deod. Lhoist sacris apostolica, cæsareaque auctoritatibus, necnon curiæ episcopalis Leodiensis, ac archidiaconatus Hasbaoiæ notario da præmissis assumpto, io fidem etc.

Ut firmius consisteret concordia pontificia exquiritur confirmatio, quæ elargitur, commissa tamen executione gratiæ episcopo Leodiensi, qui procedet veritatis verificandis, ut dummodo sint vera exposita.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo concordia, et transactio hujusmodi, firmius subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut iofra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos expoocotes specialibos gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœois quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventos, et absolutos fore eeoseotes hujusmodi supplicationibus inclinati, de veoerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium congregationis concilii Tridentini interpretum, qui relationem tuam super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, ac votum dilecti filii Nostri Andreæ Saoctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Corsini nuncupati ad negotium hujosmodi ab eadem congregatione deputati perpenderunt consilio, discretioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existeotibus narratis, et postquam ita judicaveris expedire, præinsertam concordiam cum pactis, et conditiooibus superius expressis auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et coosciectia, tenore præsentium approbes, atque confirmes, eique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicias, salva semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Quod autem ipse episcopus pro sua prudentia decrevit, firmum continuo, et efficax habendum erit.

§. 4. Decernentes easdem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et iotegros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad qoos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia pleoissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Dempta singulis aliter judicandi potestate.

§. 5. Sicque io præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores jodicari, et definiri debere, ac irritom, et inaoe, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter cootigerit attentari.

Et derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vigesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo pontificatus Nostri anoo primo.

LII.

Dat. die 27. Januarii 1770. Anno I.

Communicatio privilegiorum congregationis Cassinensis pro abbate, et monachis monasterii Ettalensis ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In suprema Sedis apostolicæ specula meritis licet imparibus ab æterno pastore collocati ad uberes bonorum operum fructus, quos monasticæ congregationes, adspirante superni favoris auxilio, in Ecclesia Dei proferre assidue satagunt paternæ dirigentes

considerationis intuitum, rationi consentaneum reputamus, ut religiose eorum studia, felicesque progressus amplioribus in dies gratiarum, et privilegiorum muneribus confoveamus, atque decoremus.

Expostulatur communicatio indultorum, gratiarum, et privilegiorum, quibus congregatio Cassinensis fruitur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni abbas, et monachi monasterii Ettalensis ordinis sancti Benedicti non quidem congregationis Bavaricæ, sed in superiori Bavaria existentis, quod Ipsi communicationem omnium, singulorumque privilegiorum, gratiarum, et indultorum, quibus congregatio Cassinensis ejusdem ordinis fruitur, sibi, dictoque monasterio, monachis, et personis per Nos elargiri plurimum desiderant.

Concessio facta.

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eisdem abbati, monasterio, monachis, et personis nunc, et pro tempore existentibus enunciatam communicationem privilegiorum quoad gratias spirituales tantum auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus.

Clausula salutares.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

LIII.

Dat. die 12. februarii 1770. Anno I.

Restitutio seminarii Tusculani episcopo ejusdem civitatis, cum dissolutione illius unionis, et publicarum scholarum olim factæ collegio societatis Jesu ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV:

Ad futuram rei memoriam.

Quæ sit utilitas ab institutione seminariorum promanans, exponitur, quantumque laudandus publicus scholarum usus

§. 1. Tanta semper ex publico scholarum usu in christianam rempublicam utilitas, atque ex provida seminariorum institutione tam uberes collegit fructus Ecclesia, ut hinc depulsa ignorantiæ caligine, quamplures viri literarum splendore patriam illustraverint; inde vero ex recta in seminariis adolescentium institutione permulti operarii in excolenda vinea Domini prodierint, quorum industria divinus cultus, christiana pietas, virtutes denique incrementum acquisiverint. Quocirca pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii munere tam in scholarum, quam in seminariorum hujusmodi favorem ea omnia libenter concedimus, quæ conspicimus in Domino salubriter expedire.

Memoratur quomodo in civitate Tusculana, et publicæ scholæ, et seminarium reperiretur, et quibus vicissitudinibus subjecerint exponitur.

§. 2. Dudum siquidem in civitate Nostra Tusculana tam publicæ scholæ, quam seminarium reperiebantur. Hoc autem ineunte sæculo cum scholæ prædictæ amplius non existerent, seminarium vero in tot, tantisque versaretur angustiis, ut non solum habitatio pro alumnis clericis incommoda admodum esset, ac in parum salubri loco posita a cathedrali ecclesia distaret, sed etiam propter tenuitatem redditnum, qui quotidiano ejusdem seminarii sustentaculo satis minime erant, illius clerici, seu alumni sub cura unius tantum presbyteri vivebant, omnisque deerat spes seminarium istud in commodiori, et aptiori loco ædificandi, et augendi. Hinc dilecti filii communitas, et homines prædictæ civitatis Tusculanæ, ac felicis recordationis Benedictus pp. XIII. prædecessor Noster, qui tunc in minoribus Tusculanæ ecclesiæ præerat quadam laudabili sane æmulatione scholas publicas restituere, ac seminarii hujusmodi conditionem meliorem ef-

ficere putantes tam scholas prædictas, quam idem seminarium curæ clericorum regularium societatis Jesu unanimiter committere respective decreverunt.

Ex concordia inita die 1 aprilis 1702. inter clericos regulares societatis Jesu, et communitatem Tusculanam scholarum, et seminarii institutio ipsis religiosis viris nonnullis sub conditionibus concredita fuit.

§. 3. Hac itaque de re inter communitatem hujusmodi, et eosdem clericos regulares die prima aprilis MDCCI. confectum desuper fuit publicum instrumentum per acta quondam Joannis Pelusii tum A. C. notarii, in quo, præter alias leges, et conditiones ibidem appositas, clerici regulares prædicti tres publicas scholas in eadem civitate aperire, ac pro illis tres ejusdem societatis magistros literarum, et facultatum constituere, ac retinere promiserunt, duosque insuper adolescentes ab eadem communitate nominandos tamquam convictores in seminario, seu collegio gratis excipere se obligarunt. E contra vero prædicta communitas, atque illius abbundantia nuncupata pro victu, et manutentione trium magistrorum hujusmodi annua scuta bis centum quinquaginta monetæ trimestri quolibet anticipate ipsis clericis regularibus persolvenda spopondit, unamque domum ad communitatem, seu abbundantiam hujusmodi spectantem, et in platea publica dictæ civitatis existentem, ac alteri domui, et horto ipsorum clericorum regularium proximam cessit, ut in ea commoditas pro tribus publicis scholis, atque habitatio pro clericis, seu alumnis, et convictoribus parari possent, persoluta ad hæc omnia paranda quantitate scutorum septingentorum quinquaginta ejusdem monetæ, et alias prout in dicto instrumento, cujus tenorem præsentibus pro inserto, ac de verbo ad verbum expresso haberi volumus, uberius continetur.

Ex alia conventione quam laudavit Benedictus XIII. tunc episcopus Tusculanus, alumni antiqui seminarii recepti fuerunt in collegio clericorum regularium.

§. 4. Postmodum seminarium quoque, cui alias eadem communitas in consilio habito die iii. maji MDCLXXVII solvere promiserat annua scuta centum pro jure nominandi duos alumnos, corumdem clericorum regularium collegio noviter tunc erecto idem Benedictus prædecessor, et, ut præfertur, episcopus Tusculanus univit, hac adjecta lege, ut tam pro sex clericis alumnis in antiquo seminario jam detineri solitis, quam pro aliis, quos pro tempore existens episcopus Tusculanus in dicto collegio alendos esse vellet annua præstatio scutorum quinquaginta et unum, ac obulorum sexaginta eidem collegio esset persolvenda; deindeque in transactione inita die decima secunda septembris MDCCXXXVIII. inter collegium hujusmodi, et dictam communitatem conventum fuit, ut solutis ab ea annuis scutis viginti duobus et obulis quinquaginta, alter alumnus nomineri ab ipsa posset.

Unionem tamen seminarii, cum collegio adversari præscriptionibus in concilio Tridentino sancitis moderaus episcopus significavit.

§. 5. Cum autem, sicut Nobis nuper exposuit venerabilis frater Noster Henricus S. R. E. cardinalis dux Eboracensis nuncupatus moderous episcopus Tusculanus ex hujusmodi unione sic, ut præfertur, peracta Tusculanis episcopis pro tempore existentibus onus taotummodo vigilantiæ super administratione bonorum seminarii impositum sit, ac simul obligatio persolvendi præfato collegio dicta annua scuta quinquaginto, et unum, ac obulos sexaginta pro unoquoque clerico alumno eisdem episcopis superaddita dignoscatur; hincque eveniat quod attenta insufficientia redituum prædicti seminarii, qui satis profecto non sunt ad persolvendam annuam præstationem hujusmodi pro omnibus sex clericis, seu alumnis, aut ipsi in primis quidem annis scuta vigintiquinque pro quolibet annuatim contribuere cogantur, aut idem episcopus de proprio, ut sæpe contigit, summam hanc diminuere, et quandoque integram debitam præstationem dicto collegio suppeditare tenetur; qua temen de causa pauperum filii, quos sacrum concilium Tridentinum in alumnos hujusmodi seminariorum præcipere eligendos esse voluit, ab episcopo plerumque nominari minime possint. His vero malis omnibus pro singulari animarum zelo et cleri sibi commissi decore, ac totius Tusculanæ civitatis bono, at utilitate idem Henricus cardinalis, ut episcopus remedium adhibere quammaxime desiderans, eximia quidem pietate, constituit, annua scuta centum ex fructibus locorum montium camerarium, et non vacabilium seminario prædicto assignare, simulque deponere alia scuta duodecim millia, ex quibus scuta bis mille impendenda sint pro supellectilibus, aliisque necessariis mobilibus in seminarii prædicti usum comparandis, et in illius fabrica, quæ necessaria videbitur, peragenda; alia vero scuta decem millia in tot bona stabilia, ac fructifera arbitrio ejusdem Henrici cardinalis, et episcopi eligenda investiri debeant, ac præterea ipse propriis sumptibus unam domum altari jam, ut præfertur, cessæ dicto collegio a præfata communitate finitimam emere, ac utramque insimul unire, et sufficientem habitationem pro clericis alumnis, locumque in eis pro publicis scholis parare decrevit.

Et de proprio urgentioribus seminarii necessitatibus providere constituit, dummodo unio disrumperetur

§. 6. Id totum tamen, quod revera maximi momenti est, ipse Henricus cardinalis, et episcopus obtulit, ac offert in casu dumtaxat, quod dissoluta per Nos ejusdem seminarii unione, annexione, et incorporatione dicto collegio, ut præfertur, facta, seminarium hujusmodi ab unione, et incorporatione hac prorsus solutum, ac liberum in omnibus, et per omnia in locum dicti collegii etiam quoad præstationes a memorata communitate, et abbundantia eidem collegio promissas, et quoad domum quoque dicto collegio cessam substitutum, suppositum, et subrogatum auctoritate Nostra apostolica decerneretur.

Ipsius episcopi Tusculani consilium laudatur, et seminarii, et scholarum unio perpetuo dissolvitur.

§. 7. Nos igitur ejusdem Henrici cardinalis, et episcopi pietatem, zelum, ac liberalitatem plurimum in Domino commendantes, præmissaque omnia in maximum bonum, utilitatemque civitatis et totius diœcesis Tusculenæ cessura esse merito putantes, supplicationibus ejusdem Henrici cardinalis, et episcopi super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, motu etiam proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, attenta oblatione præmissorum omnium a memorato Henrico cardinali, et episcopo, ut præfertur, facta, unionem, annectionem, et incorporationem tam antiqui seminarii Tusculani, quam scholarum publicarum civitatis hujusmodi a memorato Benedicto prædecessore, tunc illius episcopo, et a communitate, et que abbondantia ejusdem civitatis Tusculanæ collegio clericorum regularium societatis Jesu in ea existenti, ut præfertur, expletam perpetuo dissolvimus, sejungimus, et seperamus, idemque seminarium cum scholis publicis prædictis sic, ut præfertur, dissolutum, sejunctum, et separatum tam quoad obligationes super omnibus annuis præstationibus prædictis, et jure nominandi convictores, atque alumnos respective initas, quam quoad alia quæcumque in superius enunciato instrumento confecto die prima aprilis MDCCI. quomodolibet contenta loco, et vice ipsius collegii substitutum, suppositum, et subrogatum esse, scientia, deliberatione, et potestatis plenitudine paribus volumus, et declaramus, et pro substituto, supposito, et subrogato haberi mandamus, et præcipimus.

Et constitutionis observantia præcipitur, cum

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contente quæcumque etiam ex eo, quod prædicti, et alii quicumque, in præmissis seu eorum aliquis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis existant, seu alias specifice, et individua mensione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam ænormis ænormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentare, vel impetrare, seu etiam scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, et inconcusse observeri.

derogatione cujusvis iuris quæsiti, et quia recipiponet reclamatio quævis etiam pretexta læsionis etiam ænormissimæ, aut concedi aperitionem oris, aut aliud quodlibet remedium

Juxta illius tenorem a quolibet judice procedi decernitur sublata aliter iudicandi facultate

§. 9. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum, etiam specialem requirentium mentionem.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis hujusmodi, et societatis Jesu prædictæ, aliisve quibusvis etiam juramento, confir-

matione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis.

Etiam per specificam et expressam derogationem, non per simplices clausulas generales.

§. 11. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda februarii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 1 martii 1778. Anno I.

LIV.

Facultas tributa archiepiscopo Taurinensi super cognitione causarum extractionis, et consignationis reorum minorum a loco immuni.

Venerabili fratri Francisco archiepiscopo Taurinensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur quæ fuerit providentia capta a Pontifice Benedicto XIV. super jurisdictione, et immunitate Ecclesiastica, ob controversias subortas inter Sardiniæ regem, et nuntium apostolicum.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster ad componendas controversias dudum ortas inter ministros hujus apostolicæ Sanctæ Sedis, atque officiales, ac ministros claræ memoriæ Victorii Amadei, dum vixit, Sardiniæ regis illustris super jurisdictione, et immunitate ecclesiastica, suo, et dictæ Sedis apud carissimum in Christo filium nostrum Karolum Emmanuelem ejusdem Sardiniæ regem illustrem nuntio, ac commissario, quamdam instructionem transmitti mandavit ab ipso nuntio, et commissario archiepiscopis, et episcopis in ditionibus temporalibus eidem Karolo Emmanueli regi subjectis existentibus communicandam, in qua non solum difficultates nonnullæ exortæ super interpretatione concordatorum initorum tempore piæ memoriæ Benedicti papæ XIII. prædecessoris itidem Nostri submovebantur, verum etiam præscriptæ erant nonnullæ regulæ, ad exercitium, et rectam ejusdem immunitatis, ac jurisdictionis normam pertinentes.

Quæ constitutio suum sortita est effectum, et ampliata quoque ad alias provincias ab eodem rege recuperatas, fuit a Clemente XIII.

§. 2. Contenta itaque in dicta instructione executioni postmodum demandata fuerunt, ac præterea in eo, quod pertinet ad immunitatem localem rec. mem. Clemens pp. XIII. prædecessor quoque Noster votis ejusdem Karoli Emmanuelis inclinatus disposita quoad hæc in prædicta instructione ad provincias vigore tractatuum Viennæ, et Aquisgrani a statu, et ducatu Mediolanensi sejunctas, et dicto Karoli Emmanueli regi assignatas extendit, et ampliavit, et alias prout in ejusdem Clementis prædecessoris in simili forma Brevis die iii. septembris MDCCLXIII. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Verum quia progressu temporis quoad immunitatem localem nonnullæ inordinationes, et alia minime convenientia interea exorta erant, propter earum frequentiam, et relevantiam idem Karolus Emmanuel rex assueta sua pietate, et zelo commotus, ut opportunum his malis remedium adhiberetur petiit, efflagitavitque. Qua de re idem Clemens prædecessor ejusdem Karoli Emmanuelis regis votis annuere, omnesque abusus, et inordinationes quoad præmissa penitus amovere desiderans, eo tempore quo super modo id efficacius, et juxta Ecclesiæ regulas decernendi agebatur, mortalem vitam in immortalitatis gloriam ipse commutavit.

Pontifex quoque non nullas superaddidit declarationes, et provisiones necessitati, ac peculiaribus circumstantiis accomodatas.

§. 3. In hoc itaque rerum statu Nos ad summi apostolatus apicem superna dispositione, meritis licet imparibus assumpti exemplum sectando memorati Benedicti XIV. prædecessoris, et juxta ea, quæ ab eodem Clemente pariter prædecessore constituta jam fuerant, instructioni ab ipso Benedicto, ut præfertur, transmissæ nonnullas declarationes, et provisiones necessitati, ac peculiaribus circumstantiis locorum

temporali dominio ejusdem Karoli Emmanuelis regis accommodatas, quibus omnis delinquendi modus, sacrique asyli abusus omnino tollerentur, simulque obsequium, et veneratio eidem asylo debita immota permanerent, superaddere decrevimus, atque statuimus. Inter cætera vero, cum pro parte ipsius Karoli Emmanuelis regis Nobis expositum fuisset, quod aliquo ab hinc tempore in locis suæ jurisdictioni temporali subjectis quamplura homicidia atrocia patrabantur a minoribus in ætate viginti annorum nondum constitutis, qui postea ad sacrum asylum confugere solebant. Hinc Nos, ut enormis facinoris hujusmodi frequentia ultra non progrederetur ejusdem Karoli Emmanuelis regis votis annuere volentes, inter alias declarationes, et provisiones prædictas, id quoque statuendum esse censuimus, ut pro homicidiis atrocibus minores etiam in ætate viginti annorum nondum constituti a loco immuni extrahi, ac servatis omnibus quoad majores præscriptis a felicis recordationis Clemente pp. XII. in suis anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo trigesimo quinto kalendas februarii sub plumbo expeditis literis curiæ laicali consignari posse, auctoritate Nostra apostolica concessimus, et indulsimus, et quænam ad effectum hujusmodi censeri debeant atrocia homicidia declaravimus.

Noviterque alias adjecit declarationes, et ampliationes.

§. 4. Præterea, ut celeriter minores rei ejusmodi delictorum extrahi, et ut præfertur, consignari respective valeant, extractionem, ac consignationem ejusmodi peragendam esse, dummodo verificata, ac tam in prima, quam etiam, quatenus opus sit, in secunda instantia qualitas homicidii atrocis definita fuerit, et consignatio sequatur juxta formam præscriptam in memorata instructione ejusdem Benedicti XIV. prædecessoris in §. xi, et §. xiii. quoad declarationes super delictis exceptis statuimus, et ordinavimus, eamdemque formam in omnibus et per omnia etiam in consignatione reorum observandam esse præscripsimus, et mandavimus; ac demum, ut in peculiari hoc casu de expressa, et magis individua Nostra, et hujus sanctæ Sedis delegatione tam pro prima, quam pro secunda instantia constaret, in eisdem declarationibus, et provisionibus dictæ instructioni superadditis id quoque præscribendum esse censuimus, ut tam fraternitas tua, quam omnes successores tui pro tempore existentes archiepiscopi Taurinensis facultatem procedendi modo, et forma præmissis tam pro se, quam pro aliis apostolicis delegatis petere omnino teneantur, et alias prout in dictis declarationibus, et provisionibus continetur, quarum tenor quoad præmissa est qui sequitur videlicet.

Tenor declarationis, et provisionis.

§. 5. = 5.° Si è inoltre rilevato dalla nota esibita che da qualche tempo in qua negli stati di Sua Maestà moltissimi omicidi, ed anche atroci, si vedono commessi dai minori di venti anni, ai quali la nota bolla di Clemente XII. *In supremo justitiæ solio* estesa già ai medesimi stati non toglie, ma anzi prescrive il beneficio del sacro asilo. In vista pertanto della moltiplicità e frequenza dei così enormi delitti, e sulla traccia di quello, che nei casi particolari ha praticato più volte la santa Sede, qualora è stata ricercata dell'opportuno provvedimento, si accorderà, che in avvenire per gli omicidi atroci anche minore di anni 20, che ne sia reo, potrà nelle debite forme estrarsi dal luogo immune, e consegnarsi alla curia laica nel modo, e colle cautele, che detta bolla Clementina ha disposto per i maggiori di 20. anni, dichiarando, che per omicidio atroce s' intenderà il parricidio, il fratricidio, l'uxoricidio, il proditorio, il premeditato, ed appensato, tanto se sia, quanto se non sia insidioso, o quello commesso per causa affatto irragionevole, e bestiale, come ancora l'omicidio, che sebbene derivato dalla rissa è stato però commesso dopo sei ore dal tempo della medesima rissa, e quando la rissa sia stata affettata, e mendicata per causa come sopra affatto irragionevole, e bestiale.

6.° E perchè possa speditamente venirsi a questa estrazione, e consegna, senza dovere, in ogni caso che succeda, ricorrere alla santa Sede per dimandare la deroga della immunità, si potrà liberamente procedere alla medesima estrazione e consegna, sol che venga verificata e decisa, non meno in prima, che occorrendo, in seconda istanza, la surriferita qualità gravante dall'omicidio, e la respettiva consegna nelle forme prescritte dalla istruzione Benedettina per le declaratorie de' delitti eccettuati, e per le successive consegne alli §§. xi. e xiii., i quali dovranno esattamente osservarsi. Ma essendo conveniente, che nel presente caso più speciale apparisca ancora in modo più individuo dell'espressa delegazione della santa Sede sì per la pri-

ma, sì per la seconda istanza; perciò tanto il presente, quanto ogni futuro arcivescovo pro tempore di Torino dovranno chiedere al sommo Pontefice e per se, e per gli altri apostolici delegati la facoltà di procedere nelle forme suddette, che sarà data una volta per sempre ad ogni arcivescovo per se, e per gli altri, a seconda della suddetta istanza, e petizione.

Preces porrectæ ab archiepiscopis pro obtinenda observantia constitutionis Benedictinæ, etiam in causis contra minores, qui atrocia crimina perpetraverint.

§. 6. Quocirca pro parte tua Nobis humiliter supplicatum fuit, ut tam tibi, quam aliis venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis spiritualem jurisdictionem in locis temporali dominio ejusdem Karoli Emmanuelis regis subjectis exercentibus, et in quorum diœcesibus in totum, vel in parte in dominio prædicto existentibus observantia viget instructionis ejusdem Benedicti XIV. prædecessoris quoad localem immunitatem, et ad quos quam primum dictæ declarationes, provisiones eidem instructioni, ut præfertur, superadditæ per te transmittendæ erunt, facultatem causas hujusmodi quoad minores prædictos tam in prima, quam in secunda respective instantia cognoscendi, decidendi, ac terminandi apostolica auctoritate concedere, et indulgere dignaremur.

Rescriptum pro concessione gratiæ, cum aliquibus reservationibus, et conditionibus.

§. 7. Nos igitur te, eosdemque archiepiscopos, et episcopos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, ac archiepiscopis, et episcopis prædictis, ut juxta disposita in paragraphis xi., et xiii. prædictæ instructionis a memorato Benedicto XIV. prædecessore confectæ, et, ut præfertur, transmissæ, omnes quoque, et singulas causas quoad extractionem a loco immuni, et respective consignationem eorum minorum, qui atrocia homicidia patraverint, tam in prima, quam in secunda respective instantia cognoscere, judicare, et terminare, servata in omnibus, et per omnia dictorum paragraphorum præfatæ instructionis forma, et dispositione, libere, licite, et valide possis, et valeas, ac quilibet eorum respective possit, et valeat, plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ita tamen, ut eveniente vacatione metropolitanæ ecclesiæ Taurinensis, ac toties, et quoties vacatio hujusmodi evenire in posterum contigerit, is, qui ecclesiæ metropolitanæ hujusmodi præfecturus erit eamdem facultatem prædictas causas indicandi tam pro se ipso, quam pro aliis archiepiscopis, et episcopis prædictis a Nobis, et pro tempore existente Romano Pontifice petere, et obtinere omnino teneatur.

Clausulæ salutares.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, at integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, at pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans, et clausula sublata.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis, et synodalibus aditis generalibus, vel specialibus constitutionibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima martii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

LV.

Dat. die 14. martii 1770. Anno I.

Facultas regi christianissimo pro tempore nominandi personas idoneas ad cathedrales ecclesias, et monasteria consistoralia existentia in insula Corsicæ.

Carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur investitura facta ab Innocentio II. et Honorio III favore reipublicæ Genuensis de insula

§. 1. Cum insula Corsica, quemadmodum convenit inter regiam majestatem tuam, et dilectos filios nobiles viros ducem, et gubernatores reipublicæ Genuensis, quæ respublica jam

Corsicæ, et quibus sub conditionibus illa obvenisset.

dudum a fel. recordationis Innocentio II., Honorio III., aliisque romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris de illo regno investita fuerat sub certis conditionibus, nuper in potestatem tuam pervenerit, postulasti a Nobis carissime in Christo fili Noster, ut tibi ad ejusdem insulæ ecclesies cathedrales, nec non et ad monasteria consistorialia, si quæ ibi sunt, nominandi facultatem largiremur. Nos, qui in te singulariter diligendo, omnibusque prosequendo paterni amoris testimoniis æmulari statuimus eos præsertim ex prædecessoribus Nostris, qui in benemerendo de majoribus tuis cæteros antecellunt, non facile solum, sed libentissime etiam ea tibi conferre ab hac sancta Sede petita beneficia volumus, tua maxime religione freti, quod in hujusmodi facultatum usu nunquam prætergressurus sis apostolicæ concessionis modum.

Conceditur francorum regi potestas nominandi personas idoneas ad cathedrales ecclesias in insula existentes, et ad monasteria consistorialia ibidem extantia quacumque ex causa vacaverint, exceptis reservationibus solitis pro sancta Sede.

§. 2. Proinde per hasce Nostras in forma Brevis literas tibi, tuisque successoribus, quoad prædicta insula, seu regnum in vestra potestate erit, jus nominandi personas idoneas in theologia magistros, aut in decretis doctores, seu licentiatos nobilium universitatum more, diligenti examine præcedenti promotas, et secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini dispositionem idoneas ad cathedrales ecclesias Adjacenses, Alarienses, Marianenses, Nebienses, et Sagonenses in insula, seu regno prædicto constitutas, nec non ad monasteria consistorialia, si quæ ibi sunt, quotiescumque illas per cessum, vel decessum, seu alias quomodolibet, præter quam apud apostolicam Sedem vacare contigerit, Nobis, at romano Pontifici pro tempore existenti, per Nos, at eumdem Pontificem eisdem ecclesiis ad nominationem tuam hujusmodi respective præficiendas, tenore præsentium reservamus, concedimus, at assignamus.

Suum sic ostendere velle animum in amantissimum regem declarat Pontifex.

§. 3. Atque hunc in modum dum testatam tibi facimus cumulatissimam erga te paternam voluntatem Nostram, eodem tempore declarari a Nobis debere agnoscimus, atque idcirco revera declaramus, nequaquam Nos per hanc concessionem, seu indultum nedum abalienare, sed ne imminuere quidem ulla temporalia jura, si quæ hæc sancta Sedes in dicta insula habeat, quæque certa, ac expressa voluntate Nostra, prout ea esse possunt, ac sunt, salva, et illæsa præservamus.

Excipiuntur a concessione immemorabiles

§. 4. Præterea cum minime æquum sit, ut eadem hæc apostolica Sedes dum regiam majestatem tuam peculiaribus hujusmodi gratiis auget, detrimenti quidpiam subeat in iis ecclesiasticis prærogativis, quibus ab immemorabili gaudet in dicta insula, eas etiam Nobis reservamus, teque summopere hortamur carissime in Christo fili Noster, ut easdem perstare Nobis omnino incolumes, atque integras velis, ac facias. Atque hæc ita a te petimus, ut minime dubitemus, te præclaris tuorum majorum vestigiis inhærentem nullas hic partes observantiæ, pietatis, ac defensionis etiam erga apostolicam Sedem esse prætermissurum, affectumque tuo In Nos eximio studio, ut hæc sancta Sedes beneficia in te egregie collocata a Nobis esse semper existimemus.

prærogativæ apostolicæ Sedis, hortaturque rex ut opem præstet quo incolumes, atque integræ illæ quotidie serventur.

Decretum pro observantia constitutionis.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ec irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis generalibus, vel specialibus ecclesiarum prædictarum reservationibus, seu affectionibus apostolicis per quoscumque romanos Pontifices prædecessores Nostros, ac Nos, at Sedem prædictam quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, necnon cancellariæ apostolicæ regulis editis, et edendis, ac quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, eo aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de

illis, eorumque totis tenoribus specialis mentio facta fuisset, seu quævis alia expressio facienda, aut oliqua exquisita forma ad id servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habantes illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum horum seria specialiter, et expresse derogamus, et ad plenum derogatum esse volumus, cæterisque contrarus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decimaquarta mortii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 17. Martii 1770. Anno I.

LVI.

Extensio constitutionis Clementis XII. quæ incipit = *In supremo justitiæ solio* = cum declarationibus contentis in constitutione Benedicti XIV. quæ incipit = *Officii Nostri* = ad civitates, et loca diœcesis, et principatus Osnaburgensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quomodo consultum fuerit narratur a Clemente XII. pro compescendis in temporalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione homicidiis, quæ patrari solebant.

§. 1. Alias felicis recordatinnis Clemens pp. XII. prædecessor Noster per suas sub plumbo expeditas literas nempe primo kalendos februarii anno incarnationis Domiuicæ MDCCXXXIV. pontificatus sui anno V. ad compescenda, et eoercendo, otque ob hac alma urbe, totaque temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione penitus avertenda, atque eliminanda homicidia, quæ a viris sanguinum divini, humanique juris oblitis, incredibili cum immanitate, in dies magis magisque increbescente sæpissima patrari non sine gravissimo paterni animi sui dolore, ac mærore audiverat, constitutionem, quæ incipit = In supremo justitiæ solio = promulgavit, in qua postquam omnes, et singulas constitutiones a rec. memor. Pio II., Paulo II., Sixto IV., Gregorio XIV., Clemente VIII., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII., at quibusvis aliis romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, tuoc suis adversus homicidas saluberrime editas approbavit, confirmavit, et innovavit, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætandi, vel allegari potuisset, in pristinum restituit, et plenarie reintegravit, quas deinceps omnino, at inviolabiliter observari præcepit, et mandavit; inter cætera in eadem constitutione contenta hæc præscripta erant tenoris qui sequitur.

Tenor constitutionis Clementinæ.

§. 2. Et quoniam experimento compertum est, administrationem, et cursum rectæ et expeditæ justitiæ, qua reipublicæ salus præcipue innititur, summopere obturbari, vel ab excessivo numero privilegiatorum vulgariter patentati nuncupati, vel a minus recta intelligentia privilegiorum concessorum, proinde salvis, firmisque remanentibus decretis, vel resolutionibus, quæ temporibus felicis itidem recordationis Urbani pp. VIII., et dictorum Innocentii XI ac Innocentii XII. prædecessorum aut alias quandocumque ea super re emanarunt, volumus, quod privileginm fori nemini quorumcumque privilegiatorum hujusmodi tam in urbe, quam in reliquo statu ecclesiastico prædictia (officialibus, aliisque privilegiatis a congregatione pro tempore existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, ac ministris necessariis actu inservientibus archiepiscopis, episcopis, et Ordinariis prædictis, eorumque curiis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti privilegiati, quatanus clericali charactere insigniti, Ecclesiæ, et quatenus laici sint, sæculari jurisdictioni subjiciant. Reservantes Nobis facultatem declarandi quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum archiepiscoporum, episcoporum, et Ordinariorum, ac officiales necessarii curiis ecclesiasticis verum, et actuale servitium præstantes. Insuper quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique alias irreprehensibilis, et ab omni culpa, et macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo prælucere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam homicidus manus suas cruentare non perhorrescunt; Nos perversorum quorumcumque malitiæ obviandum asse, non indulgendum probe intelligentes od istorum quoque frænandam pervicaciam, perpetuo itidem statuimus, quod clericus primæ tonsuræ nullum beneficium ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones clericis hujusmodi a concilio Tridentino præscriptas serva-

verit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo deliberato, et præmeditato per eum patratis privilegio fori, et canonis in odium tanti excessus, et ad aliorum terrorem exuatur, et uti incorrigibilis omnino sæculari potestati subjiciatur ab ea tamquam laicus legitimis pœnis plectendus. Clericus quoque in minoribus ordinibus constitutus, nec pariter beneficiatus, nec præscripta a concilio Tridentino prædicto servans tam celebs, quam conjugatus in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudere, eoque privatus remaneat, neque a proprio episcopo, seu Ordinario repeti, minusque habitum clericalem, quam indigne abjecit reassumere possit post totaliter expiatam admissi delicti pœnam. Declaratio autem an reus ante patratum delictum homicidii requisita a concilio Tridentino servaverit, ad episcopum, aliumque loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis assecuratione facienda etiam per judicem sæcularem nomine Ecclesiæ, qui illum prædictæ Ecclesiæ nomine ad illius dispositionem retinere possit, et debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria juris canonici, et apostolicarum constitutionum dispositione, seu interpretatione, nec non consuetudine haud refragante. Porro cum idem Benedictus prædecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus quam alia facinora in celebri constitutione dicti Gregorii XIV. etiam prædecessoris, quæ incipit = Cum alias = recensita publicæ quieti officere pro commissi sibi apostolici officii debito per præfatam suam anno incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto idus junii, cujus initium est = Ex quo divina = evulgatam constitutionem laicos animo præmeditato ac deliberato proximum suum interficientes ab ecclesiæ immunitatis beneficio excluserit, et repulerit, atque pro exclusis, et repulsis haberi voluerit. Nos ob gliscentem in dies quorumdam ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum Gregorii, et Benedicti prædecessorum constitutionibus, quas supra confirmavimus, atque innovavimus inhærentes, et, quatenus opus sit, criminis in illis exceptorum reos immunitate ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eamdem Benedicti prædecessoris constitutionem laicos omnino præmeditato, ac deliberato, proximum suum, sicut præfertur, interficientes a beneficio immunitatis ecclesiasticæ excludentes ad ipsos ecclesiasticos cujuscumque gradus, et ordinis existunt in urbe, et universa ditione Nobis, et Sedi apostolicæ mediate, vel immediate subjecta homicidium animo similiter præmeditato, seu deliberato patrantes extendimus quoque, et ampliamus, dummodo tamen causa admissi per eos homicidii ab illorum judice ecclesiastico competente cognoscatur, et ab eo, si rei reperti fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum sacrorum canonum condigna puniantur animadversione. Ulterius ad varias doctorum, qui ejusdem Benedicti prædecessoris mentem quoad personas in dicta ejus constitutione comprehensas interpretari, et explicare voluerunt, sententias, et opiniones dirimendas declaramus, homicidii reos natu minores vigintiquinque, majores vero viginti annis tam laicos, quam clericos, atque omnes, et singulos sive laicos, sive clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint, ex quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit in dictam Benedicti prædecessoris constitutionem comprehensos esse, ac deinde censeri debere, ac eam, quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus: ita scilicet, ut illorum extractio a loco immuni, atque traditio curiæ sæculari, quoad laicos, ad ejusdem curiæ sæcularis requisitionem fiat a curia ecclesiastica, et clerici ab ipsa curia ecclesiastica ex officio omnino extrahantur juxta normam infra dicendam. Item declaramus omnes, et singulos prædictos tam laicos, quam ecclesiasticos, qui in urbe, et ditione prædictis ex causa, et occasione homicidii etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum inquisiti, processati, vel in contumaciam banniti, et condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem immunitatis ecclesiasticæ prædictæ beneficio minime etiam gaudere; atque reorum ratione homicidii, ut præfertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, et in contumaciam condemnatorum extractio ab ecclesiis, aliisque locis immunibus, atque traditio suo cuique judici competenti legitimis modo, et forma a curia ecclesiastica fiat; volumus, et ordinamus, ut quotiescumque judici eccle-

siastico competenti innotuerit, aliquem laicum, seu ecclesiastieum ex causa homicidii excepti inquisitum, atque processatum ad ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique moram trahere, ac ea super delicti qualitate, ac persooæ reitate subministrata, vel aequisita suppetant indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur, tunc idem judex ecclesiasticus ex officio, et nemine etiam requirente, si delinquens sit clerieus, sin vero laicus postquam a curia sæculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquantis extractionem ab ecclesia, seu loco immuoi, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii sæcularis, et cum interventu personæ ecclesiasticæ ab episcopo deputandæ devenire teneatur, extractumque ad suos, si tuti, et securi fuerint, sin minus ad curiæ sæcularis carceres usportari, ibique sub tuta eustodia detineri curet, et faciat; ubi vero ex processu informativo desuper conficiendo quead inquisitum nondum condemnatom dictus judex ecclesiasticus ex acquisitis, seu subministratis indiciis ad torturam tantum sufficientibus ab extracto homicidium a prædicta Benedicti prædecessoris, et ab hac Nostra constitutione excepta patratum fuisse cognoverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita exeepto constet progrediatur, extractumque si laicus sit, ministris, et officialibus euriæ sæcularis, si autem clericus ejus competenti judici ecclesiastico tradere, et consignare possit, et debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, et consignationis huiusmodi a judice quidem sæculari juramento, et ab ecclesiastico promissione in verbo veritatis de restituendo extractum ecclesiæ, locove immuni sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis, et eidem romano Pontifici pro tempore existenti reservatæ, quatenus extractus in ejus defensionibus, quæ ad tramites juris, et apostolicarum ordinationum ei competunt, præfata elidat, et diluat indicia, et si illa minime eliserit, seu diluerit, et delinquens repertus fuerit, judici suo, scilicet ecclesiastico in clericum, sæculari in laicum, ut juris esse censuerit, animadvertere liceat. Quoties autem de jam baonito, aut in contumaciam damnato ex causa homicidii superius excepti, sive laico, sive ecclesiastico agatur, quilibet judex ecclesiasticus, ut præfertur, competens ad illius laici nimirum instante curia sæculari, et clerici ex officio, extractionem ab ecclesia locove immuni cum interventu queque personæ ecclesiastieæ ab opiscopo deputandæ, ad traditionem suo respective judici, sicut mox dispositum est, faciendam procedat, solamque sententiæ contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dietus judex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit, ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat, an bannitus, et in coutumaciam damnatus consignandus veniat nec ne? exactis pariter, et receptis a judice sæculari juramento, si delinqueus sit laicus, ab ecclesiastico vero, si fuerit clericus, promissione ipsum, ut supra, restituendi ecclesiæ, locove immuni sub antedicta pœna excommunicationis, si extractus in suis similiter defensionibus ei ad præscriptum præfatarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indieia diluerit, quod si id præstare nequiverit, et ex eisdem seotentia, et actis rite, et recte gestis reus repertus fuerit, judex ejus competens sententiam exequi, et quando aliquem in pœna erogata excessum deprehenderit, etiam modarari valeat, ita quod quæcumqua declaratio a prædieto judice ecclesiastico facta in judicio ecclesiasticæ immunitatis super consignatione banniti, et in contumaciam damoati, ejusque denagatione nullatenus deservire, et a nemine allegari possit in alio diverso, et separato judicio, in quo scilicet de prædictæ senteotiæ contumacialis executione postmodum disputari contigeret, ad quam effectum dicta declaratio judicis ecclesiastici perinde habeatur ac si non emanasset, nec ullus ex inda scrupulus animo judicis competentis in eugnoscenda, ac definienda validitate, seu oullitate, justitia, sive iojustitia ejusdem sententiæ contumacialis ingeratur.

§. 3. Quoniam autem venerabilis frater Maximilianus Friderious archiepiscopus Coloniensis sacri romani imperii principis elector Nobis nuper humiliter supplicari fecit, ut dispositionem prædictæ coostitutionis Clementis prædecessoris prædicti superius expressam, et insertam ad eivitates, terras, oppida, et loca totius diœcesis, et principatus Osnaburgensis extendere, et ampliare de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ ab archiepiscopo Coloniensi pro extensione prædictæ constitutionis ad totam diœcesim, et principatum Osnaburgensem.

Prorogatio, et extensio conceditur.

§. 4. Nos igitur ipsum Maximilianum Fridericum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et obsolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, et tam exitiale homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes præfatam constitutionem pro universa, sicut præfertur, Sanctæ Romonæ Ecclesiæ prædictæ ditione a memorato Clamente prædecessore factam quoad præinserta in his præsentibus literis respective ad civitates, terras, oppida, et loca totius diœcesis, et principatus Osnaburgensis auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, atque deinceps cum omnibus declarationibus, definitionibus, provisionibus, constitutionibus, et decretis contentis in aliis felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris itidem Nostri sub plumbo anno incarnationis Dominicæ MDCCXLV. idibus martii expeditis literis incipien. = Officli Nostri = quarum tenorem hic de verbo ad varbum pro expresso, et inserto haberi volumus, omnino observari præcipimus, et mandamus.

Specialis providentia, servanda pro validitate processus.

§. 5. Volumus autem veluti alias idam Clemens prædecessor pariter voluit, et decrevit, ut sicut a Nostra ditione ecclesiastica tum extractus in suis defensionibus, quæ ad tramites juris, et apostolicarum constitutionum ai competunt, elidat, et diluat indicia, tum sola sententiæ contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur, exhibitio ad hoc sufficiat, ut judex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat aguito, num sentantia contumacialis legitime justeque prolata sit ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat, an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat, nec ne; tum denique si extractus in suis defensionibus, et ad præscriptum prædictarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit; ita pariter in civitatibus, terris, oppidis, et locis diœcesis, et principatus prædictorum hæc omnia præmissa od dispositionem juris, et statuta localia diœcesis, et principatus hujusmodi intelligi debeant. Ac insuper volumus, ut donec, et quousque sive per Nos ipsos, sive per romanos Pontifices pro tempore existentes declaratio hujusmodi facta non fuerit, hi tantummodo familiares, et officiales excepti intelligantur, et habeantur, quos de jure, et juxta consuetudinem loci cujuslibet usque ad hanc diem pro familiaribus, et officialibus habitos, et deputatos esse, et haberi, et deputori solitum est.

Clausulæ salutares.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo firma, valida, et efficacia existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinero, otque ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime observari.

Præceptum de judicando ab omnibus ad tramites præsentis constitutionis.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, at delegatos etiam causarum palatil apostolici auditores, ac ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, eorumdemque cardinalium congregationes, allosve quoslibat quacumque præeminentia, at potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 8. Non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatum, terrarum, oppidorum, et locorum diœcesis, et principatus hujusmodi atiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilium, et quorumcumque prædecessorum Nostrorum literis, privilegiis, indultis, et facultatibus quibusvis etiom dictis cardinalibus, eorumque congregationibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis etiam motu proprio, et ex certa scientia, et potestatis plenitudine etiam consistorialiter, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singolis atiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis te-

noribus specialis, specifica, expressa, ec individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importentes mentio, seu quævis alia expressio hebenda, aut eliqua alia exquisita forma ed hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observota exprimerentur, et insererentur præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contreriis quibuscumque.

Publicatia fecieuda, ut post quindecim dies plenum constitutio sortiatur effectum.

§. 9. Volumus autem, ut lapsis quindecim diebus postquam præseotes literæ per civitates, terras, et oppida, ec loca diœcesis, et principatus prædictorum publicatæ fuerint, omnes, et singulos in diœcesi, et principatu prædictis existentes perinde arctent, ac si unicuique eorum personeliter, ac nominatim intimetæ fuissent; utque earumdem præseotium literarum trensumptis, seu exemplis manu elicujus notarii publici subscriptis, et sigillo persooæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima martii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 21. Martii 1770. Anno I.

LVII.

De ope ferende gallicanis præsulibus Parisios conventis pro celebratione comitiorum super rebus ad gallicanum clerum spectantibus agitur cum rege Ludovico.

Carissimo in Christo filio nostro Ludovico francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Cerissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Quam sit magnitudo negotii, quod religioni regis commendatur, evincitur ex eo quod agatur de causa Dei, et religionis tuenda.

§. 1. Numquam fortasse incidere quidquam poterit, de quo acriore enimi Nostri studio ad te scribamus, neque rem ullam putamus fore, qua proposita magis ipse pro tua sapientia commoveri ac excitari debeas; proinde etsi minime ambigeremus, quin peculiarem aliquam Nostram, sanctæque Sedis causam pro piatate in Nos tua facile, si necessa foret, suscepturus esses, tanto tamen magis id a te factum iri confidimus cum de communi quadam maxima gravissimaque re, quæque tue etiam vehementer intersit, tecum nunc acturi simus. Deferimus od te, carissime in Christo fili Noster, Dei ipsius ac religionia causam, quam jamdiu per impios homines novis quotidie errorum machinis impeti atque oppugnari incredibili cum dolore intuemur. Quadam inter se conspiratiooe plaoe conjurasse hoc tempore illi videntur, ut nihil adeo sanctum ac divinum sit, quod intactum esse sinant, quodque per summem eudaciam temerare et convellere non cooentur. Nove in dies impune proferunt suæ non jam doctrinæ, sed insaniæ monumenta, quibus ioitia ipsa morum, religionis fundamenta, unaque humanitatis, ac societatis jura perturbaot, ao dicendi quodam ienocinio usi facile in simplices præsertim animos teterrimam perniciem inferunt, et contagiooem propagant.

De compescenda nefariorum librorum lectione catholicæ fidei maxime noxia, sollicita semper fuit sancta Sedes, cui operam ferre etiam episcopi pro suo munere tenentur.

§. 2. Quem quidem miserrimi hujus sæculi licentiam adeo progressam esse mirari setis ipsi non possumus, atque idcirco nihil Nobis potius egendum existimamus, quam ut omni opera, consilio, atque auctoritate ejusdem compescendæ rationem eliquam ineamus. Ac dum omnem illuc curam intendimus, publiceque execramur, ac iterata proscriptione, quantum in Nobis est, extorquere e legentium manibus quidquid ex illa impietetis officina prodit, et procol eliminare conamur, aliorum etiam, qui usquam sunt venerabilium fratrum episcoporum studia, ac subsidia omnia conjungi cupimus, ut unanimi pro fide consensu roborati ed hoc tentum bellum profligandum omnes insurgamus.

Regi propterea commendantur præsules gallicani, qui comitia Parisios celebraturi conveniunt, ut rebus consulant hujusmodi.

§. 3. Atque hoc ipso tempore, quo ad laborem hunc nostrum quampturium operam eccedere maxime necesse est, peropportune accidit, ut tui florentissimi, atque amplissimi regni præsules Parisios ad celebrande pro suis publicis rebus gallicani cleri comitia convenerint. Minime Nos quidem latet eos ipsos, quorum in peragendo pastorali ministerio solicitudinem ac fidem, quorum instructam Dei zelo scientiam optime novimus, nunc de hac rerum summa consultaturos in medium esse, ac

strenuam pro virili sua quemque inter sa collaturos operam et laborem, ut aliquid in commune afferant, quo prorumpentem ac grassantem undique illam pestem divina ope tutius aggrediantur, ac repellant. Iisdem pro Christi fide, pro sanctitate, pro Deo laboraturis spiritum consilii, ac fortitudinis adfuturum a Domino vehementer confidimus. Proinde nullis nostræ hortationis stimulis eosdem pro suo munere sua sponte concitatos indigere lætamur. Tuo vero auxilio, si quid illi proficere volent, magnopere indigebunt. Sed et potissimam post Deum suorum incœptorum spem e perspectissima animi tui religione repetent, carissime in Christo fili Noster, ac in regio præsidio tuo præcipue conquiescent. In hoc etiam imitaturi Nos erunt, qui has fiduciæ Nostræ plenissimas damus ad te literas, teque quanta maxima possumus apostolici animi contentione obsecramus, ut eosdem tibi quam commendatissimos esse velis, ut religionis causam pertractantium zelo tuo nunc maxime in Deum intento studio secundes, ut incœpta et consilia omnia regia voluntate tua sustentes ac fulcias.

Dei, et religionis causam tuentes reges, etiam regnorum paci, et incolumitati consulunt.

§. 4. Facile tum suum illi animum in Deum, in commissas sibi oves, in patriam etiam, in te, regnumque tuum inflammatum comprobabunt. Cum enim pietate ac religione publicæ res potissimum constituantur, et vigeant, Deoque obsequentes populi in regum auctoritate perfacile contineantur, vides, carissime in Christo fili Noster, eorum hujusmodi curas, ac solicitudines in tuæ potestatis vim, in regni tui tranquillitatem esse præcipue redundaturas. Cum igitur Dei, ac religionis causam suscipies, tibi etiam, tuoque regno magnopere consules, reque ipsa animadvertes non tam ullis opum armorumque præsidiis, quam legitimo Dei cultu revelatæque doctrinæ stabilitate humanam societatem salvam, atque incolumem retineri. Quid quod et divinam in te, tuosque benignitatem maxime demereberis, si fidei, pietatisque integritatem publice præstes, et si qua regnandi arte majores tui christianissimos se esse semper exhibuerunt, eadem tu præcellentem et tui ipsius, at illorum gloriam illustrioribus semper religionis tuæ monumentis tuearis?

Laudes christianissimi regis, et opinio sanctæ Sedis de ipsius regia probitate.

§. 5. Gravissima hæc pontificii animi Nostri solicitudo postularet a Nobis, carissime in Christo fili Noster, ut pluribus etiam tecum ageremus hanc non minus sanctissimæ fidei Nostræ, quam regni vestri, ac publicæ tranquillitatis causam, nisi supervacuum futurum id esse Nobis certissime persuaderet Nostra christianæ vereque regiæ tuæ probitatis opinio. Dum itaque a majestate tua quod pari studio quam jure petimus, expectamus, omnipotentem Deum, per quem regnas, pro tua, regiorumque liberorum tuorum incolumitate deprecantes apostolicam benedictionem ejusdem gratiæ, ac veræ felicitatis auspicem regiæ majestati tuæ intimo paterni animi sensu amantissime impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxi. martii MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

LVIII.

Datum die 28 Martii 1770. Anno I.

Extensio Brevis Innocentii XIII. de voto, ac juramento præstando a laicis ordinis minorum sancti Francisci de Observantia ante professionem super cessione præcedentiæ favore clericorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quomodo Urbanus papa VIII decreverit, ne laici, aut conversi ordinis s. Francisci de Observantia, quovis sub prætextu præsumerent præcedere in functionibus clericos ipsius ordinis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Eugenius a sancto Josepho frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de Observantia excalceatorum nuncupatorum, ac minister provincialis provinciæ sancti Pauli Castellæ veteris ejusdem ordinis, quod alias felicis recordationis Urbanus papa VIII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xvi. novembris MDCXLII. expeditas literas, ne de cætero ulli fratres laici, seu conversi ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia reformatorum nuncupatorum quovis sub prætextu, quæsito colore, vel ingenio etiam antiquioris suæ ad habitum regularem dicti ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis ratione, seu cujusvis consuetudinis, fratres clericos ejusdem ordinis in quibusvis functionibus tam publicis, quam privatis præcedere, et ne quicumque superiores ordinis prædicti id deinceps quoquomodo permittere auderent, seu præsumerent sub excommunicationis pœna ipso facto per contrafactores incurrenda, sub certis modo, et forma tum expressis

apostolica auctoritate statuit, ordinavit, et prohibuit, et alias prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Quæ sane constitutio ab aliis summis Pontificibus fuit quoque ampliata.

§. 2. Postmodum vero piæ memoriæ Innocentius pp. XI., ac Benedictus papa XIII. similiter prædecessores Nostri per alias in pari forma Brevis diebus XV. octobris MDCLXXXVI., et VI. augusti MDCXXVII. respective expeditas literas idipsum in provinciis quoque ejusdem ordinis minorum excalceatorum nuncupatorum observandum, atque exequendum esse voluerunt, atque præscripserunt, ac alias prout in literis prædictis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Innocentius vero XIII præcepit ne ad professionem admitterentur, quam prævio juramento, et voto cedendi clericis præcedentiam.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat rec. mem. Innocentius pp. XIII. precibus fratrum ordinis minorum de Observantia, et reformatorum, nec non tertii ordinis ejusdem sancti Francisci regni Siciliæ inclinatus ut superiores regulares ordinis prædicti in posterum laicos, seu conversos quoscumque ad professionem admittere non possent, nisi antea coram testibus emitterent votum, vel juramentum cedendi clericis præcedentiam, injuncta superioribus contrafacientibus privationis officii, ac vocis activæ, et passivæ pœnis ipso facto incurrendis, laicis vero, seu conversis, sine prædicto voto, seu juramento profitentibus nullitatis professionis statuerit, decreverit, et ordinaverit, et alias prout in ipsius Innocentii literis hujusmodi, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Nihilominus laici, seu conversi provinciæ s. Pauli audent observantiam hujusmodi infringere, et apostolicis constitutionibus resistere.

§. 4. Exponens vero prædictus ex eo, quod laici, seu conversi memoratæ provinciæ sancti Pauli usque nunc non sine scandalo utpote apostolicis constitutionibus inobedientes audeant clericis in functionibus tam publicis, quam privatis præcedere suam ab antiquiori professione præcedentiam asserentes, ideoque rumor, et inordinatio semper oriri solent; hinc ad scandala tollenda, ac quietem in memorata provincia sancti Pauli firmandam totum id, quod ab eodem Innocentio XIII. prædecessore pro fratribus ordinis minorum de Observantia, et reformatorum, ac tertii ordinis sancti Francisci regni Siciliæ decretum, ordinatum, ac statum fuit, ut præfertur, ad dictam provinciam sancti Pauli per Nos extendi, et ampliari plurimum desiderat.

Opportuna propterea exquiritur providentia, quæ inobedientes continere valeat, quæ conceditur, in extentione constitutionum etiam ad provinciam s. Pauli

§. 5. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito super præmissis dilecto filio moderno procuratore generali ordinis fratrum minorum sancti Francisci discalceatorum, et recollectorum nuncupatorum, omnia, et singula in memoratis literis ejusdem Innocentii XIII. prædecessoris disposita, contenta, et expressa ad fratres quoque provinciæ prædictæ sancti Pauli Castellæ veteris ordinis minorum sancti Francisci de Observantia excalceatorum nuncupatorum auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, atque ab omnibus fratribus prædictis inviolabiliter exequenda, et observanda esse præcipimus, et mandamus.

Firmitas constitutionis servanda.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Judicia ferenda ad tramites illius cum clausula sublata, et decreto irritanti.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et cum derogatione contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in

specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoros præsentibus pro plenc, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis et om impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, dio viccsima octava martii millesimo septingentcsimo septuagesimo, pontificatus Nostri anuo primo.

Datum die 3a Martii 1770 Anno I.

LIX.

Approbatio gestorum ab archiepiscopo Goritiensi tamquam apostolico delegato circa unionem unius beneficii Lubacensis diœcesis, cum adjectione nonnullorum onerum.

Clemens episcopus

servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam

Procemium.

§. 1. Omnium ecclesiarum solicitudo divinitus Nobis commissa id etiam exposcit, ut divinorum ministrorum qui in sacrario operantur, atque deserviunt altari temporalibus indigentiis prospiciamus, et ab episcopis fratribus Nostris in ejusdem solicitudinis partem vocatis, proposita media excipientes, supremæ auctoritatis Nostræ vim juxta eorum vota adhibeamus.

Expositio precum porrectarum ab archiepiscopo Goritien.

§. 2. Nuper siquidem Nobis pro parte venerabilis fratris Nostri Karoli Michaelis moderni archiepiscopi Goritiensis expositum fuit, quod ad occurrendum indigentiis mensæ capitularis collegiatæ ecclesiæ sancti Nicolai oppidi Novæ, seu Rudolphswerti in Carniola Goritiensis diœcesis, et præcipue præbendarum nimirum theologalis, et pœnitentiariæ ejusdem collegiatæ ecclesiæ, cujus præposituram dignitatem inibi principalem existentem dictus Karolus Michael ex dispensatione apostolica obtinet, utque dilecti filii Petrus Andreas Scrilicossi archidiaconus Fluminensis et Bertholdus ab Hoffern olim in Naaessenfress nunc Runé rectori modicis ad eorum substentationem gaudentes redditibus aliquod susciperent levamen pium, munificumque animum carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ imperatricis viduæ, ac Bohemiæ, Hungariæ reginæ apostolicæ paratum noverat ad consentiendum unioni cujusdam perpetui simplicis beneficii ecclesiastici sub invocatione, seu ad altare sanctæ Catharinæ virginis, et martyris in Leess Labacensis diœcesis, quod de jurepatronatus dictæ Mariæ Theresiæ reginæ tamquam comitissæ Carniolæ ex fundatione, vel dotatione, seu privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, esse dignoscitur, quodque per ultimi illius possessoris obitum vacabat.

Supplicatio pro approbatione gestorum etiam de consensu reginæ Mariæ Theresiæ.

§. 3. Proptcrea idem Karolus Michael archiepiscopus Nobis supplicavit, ut et ipsius precibus, et magnanimis quoque dictæ Mariæ Theresiæ reginæ votis obsecundare dignaremur.

Memoratur deputatio ipsius archiepiscopi in apostolicum delegatum, ut optatam beneficii unionem perageret, certis sub conditionibus.

§. 4. Nos autem perspectam alias habentes eximiam dicti Karoli Michaelis archiepiscopi fidem, ob quam urgentes causas, quæ dicti beneficii extinctionem suadere possunt debitæ laudagini minime obnoxias esse arbitrati fuimus, quinimo aliquas attendentes circumstantias, quæ animum Nostrum digne moverunt, eidem Karolo Michaeli archiepiscopo per simplex rescriptum Nostrum dedimus in mandatis, ut ipse tamquam delegatus Noster dictum beneficium etiamsi in diœcesi Labacensi consistens mensæ capitulari collegiatæ ecclesiæ prædictæ in augmentum illius redditum perpetuo unire, et adnectere valeret, eodemque tempore ex redditibus illius beneficii injungeret, onus solvendi singulis annis binas fructuum ratas ab eo præfigendas prædictis Petro Andreæ, et Bertholdo, addita conditione, postquam præmissa adimpleverit per publicum documentum Nos certiorandi de iis, quæ dicti rescripti vigore peregisset, ut ea a Nobis probari possent. Mandavimus quoque, ut diligenter consuleret, ne propterea dictum beneficium debitis fraudaretur obsequiis, sed ejus congrue supportarentur onera consueta. Cujus quidem rescripti vigore dictus Karolus Michael archiepiscopus de prædictæ Mariæ Theresiæ reginæ speciali consensu idem

beneficium dictæ mensæ capitulari sub infrascriptis conditionibus univit, et per publicum documentum ab ipso tamquam delegato Nostro subscriptum de omnibus, et singulis ab eo gestis Nos certiores reddidit.

Tenor conditionum.

§. 5. Tenor autem conditionum in actu unionis dicti beneficii talis est videlicet primo = Quod capitulum, et canonici in loco dicti beneficii idoneum pro beneficiati vices gerente sacerdotem, qui non sit de gremio capituli, curatum ab Ordinario loci approbatum, et approbandum cum congrua fructuum assignatione pro beneficii, ecclesiæ, ac populi servitio, ut antea moris est, et obligationis erat præstando exponere = Secundo = Tum reverendo Petro Andreæ Scrilicossi Flumineosi archidiacono, tum reverendo Bertholdo ab Hoffern olim in Naaessenfress nunc Runè parocho annuos ad dies vitæ florenos Rhuenenses centum exsolvere = Tertio = Inter canonicales jam existentes præbendas theologalem etiam florenos similes quinquaginta, ac pœnitentiariam florenos triginta pariter similes annuatim importantes, et importaturas, quæ in hodiernum usque diem apud capitulum præfatum desiderantur constituere, et stabilire teneatur, ac teneantur = Quarto = Residua tandem, quæ ex supra allatis assignationibus, et dispositionibus, cæterisque quibuscumque, ac sub quocumque titulo impendendis supererint, canonicis anterelati collegiati capituli ita applicentur, ut parœquales canonicis partes, decano vero obventura canonicis portio in duplum attribuatur, et attribui debeat.

Adimpletis conditionibus in apostolica delegatione enunciatis, cuncta ab archiepiscopo gesta laudat Pontifex, et confirmat.

§. 6. Cum itaque singula a dicto Karolo Michaele archiepiscopo peracta juxta expectationem, et vota Nostra adimpleta fuerint, at approbatione Nostra digna compererimus: motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine unionem dicti beneficii prædictæ mensæ capitulari cum conditionibus præmissis præsentium literarum Nostrarum serie, et vigore in perpetuum confirmamus, et approbamus, et, quatenus opus sit, idem beneficium de dicto jurepatronatus, ut præfertur, existens, et cujuscumque annui redditus sit cum omnibus, et singulis illius bonis, fructibus, et proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis, prævia tamen illius tituli collativi extinctione, ac sub conditionibus præmissis, et præinsertis, dictæ mensæ capitulari de novo unimus, adnectimus, et incorporamus.

Exemptio a solutione quindenniorum.

§. 7. Atque unionis hujusmodi causa eamdem mensam capitularem a debita quindenniorum solutione Cameræ Nostræ apostolicæ ex speciali gratia penitus, et omnino eximimus, et liberamus.

Clausulæ præservativæ.

§. 8. Decernentes præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod causæ, propter quas præsentes emanarint adductæ, et verificatæ non fuerint, aut alias ex quacumque causa etiam juridica, et legitima, pia, et privilegiata de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam vocari, aut impugnari minime posse, sed illas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suumque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere debere, dictæque mensæ capitulari, ac personis prædictis plenissime suffragari debere; sicque, et non alias per quoscumque judices etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur contrariis.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis etiam de jure quæsito non tollendo, et exprimendo vero annuo valore beneficiorum in unionibus, et de illis committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Pii IV. de gratiis interesse Cameræ apostolicæ concernendis in eadem Camera registrandis, ac Sixti V. super solutione annatarum, et quindenniorum, aliisque apostolicis romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum etiam in synodalibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, quibus omnibus, et singulis ad præmissorum effectum, illis alias in suo robore permansuris, harum quoque serie derogamus contrariis quibuscumque.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ confirmationis, approbationis, novæ unionis, adnexionis, incorporationis, exemptionis, liberationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipo-

tentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo pridie nonas aprilis, pontificatus Nostri anno primo.

Loco ✠ plumbi.

Dat. die 5. Aprilis 1770 Anno I.

LX.

Concessio privilegiorum pro cappellanis communibus cappellæ pontificiæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Laudes cappellanorum pontificiæ cappellæ.

§. 1. Grata familiaritatis obsequia quæ dilecti filii Petrus Paulus Nardini Alatrinæ, Deusdedit Vivaldi Hortanæ, Felix Guidi Romanæ, Camillus Bianchi Romanæ similiter, Marcus Fratioi Burgi Sancti Sepulchri, Vincentius Moresi itidem Romanæ, ac Franciscus Fabri Ariminensis civitatum, vel diœcesum presbyteri moderni cappellæ Nostræ pontificiæ cappellani familiares nostri Nobis, et apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc solicitis studiis, impendere non desistunt; necnon vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum virorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Absolutio a censuris.

§. 2. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, non ad supradictorum Petri Pauli, Deusdedit, Felicis, Camilli, Marci, Vincentii, et Francisci, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia apostolica auctoritate tenore præsentium Petrum Paulum, Deusdedit, Felicem, Camillum, Marcum, Vincentium, et Franciscum prædictos, et illorum singulos in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios recipimus, ac sacri palatii, et aulæ lateranensis comites (sine tamen dilectorum filiorum notariorum de numero participantium præjudicio) nec non nobiles romanos, et urbis Romæ, omniumque, et singulorum civitatum, terrarum, et locorum S. R. E. mediate, vel immediate subjectorum cives creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis notariorum, nec non palatii, et aulæ hujusmodi comitum, ac nobilium romanorum, aliorumque civium civitatum, et oppidorum prædictorum referimus, et conscribimus, ipsosque etiamsi habitum, et rochetum notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis concilii novissime celebrati non deferant, aut civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in iisdem civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominus omnibus, et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indultis, quibus cæteri omnes notarii Nostri, etiam de numero participantium, necnon comites, et nobiles, ac cives originarii etiam in civitatum, et beneficiorum ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis romanorum originariorum vacantium assecutione, et exercitio, tam in urbe, quam in civitatibus prædictis, ac alias ubique locorum, et gentium, necnon sessionum, et conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum non solum ad illorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptiones a sacro concilio Tridentino sublatas) itaut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant Ordinariis; ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, et notarios, seu tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a notariis Sedis apostolicæ, et comitibus palatinis prætensa, itaut illis supramemorati cappellani familiares Nostri nullibi uti valeant, ac irritum, et inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privatis deinceps eorum nomine conficiendis sese

Receptio in s. Sedis notarios, in comites lateranenses, et nobiles romanos.

Etiamsi habitum et rochetum non deferant.

Concessio immunitatum, et indultorum ad instar notariorum participantium.

Quod in civilibus, et criminalibus ordinariis locorum subjiciantur.

notarios, comites, et nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon romanæ, et aliarum civitatum cives, ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ac pro veris, et non fictis notariis, comitibus, nobilibus, et civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus.

Reservatio beneficiorum, et exemptio ab omnibus oneribus realibus, et personalibus, exceptis contributionibus contra infideles.

§. 3. Et insuper illos, eorumque beneficia, et officia ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque illorum fructus, res, et jura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum, necnon in urbe, civitatibus, terris, et locis eidem romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac semoventia, necnon actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cujusvis etiam annui valoris fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, et pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum ac moliturarum, et mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam terra, mari, et flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis seminarii ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa, pro subventione contra infideles dumtaxat excepta, nunc, et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum nihil omnino borum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ apostolicæ, aut alios commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi redemptores, conductores, et exactores quocumque privilegio, exemptione, et facultate suffultos, alias quam, ut præfertur, valeant coarctari, quamdiu servitiis Nostris institerint dumtaxat, eximimus, et liberamus.

Facultas retinendi tria beneficia, etiam si unum sit cum cura animarum.

§. 4. Ad hæc cum iisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium cathedralium, etiam metropolitanarum, aut aliarum ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, et principalis, canonicatus, et præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, aut alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere; necnon etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in beneficiis ecclesiasticis, non tam parochialibus, vel curam animarum parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in metropolitanis, vel cathedralibus majores, et in collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, seu ecclesiarum earumdem capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, et singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in iisdem ecclesiis, sive locis personaliter residerent percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera iisdem dignitatibus, et beneficiis quovis modo incumbentia congrue supportentur.

Quod recipi possint in judices, advocatos, et procuratores.

§. 5. Nec non, etiamsi presbyteri fuerint, ac dignitates, et officia obtinuerint, leges, et jura civilia etiam publice in scholis, et universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, ac, si habiles, et sufficientes reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque judicis, advocati, et procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercere libere, et

licite possint, et valeant, do specialis deno gratiæ dispensamus.

Et confessarios inter approbatos seligere qui eos vita comite a censuris absolvere valeant, etiam s. Sedi reservatis, et vota commutare.

§. 6. Liceat quoque ipsis, et eorum singulis eliquam idoneum, et ab Ordinario approbatum presbyterum sæcularem, vel cujusvis ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite, eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecelesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, et par eos incursis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et successoribus Nostris romanis Pontificibus pro tempore existentibus specieliter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, ot Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam ecelesiasticas (non tamen episcopos, vel alios superiores prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissienibus; necnon recitationis herarum canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, et quibuscumquo aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes præfata merito consulenda foret, ac in quibuscumque constitutionibus apostolicis contentis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dietæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisve quibusvis casibus semel in anno confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen eiicujus præjudicio, præfata auctoritate apostolica absolvere, et illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem; nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis liminum beatorum Petri, et Pauli apostolorum, castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Et pensiones recipere supra quocumque beneficio, cura, abbatia, episcopatu, et archiepiscopatu.

§. 7. Ac etiam iisdem, eorumquo singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel canonici metropolitanarum, seu alierum cathedralium ecclesiarum, aut porsonæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in dicta curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram notario, et testibus fida dignis oligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super mensarum abbatialium, seu episcopalium, aut archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, eum cura, et sihe cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, rodditibus, proventibus, joribus, obventionibus, ot distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco redditus, fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumonta sibi nunc, et pro tempore essignata, et reservata, quandocumque simul, vel suceassive in toto, vel in parte usque ad summam centum ducetorum auri de Camera de eorundem cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu, in toto, vel in parte, etiem in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali cheractera insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus, iisdem modo, et forma, quibus iisdem cappellanis assignetæ, aut reservatæ, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu easdem pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem præfatam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vineulis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolvendis servata tamen forma constitutionis fel. record. Innocentii papa XI. prædecessoris Nostri super translationibus pansionum editæ, reservaro, constituere, ot assignare.

Quod autem translatio pensionum fieri ab eis nequeat, nisi fevore eorum qui in temporalibus subjiciuntur Sedi Apostolicæ.

§. 8. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationum hujusmodi distincta præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, ot

quocumque tempore assignandarum super quibuscumque cathedralibus, metropolitanis, monasteriis, etiam consistorialibus, atque aliis quibusvis beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra urbem, ac statum ecclesiasticum Nobis, et sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus, præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate ecclesiastica constituta, tum coram notario, et testibus eis, et cuilibet eorum respective ut supra impertita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem statu ecclesiastico, vel ex iisdem regnis, et provinciis originem trahant, in quibus et ipsi quoque Nostri, et sanctæ Sedis in temporalibus subditi promiscue cum civibus, et naturalibus dictorum regnorum, et provinciarum ad pacificam tam beneficiorum quorumlibet ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Facultas disponendi de omnibus fructibus, et proventibus quavis causa, et occasione collectis per testamentum, codicillum, donationem, aut alio quovis modo.

§. 9. Nec non, ut iidem cappellani, et eorum quilibet de omnibus, et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis, etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, et mobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium ecclesiarum ipsis cappellanis Nostris præfatis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum servitio, aut alias divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad eos ratione ecclesiarum cathedralium, et metropolitanarum, monasteriorum, prioratuum, præpositurarum, dignitatum, et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolidet obtinuerint, et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redditüum, et proventuum ecclesiasticorum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque romanæ curiæ officiorum, ac alias quomodolibet spectantium, et pertinentium, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac aliis etiam de muneribus, et officiis quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specifice, et singillatim exprimerentur, et denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis et debendis, ac nondum perceptis, et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit, pro illa rata, quæ illis debita erit (constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsan ad successores in ipsis beneficiis spectare, et pertinere debeant, non obstante) etiam cumulative, cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis, usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat, tam pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, et affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, et usum, et alias pro eorum arbitrio, et voluntate absolutis, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, titulis, scriptura etiam minus solemni, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, et per omnia, prout, et quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, et intendant, semel, atque iterum, et

pluries disponere, statuere, et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, et servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes legata, et statuta, etiam pluries, et toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo condere etiam libere, et licite valeant, plenam, et liberam concedimus facultatem.

Quod si intestati decesserint, bona cuncta etiam provenientia Camera apostolicæ ad hæredes sanguinis deveniant.

§. 10. Statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod, si contigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, redituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res, et jura, etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia pro dicta summa, etiam ex prædictis, et alias undecumque provenientia ad Cameram apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes sanguinis eorumdem integre deveniant, et, illis deficientibus, inter eorum familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi da alia dispositione, vel intentione eorumdem, scriptura etiam minus solemni, secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii judices, seu exequutores omnino exequi et adimplere, illique sese conformare in omnibus, et per omnia debeant, et nihilominus quæcumque bujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis, de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, et affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat, approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum, et omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in iisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, et specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Derogatur contrariis.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati de certo notariorum numero, etiamsi ad illud nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in personis, et quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum edendis cancellariæ apostolicis regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et piæ memoriæ Alexandri papæ VI. prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia disponendam; nec non ejusdem memoriæ Bonifacii pp. VIII. etiam prædecessoris Nostri, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis apostolicis, ac in universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legibus imperialibus, et aliis etiam municipalibus tam urbis, quam quarumvis aliarum civitatum, et locorum, in quibus cives originarii creati sunt, ac quarumvis ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, et hospitalis prædicti, necnon quorumvis collegiorum, et officiorum, dictæ curiæ, ac regnorum, provinciarum, et urbis, ac aliarum civitatum, et locorum, ac prædictæ Cameræ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo, ipsi cappellani per se, vel eorum procuratore præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis dictis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, hospitali sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque præsulibus, seu administratoribus, et superioribus, ac magistris, præceptoribus, prioribus, militibus, etiam antianis, capitulis, et conventibus, civitatibus, et locis, aliisque personis, etiam particularibus, necnon archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. cardinalibus,

ae dietæ Cameræ officialibus, illorumque collegiis sub quibuseumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis elausulis, irritantibusque, et aliis decretis per quoscumque romanos Pontifices prædceessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam consistorialiter, etiam de ejusdem S. R. E. cardinalium eonsilio, ae per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, oc motu, et scientia paribus, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad imperatoris, regum, raginarum, ducum, marchionum, et aliorum principum instantiom, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut olias quomodolibot, etiam itoratis vieibus eoncessis, eonfirmatis, et innovatis, et in posterum concedendis, eonfirmandis, et innovandis, etiamsi in illis, ac statutis, et stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacito, quod urbis, nonnisi originariis civibus romanis, oc civium eorumdem filiis, aliorum vero partium beneficia, nonnisi per personas illustres, seu nobiles, oc etiam origioarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri respoctive possint, et nullus in civem orbis, aut eivitatum, oppidorum, terrarum, et locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis oti possit, nisi prius in dictis civitatibus, oppidis, et locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem asceodentia possideat, quodque præeeptoriæ, et alia beneficia quæcumquo dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpotuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam commendatariorum revoeabiliter concedi debeant, ut sic pensionibus ecclesiasticis, sæcularibus, aut aliis personis apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis prædictis, etiam vigore clousulæ implieitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas apostolicas, et quasvis etiam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum cardinalium fiat, et tunc demum ad id magistri, et conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum magistrum subscriptæ, ae ei, et prædicto conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fiont, etiam de simili eonsilio derogationis sit apposita clausula, quod illorum effoctum sortiantur de consensu magistri, et conventus prædictorum, et non alias, aliter, nec alio modo.

Publicatio, et mentio specifica derogatorum.

§. 12. Quibus omnibus, et eorum singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, corumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per elausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, ac in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodquo clausula implieitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato, apposita, aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de vorbo od verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansuris, hac vice dumtaxat harum serie in genere, et in specie, ad effectum præmissorum specialiter, et expresse motu, et scientia similibus derogamus, et derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publiei subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, ot odhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Onus præstandi professionem fidei.

§. 14. Quodque prædicti, antequam gratia ereationis in notarios perfrui valeant, in manibus olicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut, si cui ex supradictis cappellanis similes testandi de bonis, ae pensiones transferendi facultates ab aliquo romano Pontifice prædecessore Nostro, cui simile eappellani ministerium præstiterit, concessæ fuerint, præsentes literæ illi, quoad facultates testandi de bonis, et transferendi pen-

siones hujusmodi, minime suffragentur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die iii. aprilis MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 10. Aprilis 1770. Anno I.

LXI.

Divisio provinciæ Extremaduræ, et erectio in duas separatas provincias.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Superna apostolicæ charitatis, providentiæque Nostræ erga omnes christifideles, atque eos potissimum qui e fluctibus sæculi erepti ad tranquillum religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnes pontificiæ benignitatis et auctoritatis operam, consiliumque in hoc studiosissime collocamus, ut dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter viros præsertim religiosos in pace fiant, et omnia ad divinum cultum adaugendum, et regularem disciplinam confirmandam constabiliantur.

Tenor precum porrectarum, in quibus referuntur providentiæ captæ a Pontifice Benedicto XIV. ut lites, subortasque discordias inter monachos componeret, per unionem provinciarum.

§. 2. Exponi siquidam Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Dominicus Valera frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac minister provincialis provinciæ sancti Michaelis Extremaduræ ejusdem ordinis, quod licet alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die viii. augusti MDCCLVII. expeditas literas ad sedandas lites, ac discordias, quæ in dies crescebant, et grassabantur inter fratres ejusdem provinciæ natos infra flumen Tagum, atque alios, qui supra illud nati erant cum magna disciplinæ regularis jactura, et provinciæ hujusmodi detrimento, quamdam distributionem officiorum inter easdem duas fratrum hujusmodi partes statuerit, atque præscripserit, et alias prout in ejusdem Benedicti prædecessoris literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plane, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Nihilominus dissentiones, et animorum simultates, ac dissidentiæ adeo postmodum excreverunt, ut fratres unius partis, seu ut vocant, partialitatis minime superioribus alterius partialitatis obedire voluerint, atque illi unius vivere, et commorari absoluta recusarunt in conventibus alterius partialitatis, absque eo, quod omnis cura, et diligentia a superioribus adhibita, omnia hæc damna, et regularis disciplinæ præjudicia impedire valuerit, et eorum pro pace, ac tranquillitate conatus, prudentioresque viæ illusæ penitus evaserunt.

Sed ex ipsa unione aliæ deinde enatæ sunt difficultates, quæ dismembrationem suadent, ne graviora damna, et scandala offendantur.

§. 3. Quibus præterea accedit, ut propter ejusdem provinciæ longitudinem, et latitudinem, ac conventuum pluralitatem, et viarum anfractus, ipsius visitatio ministris provincialibus incommoda nimis, et difficilis admodum reddatur. Hisce præjudiciis, ac inordinationibus, aliisque quamplurimis nullum aliud adhiberi posse remedium præsentius existimatur, quam ut eadem provincia in duas distinctas provincias dividatur, et ex conventibus, ac fratribus partis, seu partialitatis supra Tagum una, atque ex conventibus, et fratribus partis, seu partialitatis infra Tagum alia constituatur provincia. Ea propter dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et dismembratio indulgetur, collata facultate id exequendi in cardinalem protectorem ordinis, qui procedere tamen debet verificatis expositis.

§. 4. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto filio Nostro Aloisio Maria Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Torrigiani nuncupato, ejusdem ordinis minorum sancti Francisci de Observantia apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectore, motu etiam proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes committimus, et mandamus dilecto filio Antonio Abian ejusdem ordinis ultramontanæ familiæ commissario generali, ut provinciam præfatam sancti Michaelis Extremaduræ in duas provincias apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo dividat, disjungat, et separet, duasque distinctas, et separatas provincias erigat, earumque unam

ex conventibus, ac fratribus partialitatis supra Tagum, aliam vero provinciam ex fratribus, ac conventibus alterius partialitatis infra Tagum constituat, ac pro hac prima vice ministros provinciales, et definitores pro utraque respective provincia, qui in officiis hujusmodi per triennium juxta regularia instituta ejusdem ordinis durent, eligat, et deputet.

Facta autem divisione, singulæ provinciæ frui debent iisdem exemptionibus, et privilegiis, quibus dum unitæ erant donabantur.

§. 5. Et posteaquam prædictæ duæ provinciæ, vigore præsentium, ut præfertur, erectæ, et constitutæ fuerint, eisdem duabus provinciis, ac cuilibet earum, illarumque conventibus, dominibus, et ministris provincialibus, definitoribus, cæterisque superioribus pro tempore existentibus, ac fratribus, et personis quibuslibet, ut omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, prærogativis, præeminentiis, præcedentiis, indulgentiis, et indultis, quibus aliæ ejusdem ordinis provinciæ, illarumque conventus, domus, superiores, et fratres, aliæque personæ tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant respective, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum serie similiter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Decretum irritans, et clausula sublata.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem; ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

LXII.

Datum die 27. Aprilis 1770. Anno I.

Privilegia academiæ theologicæ in archigymnasio Sapientiæ urbis institutæ confirmantur, et nova quoque conceduntur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Docet summum Pontificem literarum studia, et præsertim theologicæ facultatis excitare.

§. 1. Ex commisso Nobis divinitus pastoralis solicitudinis munere, literarum, et præsertim theologicæ facultatis studia inter christifideles in sortem Domini vocatos opportunis rationibus excitare, et promovere satagimus, ac ut debitus virtuti honor rependatur, libenter providemus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, religionis decus, et incrementum, ac catholicæ fidei præsidium cognoscimus in Domino expedire.

Hac de causa Clemens X I. academiam theologicam in urbe erexit, multisque ditavit privilegiis.

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis Clementis pp. XI. prædecessor Noster academiam theologicam nuncupatam suis sub auspiciis in alma urbe erexit, ac instituit, eique locum in ædibus publici archigymnasii Sapientiæ nuncupati ejusdem urbis pro suis con-

ventibus habendis, ac functionibus peragendis concessit, et assignavit. Postmodum vero cum idem Clemens prædecessor accepisset, quod ii, qui academiæ hujusmodi nomen dederant, peculiares in sacræ theologiæ, et ecclesiasticæ historiæ disciplinis progressus faciebant, ita ut majora in posterum sperari possent incrementa, quæ suavissimos, uberesque fructus in Ecclesiam Dei proferrent, per suas in simili forma Brevis die vigesima tertia aprilis MDCCXVII. expeditas literas non solum ejusdem academiæ institutionem, ac perpetui usus loci in dicto archigymnasio assignati concessionem, sed etiam constitutiones, ac statuta pro recto, ac felici ejusdem academiæ gubernio condita confirmavit, et approbavit, aliaque præscripsit, et indulsit, ac nonnullos etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales ipsius academiæ protectores, ac defensores constituit, ac deputavit; ac alias prout in prædictis ejusdem Clementis prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Benedictus vero XIII aliis gratiis, et favoribus eam insignivit, multique S. R. E. cardinales eam redditibus liberaliter ditarunt.

§. 3. Sane fructus, quos ex academia hujusmodi ipse Clemens prædecessor sperabat, postmodum, opitulante divini numinis gratia, ita uberrime illa reddidit, ut nedum fel. me. Benedictus pp. XIII. itidem prædecessor Noster aliis favoribus, et gratiis ipsam insignierit, et bo. me. Raphael Cosmas, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Hieronymis nuncupatus eam redditibus liberaliter auxerit, atque ditaverit.

Floruerunt in ea continuo viri clarissimi.

§. 4. Verum quoque Nos ipsi, qui dum cardinalatus honore fungebamur, et inter alios Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales ejusdem academiæ protectores, ac defensores recensiti fuimus, singulari cum animi Nostri jucunditate academiæ prædictæ exercitationibus interessendo, plures ecclesiasticos viros in ea facultate versatos, ac etiam magistros, et doctores, seu alio quoque honore insignitos in vinculo charitatis conjunctos ad sublimiorem divinarum rerum cognitionem, cœlesti gratia adjutrice, aspirantes admirati sumus, eamdemque academiam sub patrocinio, ac defensione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Joannis Francisci episcopi Sabinensis Albani, et Joannis Francisci episcopi Prænestini Stoppani, ac dilectorum filiorum Nostrorum Ferdinandi Mariæ ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis de Rubeis, ac Flavii, itidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Chisii respective nuncupatorum existere, qui tamquam amplissimi scientiarum fautores academiæ hujusmodi progressus, et incrementa summo studio, ac vigilantia enixe curare nunquam desinunt, maximopere in Domino lætamur.

Quorum numerus ut semper augeretur, confirmantur gratiæ, et privilegia concessa.

§. 5. Ut igitur ii, qui theologicis studiis tanta cum orthodoxæ fidei utilitate, in ea operam dare pergunt, alacriori animo id agant, academiam ipsam novis pontificiæ Nostræ beneficentiæ favoribus insignire decrevimus. Quocirca motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, quæcumque privilegia, gratias, et indulta a memoratis Clemente, et Benedicto prædecessoribus academiæ prædictæ, et iis, qui nomen eidem dederunt, vel in posterum daturi sint quomodocumque, et quandocumque concessa, tributa, et elargita confirmamus, et approbamus, ac, quatenus opus sit, denuo concedimus, et indulgemus.

Et indulgetur ut qui dignior inventus fuerit, doctoralem lauream gratis recipere possit post integrum triennium assiduam operam, et publico dato testimonio de progressu in studiis.

§. 6. Atque præterea ne labori desit præmium, sed debitus ei rependatur honor, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, statuimus, et ordinamus, ut anno quolibet unus, qui per integrum triennium assiduis studiis operam sacræ theologiæ instituto navaverit, et exercitationibus, quæ in ipsa academia fieri solent, interfuerit, et ea præbuerit progressus, et scientiæ specimina, ut per majorem suffragiorum numerum a censoribus ejusdem academiæ dignior habeatur, dato ei hac de re publico testimonio, dilecto filio nunc, et pro tempore existenti palatii Nostri apostolici magistro exhibendo, gratis ad doctoratus, et magisterii in sacra theologia gradus a theologorum collegio promoveri possit, ac valeat, et sic promoti graduum hujusmodi insignia gestare, ac publice, et privatim etiam in quibusvis studiorum generalium universitatibus theologiam ipsam docere, et de ea disputare, actusque gradibus hujusmodi convenientes exercere, ac omnibus pariter privilegiis, prærogativis, gratiis, favoribus, et indultis, quibus alii in universitatibus studiorum generalium ad gradus præfatos promoti de jure, usu, stylo, vel consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri,

et gaudere poterunt in futurum in omnibus, et per omnia, perinde ac si in universitatibus hujusmodi gradus ipsos suscepissent, etiam uti, frui, potiri, et gaudere pariter libere, et licite possint, ac valeant licentiam tribuimus, et facultatem.

Clausula salutares.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, velidas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima septima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 27. Aprilis 1770. Anno I.

LXIII.

Erectio confraternitatis in ecclesia civitatis Iprensis sub titulo Adorationis perpetuæ, et Orationis sanctissimi sacramenti Eucharistiæ, illinsque unio seu aggregatio cum archiconfraternitate sanctissimi Sacramenti urbis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponuntur preces porrectæ pro erectione confraternitatis, et quale esse debeat illius institutionis objectum, et munus.

§. 1. Exponi fecit Nobis venerabilis frater Felix Josepb episcopus Iprensis, ad augendum cultum devotionemque fidelium erga sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, se erigere velle pro tota sua diœcesi in aliqua ecclesia civitatis Iprensis novam quamdam confraternitatem utriusque sexus sub titulo Adorationis perpetuæ et Orationis sanctissimi Eucharistiæ sacramenti; supplicesque nobis preces exhibuit, ut eamdem confraternitatem a se erigendam confraternitati sub eodem titulo Adorationis perpetuæ sanctissimi Sacramenti erectæ in insigni collegiata sancti Martini civitatis Leodiensis, quæ archiconfraternitati sanctissimi Sacramenti urbis est aggregata, unire, ipsiusque confratribus, et consororibus easdem indulgenties, quibus eædem illæ confraternitates sanctissimi Sacramenti fruuntur, elargiri apostolica benignitate dignaremur.

Quibus omnibus indulget Pontifex, communicatis omnibus indulgentiis concessis archiconfraternitati urbis.

§. 2. Nos iteque hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Nobis a Domino tredita, ac de omnipotentis Dei misericordia, et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi confraternitatem a prædicto venerabili fratre episcopo Iprensi erigendem pro oratione perpetua in qualibet diei hora ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pro civitate, et diœcesi Iprensi, omnibusque in ea, postquam canonice erecta fuerit, adscribi volentibus confirmamus, eamque motu proprio alteri confratarnitati sanctissimi Sacramenti in collegiata insigni sancti Martini civitatis Leodiensis ab anno MDLXXV. erectæ, et archiconfraterniteti sanctissimi Secramenti urbis aggregatæ, unimus, et omnes et singules indulgentias, quibus archiconfraternitas prædicta urbis gaudet, communicamus. Ac insuper easdem omnes et singulas indulgentias, quibus aliæ confraternitates pro perpetua sanctissimi Eucharistiæ sacramenti adorationa institutæ fruuntur, elementer elargimur.

Insuper conceditur indulgentia plenaria tum in die ingressus, tum in specialibus aliis festivitatibus.

§. 3. Omnibus vero dictæ confraternitatis, ut supra, erigendæ confratribus, et consororibus primo in die ingressus, dein et per integram boram ante augustissimum Eucharistiæ sacramentum pie orantibus indulgentiam plenariam semel in mense concedimus. Item ex speciali gratia eisdem confratribus et consororibus vere pœnitentibus, confessis, et sacra communione refectis, et juxta mentem Nostram per aliquod temporis spatium pie orantibus indulgentiam plenariem in dominica infra octavam sanctissimi Corporis Christi, in dominica infra octavam omnium Sanctorum, et in festo Epiphaniæ, in prima dominica quadragesimæ, et prima dominica meii, et in quatuor festivitatibus infra annum, ab eodem venerabili fratre episcopo Iprensi designendis, impertimur, atque omnes, et singulas indulgentias, quas valere volumus perpetnis futuris temporibus, animabus fidelium defunctorum

applicari posse concedimus at indulgemus. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ Nostræ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem ut eorumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima aprilis anni MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. Aprilis 1770. Anno I.

LXIV.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca monasterii beatæ Mariæ de Guadelupe Nullius diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum et status bibliothecæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Alonsus de Montemolin prior regii monasterii beatæ Mariæ de Guadalupe ordinis sancti Hieronymi Nullius diœcesis provinciæ Compostellanæ, quod in eodem Monasterio conspicua extet bibliotheca, in qua præter ingentem librorum numerum, plura quoque instrumenta ad mathematicam spectantia, et nonnullæ machinæ ad phisicam, seu philosophiam in instrumentis positam pertinentes asservantur; ipse vero Alonsus prædictorum omnium conservationi in publicum bonum a Nobis provideri summopere desiderat.

Prohibitio extractionis librorum ad omnes personas extenditur, vetaturque sub poena excommunicationis latæ sententiæ, a solo Pontifice pro tempore existente, remittenda.

§. 2. Nos igitur specialem dicto Alonso gratiam facere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis, nunc, et pro tempore etiam ejusdem monasterii monachis existentibus, ne ullo unquam, etsi brevi tempore, libros, codices, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta, instrumenta, et machinas hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, ac folia, figuras, laminas, seu delineationes a libris, et codicibus prædictis, in quibus insertæ sunt, scindere, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur, sive scindantur permittere, aut consentire sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel ingenio audeant, seu quovis modo præsumant sub excommunicationis latæ sententiæ, et quoad regulares privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso, absque alia declaratione, incurrendis, a qua nemo nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, præter quam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus, ac præterea auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et mandamus, ut libri monachorum in monasterio hujusmodi decedentium in eadem bibliotheca poni, ac sub pœnis prædictis ibidem custodiri debeant, solumque nunc, et pro tempore existenti ejusdem monasterii priori facultatem ex libris monachorum hujusmodi vendendi, seu cum aliis libris commutandi illos, quorum exemplar in bibliotheca prædicta jam reperiantur, et ex venditorum pretio alios ab eis diversos libros comparandi concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, vel in aliquo conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 10. Maii 1770. Anno I.

LXV.

Facultas concessa archiepiscopo Pharsaliæ legendi, et retinendi librum, cui titulus = *Dictionarius enciclopedicus* =.

Venerabili fratri Emmanueli archiepiscopo Pharsaliæ generali in regno Hispaniarum inquisitori.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponit Pontifex rationem cur gratiam hujusmodi singularem concesserit.

§. 1. Mittimus ad te, venerabilis frater, hisce nostris conjunctum supplicem libellum Nobis nomine societatis Hispanieæ amicorum patriæ oblatum, ex quo perlecto quid a Nobis postuletur intelliges. Nos tua religione, zelo, ac sapientia freti opportunas, ac necessarias facultates tibi damus, ut potestatem facere possis retinendi, legendique dictionarium encyclopedicum iis ex præfata societate, a quibus maturior jam ætas, probati mores, doctrina, perspectumque fidei studium omnem valeant periculi suspicionem, hauriendique erroris timorem avertere. Atque hac libenter utimur opportunitate, venerabilis frater, declarandi tibi plurimam apud Nos esse existimationem tui, paremque etiam constare nostram erga te pontificiam charitatem, in cujus pignus apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima maii anni MDCCLXX. pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 16. Maii 1770. Anno I.

LXVI.

Ampliantur, et confirmantur privilegia et facultates auditorii causarum sacri palatii apostolici.

Clemens episcopus

servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Cum primum supremo cœlestis patrisfamilias consilio ad sacram beati Petri Sedem erecti fuimus, non solum percepimus, se penitus hausimus animo divinam illam vocem, qua ad pastoralis officii implendas partes in excolendo Dominico agro, pascendisque Christi ovibus continuo excitamur; sed insonuit etiam nostris auribus, atque intimis hæsit sensibus cœleste illud mandatum, quo judicare populum in justitia, et pauperes in judicio jubemur. Quamobrem etsi ad gerendam ecclesiarum omnium solicitudinem quotidianas impendimus cogitationes, et curas, ad ea tamen etiam convertimus animum, quæ vel ad confirmandam, vel ad restaurandam in hujus almæ urbis Nostræ tribunalibus rectam, atque integram judiciorum rationem apta ac consentanea esse comperimus.

Laudes auditorii causarum palatii apostolici.

§. 2. Cum vero potissimum in causarum palatii Nostri apostolici auditorio, toto orbe celeberrimo, sapientissimis, ac exquisitissimis legibus a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris instructo, jus non solum Nostris, atque apostolicæ Sedis temporali ditioni subditis populis, sed universo etiam christiano orbi miro ordine reddatur, et qui in illo assident duodecim viri, ab exteris quoque delecti, quæsitique regionibus, nec studio, nec labori parcant in cognoscendis, et summa integritate, ac sapientia dirimendis controversiis, ac litibus, quæ ad eorum auditorium deferuntur; propterea Nos majori semper earumdem legum, ac statutorum hujus tribunalis firmitati prospicere volentes, et si quid in iisdem ex fluxa, variabilique humanarum rerum natura sit immutatum, renovare, ac restaurare, ut negotiorum, et causarum, quæ in illo tractantur accuratissimus ordo, ac ratio constet; et præterea dignum omnino existimantes eorumdem duodecim virorum dignitatem, ac splendorem augere, et novis eos beneficiis, ac gratiis prosequi, hac Nostra constitutione perpetuæ legis vim habitura, edicimus, atque sancimus.

Confirmantur omnes constitutiones apostolicæ in ejus comodum, et favorem latæ a summis Pontificibus; quæ enumerantur.

§. 3. Ac primum omnes, et singulas constitutiones, ac literas apostolicas quocumque nomine nuncupentur quæ in ipsius auditorii, ejusque auditorum, et locumtenentium pro tempore existentium, commodum, et favorem a romanis Pontificibus antecessoribus Nostris, præsertim Martino V., Julio II., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Alexandro VII., Clemente X., Clemente XI., Benedicto XIV. et nuper o Clemente XIII. editæ, ac

promulgatæ fuere; dummodo non sint expresse revocatæ, et Nostræ huic semper valituræ dispositioni non adversentur; motu proprio, et ex certa scientia, eerum tenores pro expressis habentes, de apostolicæ potestatis plenitudine edprobamus, et confirmamus, et, quatenus opus sit, ex integro renovamus, eesque omnimodam et pleneriam in posterum habere exequutionem volumus, et mandamus.

Et prœsertim Indulta concessa ab Innocentio X, et Benedicto XIV.

§. 4. Suam vero præ cæteris firmitatem hebere præcipimus, indultum illud Innocentii X. e laudato Benedicto XIV. in sue constitutione incipiente *Præclara debitæ* commendatum; quo prædicti auditores consequuti sunt facultatem inducndi, ac deferendi rochetum, sive dum ad romeni Pontificis pro tempore existentis audientiam, sive dum ad pontificias cappellas, et functiones, sive dum ed auditorium accedunt, ac inde discedunt. Edicimus propterea, et, quatenus opus sit, empliori modo declaramus, auditores ipsos non tantum in casibus præmissis, atque in functionibus secris quibuscumque, sed etiam omnibus omnino, ac singulis vicibus, ac temporibus, quibus eos hebitu prælatitio indui, ec uti contigerit, rocheto pariter uti, ec indui libere, ec licite posse, etque valere; et ne singulare hoc honoris privilegium ob inobservantiam, si quæ forte edsit, legum cæremonialium, commune ramaneat, et vilescat; ideo decretum diei vicesimæ secundæ novembris MDCCXLII. editum in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romenæ Ecclesiæ cardinelium sacris cæremoniis præposite, ab eodem Nostro prædecessore Benedicto XIV. in prædicta sua constitutione edprobatum, innovamus, confirmamus, atque in usum, et observantiam restituimus; mandantes, ut deinceps nemini ex eliis prælatis, cujusvis ordinis, et collegii fuerit, qui rochetí prærogetiva potietur, liceat eo ornamento insignito per urbem incedere, nisi juxta temporum, et occasionum discrimina, in laudato decrcto præscripta; iis dumtaxat prælatis exceptis, qui in eedem constitutione excipiuntur, et quibus ex summorum Pontificum munificentia insigne illud dignitetis, libere, et quendocumque gestare, præcipuorum suorum officiorum ratione, ac præstantia permissum est.

Eximuntur auditores ab onese iudicandi

§. 5. Præteres, quum auditores causarum sacri palatii, eorumque locum tenentes sint epostolicæ Sedis officiales, ejusque, et romenorum Pontificum capelleni, et veri familiares domestici, et continui commensales, idque propterea consequuti fuerint privilegium ab immediato prædecessoro Nostro recognitum, ot confirmatum, ut quævis literæ epostolicæ eorum favore expediendæ per viam, uti ajunt, secretam, sine solita jurium, sive emolumentorum solutione expediantur; Nos boc merito factum, ratumque habentes, ipsis euditoribus, eorumque locumtenentibus itidem impertimur, et concedimus, ut quatenus beneficia, et pensiones ecclesiasticas, aut prioratuum, et monasteriorum commendes obtinuerint, vel demum ed ecclesias episcopales, et erchiepiscopales fuerint promoti; nullam tam in supplicationibus, vel schedulis motus proprii, aut decretis, cadulisve consistorialibus e romano Pontifice subscribendis, quam in literis apostolicis desuper expediendis, teneantur facere aliorum, quæ possident beneficiorum, vel pensionum, ad ques jus habent, mentionem; sed in supplicationibus, schedulis, decretis, et cedulis ejusmodi, si, et quatenus velint, edjiciatur, quod obstantiæ beneficiales, etiam majores valeant in literis apostolicis desuper expedicndis exprimi, ac declereri.

beneficis, quæ possident, dum alia obtinere desiderant.

§. 6. In illud autem collegium adsciti, cum jam publicis, privatisque exercitationibus satis certum præbuerint scientiæ, doctrinæque euæ experimentum, æquum ducimus, eorumque dignitati consenteneum, idque volumus, ac statuimus, ut si quempiam ax ipsis auditoribus ad minores, vel sacros ordines promoveri contingat, is prorsus eb eo exemine sit exemptus, quod coram venerabili fretre Nostro cardinali pro tempore romani Pontificis in urbe, ejusque districtu vicario juxte constitutionem Alexendri pp. VII, cæteri omnes ordinibus initiandi subire debent, ac solent. Quod si ipsorum eliquis auditorum ad episcopatum eligatur, id quoque serveri optamus, quod jam sæpe e prædecessoribus Nostris, ac Nobismetipsis factum est; ut consueto examini se corem romano Pontifice humiliter sistentes, ab eo absoluti, eo dispensati cum apostolica benedictione statim dimittentur.

Et ab examine in ordinibus suscipiendis, excepto episcopatu.

§. 7. Ejusdem porro que gaudent, ac præstent singularis opinione doctrinæ, certo accepimus documento, sacram Indicis congregationem sub prædecessore Nostro Clemente pp. VIII.

Facultas conceditur omnes praves libros legendi, et retinendi.

ipsorum auditorum examini, ac judicio, nonnullos pravæ, aut suspectæ doctrinæ libros subjecisse, atque eorum operam in iis censeodis, configendis, vel expurgandis utiliter, ac feliciter adhibuisse. Cumque præterea varii, ac multigeoi argumeoti causæ ad eorum tribunal identidem deferantur, quæ variam in judicibus postulant eruditionis, et doctrinæ copiam, quæ e suspectis, vel pravis etiam libris aliquando hauriri potest: Nos de ipsorum auditorum sapieotia, fide, ac probitate satis confisi, eorumque studiis favere cupientes, omnibus, et singulis, quamdiu auditorum, et locum tenentium munere perfungentur, indulgemus, et facultatem concedimus legendi, retineodique omnes, et quoscumque ab apostolica Sede, vel ejus congragatiooibus damnatos, ac prohibitos libros ad jus publicum, civile, vel ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, iis tamen exceptis, qui catholicam religionem oppugnant, dummodo illos diligenter custodiant, ne ad aliorum manus deveniant. Permittimus autem, ut pro necessitate, aut opportunitate causarum, et studiorum hujusmodi, eorum quoque in studio adjutoribus dictorum librorum lectionem mandare, et concedere possint.

Etiam cum dimittunt munus privilegia conservant.

§. 8. Quia vero decet, eum, qui egregio hoc munere decoratus, atque perfuoctus fuerit, accepta semel quædam hoooris insigoia non dimittere, sed retinere; ideo, et hoc indulgemus, ut auditor ille, sive Nostræ pontificiæ, sive exteræ fuerit ditionis, qui ad alia forte muoera promotus auditoratu se abdicaverit, valeat deinceps, æque ac si eo se officio non abdicasset, infrascriptis honoribus, privilegiis, atque exemptionibus uti, ac frui; facultate nimirum induendi, ac deferendi consuetum habitum prælatitium cum rocheto; vescendi ovis, caseo, butyro, et aliis lacticiniis, sibi tamen uni, causa valetudinis, vel laboribus attritæ vel ætate ingravescentis concessis, diebus, et temporibus, quibus iis uti omnino aliis vetitum est; idque ad tramites constitutionis Clementis VII. incipientis *Convenit æquitati*; transferendi præterea annuas ecclesiasticas pensiones usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera juxta Breve a Clemente XI. editum die xix. septembris MDCCXVI., atque erigendi demum altare, ibique diebus singulis celebrandi, seu celebrare bis faciendi sacrosanctum missæ sacrificium, quod ad implendum Ecclesiæ præceptum quibuscumque personis, tunc præsentibus suffragetur, ad formam prælaudatæ constitutionis Clementis XIII. incipientis: *Etsi justitiæ*.

Magister apostolici palatii ultimus est ex collegio auditorum.

§. 9. Sacri quoque palatii apostolici magister unus cum sit ex collegio eorumdem auditorum, atque illorum ordioi, jure, ac merito adjunctus; ratam, firmamque haberi volumus, et jubemus veterem hanc unionem, et aggregationem juxta apostolica indulta prædecessorum Nostrorum Eugenii papæ IV. anoo MCDXXXVII., et Alexandri VII. anno MDCLV.: ita ut sacri palatii apostolici magister, ultimum da more locum post omnes auditores tenens, cappellis omnibus pontificiis una cum illis ioteresse debeat; tum illi, quæ infra octavam festivitatis sanctorum apostolorum Petri, et Pauli in ecclesia sanctæ Mariæ in Via lata ab ipso auditorum collegio haberi solet, nec noo alteri ab iisdem quotaonis habendæ mense novembri in basilica sanctorum Laureotii, et Damasi pro auditorum jam vita functorum exequiis, atque suffragiis: Sedis præterea vacantis tempore rotarum conclavis custodiæ cum aliis per vicem interesse: cum ipsis quoque in solemni, ac publico summi pontificis comitatu equitare, nec ne cujuslibet auditoris fuoeri, et exequiis, cæterisque demum ecclesiasticis functionibus cum publicis tum privatis, ad idem collegium quovis modo pertinentibus, semper adesse (exceptis tamen judiciis, nec non dispensationibus in aula cancellariæ apostolicæ, atque aliis omnibus actis, quæ haberi, vel fieri solent ab auditore noviter electo). Vicissim vero ad exequias ipsius sacri palatii apostolici magistri adesse debeant, iisque adsistere prædicti auditores collegialiter, ut ajunt, sine alterius personæ cujusvis commixtione: cæterum ex ejusmodi per Nos confirmata unione, atque aggregatiooe, nil volumus innovatum, vel detractum de singularibus gratiis, et privilegiis quibuscumque tum Rotæ auditoribus, tum S. P. A. magistris in suis respective muneribus, et officiis competentibus.

In judiciis, et justitiæ administratione specialem praxim sequitur, et usus a consuetudine confirmatos.

§. 10. In judiciis autem, atque in justitiæ administratione servandam, atque constanter exequendam volumus in prædicto auditorio antiquam judicandi methodum a memorato prædecessore Nostro Clemente XIII. restitutam, nec noo praxim, usus, et coosuetudines pro ejusdem auditorii, ac tribunalis regimine, sive ioterno, sive

externo, probe, ac laudabiliter inductas. Et servandum, retineodumquo præsertim præcipimus quicquid in constitutionibus Nostrorum pariter prædecessurum Gregorii XI. et Pauli V. continetur circa competentem eidem anditorio auctoritatem in personas advocatorum, et procuratorum curialium, quam Nos iterum ei concedimus, et impertimur; et novas insuper, quatenus opus sit, facultates adjongimus, tum pro admissione, et adprobatinne illorum, qui vel inter advocatos, et retalium causarum patronos, seu procuratores adscribi volunt; ut scilicot admitti, et adprobari ii tantummodo mereaotur, qui doctrina, morum honestate, aliisque arbitrio tribunalis necessariis qualitatibus polleant; tum etiam pro præfinitione, ac præscriptione regularum, et reformationum, prout occasio, ac opportunitas feret, circa modum, ac stylum scribendi, tractandi, atque agendi io causis: tum denique pro eorumdem advocatorum, et patronorum, seu procuratorum, quoties præfinitis, et præscriptis legibus ausi fuerint contraire; correctione, ac punitione cum pœnis ipsius auditorii arbitrio infligendis, ac subeundis.

Debent tamen conclusiones et publicas disputationes facere, antequam recipiantur in collegio: et adjutorem a studiis habere in causarum definitione.

§. 11. Cum vero ad hujus tribunalis decus, et ornamentum, noo tuendum modo, sed otiam amplificandum maxima conferat hominum egregiorum delectus, qui laboribus, ac studiis suis opem conferant, et auxilium judicibus optimis in multiplioium, ac gravissimarum causarum examine, et definitione: volumus propterea, præcimus, ac mandamus, ut qui nuper fuere, vol erunt in posterom in Rotæ auditores electi, quique jam de sua quisque electione Pontificium motum proprium auditorio exhibuerint, aliquo tempora priusqoam publicas disputationes, seu conclusiones habuerint, tradere omnino teneantur ipsius auditorii decano notulam, in qua oomen, cognomeo, et patria inseribatur illius, quem novus quisque auditor adsciverit, atque aptum, et idoneum censuerit ad implendam operam, et munus sui in studio adjutoris, ona cum authenticis probationibus infrascriptarum qualitatum, et requisitorum, quibus ille præditus esse debeat: quæque erunt ab eodem decano summa diligentia, ac rigore expendenda, ut ea deinde referat in pleno euditorio, cui integra sit potestas, et arbitrium admittendi præsentatom, ut supra, vel etiam eum repellendi, quatenus ita in Domioo censuerit, omni sublata ab ejus judicio recurrendi, ac reclamandi facultate; censeri enim omnino debet, non nisi justis ex causis, ac urgentibus prudentissimis rationibus, silentio atiam quandoque obtegendis, ab integerrimo tribunali exclusionem ejusmodi decerni. Requisita vero hæc esse debebunt; nempe, natalium honestas: ætas non minor annis triginta: doctoratus in archigymnasio Sapientiæ hujus almæ urbis nostræ susceptus: studium juris expletum in eadem alma urbe octo saltem annorum spatio, vel apud aliquem ex iisdem auditoribus, aut locatenentibus in Secreti, ut vocant officio, ac munere, vel cum quis apud alios urbis judices ordinarios, aut celebriores advocatos sedulam, atque utilem operam per idem tempus navaverit. Quæ autem modo decernimus esse servanda pro legitima admissiooe novi in studio adjutoris, servari paritar debebunt toties, quoties alter in locum jam admissi erit forte ab unoquoque ex auditoribus assumendus, et subrogandus.

Et hinc quoque Secretos.

§. 12. Ab onere tamen probandi requisita mox exposita exemptos esse declaramus, ac volumus eos omnes, qui editæ hujus coostitutionis tempore, penes aliquem ex prædictis auditoribus munus adjutoris in studio, vel actu exercent, vel alias laodabiliter exercuerunt: sicuti pariter neque huic legi subjectos unquam esse intendimus duos illos (neque enim plures esse debent) qui sub Secreti nomine a singulis auditoribus in majus quoddam studii, ac laboris levamen assumuntur. Optamus autem hos quoque præditos esse, quantum fieri poterit, natalium, ætatis, ac morum, doctrinæque prærogativis; ideoque auditores ipsos val nuper electos, vel in futurum eligendos, paterno commonemus affectu, ac vehementer hortamor, ut dum pro ipsorum arbitrio, ac conscientia juvenes hos in studii societatem seligere, atque admittere indulgemus, optimos selegisse, ac admisisse utiles tum sibi, tum illis, tum denique publico bono sentiant, ot gratulentur.

Omnibus tamen prohibetur sub poena excommunicationis latæ sententiæ ne suffragia, et secreta auditorii pandant.

§. 13. Quia porro ad conciliandam magis in dies Nostro huic auditorio prudentiæ famam, ac tuendam in dicendia pro justitia cujusque sententiis libertatem, confert quammaxime diligens, ac perpetua silentii, sive secreti custodia. Idem tum omnibus, et singulis auditoribus, et locumtenentibus, tum eorum in studio adjutoribus, atque Secretis serio præcipimus, et ju-

bemus, ut præ oculis habeant, religioseque servent, ac exequantur prædecessoris Nostri Urbani VIII. constitutionem, qua sub perjurii, et majoris excommunicationis pœna interdicitur, et inhibetur, ne vota, ac suffragia, et secreta auditorii pandantur, sublata quoad auditores ipsos, et locumtenentes contraria quacumque consuetudine, excusatione, aut perversa legis interpretatione, quasi in ipsorum tantum lata sit commodum, cui libere, et pro arbitratu valeat unusquisque renunciare. Curent autem iidem auditores, et locumtenentes, ac omnino provideant, ut ineunte quolibet anno rotali omnes prorsus, ac singuli sive studiorum adjutores, sive Secreti eam constitutionem sese servaturos, juxta formam inibi traditam promittant, et jurent in Rota, quæ ideo vocatur juramentorum, quæque habetur in Quirinali, post factam Rotæ aperitionem in Vaticano. Si vero supradicti studiorum adjutores, et Secreti, fortasse ob absentiam ab urbe, vel ob aliud legitimum impedimentum in Rota juramentorum non interfuerint; tunc ad prædictum juramentum præstandum omnino teneantur in manibus prælati, cui sunt addicti, priusquam resumant studii rotalis exercitium, præstitique juramenti testimonium apud tribunalis decanum deferre; et si præscriptis hisce temporibus, ac modis non juraverint, ab officio, et munere removeantur.

De modo servando in decisionibus edendis, et publicandis.

§. 14. Conveniens præterea, et consentaneum præmissis est quod præcipimus, et sancimus; ne decisiones, quæ sunt exaratæ, et in promptu, ut typis vulgentur, per adjutorem studii, sub iisdem pœnis, quæ in urbana constitutione secreti violatoribus inflictæ sunt, partibus litigantibus, aut alteri cuiquam extra auditorium tradantur, vel communicentur, nisi prius fuerint a proprio prælato ponente adprobatæ, ac subscriptæ. Ponens vero antequam subscribat, eas diligenter inspicere, et examinare teneatur, valeatque pro suo prudenti arbitrio copiam ipsarum facere, (ut jam in mora positum est) partibus instantibus pro promulgatione, et in iis, quæ facti sunt partes ipsas audire, ad hoc, ut omnino edantur veritate factorum, juris regulis, et rationum momentis probe subnixæ, superfluis rejectis: ac præsertim consentaneæ sint suffragiis, quibus causa definita est; nam si in lucem prodierint non satis, ac decet, emendatæ, et castigatæ, ipsemet ponens non solum universo auditorio, sed etiam summo Pontifici rationem erit redditurus. Utque hac de re magis, magisque caveatur, volumus, et mandamus, ut typographus cameralis, sub gravioribus Nostro et successorum Nostrorum arbitrio reservatis pœnis, nullam prorsus audeat imprimere decisionem, cui desit solitum ponentis imprimatur. Imo etiam quamvis adsit; si tamen animadverterit scripturam lituris, atque additamentis fuisse corruptam, quæ manu, et charactere ponentis minime probata fuerint, differat adhuc typis mandare, donec sibi compertum fuerit nullam fraudem, ac dolum intercessisse.

De præmio solvendo ab extensore decisionum.

§. 15. Quoniam vero sua debetur labori merces, et præmium, plane æquum, et congruum existimamus, ut studiorum adjutori propter laborem in hujusmodi decisionibus exarandis impensum aliquid persolvatur; quod tamen laudatissimæ Nostræ romanæ curiæ integritati, ac moderationi respondeat; quod ipsius Rotæ studio in coercendis litium expensis conveniat; quod denique non sit turpis cupiditatis, et avaritiæ veluti incitamentum. Quamobrem præcipimus, et jubemus, ut studiorum adjutoribus, neque minus scutis tribus pro qualibet decisione solvatur; neque ipsi plus scutis triginta recipere possint, etiamsi longa, difficilis, et operosa esset decisio; etiamsi lis inter nobiles viros, principes, capitula cathedralium, aut metropolitanarum ecclesiarum, episcopos, archiepiscopos, S. R. E. cardinales, et quoscumque alios, quavis dignitate præstantes agatur; etiamsi sponte a procuratoribus, agentibus, aut aliis quibuscumque major quantitas offeratur, ne alienæ liberalitatis colore obducta videatur eorum lucrandi cupiditas: nolumus tamen, ut quæ duo decisionum emolumenta modo nominavimus, ita accipiantur, ut semper, et indistincte alterutrum ex iis debeat solvi; prudenti enim procuratorum arbitrio committimus, ut juxta causarum qualitatem, litigantium conditionem, quæstionis gravitatem, et laborem in extendenda decisione impensum, major, vel minor quantitas intra summam scutorum trium, et summam scutorum triginta pro qualibet decisione tribuatur; dummodo eorum arbitrium summam, ut præcipimus, scutorum triginta non excedat; studii vero adjutores oblatam intro quantitatem comiter, ut decet, accipiant, et sine ulla prorsus illiberali

querela. Quod si ultra summam scutorum triginta quocumque nomine, modo, prætexto, colore, et titulo etiam munaris, et rei gratuito dono datæ exactum fuerit, volumus, ut quilibet delator nuntiare id possit, vel auditori decano, vel alteri ex duobus aliis auditoribus in ordine antiquioribus, qui tres collatis insimul consiliis, ac penitus facti probationibus, adjutorem istum ad mala accepti restitutionem compellant, at in eum, prout expedire judicaverint, severius etiam animadvertent.

Decanus, et bini in ordine antiquiores auditores, inspectores, et censores sunt adjutorum a studiis et Secretorum.

§. 16. Ipsum præterea auditorii decanum, duosque in ordine antiquioras auditores, quorum prudentiam, maturitatem, et rerum in tribunali agendarum diuturnam experientiam plurimi faciendam esse existimamus, inspectores quasi, ac censores nominamus, constituimus, et deputamus, penes quos in studiorum adjutores; atque Secretos omnes sit præcipua potestas; ita ut non modo adversus illos, si in officio reprehendantur, querelas excipiant, verum etiam studiose inquirant, utrum suo aliqui munere abutantur; et si aliquos deliquisse comperiant, facultatem concedimus, vel eos animadversione aliqua ad tempus coercere, vel etiam ab officio repellere, vel alias irrogare pœnas, prout idem decanus, antiquioresque duo auditores conveniens, atque opportunum magis judicaverint: in gravioribus tamen, et si muneris privatio erit irroganda, Nos, successoresque Nostros instructos, et certiores prius fieri volumus, ut judicium suprema Nostra auctoritate munitum procedat exactius, et tutius exequi valeat. Alacri igitur animo pergant juvenes, viriquo selectissimi in iis, quæ sui sunt muneris, diligentissimam navare operam: noverint enim, quod Nos paterno semper amore eos prosequemur, et tamquam Nostro, ac sanctæ hujus Sedis obsequio addictos, eorum commoda, honores, et progressus pro opportunitatibus diligentissime curabimus; ac in conferendis dignitatibus, muneribus, at officiis, canonum, legumque peritiam requirentibus, ipsos præsertim ob assiduam, et laudabilem exercitationem, ut magis aptos, et idoneos, cæteris, quantum Nobis integrum erit, amantissime præferemus; atque id ipsum non dubitamus præstituros esse romanos Pontifices successores Nostros: non secus enim, ac Nos, intelligent, quantum ad virtutis incrementum, ac reipublicæ utilitatem pertineat ornare laudibus, et præmiis afficere viros inter legum studia assidue versatos, doctos, ac eruditos, et ad publica gerenda munera præ cæteris aptissime excultos, atque institutos.

Quomodo sportulæ sint dividendæ, statuitur.

§. 17. Nostræ pariter solicitudini, ac provideotiæ convenit sedulo prospicere, nostraque efficere auctoritate, ut inter eosdem auditores, pro officii, ac laboris merito, quæ ipsis debentur emolumenta, æquo jure dividantur. Quamobrem præcipimus, ac statuimus ut si quis ex auditoribus, et locumtenentibus absit ab urbe, vel ratione infirmitatis, vel statutis de more feriarum temporibus, in quibus auditorium a judiciis vacat, nihil ipsi de juribus, sportulis, ac emolumentis decedat; si vero absit non feriato anni tempore, atque eo præsertim, in quo copiosior est litium, et causarum numerus, idque ex speciali summi Pontificis commissione, proque apostolicæ hujus Sedis causa contingat, habeat quidem stipendium mense quolibet distribui solitum, alia vero omnia emolumenta auditoribus præsentibus tantum æquo jure accrescant: in cæteris autem ejusmodi absentiæ casibus quamvis summi Pontificis veniam pro discessu impetraverit, omnibus tamen careat juribus, menstruis stipendiis, sportulis, emolumentis quibuscumque, tam certis, quam incertis, habita ratione temporis absentiæ; quam si protraxerit etiam ad ferias interim recurrentes, feriati quoque hujus temporis emolumentis privetur, quæ inter cæteros auditores dividantur, tamquam in majorum laborum, quos in collegæ absentia illos ferre necesse fuit, præmium, ac compensationem. Indulgemus tamen, atque permittimus eo toto tempore quempiam abesse posse (debita cum venia summi Pontificis) quod intercedit ab ultima Rota mensis julii, usque ad primam mensis novembris, et quamvis congregationi Rotali, quæ mense augusti, at primæ Rotæ, quæ habetur mense octobris ille non interfuerit, nihilo tamen minus volumus ejusdem absentis rationem haberi in distributione stipendii, et emolumentorum, quæ illo tempore debentur: relinquimus imo in potestate, et arbitrio totius auditorii longioris absentiæ veniam per totum dumtaxat mensem decembris cuilibet prorogandi absque ullo prædictorum emolumentorum detrimento, juxta singulorum casuum vices, et circumstantias, prout magis pro sua æquitate, et prudentia expedire judicaverit.

De iis quæ quique ex auditoribus præstare debet cum vel munere se abdicaverit, vel ab eo quavis de causa cessaverit.

§. 18. Tandem neque illud censemus prætereundum, quo juribus litigantium, et recto judiciorum ordini conservando magis consulitur, ac providetur. Itaque statim ac quilibet auditor, aut locumtenens, vel suo se munere abdicaverit, vel alia quacumque ratione eo fungi desierit, volumus, ut neque ipse, neque suorum studiorum adjutor, aut Secreti ullo modo in rebus, aut negotiis ad tribunal spectantibus, neque etiam in decisionibus elucubrandis sese immiscere audeant; sed immo idem ipse, qui auditoratus, vel locumtenentis munere perfunctus est, ejusque studii adjutor, et Secreti, diaria rotalia, atque suffragia tam sua, quam aliorum auditorum, in iis quidem causis, in quibus jam decisio prodiit in lucem, auditori camerario tradere teneantur, vel in archivio, quod a prædecessore Nostro Clemente XIII. nuper in palatio apostolico Quirinali extructum est, custodienda, vel ad alios usus juxta leges, et instituta tribunalis retinenda; in aliis vero causis, in quibus decisio desideratur, auditori decano porrigere debeant, qui eadem suffragia novo, qui subrogabitur causæ ponenti tradere debebit.

Decanus noviter eligendis constitutionem communicare tenetur, ut illam in omnibus, et continuo observent.

§. 19. Utque omnia a Nobis in Nostra hac perpetuo valitura constitutione sancita, atque decreta, altius semper insideant mentibus, tum nuper electorum, tum eligendorum in posterum Rotæ auditorum, et rite, accurateque ab omnibus servari valeant; jubemus, atque mandamus eidem auditori decano, ut instructioni, per ipsum tradi solitæ unicuique ex noviter electis ad eos erudiendos de his quæ agenda sunt, vel ante, vel post acceptum auditoratus officium, suis apto locis adjungere, et adnotare curet ea omnia, quæ ex hac ipsa constitutione Nostra viderit scitu digna ad novi ipsius auditorii uberiorem cognitionem, notitiam, directionemque, ac Nostræ huic voluntati debitam observantiam, atque obedientiam.

Clausulæ salutares, ut suum constitutio sortiatur effectum

§. 20. Decernentes postremo has Nostras literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis seu illorum aliquo quomodolibet interesse habentes, seu habere putantes ad hoc vocati et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, aut alias infringi seu quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis generalibus constitutionibus, revocationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus etiam motu scientia et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, semperque et perpetuo firmas, validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo et inviolabiliter observari: eidemque auditorio, illiusque auditoribus, ac locumtenentibus, necnon studiorum adjutoribus, et Secretis nunc, et pro tempore existentibus, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere. Eosdemque super præmissis omnibus et singulis, vel illorum occasione per quoscumque alios quavis auctoritate et præeminentia fulgentes quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri numquam posse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 21. Sicque et non aliter in præmissis, at circa ea per quoscumque judices, ac tribunalia etiam collegialia ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane pari auctoritate etiam decernimus.

Derogatio omnium contrariorum.

§. 22. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et Pii IV. de gratiis interesse Cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis, et insinuandis, aliisque apostolicis aliorum quorumcumque romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, et præcipue Clementis VIII. et Alexandri VII. super examine promovendorum ad ecclesiarum regimina, et ad sacros ordines, ac in quibusvis conciliis aditis specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus: privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis tribunalibus, et congregationibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, ac pro tempore existenti in urbe ejusque di-

strictu cardinali vicario in spiritualibus generali, et quibuscumque romene curiæ prælatorum ordinibus, et collegiis, et singuleribus personis per quoscumque romanos Pontifices prædecessores Nostros, et Sedem epostolicam prædictem sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scentia, et potestatis plenitudine similibus, quamvis iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis elia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradite observate, præsentibus inserti forent, iisdem præsentibus nostris literis pro sufficienter expressis, et insertis habentes; illis alias in suo robore permansuris ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat harum serie specieliter, et expresse derogamus, eliisque omnibus, et singulis, quæ superius enunciati prædecessores Nostri in singulis eorum literis, indulta, privilegie, prærogativas, exemptiones, et gratias eidem auditorio, illiusque auditoribus, et locumtenentibus attributa concernentibus voluerunt non obstare, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 23. Volumus autem, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ipsas præsentes, seu earum transumpta in locis solitis almæ urbis Nostræ per aliquem ex cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, et affigi, sicque publicates, et affixas omnes, et singulos quos concernunt, et concernent in futurum perinde afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent.

Tam in judicio quam extra illud. §. 25. Volumus insuper, quod earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu elicujus notarii publici subscriptis, et sigillo ipsius euditorii munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeetur, quæ ipsis præsentibus originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis. §. 26. Nulli ergo omnino hominum liceet hanc paginam Nostrarum confirmationis, approbetionis, innovetionis, indulti, concessionis, declarationis, commissionis, mandeti, præcepti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ epud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo, decimo septimo kalendas junii pontificatus Nostri anno primo.

C. Card. pro-Datarius.

A. Cerd. Nigronius.

Visa
De curia J. Manassei.

L. Eugenius
Loco ✠ plumbi.

Reg. in secretaria Brevium.

Anno a nativitate Domioi Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo septuagesimo, indictione tertia, die vero quarta junii, pontificetus autem sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Clementie pp. XIV. anno secundo, recurrentibus ejus coronationis solemniis, supradicta constitutio affixa et publicata fuit ad valvas basilicæ Lateranensis, et principis epostolorum, et cancelleriæ epostolicæ, curiæque generelis in monte Citatorio, et in acie campi Floræ, ac in aliis locis solitis et consuetis urbis, per me Gregorium Giardini apostolicum cursorem.

Antonius Befani mag. curs.



Dat. die 16. maii 1770. Anno I.

LXVII.

Confirmatio, et extensio Bravis sanctæ memoriæ Innocentii XI. super celebrationa functionum in honorem beatæ Mariæ virginis sine macula conceptæ pro fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Præcipua devotio, qua universus minorum sancti Francisci Conventualium ordo festum conceptionis immaculatæ virginis Mariæ semper coluit, ac celebrat, exigit sane, et postulat, ut Nos, qui eumdem ordinem professi fuimus, in excelsa Sedis apostolicæ specula meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam modo constituti eam confovere jugiter satagamus; atque, ut omni inter christifideles æmulationis studio in eo celebrando sublato, uno spiritu festum hujusmodi quiete, ac tranquillitate colatur, pastoralis officii Nostri partes libenter interponimus, quemadmodum in Domino conspicimus expedire.

Congregatio sacris ritibus proposita, probante Innocentio XI. prohibuit, ne fratres de Mercede redemptionis captivorum celebrerent duodecim dies sabbathi ante festivitatem conceptionis, jusque hujusmodi solis Conventualibus competere, declaravit.

§. 2. Dudum siquidem exorta controversia inter fratres præfati ordinis civitatis Panormitanæ, et fratres beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum discalceatorum nuncupatorum ejusdem civitatis super jure celebrandi duodecim dies sabbathi ante festivitatem conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ, eaque proposita in congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum, eadem congregatio, audita relatione vicarii capitularis illius ecclesiæ archiepiscopalis, proponente bo. mem. cardinali de Nortfolcia die xxiii. martii MDCLXXXVI. censuit, prohibendam esse eisdem fratribus beatæ Mariæ virginis de Mercede hujusmodi celebrationem, et competere tantum fratribus minoribus Conventualibus prædictis; quod sane congregationis hujusmodi decretum piæ memoriæ Innocentius pp. XI. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die decima septima augusti ejusdem anni MDCLXXXVI. expeditas literas apostolica auctoritate deinde confirmavit, et approbavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Nihilominus alii regularium ordinum professores eos postmodum e possessione juris hujusmodi turbare pertentarunt

§. 3. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii modernus guardianus, et fratres dicti ordinis minorum sancti Francisci Conventualium præfatæ civitatis, nonnulli postmodum aliorum ordinum regularium professores eos in possessione privative celebrandi publicas functiones ad festum hujusmodi pertinentes turbare, sed frustra tentaverint; nuperrime vero ipsimet fratres ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum discalceatorum ejusdem civitatis, quibus celebratio duodecim præcedentium sabbathorum a decreto, et literis prædictis prohibita fuerat, ut præfertur, solemnem processionem cum statua ejusdem beatæ Mariæ virginis immaculatæ peragere posse asseruerint.

Unde et perturbatio in sacris functionibus, et inanis æmulatio oriri cœpit.

§. 4. Qua de re, ne in laudabilibus hisce sacris functionibus oriatur perturbatio, et inanis æmulatio, ex quibus facile confusiones, et etiam scandala proveniunt, quemadmodum ad hæc omnia vitanda, celebratio præcedentium duodecim sabbathorum ex decreto, et literis prædictis vetita fuit, ita dicti exponentes non solum decretum, et literas prædictas per Nos approbari, sed etiam illas ad processiones, seu supplicationes hujusmodi, aliasque publicas solemnitates in honorem conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ extendi, et ampliari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Quæ omnia remota tamen fuerunt per novam confirmationem, et generalem ampliationem ipsius specialis privilegii.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac earum literarum tenorem præsentibus pro plene, ac de verbo ad verbum inserto habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum decretum memoratæ congregationis, ac easdem literas ipsius Innocentii prædecessoris auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac, quatenus opus sit, etiam innovamus, necnon insuper

eisdem tantum fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium tam Panormi, quam in aliis civitatibus, et oppidis in Siciliæ regno existentibus, ut ipsi, et non alii processiones, seu supplicationes hujusmodi, aliasque publicas solemnitates cujuscumque generis, et quocumque die, et tempore celebrandas in honorem conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ peragere possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, decernimus, et declaramus; salva tamen in præmissis auctoritate memoratæ congregationis cardinalium.

Clausulæ salutares.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aliove quolibet etiam substantiali defectu impugnari, infringi, et invalidari posse, sed ipsas præsentes literas validas, firmas, et efficaces semper existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima sexta maii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

LXVIII.

Dat. die 21. Maii 1770. Anno I.

Ecclesiæ, et capitulo sancti Joannis in Laterano, quibus competit administratio bonorum suppressi monasterii sanctæ Mariæ de Misericordia, indulgetur facultas commutandi usum reddituum ipsorum, illosque erogandos non in comodum piarum magistrarum, sed alumnorum ad seminaria mittendorum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Historia suppressionis monasterii sanctæ Mariæ de Misericordia.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster in pastorali visitatione patriarchalis ecclesiæ sancti Joannis in Laterano nuncupatæ, rerumque ad ecclesiam hujusmodi pertinentium habita anno MDCCXLV. justis ex causis tunc expressis monasterium sanctæ Mariæ da Misericordia nuncupatum monialium ordinis sancti Benedicti loci de Sambucheto pertinentis ad monasterium abbatiam nuncupatam sancti Petri de Ferentillo, seu Fiorentillo pariter nuncupatam ejusdem sancti Benedicti, seu alterius ordinis Nullius, seu Spoletanæ diœcesis sub spirituali jurisdictione pro tempore existentium capituli, et canonicorum dictæ ecclesiæ supprimendum esse decrevit, ideoque ne aliæ puellæ ad regularem habitum in eo admittendæ amplius essent, simul prohibuit, et quid statuandum esset quoad moniales tunc in eo existentes ad aliud tempus distulit. Postmodum piæ memoriæ Clementi pp. XIII. itidem prædecessori Nostro pro parte eorumdem capituli, et canonicorum exposito, quod tres tantum moniales provectæ ætatis, et mala valetudine affectæ in monasterio prædicto supererant, ipse Clemens prædecessor præfatum monasterium usque tunc, et quando duæ ex tribus monialibus prædictis decessissent, vel omnes tres moniales hujusmodi ad aliud monasterium

auctoritate apostolica transire voluissent; reipsa perpetuo suppressit, ejusdemque suppressionis effectu secuto, omnia bona ad dictum monasterium pertinentia, quæ juxta notulas tunc exhibitas valoris scutorum undecim millium triginta quinque, et obulorum sexaginta monetæ, ac annuorum fructuum scutorum tercentum viginti, et unum similis monetæ circiter esse dicebantur, a dictis capitulo, et canonicis administrari voluit, ad hoc ut, demptis prius realibus oneribus per eosdem capitulum, et pro tempore existentes canonicos, vel eorum deputatos specialiter designandos, fructus hujusmodi bonorum ita distribuendi essent, ut pro rata centum viginti scutorum dictæ monetæ in subsidium, ac levamen rectorum, seu perpetuorum vicariorum ecclesiarum parochialium jurisdictionis ejusdem capituli, et canonicorum juxta prudens arbitrium ipsorum, vel ab eis deputatorum hujusmodi impendi deberent; pro alia vero simili rata centum viginti scutorum persolvendi essent tribus magistris piis nuncupatis in communione viventibus, quæ in terra de Materilla jurisdictionis ejusdem capituli, et canonicorum puellas totius jurisdictionis prædictæ rudimenta fidei, christianasque virtutes, ac muliebria artificia edocere tenerentur, et pro magistrarum hujusmodi habitatione idem Clemens prædecessor voluit, ut in præfata terra a dictis capitulo, et canonicis, seu eorum deputatis vel emenda, vel reficienda, ac aptanda, vel ex integro construenda esset domus ex redditibus monasterii prædicti, qui superfuissent usque ad tempus illius effectivæ suppressionis, et quatenus ad id minime sufficerent, tunc alias assignationes prædictas potius suspendendas esse præscripsit, fructusque hujusmodi in introducendis, constabiliendisque eisdem magistris piis impendi decrevit; reliqua vero scuta octuaginta, et unum ex fructibus prædictis in salaria ministrorum, aliasque necessarias expensas, ac præsertim in manutentione ecclesiæ suppressi monasterii hujusmodi, illiusque custodis, ac in adimplendis missarum oneribus erogari sancivit, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo nono pridie kalendas decembris expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

Expositio status redditu um bonorum ad monasterium olim pertinentium, novissime confecti.

§. 2. Verum quia ex statu activo, et passivo dicti suppressi monasterii deinde confecto a venerabili fratre Francisco patriarcha Alexandrino, ejusdem ecclesiæ canonico, et a dictis capitulo, et canonicis deputato in præfectum administrationi spiritualis æconomiæ, seu bonorum, atque redditnum ejusdem monasterii abbatiæ nuncupati sancti Petri de Ferentillo, seu Fiorentillo in visitatione summa cum diligentia per ipsum Franciscum patriarcham expleta constitit, quod bona, seu capitalia dicti monasterii sanctæ Mariæ de Misericordia valoris tantummodo erant scutorum decem millium centum octuaginta trium, ac obulorum octuaginta quatuor monetæ, eorumque redditus, demptis oneribus, summam scutorum ducentorum, et unum, ac obulorum octuaginta sex similium minime excedebant; volentesque præfati capitulum et canonici tamquam administratores bonorum suppressi monasterii hujusmodi contenta in memoratis literis ipsius Clementis prædecessoris executioni demandare; quippe quia per obitum ultimæ superstitis monialis dicti monasterii secutum mense maji anno MDCCLXVII. ejus suppressioni locus jam factus fuerat, ac una simul perpendentes, quod annui redditus prædictorum scutorum ducentorum, et unum, ac obulorum octuaginta sex pro implemento omnium operum piorum satis profecto non erant; nam dempta ex redditibus hujusmodi rata, seu portione centum viginti scutorum, ut præfertur, assignata in levamen, ac subsidium rectorum, ac vicariorum prædictorum, quæ sane necessaria admodum erat, quandoquidem fructus parochialium ecclesiarum ejusmodi adeo exigui dignoscuntur, ut rectorum, et vicariorum prædictorum sustentationi minima sufficiant, qua de re persæpe contigit, ut in earum vacationis eventu nullus reperiatur, qui eas obtinere desideret, reliqua quantitas scutorum octuaginta, et unum, ac obulorum octuaginta sex pro manutentione dictarum magistrarum satis non esse videbatur; ac propterea memorati capitulum, et canonici animadvertebant, quod magistræ hujusmodi in dicta terra de Materilla constitutæ aliis locis sub jurisdictione ejusdem capituli existentibus nullam afferre poterant utilitatem, dum exceptis puellis dictæ terræ, aliisque ad summum alterius terræ de Precetto nuncupatæ tamquam proximioris, seu ab ea sejuncta a flumi-

ne Nigra pariter nuncupato, reliquæ omnes puellæ aliorum locorum prædictorum propter distantiam, ac vias nemoribus, foveisque obrutas nullum inde utilitatis compendium assequerentur.

Preces porrectæ pro obtinenda facultate erogandi reditus in commodum adolescentium in seminariis recipiendorum, quam Clemens XIII. libenter indulsit.

§. 3. Qua de re ipsi supplices porrexerunt preces eidem Clementi prædecessori ad hoc ut loco earumdem magistrarum piorum, quæ juxta præmissa constituendæ erant, ut præfertur, commutata in hoc præcedentium suarum literarum dispositione, eis facultatem tribueret, erogandi reliquam quantitatem prædictam scutorum octuaginta, et unum, ac obulorum octuaginta sex pro manutentione tot adolescentium alumnorum in aliquo ex proximis seminariis, qui sano adolescentes in aliquo ex dictis locis orti ab eisdem capitulo, et canonicis eligendi essent, et in seminariis ejusmodi pro et tempore, quod a præfatis capitulo, et canonicis judicaretur opportunum, retineri deberent, ut ipsi pietate, ac scientiis ibidem prius imbuti ad sacros etiam presbyteratus ordines deinde ascendere possint, et ad parochiales prædictas assequendos idonei efficiantur. Idem vero Clemens prædecessor, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Nerei diaconi cardinalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Corsini nuncupati, et ipsius ecclesiæ sancti Joannis in Laterano archipresbyteri hujusmodi supplicationibus inclinatus, disposita in præcedentibus ipsius literis quoad præmissa commutando, suis rescriptis editis die secunda augusti MDCCLXVII., et die tertia octobris MDCCLXVIII. petitam gratiam, atque facultatem per literas in forma Brevis expediendas concessit, et indulsit, ac alias prout in eisdem rescriptis, quorum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Sed nec expeditæ fuerunt literæ, nec executioni commissæ.

§. 4. Cum autem sicuti memorati capitulum, et canonici Nobis nuper exponi fecerunt, literæ prædictæ, quæ desuper juxta rescripta hujusmodi expediendæ erant, minime usque odhuc expeditæ fuerint; dicti vero exponentes facultatem loco magistrarum piarum erogandi præfatos redditus in manutentionem dictorum adolescentium ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur, obtentam per Nos confirmari, et approbari, ac, quatenus opus sit, denuo concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ut ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Quod tamen novissime indulgetur, et commutatio jam decreta confirmatur.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volontes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati commutationem prædictam a memorato Clemente prædecessore, ut præfertur concessam, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac, quatenus opus, sit eisdem capitulo, et canonicis nunc, et pro tempore quandocumque existentibus, ut licet juxta memoratas ipsius Clementis prædecessoris literas ex redditibus dicti monasterii sanctæ Mariæ de Misericordia magistræ piæ hujusmodi constituendæ, et alendæ essent, ut præmittitur, nihilominus ipsi loco, et vico earumdem magistrarum, tot adolescentes alumnos in aliquo ex locis prædictis ortos, et ab eis eligendos in præfatis seminariis tempore sibi beneviso, et opportuno retinere, et redditus prædictos pro reliqua rata superius expressa in hanc causam convertere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis denuo concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et præservativæ.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus ejusdem Clementis prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non capituli, et ecclesiæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et for-

mis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, at singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, at expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima prima maii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 29 maii 1770. Anno I.

LXIX.

Erectio unius scholæ quæ in civitate sancti Angeli Vadensis erat facienda commutatur in erectionem, et immutationem unius hospitalis pro infirmis excipiendis, et curandis in eadem civitate.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Sacerdos Martius Boni legatum reliquit pro subsidio dotali in favorem puellarum civitatis Vadensis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni vexilliferus, et priores civitatis Nostræ sancti Angeli in Vado, quod alias tunc in humanis agens Martius Boni presbyter dictæ civitatis in suo ultimo testamento mandavit, ut fructus scutorum bis mille monetæ Urbini, quorum ipse ex causa census creditor erat communitatis, et annonæ ejusdem civitatis in dotem quinque puellarum erogandi essent, ea tamen adjecta lege, ut in casu, quo eadem scuta bismille restituta fuissent, eorumque investimentum cum communitatibus, et annonis aliarum civitatum sequeretur, tunc puellæ istarum civitatum, non autem illæ sancti Angeli in Vado ad subsidia dotalia hujusmodi nominandæ essent, et alias prout in dicto Martii testamento uberius dicitur contineri.

Quod Benedictus XIV commutavit, jussitque ut erigerentur scholæ a piis magistris dirigendæ.

§. 2. Anno itaque MDCCLVI. cum communitas, et annona prædictæ civitatis extinguere vellent censum hujusmodi, ac restituere memorata scuta bismille hæredibus dicti Martii testatoris, hinc ne extra eamdem civitatem illa investienda assent, sed omni meliori modo in perpetuam ipsius civitatis utilitatem permanere possent, nomine promotoris fiscalis ejusdem curiæ episcopalis supplices porrectæ fuerunt preces felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori Nostro, ad hoc ut, commutando voluntatem dicti testatoris, loco subsidiorum dotalium ab ipso volitorum, unam scholam magistrarum piarum nuncupatarum erigere vellet, atque ad id tam ejusdem civitatis episcopus, quam hæredes ipsius Martii testatoris, ad quos jus nominandi puellas ad prædicta subsidia dotalia pertinebat, suum assensum præstiterunt. Idem vero Benedictus prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus per suas in simili forma Brevis die prima julii MDCCLVI. expeditas literas petitam voluntatis hujusmodi commutationem, simulque erectionem scholæ a magistris piis dirigendæ sub certis, modo, et forma tunc expressis concessit, et indulsit, ac alias prout in memoratis ejusdem Benedicti prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Sed propter tenuitatem redituum, sub multiplico capitalia fuere posita.

§. 3. Propter tamen modicam quantitatem capitalis dicti census, cum erectio ejusmodi scholæ commoda fieri minime posset, hinc magis conveniens judicatum fuit, ut sub multiplico eadem scuta bis mille ponenda essent, et confraternitates dictæ civitatis aliquod subsidium pro comparanda domo in summa scutorum septingentorum quinquaginta ejusdem monetæ præstara deberent.

Imploratur facultas noviter immutandi dispositionem testatoris, per erectionem hospitalis pro pauperibus in locum scholæ pro puellis.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat schola prædicta adhuc erecta minime sit, et in memorata civitate quatuor monasteria monialium reperiantur, in quibus puellæ recte instrui, et educari possunt; e contra vero in ea prorsus deficiat hospitale pro pauperibus infirmis omni idcirco subsidio in eorum infirmitatibus destitutis, ac persæpe absque ullo temporali auxilio, sine medicaminibus, et parvi etiam cubilis commoditate decedentibus, qua de causa dicti exponentes, præfatam scholam magistrarum piarum nondum erectam in fundationem, et erectionem unius hospitalis pro pauperibus infirmis excipiendis per Nos commutari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis op-

portune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Quam commutationem libenter Pontifex indulget etiam cum derogatione constitutionis Benedictinæ.

§. 5. Nos igitur, qui eamdem civitatem, ut patriam Nostram propensiori affectu respicimus, ac in Christo diligimus, exponentes ipsos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, petitam commutationem scholæ juxta memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris literas, ut præfertur, erigendæ in unum hospitale, quod pro pauperibus infirmis excipiendis, curandisque in dicta civitate erigi debeat auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; eidemque hospitali tam capitale, quam redditus omnes, seu fructus usque nunc decursos legati pii subsidiorum dotalium prædictorum a memorato Martio testatore demandati, una cum præfata domo, aliisque, quæ a confraternitatibus prædictis pro substentatione magistrarum piarum assigneta fuerunt, auctoritate, et tenore prædictis assignamus, et applicamus.

Hospitale vero sub dependentia episcopi Vadensis ponit, et sub administratione quatuor deputatorum.

§. 6. Volumus autem, quod hospitale hujusmodi sub dependentia, et mandatis venerabilis fratris nunc, et pro tempore existentis episcopi dictæ civitatis regi, et administrari debeat a quatuor deputatis, quorum duo a capitulo cathedralis ecclesiæ civitatis prædictæ, alii vero duo ab ejusdem civitatis consilio sint eligendi: salva semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus ejusdem Martii testatoris etiam ultima dispositione, quam quoad præmissa commutamus, at ipsius Benedicti prædecessoris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima nona maii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno primo.

LXX.

Datum die 30 Maii 1770. Anno I.

Monialibus sub regula sanctæ Theresiæ viventibus in conservatorio Pænitentium Sæcularium de urbe, indulgetur ut earum cadavera in propria interiori cappella sepeliri possint, et sacramenta ab earum confessario administrari debeant.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Origo conservatorii exponitur.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilecta in Christo filia moderna superiorissa conservatorii Pœnitentium Sæcularium nuncupati hujus almæ urbis Nostræ quod paucis ab hinc annis nonnullæ ejusdem conservatorii mulieres divino spiritu ductæ ad religiosum statum monialium sub regula sanctæ Theresiæ transierunt, atque ad id loco decenti ab ipsis mulieribus comparato, quatuordecim ex eis usque ad præsens ad habitum admissæ sunt, absque tamen solemnium votorum emissione, et hinc benedicente Domino, magnus profectus in via spiritus quotidie dimanat, et augetur.

Narratur quomodo moniales continuo in parochiali ecclesia sepultæ fuerint.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfati conservatorii mulieres semper in perochiali ecclesia sancti Spiritus in Saxia, sub qua hujusmodi conservatorium existit, sepultæ sint, decens vero minime videatur, quod illæ, quæ ad habitum religiosum prædictum sunt admissæ publice cum eodem habitu ad eamdem parochialem ecclesiam transferantur, ibique in communi sepultura sepeliantur; sed quemadmodum omnes moniales in earum respectivis ecclesiis, sive interioribus, sive exterioribus se-

peliuntur, et sacramenta per confessarium ordinarium absque ulla dependentia a parocho, vel ecclesia parochiali administrantur, ita dicta exponens se, oliasque mulieres ad religionis habitum, ut præfertur, admissas, et in posterum ibidem admittendas in interiori ecclesia, seu cappella in eodem loco existente sepeliri, sibique, et illis ab earum confessario ordinario sacramenta administrari posse per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Sed ob assumptum habitum religiosum eisdem conceditur ut in propria cappella sepeliri possint.

§. 3. Nos igitur ipsam exponentem, aliasque mulieres prædictas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Marci Antonii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Columnæ nuncupati in alma urbe Nostra vicarii in spiritualibus generalis, prædictæ exponenti, aliisque mulieribus prædictis ad religionis habitum hujusmodi admissis, et pro tempore quandocumque admittendis, ut earum cadavera in memorata interiori ecclesia, seu cappella sepeliri possint, et valeant; earum vero confessario ordinario nunc, et pro tempore existenti, sacramenta etiam sanctissimæ Encharistiæ per modum viatici, et extremæ unctionis ipsis administrare libere, et licite possit, et valeat respective auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ac præterea, ut in eadem ecclesia, seu cappella sacrum oleum infirmorum semper asservetur, ita tamen, ut clavis ejus conditorii a dicto confessario custodiatur, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et mandamus.

Clausula præservativa.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod parochus dictæ parochialis ecclesiæ, seu alii in præmissis interesse habentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi fuerint, ex quacumque causa, colore, prætextu, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aliove quolibet defectu impugnari, infringi, et retractari posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus dicti conservatorii institutum, seu denominationem in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima maii millesimo septingentesimo septuagesimo pontificatus Nostri anno primo.



ANNO SECUNDO



Dat. die 7. Junii 1770. Anno II.

LXXI.

Dividitur diœcesis, et episcopatus Egitaniensis, et erigitur novus episcopatus Castrialbi nuncupatus, subjiciturque patriarchæ Lisbonensi.

Egitaniensis dismembrationis, et erectionis in episcopatum.

Expositio precum porrectarum a ministro plenipotentiario regis fidelissimi super statu episcopatus Egitaniensis.

§. 1. Cum excellentissimus dominus commendator Franciscus de Almada, et Mendonca minister plenipotentiarius serenissimi Josephi regis fidelissimi apud sanctam Sedem nomine ejusdem majestatis suæ sanctissimo Domino Nostro humiliter exposuerit, quod episcopatum Egitaniensem magna ex parte a provincia de Beira superiori, et inferiori usque ad Extremaduram spatio trigintaquinque leucarum se protendat, et incipiendo a Serra, et Estrella, ac terris ibi adjacentibus cum episcopatibus Visensi, et Lamacensi ac Colimbriensi fines habens contendat intus hujusmodi provinciam ab Extremadura per Onvedoiram de Abrantes cum prioratu de Crato nuncupato ordinis militaris sancti Joannis Jerosolymitani, et cum dignitate prælatura nuncupata de Thomar alterius ordinis militaris Domini Nostri Jesu Christi, ejusque amplum territorium contineat septem magnos archidiaconatus, qui juxta idioma ipsius provinciæ de Beira archipresbyteratus nuncupantur.

Deprehenditur quomodo sit impossibile ut unus pastor tantam diœcesim custodire possit, et illius divisio imploratur.

§. 2. Ipso vero serenissimo rege provide perpendente impossibile fore, quod unus dumtaxat pastor tam multiplicem gregem succurrere, illumque, prout convenit, et necesse est cognoscere possit, proinde valde proprium esse diœcesim Egitaniensem ita in sua extensione excedentem per summum Pontificem dividi; propterea que idem excellentissimus dominus minister plenipotentiarius nomine ipsius majestatis suæ obsequiosas porrexit Sanctitati Suæ preces, ut alteram ecclesiam cathedralem ejus auctoritate apostolica erigere dignaretur, taliter ut episcopatui Egitaniensi remaneat civitas Egitaniensis cum suo districtu, ac tribus archidiaconatibus de Cerolico, de Covilhà, et de Penamajor, sicque modernus, et pro tempore existens episcopus Egitaniensis habeat pro sua diœcesi, et episcopali jurisdictione centum octuaginta unam parochiales sive loca, reliquis autem infrascriptis pro nova erigenda diœcesi Castrialbi nuncupanda assignatis remanentibus.

Pontifex divisionem approbat de consensu episcopi Egitaniensis, sub aliquibus cautelis.

§. 3. Eadem Sanctitas Sua piis rationabilibusque dicti serenissimi regis fidelissimi votis benigne annuendo motu proprio de ipsius majestatis suæ consensu, et respective moderni episcopi Egitaniensis, præstito sin minus coram infrascripto executore literarum apostolicarum, præstando, eoque irrationabiliter denegato supplendo perpetuò dismembravit a diœcesi Egitaniensi nobilem villam Castrialbi (quam ipse serenissimus rex ad hunc effectum in civitatem declaravit) ejusque archidiaconatum Castellobramo nuncupatum, et alios duos archidiaconatus unum videlicet de Monsancto, alterum vero de Onvedoira de Abrantes septuaginta novem parochieles sive loca in se continentem; et suppressit ecclesiam parochialem sancti Michaelis arcangeli in dicta villa Castrialbi magnifice constructam, absque tamen ullo præjudicio moderni illius rectoris, cui ejus vita naturali durante, seu donec, et quousque modernus ipse rector de aliis redditibus ecclesiasticis canonice provisus fuerit remanere debebunt integri omnes illius fructus, eamque sic suppressam erexit in cathedralem ecclesiam sub eodem titulo, quem eadem parochialis suppressa in præsens habet, sive alio titulo ad placitum dicti serenissimi regis designando pro uno episcopo Castrialbi nuncupando qui omnibus episcopalibus insigniis, et honoribus episcopis de jure competentibus gaudeat, et pro ejus diœcesi assignavit dictam civitatem Castrialbi ubi residebit, et pro palatio episcopali magnam domum in ipsa civitate Castrialbi a bo. mem.

Joanne de Mendonæa dum viveret episcopo Egitaniense, seu alterius diœcesis ædificatam, et alterius dicti tres archidiaconatus Castrialbi, de Monsancto, et de Onvedoira de Abrantes ab eadem diœcesi Egitaniensi ut præfertur dismembratos cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, parœciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in dicta civitate Castrialbi, et prædictis tribus archidiaconatibus ut præfertur dismembratis existentibus, et commorantibus.

Et erigit episcopatum Castrialbi nuncupatum.

§. 4. Ita quod prædicta civitas Castrialbi cum prædictis tribus archidiaconatibus, ut præfertur dismembratis, aliisque omnibus, et singulis supradictis remaneant in futurum subjecta episcopo Castrialbi prout hactenus fuerunt subjecta episcopo Egitaniensi cui jurisdictio ut antea super reliquis in præsenti dismembratione non comprehensis illæsa remanebit.

Et ecclesiam Castrialbi subjecit patriarchæ Lisbonensi.

§. 5. Et subjecit dictam ecclesiam Castrialbi patriarchæ Lisbonensi tamquam patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis suffraganeam eisdem modo, et forma quibus ecclesia Egitaniensis nunc suffragatur, et ut dicta ecclesia Castrialbi suum proprium habeat capitulum, in ea etiam erexit illum numerum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, ac a jure approbatis denominationibus, titulis, et innovationibus, quem infrascripti redditus applicandi permittent; et applicavit pro dote ecclesiæ episcopalis, et dignitatum, ac canonicatuum, et dimidiorum canonicatuum, ac cappellaniarum ut præfertur erectarum, et erectorum, redditus provenientes ex effectibus ut supra dismembratis, et reservavit etiam pro hac prima vice juspatronatus regium tam super nova cathedrali, quam ut præfertur, erectis dignitatibus, canonicatibus, ac cappellaniis favore dicti regis, et successorum cum facultate capitulo novæ cathedralis condendi statuta, et gaudendi privilegiis ad instar aliarum cathedralium regni Portugalliæ, non tamen titulo onaroso acquisitis.

Executor literarum apostolicarum deputatur nuntius apostolicus.

§. 6. Et deputavit in executorem literarum apostolicarum R. P. D. nuncium apostolicum apud ipsum serenissimum regem fidelissimum commorantem, qui per se, sive per alium, seu alios in sui locum subrogandum vel subrogandos habeat omnimodam facultatem, et auctoritatem statuendi servitium in nova ecclesia cathadrali, ejusque choro præstandum, et numerum illius capitularium ad vires reddituum locorum dismembratorum, et assignandi, ac firmandi fructus tam favore novæ cathedralis, quam futurorum capitularium in ea proportione, et differenti graduatione, quam ipse justius judicabit cum omnibus aliis, et singulis facultatibus necessariis, et opportunis ad effectum agendi quidquid sibi videbitur expediens, et consentaneum, etiamsi in literis apostolicis non expressum, et specialem individuamqua mentionem requirens pro præsentis gratiæ exequutione, omnia tametsi cum consilio, et consensu præfati regis, et cum derogationibus necessariis, et opportunis, ac præsertim, quatenus opus sit, consensu capituli Egitaniensis, et decreto, quod taxa novæ cathedralis describi debeat in libris Camaræ apostolicæ in tertia parte florenorum, quæ ab ipsa ecclesia Egitaniensi dismembratur videlicet io florenos 333. 1/3, et taxa ecclesiæ Egitaniensis quæ adpræsens in dictis libris nempe in florenos 1000. descripta reperitur, pro dicta tertia parte ab illa dismembrata minui, et reduci debeat, et in eisdem libris taxa prædicta ecclesiæ Egitaniensis in florenos 666 1/3 de novo describatur.

Præcipitur ut expediantur literæ apostolicæ, et decretum inseratur in actibus congregationis consistorialis, sub lege quod gratia in exemplum non transeat.

§. 7. Eademque Sanctitas Sua mandavit expediri literas apostolicas concessionis hujusmodi in forma Brevis sub annulo piscatoris attentis peculiaribus circumstantiis animum suum moventibus ea tamen lege ne transeat in exemplum, nec pro exemplo omnino allegari valeat, et hujusmodi decretum referri inter acta sacræ congregationis. Datum Romæ hac die septima Junii MDCCLXX.



Datum die 15 Junii 1770 Anno II.

LXXII.

Confirmatio nonnullarum reformationum a ministro, et definitorio provinciæ Castellæ ordinis S. Francisci de Observantia factarum super numero lectorum, aliisqua respicientibus studia dictæ provinciæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Illa, quæ ad feliciorem directionem studiorum pro iis præsertim, qui sub religionis habitu Domino famulantur, prudenter, ac provide statuta esse dignoscuntur, ut illibata persistent, apostolicæ confirmationis robore, dum id a Nobis petitur, libenter communimus.

Expositio precum ut consequatur approbatio decretorum jam latorum pro meliori studiorum regimine.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum commissarii generalis familiæ ultramontanæ, ministri, ac fratrum definitorii provinciæ Castellæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi serio animadvertentes, tot modo extare lectores dispersos per varios conventus ejusdem provinciæ, ut aliqui ex eis vel nullum, vel paucos auditores habeant; hac de re ne studiorum utilitas, quæ ad plurium simul studentium exercitationem non leviter procedit, imminuta remaneat, lectores hujusmodi imminuere, aliasque reformationes studia hæc respicientes in duodecim capitibus contentas statuere decreverunt. Harum vero reformationum tenor est qui sequitur, videlicet.

Tenor primæ resolutionis.

§. 3. I. In duobus tantum, scilicet in Complutensi sanctæ Mariæ a Jesu, vulgo sancti Didaci, et in Toletano sancti Joannis Regum nuncupatis conventibus lectores artium, seu philosophiæ ita constituantur, ut anno quolibet unus pro unoquoque conventu destinentur, quorum lectorum ingressus, non a capitulorum, seu congregationum provincialium temporibus, sed solum a novi anni scholastici initio dependeat.

Tenor secundi decreti.

§. 4. II. In memoratis conventibus tres etiam sacræ theologiæ lectores habeantur, in quorum numero, quoad conventum Complutensem minime comprehensi censeantur duo cathedrarum illius academiæ moderatores, qui ex præfatis ordine, et provincia adsumi solent; hi enim jubilationem in lectura consequi debent suas cathedras moderando, et academiæ functiones explendo.

Tenor tertii decreti.

§. 5. III. Insuper utrobique alii quoque duo assignentur lectores cum jure ad jubilationem, quos per tres annos ante philosophiam, et quidem laudabiliter legisse constiterit: eorum unus mane, aut vespere de morali, alter vicissim de sacris scriptura, et canonibus alternatim per tres continuos annos lectiones habeant ad auditores, qui per triennium sacram theologiam jam audiverint; et lectores præfati annis singulis actum publicum literarium exponere, ec sabbathinas, et mensuales cum aliis lectoribus conferentias de suis respective materiis habere teneantur.

Tenor quarti decreti.

§. 5. IV. Itaque in conventu Complutensi simul, eodemque tempore tres philosophiam, sive unus logicam, alter physicam, et tertius methaphysicam; alii tres sacram theologiam; ac duo alii moralem, sacramque scripturam, eut canones docentes lectores respective commorentur, præter duos cathedrarum academiæ moderatores: in Toletano vero conventu totidem, duobus demptis cathedrarum moderatoribus, lectores degant; salva tamen semper definitorio provinciali pro tempore facultate, attentis præsertim, quæ evenire possint, circumstantiis, alium, seu alios in alterutrius, seu utriusque locum subrogandi conventus.

Tenor quinti decreti.

§. 7. V. In conventu etiam sancti Francisci Matritensi propter necessitatem consultationibus respondendi, præter lectorem ibi jam constitutum, alter quoque habeatur, cum jure pariter ad jubilationem, qui moralem itidem legat: neutar tamen hujusmodi assequi veleat lecturam, nisi saltem per octo ante annos sacram theologiam in aliis conventibus legerit; ita namque maturitate, et doctrina pleni in responsis reddendis deprehendentur. His vero indulgetur, ut unus mane, alter vespere prælectiones habeat; uterque tamen ad ea omnia adimplenda teneatur, quæ lector antea ibi assignatus juxta ordinis statuta ad jubilationem obtinendam explere tenebatur.

Tenor sexti decreti.

§. 8. VI. Denique alius moralis lector cum jure quoque ad jubilationem constituatur in conventu arbitrio definitorii seligendo, ut rejectos in examine a studiis philosophicis, seu theologicis moralem saltem facultatem doceat; dummodo sabbathines, et mensuales conferentias, ac annualem publicum de morali actum habere non omiserit.

Tenor septimi decreti.

§. 9. VII. Quoniam vero triennium philosophiæ ad sæculares auditores computari posset ad jubilationem, ubi constoret, hujusmodi lectores discipulis non caruisse, eosque philosophicis studiis vere, et cum profecto excoluisse, neque in minimo ab iis exercitiis cessasse, quæ ab ordinis statutis in legentibus philosophiam ad auditores religiosos præscripta sunt; eodem proinde jure ad jubilationem gaudeant qui a definitorio pro sæcularibus destinentur philosophiæ lectores.

Tenor octavi decreti.

§. 10. VIII. Præter lectores, sic, ut præfertur, destinandos, non alii, (uno dempto lectore, qui pro recollectis constituatur) lectiones cum jure ad jubilationem obtinendam permittantur.

Tenor noni decreti.

§. 11. IX. Quoad literaria ab omnibus lectoribus, tam philosophiæ, quam theologiæ, moralis item, sacræque scripturæ, aut canonum in duobus studiis generalibus exercitia peragenda, exacte, et ad unguem observentur, quæ de philosophiæ, ac theologiæ lectoribus præscripta leguntur in Samaniegana statutorum ordinis compilatione §. V. fol. 136., exceptis superius præscriptis, sub poena amissionis juris ad jubilationem: ita ut necessario teneantur ad exponendum singulis annis actum publicum de suis respective materiis; prout etiam ad indispensabiliter interessendum circulis quotidianis a studentium magistro præsidendis, distributis in eis justo ordine theologicis conclusionibus disputandis; sabbathinis quoque turnatim, et mensualibus ab omnibus respective lectoribus præsidendis ebuferentiis, ac servata inter eos proponendorum argumentorum vice in omnibus prædictis functionibus; quacumque contraria consuetudine non obstante, quæ potius abusus, et corruptela generali adversa statuto declaratur.

Tenor decimi decreti.

§. 12. X. Ex theologiæ lectoribus unus scholasticam, alter dogmaticam, et tertius de historia ecclesiastica alternis vicibus, anno quolibet, horis tamen distinctis, suas prælectiones respective agat. Itaque sic dividatur lectura, ut primo triennio philosophiam; secundo moralem, jus canonicum, sacramque scripturam; sequento quinquennio theologiam scholasticam; inde per duos annos historiam ecclesiasticam; et per duos postremos dogmaticam respective doceant. Non ita tamen hujusmodi annorum distributio erit accipienda, ut qui ultra philosophiæ triennium, de una tantum ex prædictis facultatibus per duodeonium servatis servandis legerit, jubilationem non essequatur: quinimmo, dummodo id non ex lectoris industria, sed ex rationabili causa a definitorio approbata veniat, vere jubilatus habeatur.

Tenor undecimi decreti.

§. 13. XI. Ad prædicatoris munus gerendum nemo deinceps adspirare valeat, nisi per triennium philosophiam, aliud triennium theologiam, ac demum per alios tres annos moralem, et lectiones de sacris scriptura, et canonibus audiverit; sublata cuicumque etiam definitorio provinciali, et superiori generali aliter dispensandi facultate, etiam cum eis, qui theologicos actus publicos exposuerint; nisi præterea in aliis duobus distinctis publicis actibus morales, et de sacris scriptura, aut canonibus theses sustinuerint.

Tenor duodecimi decreti.

§. 14. XII. Inhærendo sacræ congregationis de Propaganda fide de mandato sanctæ memoriæ Urbani VIII. decreto edito, tres saltem, qualonus capaces habeantur, linguarum lectores, sive conjunctim, sive divisim in Complutensi, Toletano, et Matritensi conventibus constituantur, unus pro hebraica, alter pro vernacula, et cultiori græca, ac tertius pro arabica linguis edocendis, iisdemque tam ipsi, quam eorum discipuli privilegiis fruantur, quæ in præcitato statuuntur decreto.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo disposita in eisdem reformationibus ad conservandum, augendumque memoratæ provinciæ decorem per lectores, ac prædicatores doctrina præstantes a studiis hujusmodi seligendos, firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratias absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum consilio, et attenta relatione dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ

Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris super præmissis ipsis cardinalibus facta, præinsertas reformationes auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si quid desuper intervenerit, supplemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares, et præservativæ.

§. 16. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 17. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 18. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXIII.

Dat. die 27. Junii 1770. Anno II.

Confirmatio capitulorum super jure congruo in venditionibus bonorum servando, et revocatio Brevis sa. mem. Pii V. illud denegantis pro civitate, et districtu Foroliviensi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur quid Pius papa V. decreverit ad preces communitatis Foroliviensis super jure congruo nuncupato.

§. 1. Alias sanctæ memoriæ Pius pp. V. prædecessor Noster ad preces communitatis, et tunc existentium hominum civitatis Nostræ tunc suæ Foroliviensis asserentium legem claræ memoriæ Fridarici imperatoris de jure congruo nuncupatam dudum publice ibidem receptam, et in eamdem civitatem, ejusque tribunalia introductam, atque cujus receptionem, et introductionem felicis recordationis Paulus papa IV. itidem prædecessor Noster confirmaverat, varias lites, gravissima odia, et inimicitias capitales, aliaque incommoda in civitatem prædictam intulisse, memoratam legem ab iisdem communitate, et civitate, ejusque territorio auctoritate apostolica perpetuo abstulit, illamque revocavit, abrogavit, omnesque ab ejus observantia absolvit, et liberavit, ac alias prout in ejusdem Pii prædecessoris in simili forma Brevis die xvii. junii MDLXIV. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Expositio novarum precum super eadem re.

§. 2. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii, communites, ac moderni homines civitatis prædictæ Foroliviensis, odia, dissidia, et capitales inimicitiæ, quæ antiquitus inter proprios cives vigebant, modo, benedicente Domino, extincta penitus sint, atque ex novissima dicti territorii mensura constiterit, quamplura in eo reperiri petia terrarum admodum exigua, et ad diversos respective eorum dominos pertinentia, quæ, illorum attenta parvitate, commodam, utilemque culturam assequi minime possunt, ec propter foveas, et itinera, quæ in illis omnibus colendis necessaria sunt, aquarum cursus ita præpeditus remanet, ut aeris incolumitati quam maxime officiat; idque potissime tribuendum sit omnimodæ libertati in territorio hujusmodi possidentium, qui duobus ab hinc sæculis suspensa, vigore

A a

prædictarum literarum lege, ac dispositione juris congrui, bona sua proprio arbitratu cuilibet, non vero auditis vicinis possessoribus, qui illa emere, et cum propriis bonis unire simul voluissent, vendiderunt, et alienarunt: quapropter, ut paulatim, ac eo meliori, quo fieri possit, modo ejusmodi mala avertantur, et deficiant, dicti exponentes, assentientibus, et probantibus dilectis filiis deputatis a clero sæculari, et regulari dictæ civitatis, legem juris congrui ejusmodi restituere, nonnullaque capitula eamdem legem respicientia conficere curarunt; horum vero capitulorum tenor est; qui sequitur.

Tenor novae legis conditae super jure congruo.

§. 3. Legge sopra il jus congruo stabilitasi nel consiglio generale della città di Forlì li 26 settembre 1769, e dalla congregatione della tabella li 30 del detto mese, essendovi ancora presenti gli signori deputati del clero secolare, e regolare, che ne diedero la loro approvazione.

Statuimus etc.

Che chiunque vorrà vendere case, terre, vigne, prati, orti, o altri beni immobili posti nella città, territorio, o distretto di Forlì, sia tenuto, prima di procedere alla vendita, d'invitare per pubblica scrittura tutti li confinanti alle case, terre, o beni immobili da vendersi, sotto la pena di nullità di dette vendite; dichiarandosi col presente statuto, che l'invitare per scrittura pubblica s'intenda, che il venditore debba levare una intimazione dagli atti del tribunale del nostro podestà, o del tribunale ecclesiastico, facendola presentare agli respettivi confinanti, o alle loro case, o in mano de' loro domestici.

E quando fra confinanti vi fosse qualche cittadino abitante fuori di città, territorio, e distretto, avendosi in ciò riflessione all'interesse del venditore; questi soddisfaccia alla presente legge statutaria, se farà intimare detto confinante, abitante fuori di città, suo territorio, e distretto, con pubblica notificazione levata dagli atti come sopra, con farla pubblicare ed affiggere nei luoghi soliti, ove si affiggono bandi, e notificazioni: e tuttociò s'intenda sempre unicamente per quello riguarda i confinanti cittadini, territoriali, o distrettuali; volendo, a dichiarando, che colla presente legge non s'intende di giovare, nè comprendere li confinanti forestieri di altre città, territorio, e distretto, ai quali dovrà sempre, in vigore del presente statuto, preferirsi un cittadino, un territoriale, o distrettuale di Forlì, che volesse comprare.

Item si stabilisca, ed ordina, che se un forastiero possidente volesse vendere beni immobili posti nella città, territorio, o distretto di Forlì, debba egli fare affigere la notificazione levata dagli atti, a colle leggi, come sopra, prescritte; col dippiù, che un compratore cittadino, territoriale, o distrettuale di Forlì non confinante col venditore, sia preferito in competenza di un confinante forastiero.

Item si ordina, e stabilisce, che invitati dal venditore tutti li suoi confinanti sia preferito alla compra

1.° Quel confinante, che fosse della stessa agnazione del venditore, benchè di minor confine degli altri possidenti adjacenti.

2.° In caso di due agnati alla compra concorrenti sia preferito chi sarà in grado più stretto, secondo il jus canonico; a in caso di grado eguale, chi avrà maggiore estensione di confine; e in caso di uguaglianza di confine, chi avrà la sua possidenza più vicino alla città.

3.° Sia preferito chi da più lati confinerà colle terre, e beni immobili da vendersi.

4.° Quello, che avrà maggiore estensione di confine ai lati del venditore, e non già chi avrà maggior possidenza.

5.° Sia preferito in caso di due confinanti eguali quello, che sarà più vicino alla città.

Item si prescrive, ordina, a stabilisce, che qualora il cittadino territoriale, e distrettuale abitante in città, e contado, non avrà in termine di giorni quindici dal dì della intimazione, o notificazione, dichiarato di volere esso acquistare le case, terre, o beni immobili a lui confinanti, possa, chi vorrà vendere, stabilire, e concludere la vendita con chi più gli parerà, e piacerà; sempre intendendosi, che sia preferito al forastiero il cittadino territoriale, e il distrettuale di Forlì.

Inoltre si dichiara, e stabilisce, che (chiunque vendendo contro la forma del presente statuto) abbia jus, e ragione il confinante espresso nelle leggi di sopra, di rivendicare nel termine di un'anno dal dì della stipolazione dell'istromento, la casa, terra, o altri beni immobili venduti, rimborsando al compratore il prezzo sborsato

nell'acquisto suddetto, e subentrando nelle di lui ragioni: e lo stesso s'intenda anche ne'contratti di vendita, che par eludere lo statuto presente, si facessero per scrittura privata; nel qual caso non s'intenda solo il termine di un'anno, ma qualunque indeterminato termine, e allorquando sarà fatta palese al vicino la vendita seguita per mezzo di privata scrittura.

Finalmente, giacchè una tal legge ora si è creduta cotanto necessaria per essersi osservata una gran parte del territorio diviso in pezzi così piccoli, e di sì irregolare figura, che impedisce non solo lo scolo felice delle acque con danno anche della salubrità dell'aria, attese le molte carrare, che si hanno a fare da coloni, per andare a coltivare sì piccoli pezzi di terra; ma molto più ancora perchè non può farsi giammai una giusta, e regolare coltivazione, dal che ne deriva un notabile danno al principato. Si stabilisce perciò, affinchè dal procurare un tal beneficio, non abbiano a nascere de' litigi inutili, e dannosi; che qualunque questione potesse nascere per le vendite fattesi a tenore di tal legge, abbia ad essere decisa (rimossa qualunque appellazione a qualsisia tribunale) e terminata sommariamente sine strepitu, et figura judicii, et sola facti veritate inspecta o dal nostro podestà, o dal signor vicario generale della curia ecclesiastica; per il quale effetto, come altresì per lo ristabilimento della legge suddetta, la suprema autorità del sommo Pontefice se ne implora umilmente.

Exoptatur apostolica sanctio, ut suam habeat lex firmitatem.

§. 4. Ut itaque capitula hujusmodi vim obtineant, ac firmius subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes memoratas ejusdem Pii prædecessoris literas per Nos revocari, et capitula prædicta apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et prævia absolutione a censuris capitula Pontifex sua confirmat auctoritate.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Vitaliani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Borromei nuncupati, Nostri, et apostolicæ Sedis in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ de latere legati, prædictas ejusdem Pii prædecessoris literas die decima septima junii MDLXIV., ut præfertur, expeditas, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium revocamus, annullamus, et abrogamus, ac pro revocatis, et abrogatis haberi volumus, et mandamus, necnon præinserta capitula auctoritata, et tenore prædictis confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque juris, facti, et solemnitatum defectus supplemus, et sanamus; ita tamen, ut judex causarum ejusmodi juris congrui esse respective debeat pro tempore existens gubernator, æque ac podestas ejusdem civitatis, atque ut super causis istis exequendum omnino sit judicatum judicis primæ instantiæ, quacumque appellatione, vel recursu remotis, nisi tamen intercesserit inhibitio manu Nostra, vel dicti, et pro tempore existentis legati hujusmodi signata, qua ad appellationem admittendam, vel ad alium justum intentum exequutio fuerit suspensa, atque ita capitula prædicta servanda, et exequenda, municipales leges inserendas esse volumus, præcipimus, et mandamus.

Et præcipit ut constitutio servetur continuo, et nullus judex aliter quam in ea decretum, statutumque est judicare audeat, vel possit.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nullius ponderis declaratur quidquid in contrarium facere posset.

§. 7. Non obstantibus præfatis ejusdem Pii prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clau-

solis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore parmansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima junii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 4. Julii 1770. Anno II.

LXXIV.

Extensio indulti juris nominandi ad nonnullas alias inferiores dignitates metropolitanæ, et unius collegiatæ ecclesiæ Cameracensis pro archiepiscopo Cameracensi.

Venerabili fratri Leopoldo Karolo archiepiscopo Cameracensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Benedictus XIV. indulsit regi francorum jus præsentandi, et nominandi addignitates majores ecclesiæ Cameracensis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod alias felicis recordationis Benedictus PP. XIV. prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die xi. novembris MDCCXLIX. expeditas literas carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo, suisque successoribus eorumdem francorum regibus itidem christianissimis jus providendi, et nominandi ad præposituram dignitatem majorem metropolitanæ ecclesiæ Cameracensis, et ad dignitates principales valorem annuum decem florenorum auri de Camera communi æstimatione excedentes in singulis collegiatis ecclesiis civitatis Cameracensis dumtaxat, nec non ad illius, et earum canonicatus quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum apud Sedem apostolicam, et in romana curia) vacantes tunc, et in posterum vacaturos in januario, martio, majo, julio, septembri, et novembri mensibus semper Sedi prædictæ reservatis vigore concordatorum dudum inter Sedem eamdem, et inclytam nationam germanicaminitorum, quæ in dicta civitate Cameracensi servantur, sub certis modo, et forma tunc expressis, concessit, transtulit, et reservavit, ita tamen, ut idem Ludovicus rex, et ipsius successores prædicti, tam memoratam præposituram, quam dignitates principales, et canonicatus hujusmodi pro tempore vacantes personis sibi gratis, et acceptis, ac vitæ integritate, religione, et doctrina præstantibus concedere possent, et valerent; de eis autem provisi infra tres menses a die factarum provisionum computandos literas apostolicas sub plumbo in totum expedire tenerentur, et alias prout in ejusdem Benedicti prædecessoris literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Rex autem gallorum jus hujusmodi, eorante Pontifice, transtulit in episcopum Cameracensem.

§. 2. Postmodum vero cum idem Ludovicus rex in jus nominandi ad præposituram, dignitates principales, et canonicatus prædictos te in suum, suorumque successorum locum subrogare, et substituere plurimum desideraret, ejusque ad id expressus accederet consensus; Nos per alias Nostras in simill forma Brevis die xxii. decembris superioris anni MDCCLXIX. expeditas literas te, quandiu vixisses, et ecclesiæ Cameracensi hujusmodi præfuisses, in jus nominandi ad præposituram, et dignitates principales prædictas tantum, atque ad canonicatus hujusmodi quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum apud dictam Sedem, seu in romana curia) vacantes substituimus, posuimus, et subrogavimus, et alias prout in eisdem Nostris literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Jus autem hujusmodi pro eodem episcopo prorogandum esse ad inferiores dignitates, quæ enumerantur, idem Ludovicus rex exoptavit.

§. 3. Verum quia in memoratis ejusdem Benedicti prædecessoris, et Nostris literis specialis, ac individua mentio quatuor inferiorum dignitatum, quæ archidiaconatus nuncupantur dictæ metropolitanæ ecclesiæ facta minime reperitur, hac de re easdem quatuor dignitates in literis prædictis nequaquam comprehensas esse credidisti. Quocirca quamvis occasione vacationis unius ex quatuor inferioribus dignitatibus archidiaconatus nempe de Brabant nuncupatis dictæ metropolitanæ ecclesiæ Cameracensis secutæ mense novembris anno MDCCLXI., et alterius vacationis, quæ evenit mense martio anno MDCCL. inferioris pariter dignitatis scholastriæ

nuncupatæ ejusdem metropolitanæ ecclesiæ apostolicæ provisionis literæ quoad dictum archidiaconatum favore Josephi Ignatii de Salvan de Chenesille, et quoad præfatam scholastriam favore Roberti Fitzmaurice, qui ambo ob eodem Ludovico rege vigore primodictarum literarum memorati Benedicti prædecessoris ad inferiores dignitates hujusmodi nominati reperiebantur, expeditæ fuerunt, nihilominus ut in posterum semper, ac perpetuo quatuor archidiaconatus dignitates inferiores metropolitanæ ecclesiæ prædictæ iis conferantur viris, qui tibi, tuisque in archiepiscopatu Cameracensi hujusmodi successoribus cogniti, et accepti sint, ac sibi incumbentia munera pro spirituali totius diœcesis Cameracensis administratione, et bono valeant explere, hinc jus providendi, ac nominandi ad quatuor inferiores dignitates prædictas ejusdem ecclesiæ metropolitanæ Cameracensis quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum apud Sedem, et in romana curia) seu vacantes, seu in posterum in prædictis mensibus dictæ Sedi reservatis vacaturas, tibi, tuisque in archiepiscopatu Cameracensi ejusmodi successoribus per Nos concedi, necnon, ut quamdiu vixeris, et eidem ecclesiæ Comeracensi præfueris tam ad cantoriam, et scholastriam, quæ inferiores itidem dignitates sunt dictæ metropolitanæ ecclesiæ, quam od scholastriam dignitatem pariter inferiorem collegiatæ ecclesiæ sancti Gaugericii dictæ civitatis nominare, ac de eis quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum, ut præfertur, apud Sedem prædictam) in dictis mensibus sive vacantibus, sive vacaturis providere posse desideras, ita tamen, ut eveniente per cessum, vel decessum, out alia ex tua persona vacatione metropolitanæ ecclesiæ Cameracansis jus providendi, et nominandi hujusmodi ad cantoriam, et scholastriam dictæ metropolitanæ ecclesiæ collegiatæ sancti Gaugericii, non quidem ad tuos in archiepiscopatu ejusmodi successores, sed ad eumdem Ludovicum regem, suosque successores prædictos perpetuo spectet, ac pertineat; cumque præmissis omnibus idem Ludovicus rex suum assensum præstiterit, eaque per Nos concedi plurimum cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex vero votis annuit, et

§. 4. Nos igitur ipsius Ludovici regis votis ob singularia, et eximia ejus in Ecclesiam Dei merita libenter annuere, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, tuisque in archiepiscopatu Cameracensi hujusmodi successoribus jus providendi, atque nominandi ad quatuor inferiores dignitates prædictas memoratæ ecclesiæ metropolitanæ Cameracensis archidiaconatus nuncupatas quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum apud dictam Sedem, seu in romana curia) sive vacantes, sive in posterum quandocumque vacaturas in januario, martio, majo, julio, septembri, et novembri mensibus semper Nobis, et Sedi prædictæ vigore concordatorum hujusmodi reservatis, auctoritate Nostra apostolica, servata in omnibus, et per omnia prædictarum ejusdem Benedicti prædecessoris forma, et dispositione concedimus at indulgemus.

preces in omnibus excepit.

§. 5. Præterea tibi quandiu vixeris, et dictæ metropolitanæ ecclesiæ Camoracensi præfueris jus pariter providendi, et nominandi ad cantoriam, et scholastriam dignitates itidem inferiores ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Cameracensis, at ad aliam dignitatem pariter inferiorem scholastriam nuncupatam collegiatæ ecclesiæ sancti Gaugericii dictæ civitatis Cameracensis quovis modo, et ex quibusvis personis (non tamen per obitum apud Sedem prædictam, seu in romana curia) vacantes, seu vacaturas in mensibus prædictis eidem Sedi, ut præfertur, reservatis, auctoritate, et tenore prædictis pariter concedimus, et indulgemus.

Concessit eidem episcopo ad vitam jus pariter providendi, et nominandi ad cantoriam, et scholastriam.

§. 6. Volumus autem, ut eveniente per cessum, vel decessum, aut alias ex tua persona vacatione metropolitanæ ecclesiæ Cameracensis prædictæ jus providendi, et nominandi ad cantoriam, et scholastriam ejusdem metropolitanæ ecclesiæ, et ad scholastriam prædictæ collegiatæ ecclesiæ sancti Gaugericii, non quidem ad tuos in archiepiscopatu hujusmodi successores pertineat; sed illud ad ipsum Ludovicum regem, suosque successores in omnibus, et per omnia juxta formam, et dispositionem prædictarum literarum memorati Benedicti prædecessoris pertinere debere

Mortuo autem archiepiscopo jus hujusmodi non ad ejus successores, sed ad ipsum regem pertinere debere Pontifex declarat.

decernimus, et declaremus; ita tamen, ut tu, et in archiepiscopatu prædicto successores tui vigore præsentium quatuor archidiaconatus inferiores dignitates ejusdem metropolitanæ ecclesiæ in dictis mensibus sive vacantes, sive pro tempore quocumque modo (non autem per obitum apud Sedem, sive in romana curia) vacaturas personis tibi, eisque respective gratis, et acceptis concedere, et tam tu quamdiu vixeris, ac ecclesiæ metropolitanæ prædictæ præfueris, quam deinde idem Ludovicus rex, ejusque successores prædicti ad cantoriam et scholastriam ejusdem metropolitanæ ecclesiæ, ac ad scholastriam collegiatæ ecclesiæ prædictæ sancti Gaugericii in eisdem mensibus pariter seu vacantes, seu pro tempore quovis modo (non tamen per obitum apud Sedem, sive in romana curia) vacaturas personis tibi, ac respective eidem Ludovico regi, suisque successoribus hujusmodi gratis, et acceptis quoque concedere, et de illis omnibus providere libere et licite possis, et valeas, tuique successores prædicti, ipseque Ludovicus rex, ejusque successores præfati libere et licite possint, et valeant respective.

Clausula salutares.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis prædictæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus quibusvis generalibus, vel specialibus inferiorum dignitatum prædictarum reservationibus, seu affectionibus apostolicis per quoscumque romanos Pontifices prædecessores Nostros, et Nos, et Sedem eamdem quomodolibet factis, nec non cancellariæ apostolicæ regulis, ac quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum ut provisi de dignitatibus apostolicas expediant literas infra tres menses.

§. 10. Volumus autem, quod earumdem inferiorum dignitatum, seu vacantium, seu pro tempore, et quandocumque vacaturarum provisi infra tres menses a die factarum provisionum computandos literas nominationis, concessionis, et provisionis, ut præfertur, obtentæ, Nostro, et pro tempore existenti datario, et datariæ Nostræ apostolicæ exhibere, et successive super inferioribus dignitatibus hujusmodi, ut præfertur, providendi, et designandi literas apostolicas sub plumbo in totum expedire, ac jura Cameræ apostolicæ, et aliis propterea debita persolvere omnino teneantur, alioquin dictis tribus mensibus elapsis, de dignitatibus hujusmodi sic vacantibus per Nos, seu romanum Pontificem pro tempore existentem, et Sedem prædictam libere disponi possit. Cæterum hujusmodi voluntatis Nostræ in literis nominationis, et provisionis vigore præsentium respective faciendæ mentio fiat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 4. Julii 1770. Anno II.

LXXV.

Alternativa in electionibus provincialis, aliorumque officialium ordinis sancti Francisci revocatur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ea semper fuit humanarum rerum conditio, ut nil ita provide, ac simul firmiter constitui possit, quod nulla unquam temporum varietate debeat mutari. Quapropter circumspecta romani Pontificis providentia, quæ dudum certis rationabilibus ex causis pro recto gubernio illorum, qui divinis obsequiis sub regulari instituto mancipati reperiuntur constituta fuerunt, interdum moderatur, et quandoque etiam pluries immutat, quemadmodum sublimium personarum vota exposcunt, et in Domino conspicit salubriter expedire.

Expositio precum porrectarum ab Josepho Portugalliæ, et Algabiorum rege fidelissimo.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ et Algabiorum regis fidelissimi Nobis nuper expositum fuit, quod dudum in provincia tertii ordinis minorum sancti Francisci Portugalliæ tum regularis observantia, tum etiam studia plurimum florebant, neque ulla tunc alternativæ lex in electionibus servabatur; lapsis vero jam tribus sæculis, in capitulo habito anno MDCXXIX. sub die xv. decembris novus hic eligendi modus primum admissus fuit, idque ea porro de causa, ut scilicet partium studia vitanda essent, atque, ut hoc modo præscripta electionis forma, officia, eorumque patentes literæ nuncupatæ in certa tantum, ac determinata fratrum hujusmodi portione, perpetua minime redderentur; sed propter inordinationes, quæ constitutam hanc alternativæ legem sunt subsecutæ, die iv. martii MDCXLVIII. in hac alma urbe alternativus eligendi modus remissus, abrogatusque fuit, illumque deinde die xxiv. octobris MDCL. quondam Daniel Dongo tunc temporis generalis ejusdem ordinis penitus revocavit.

Enumerantur incomoda quæ manant a lege super alternativa electione.

§. 3. Mutato tamen consilio, in alio subsequenti capitulo tunc existentes electores alternativæ legem hujusmodi iterum præscribendam esse curarunt, eamque reipsa decreverunt, ac felicis recordationis Alexander pp. VII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxvi. junii MDCLXIII. expeditas literas, legem alternativæ hujusmodi apostolica auctoritate confirmavit, et adprobavit, ac alias, prout in prædictis ejusdem Alexandri literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius dicitur contineri. In capitulo vero postmodum habito die xiii. martii anno MDCLXXXVIII. delecta, ac sublata fuit dictæ alternativæ lex, in id condito statuto, quo cautum repetiebatur, ut convenientibus fratribus provinciæ in illius abolitione, ea posset omnino abrogari; e contra autem capitulum generale in alma urbe celebratum anno eodem MDCLXXXVIII. sub die v. junii præscripsit, ut alternativæ lex servanda esset, atque juxta legem hanc capitula provincialia celebrata fuerunt sequentibus annis, quibus ita decurrentibus, dictaque lege durante, provincia hujusmodi plures, plurésque ex ea infaustissimos effectus passa fuit: quippe quia, quoad provinciam prædictam alternativæ vis in eo posita dignoscitur, ut ipsa in duas partes dividatur, in unam nempe, quæ major est, et Beiræ Minho, et ultra Montes nuncupatur, ac aliam Extremaduræ, Alentejo, et Algarbiæ, et ultra Mare pariter nuncupatam, ex quibus aliæ subdivisiones latæ, ac amplæ admodum oriuntur, et procedunt; hincque fit, ut in electione provincialis, definitorum, superiorum conventuum, magistrorum, seu lectorum, et studentium arithmetica distributio inter eos sequenda omnino sit, neque unius partis patentes literæ nuncupatæ, alias alterius partis patentes hujusmodi excedere possunt, ac quoties ex una parte provincialis electio secuta sit, illius successor ex alia omnino parte eligi postmodum debeat: magistri itaque, ac studentes, viri doctrina præditi, ac ætate graves unius partis, cum hac servata lege posthabendi sint, pars ipsa hujusmodi grave inde demum patitur, non sine maximo totius provinciæ præjudicio, et res eo perducta videtur, ut fratribus, qui utiliter, ac pro dignitate sibi committenda officia explere possint, dicta provincia minime abundet, ac cæteri studiis operam diligenter, ac assidue dare non curent, dum observata lege alternativæ, æqualitas tantummodo in numero, non autem quoad meritum spectanda est; ex quibus omnibus sane procedunt frequentes omnino perturbationes, quæ decori, ac bono ejusdem provinciæ

quammaxime officiunt, atque, ut experientia compertum est, quisque ex provincialibus pro sua respective parte quærit, ac in ordinis hujusmodi alumnos admittit eos, qui haud bona educatione instituti fuerunt, studiisque operam minime dederunt, et quandoque nec ad regularem vitam vere a Deo vocati sunt, cum ipsi sufficiat eos in parte sua ortos fuisse, ut ex ipsorum numero commodum, ac utilitas sibi acquiratur.

Quæ incomoda cessarent abrogata lege alternativæ electionis.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, maxima hæc omnia mala penitus, dubio procul, cessarent, quoties alternativæ lex a prædictis ejusdem Alexandri prædecessoris literis, et a capitulis generalibus, ac provincialibus ut præfertur constituta penitus, ac omnino tollatur: idem vero Joseph rex pro sua eximia, qua pollet pietate in ordinis, et provinciæ hujusmodi bonum, ac decorem, et in christifidelium utilitatem, eam per Nos revocari, et abrogari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnem legem super alternativa electione quorumcumque officiorum Pontifex abrogat, et revocat.

§. 5. Nos igitur piis, et vere catholico rege dignis ejusdem Josephi regis votis, quantum cum Domino possumus benigne annuare cupientes, et ejusdem provinciæ fratres specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati: prædictas ejusdem Alexandri VII. prædecessoris literas die vigesima sexta junii MDCLXIII., ut præfertur, expeditas, ac omnia, et singula decreta, statuta, et ordinata in quibusvis aliis prædecessorum Nostrorum romanorum Pontificum literis, et in capitulis tam generalibus, quam provincialibus ordinis, et provinciæ hujusmodi, quibus alternativæ lex in cunctis electionibus quorumcumque officiorum dictæ provinciæ quomodolibet sancita, et præscripta fuit, auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium cassamus, et irritamus, ac irritas, et cassas perpetuo esse decernimus, statuimus, et declaramus; propterea que, ut in posterum electiones ad quæcumque sive majora, sive minora officia hujusmodi quocumque nomine nuncupata provinciæ prædictæ, nullo servato alternativæ modo, sed juxta proprium singulorum meritum faciendas omnino esse volumus, præscribimus, et mandamus.

Clausulæ solitares.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 8. Non obstantibus præmissis, nec non dicti Alexandri prædecessoris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta julii MDCCLXX. pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 4. Julii 1770. Anno II.

LXXVI.

Supprimuntur novem monasteria ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, eorumque bona in alios pios usus applicantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio per ineffabilem divinæ sapientiæ providentiam commissum, postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio complectamur, per quam personæ divinis obsequiis sub regulari instituto mancipatæ ferventius Deo inservire debeant, ac spiritualibus suis, cæterorumque christifidelium proficiant incrementis.

Expositio status congregationis regularium sancti Augustini.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, congregatio canonicorum regularium sancti Augustini Portugalliæ dudum ita instituta fuerit, ut illius alumni, non sibi tantum, solitarie vivendo, sed spirituali etiam aliorum christifidelium saluti sua doctrina, et exemplo eos docendo, atque in literis, bonisque artibus ea, qua religiosos viros decet pietate, et charitate informando, prodesse valerent; et quamvis in ejusdem congregationis primordio ita ipsi vitam duxerint, ut venerationem ingererent in populo, attamen remissa postmodum priore, ac recta vivendi ratione res eo perventa sit, ut antiquam regularem observantiam, remedia per plures annos adhibita, restituere minime potuerint, sed majores in dies superaccesserunt abusus, inordinationes, et excessus cum maximo bonorum omnium scandalo; quæ omnia, attenta potissimum qualitate locorum, in quibus reperiuntur monasterio ejusdem congregationis prorsus dissita a frequentia populi, in posterum, rebus ita manentibus, cessare posse nequaquam sperandum sit, imo metuendum, ne canonici regulares hujusmodi in prædictis locis tam a superioribus suis quam a regia aula longe commorantes vitam otiose ducendo, majora mala, quæ ex otio omnino procedunt, subire cogantur.

Ut mala evertantur, quæ a nimia frequentia religiosorum promanant, nonnullorum monasteriorum suppressio necessaria dignoscitur.

§. 3. Nullum vero tot malis, incommodisque efficacius remedium adhiberi posse dignoscatur, quam quod suppressis nonnullis monasteriis congregationis prædictæ, eorumque redditibus uni tantum, et quidem magno monasterio assignatis, inde benedicente Domino, regularis observantiæ in eo vigor, et in canonicis regularibus hujusmodi congruo numero ibidem degentibus virtus, et doctrina in propriam, ac aliorum christifidelium utilitatem reperiantur, et jugiter permaneant.

Enumerantur monasteria, quæ supprimuntur.

§. 4. Hinc est, quod Nos, qui personarum regularium reformationem, et directionem cum Dei honore, et exemplari vita, divinique cultus augmento intentis desideramus affectibus, præmissis omnibus remedium afferre volentes, aliisque rationabilibus causis animum Nostrum moventibus adducti: motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, infrascripta monasteria dictæ congregationis canonicorum regularium sancti Augustini supprimimus, et penitus extinguimus I. nempe sancti Salvatoris de Gryò nuncupatum, et existens in comarcha de Feira Portugallensis diœcesis, quod, cum dudum ob passa damna, et qualitatem loci profundi, humidique extinctum, et in aliud monasterium sancti Augustini de Serra nuncupatum e conspectu civitatis Portugallensis temporibus claræ memoriæ Joannis III., dum vixit Portugalliæ, et Algabiorum regi, translatum fuisse ex decreto tunc temporis existentis episcopi Portugallensis, a felicis recordationis Paulo pp. III. prædecessore Nostro apostolica auctoritate confirmato, et translationi hujusmodi nonnullis regularibus dicti loci de Gryò obsistentibus evenit, ut posthabita extinctione hujusmodi, utrumque monasterium tam de Gryò, quam de Serra cum suis respective separatis redditibus, vigore literarum sanctæ memoriæ Pii papæ V. itidem prædecessoris Nostri clanculum, et subreptitie, ut dicitur, obtentarum usque adhuc quoque existere comperiatur. II. Monasterium de Villa Boa del Vescovo vulgo nuncupatum positum in comarcha, et supra Tamegam Conselho de ben vivere vulgo etiam nuncupatum memoratæ Portugallensis diœcesis: III. Monasterium sancti Martini de Caramos existens in territorio de Guimaraes Bracharensis diœcesis. IV. Monasterium sanctæ Mariæ de Nandim sive Landim nuncupatum per tres leucas circiter a civitate Bracharensi dissitum, et in eadem diœcesi positum. V. Monasterium sancti Salvatoris de Paderne situm in comarcha de Vallença

del Minho etiam nuncupatum. VI. Monasterium sancti Simonis de Junqueira existens in Giudicatura de Faria termina di Barcellos etiam vulgo nuncupatum. VII. Monasterium sancti Georgii prope civitatem Colimbriensem. VIII. Monasterium sanctæ Mariæ de Refoios de Lima nuncupatum situm prope Viannam del Minho. IX. Monasterium denique de Moreira situm in comarcha de Maya, et a civitate Portugallensi prædicta per duas leucas circiter distans.

Bona monasteriorum suppressorum applicantur regio conventui de Mafra ordinis sancti Francisci de Observantia, monasteriumque declaratur jurispatronatus regis Portugalliæ.

§. 5. Eorumdemque omnium Monasteriorum sic per Nos, ut præfertur, extinctorum, et suppressorum bona stabilia, et immobilia cujuscumque generis, et speciei illa existant, eorumque fructus, redditus, et proventus regio conventui de Mafra vulgo nuncupatum, in quo fratres ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum sub reformatione sancti Petri de Alcantara ad præsens reperiuntur, unimus, annectimus, et applicamus ad hoc, ut canonici regulares prædicti commodius regularis observantiæ usum alios edocendo, ac imbuendo, in ecclesia, et regni utilitatem servare possint, ac debeant, eumdemque vivendi modum in aliis quoque quatuor monasteriis, quæ magis opulenta sunt, et canonicorum hujusmodi numero in regno prædicto reperta, nempe sancti Augustini prædicti da Serra e conspectu civitatis Portugallensis, ac sanctæ Crucis Colimbriensis, et collegium nuncupatum Sapientiæ in dicta civitate Colimbriensi, nec non monasterium sancti Vincentii de Fora Lisbonensis adhibere pariter possint, ac debeant; prædictumque conventum de Mafra, ut præfertur nuncupatum, quod propter vere singularem magnificentiam, ac vastitatem haud congruum videtur penes prædictos regulares esse, qui summam paupertatem, ac vitæ austeritatem profitentur, quodque a claræ memoriæ Joanne V., dum vixit, Portugalliæ, et Algabiorum rege fidelissimo maxima quidem, et insigni impensa extructum, et ex bonis suis dotatum, nec non a carissimo in Christo filio Nostro Josepho eorumdem Portugalliæ, et Algabiorum rege etiam fidelissimo liberalitate eximia, ac magna pecuniæ vi auctum congregationi prædictæ canonicorum regularium sancti Augustini, ejusdem Josephi regis accedente consensu, concedimus, et assignamus, illudque in monasterium congregationis, at canonicorum hujusmodi erigimus, et instituimus, eidemque Josepho regi, suisque in regnis hujusmodi legitimis successoribus juspatronatus super eo, in monasterium sic instituto, et erecto reservamus, eidemque, et successoribus prædictis jus nominandi priorem, vicarium, et quatuor consiliarios per triennium duraturos concedimus, et indulgemus, atque ad præmissorum effectum a quocumque voto, seu promissione de hujusmodi Mafræ seu parvo conventu construendo pro regularibus singularem paupertatem, et austeritatem servantibus, seu de Caputio vulgo nuncupatis qualitercumque, et quomodocumque facto, et respective emissa, eos omnes, quibus interest, aut quomodolibet interesse possit, quatenus opus sit, absolvimus, et liberamus, ac in monasterii hujusmodi causam illud, et illam etiam respective, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus commutamus, et pro commutatis haberi volumus, et declaramus.

Executio constitutionis committitur archiepiscopo Elborensi.

§. 6. Quocirca venerabili fratri Joanni archiepiscopo Elborensi per præsentes committimus, et mandamus, ut omnia, et singula, quæ juxta datam sibi a Domino prudentiam, necessaria, atque opportuna pro executione præmissorum omnium judicaverit, agat, faciat, atque decernat, ita ut non solum in dicto monasterio Mafræ eos canonicos regulares congregationis hujusmodi, qui magis sibi idonei, et opportuni videbuntur, ponere, et constituere ipse possit, sed etiam extinctiones, seu applicationes nonnullas a capitulo generali eorumdem canonicorum vigore quarumdam litterarum felicis recordationis Clementis papæ VIII. prædecessoris itidem Nostri (quibus ad id tributa eis erat sive ad tempus, sive in perpetuum facultas) peractas examinare valeat. Præterea eidem Joanni archiepiscopo, res, et bona quæcumque commutandi, ac dividendi, de dumibus disponendi, ecclesias, conventus, et sacraria, ac supellectilia, omniaque alia ad monasteria, sicut præfertur, extincta quomodocumque pertinentia, in totum, vel in parte, seu alias quomodolibet favore unius, seu plurium monasteriorum ejusdem congregationis, juxta cujusque majorem, sive minorem necessitatem, seu quemadmodum magis sibi expedire videbitur, assignandi, et incorporandi, atque ex ædificiis eorumdem sic suppressorum monasteriorum aliquas parochiales ecclesias, suis ta-

men respective Ordinariis subjectas, ac in iis locis, in quibus id opportunum esse censuesit, erigendi; nec non fratribus dicti ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatis sub reformatione sancti Petri de Alcantara, atque in prædicto Mafræ conventu actu existentibus, (quatenus ipsi omnes, et singuli, seu aliqui, vel aliquis eorum velit, seu velint) ut dimisso priori ejusdem ordinis habitu, illum congregationis prædietæ libere assumere, illumque gestare, ac professionem regularem per canonicos congregationis hujusmodi emitti consuetam expresse emittere libere pariter, ac licite possint, et valeant, indulgendi, aliaque, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earum executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna, et omnia de consilio, et assensu ejusdem Josephi regis faciendi, gerendi, et exequendi plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, et auctoritatem pari motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et elargimur.

Præcipitur observantia omnium contentorum in præsentibus literis, et quod ipsæ de obreptione, vel subreptione criminari non possint.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ propter quas præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, aut ex alia quavis quantumvis legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quompiam in judicio, seu extra illud uti, aut se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, et quosvis alios quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata ois, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon congregationis, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 10. Julii 1770. Anno II.

LXXVII.

Erectio sedis episcopalis Bajensis per dismembrationem a metropolitana Elborensi, cum omnibus privilegiis, et indultis, et instauratione capituli cum suis dignitatibus.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Agrum universalis Ecclesiæ superna cœlestis patrisfamilias præordinatione curæ Nostræ concreditum, omni studio, et industria, quantum Nobis ex alto conceditur custodire, atque excolere jugiter satagentes, vigilis more pastoris in omnes ejusdem Dominici agri partes mentis Nostræ oculos circumferimus, et in iis, quæ illius exactiorem culturam, ex multiplicatis ejus cultoribus, respiciunt, opem, ac operam Nostram libentissime impertimur, præsertim dum sublimium, et excelsorum regum vota id exposcunt, consideratisque locorum, et personarum qualitatibus, expedire in Domino arbitramur.

Petitio porrecta a rege Portugalliæ pro erectione episcopatus.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi nuper Nobis expositum fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatorem militiæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusdem Josephi regis apud Nos, et sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium, quod cum venerabilis frater Joannes archiepiscopus Elborensis, qui jampridem ecclesiæ Leyriensi spatio annorum tredecim præfuerat, rerum experientia agnovisset ipsum diœcesim prædictam Leyriensem per quinquaginta parochiales, sive loca tantum se protendentem, et tamquam angustis limitibus circumscriptam, gregem sibi ratione dictæ ecclesiæ Leyriensis concreditum facile gubernasse, itaut suis ovibus in spiritualibus opportunitatibus adjumentum præstare, suumque pastorale munus commode explere valuerit; modo autem clare admodum perspiciat, ac noscat, quod ratione archiepiscopalis ecclesiæ Elborensis, quæ de jurepatronatus ejusdem Josephi regis (cui non est hactenus in aliquo derogatum) existit, admodum sibi difficile reddatur ob peramplam ipsius ecclesiæ metropolitanæ diœcesim, cujus major pars usque ad magnam provinciam de Alemtejo, et ab Extremadura usque ad Vendas novas, Coruche, et Bennavente protenditur, populum suæ curæ commissum pari facilitate, et commoditate regere, et moderari minime posse; quocirca idem Joannes archiepiscopus enixe precatus fuit ipsum Josephum regem, ut pro meliori divino servitio, ac spirituali Ecclesiæ, et animarum sibi commissarum bono, novi episcopatus erectio auctoritate Nostra apostolice decerneretur.

Illustre oppidum, et duas comarchas cum pluribus beneficiis assignavit rex pro nova diœcesi constituenda.

§. 3. Ad hunc itaque effectum pro nova diœcesi hac constituenda, antiquum, et illustre oppidum civitatis nuncupatæ de Beja, duasque comarchas, unam videlicet de Ourique, alteram vero de Beja, una cum præsentatione sibi competenti ad triginta beneficia in diversis ecclesiis dicti oppidi civitatis nuncupatæ de Beja sita, et existentia, cum suis decimis, juribus, redditibus, ac quocumque alio proventu, absque ulla reservatione, favore novi episcopatus erigendi, ac futuri illius capituli idem Joannes archiepiscopus cedere, ac renunciare paratus erat, quemadmodum reipsa cessit, et renunciavit. Quibus ex causis idem Josephus rex Nobis humiliter supplicari fecit, ut hujusmodi oppidum civitatis nuncupatæ de Beja, ac prædictas duas comarchas de Ourique, et de Beja a diœcesi metropolitanæ ecclesiæ Elborensis prædictæ dismembrare, et in oppido, seu civitate prædicta sedem episcopalem erigere, atque instituere, ac alias desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulget Pontifex erectionem expetitam nonnullis adhibitis reservationibus, et cautelis.

§. 4. Nos itaque votis ejusdem Josephi regis catholica pietate dignis, ac dicti Joannis archiepiscopi desiderio propensius ac celerius annuere volentes; motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, oppidum prædictum civitatis nuncupatæ de Beja, ac memoratas duas comarchas de Ourique, ac de Beja, cujus, et quarum respective territoria, et confines, præsentibus haberi volumus pro expressis, cum omnibus, et singulis ecclesiis, monasteriis, cappellis, et aliis ecclesiasticis, ac piis locis, necnon populo, incolis, habitatoribus, cæterisque ecclesiasticis, et sæcularibus personis, rebus quoque, et bonis eorumdem in dicto oppido civitatis nuncupatæ, ac prædictis comarchis, ipsiusque, et eorum respective territorio, et districtu consistentibus ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione,

visitatione, et correctione, ac potestate dicti Joannis moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Elborensis prorsus eximimus, et perpetuo dismembramus, ipsumque oppidum de Beja in civitatem Bajensem nuncupandam erigimus, et civitatem esse, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere decernimus: ac unam ex ecclesiis ibidem existentibus, quam infrascriptus præsentium Nostrarum literarum executor a Nobis deputandus aptiorem, ac decentiorem judicaverit pro meliori, ac commodiori divino servitio in ea a futuris capitularibus præstando, sub eodem titulo, quem nunc habet, sive sub alio ejusdam Josephi regis arbitrio designando titulo, in cathedralam ecclesiam cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus, pariter erigimus, et episcopalis dignitatis honore, ac titulo insignimus; et quatenus ecclesia hujusmodi, quæ in cathedralem, ut præfertur, erecta sit, collativa existat, suumque legitimum habeat possessorem, ad effectum erectionis prædictæ tam illam, quam etiam memorata triginta beneficia, sive simplicia, sive residentialia sint ex nunc, prout ex tunc et e contra cum primum per cessum, vel decessum, aut alias quomodolibet ex persona eorum illam, et illa modo respective obtinentium vacare contigerit, absque tamen ullo præjudicio illius, et illorum possessorum, integris omnibus eorum favore reservatis fructibus ipsorum naturali vita durante, sive usquedum de alio competenti beneficio eliter provisi fuerint, perpetuo pariter supprimimus, et extinguimus: hancque cathedralem ecclesiam erigimus pro uno episcopo Bejensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, et honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit, ac debeat; ac eidem sic erectæ ecclesiæ Bejensi ipsum oppidum in civitatem, ut præfertur, erectum, pro civitate, in qua pro tempore existens episcopus residebit; et pro hujusmodi effectu domus inibi existentes, atque digniores, ad palatium episcopale stabiliendum emendæ erunt, nec non dictas duas comarchas de Ourique, et de Beja a dicta diœcesi Elborensi, ut præfertur dismembratas, pro ejusdem ecclesiæ Bejensis diœcesi, cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in eis respective existentibus, et commorantibus motu, scientia, et potestatis planitudine paribus etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus, et totum id, quod a diœcesi Elborensi, ut præfertur, dismembratum fuit, episcopo Bejensi quoad episcopalem, et archiepiscopo Elborensi pro tempore existentibus, quoad metropolitanam jurisdictionem, et superioritatem perpetuo pariter subjicimus, ecclesiamque ipsam Bejensem suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Elborensis esse debere decernimus, et declaramus.

Mandat ut ecclesia Bejensis suum habeat capitulum, et dignitates.

§. 5. Ac insuper, ut prædicta ecclasia Bejensis suum proprium habeat capitulum, illum numerum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus ac a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infradicendi redditus applicandi permittent, etiam erigimus, et instituimus; pro dote vero ejusdem ecclesiæ episcopalis Bejensis, ac illius mensæ capitularis, et sic, ut præfertur, erectarum, et erectorum dignitatum, canonicatuum, et dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum, redditus provenientes ex dictis duabus comarchis, ut supra dismembratis, ac ex nunc, prout ex tunc, etiam redditus dictæ ecclesiæ suppressæ, et in cathedralem erectæ, quatenus tamen illa collativa existat, prout quoque dictorum triginta beneficiorum, ut præfertur suppressorum, ab eodem exequutore respective assignandos concedimus. Eidemque præterea Josepho, ejusque successoribus Portugalliæ, et Algabiorum regibus fidelissimis reglum juspatronatus tam super nova cathedrali prædicta Bejensi, quam super dignitatibus, canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis, ut præfertur, erectis etiam pro hac prima vice, ac perpetuo reservamus, et concedimus.

Eidem capitulo jus tribuitur statuta, et ordinationes condendi ad tramites concilii Tridentini, aliarumque apostolicarum constitutionum.

§. 6. Ac insuper futuro ejusdem novæ cathedralis capitulo plenam, et omnem facultatem quæcumque necessaria, et opportuna statuta, ordinationes, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim vero concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, et edendi, ac condita, et edita pro temporum et rerum varietate, et qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi,

ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo etiam integre condendi, et edendi tribuimus, et impertimur; necnon dignitates in memorata ecclesia Bejensi obtinentibus, ac capitulo, et canonicis ejusdem ecclesiæ, aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis, et ministris pro tempore existantibus, ut omnibus, et singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum regni Portugalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis), uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Executio literarum apostolicarum committitur deputato sancti Officii ab Inquisitione Lisbonensi.

§. 7. Quocirca dilecto filio Antonio Bonifacio Coelho ejusdem Josephi regis consiliario, juris canonici pro universitate Colimbriensi doctori, et deputato sancti Officii ab Inquisitione Lisbonensi ac provisori, et vicario generali patriarchatus Lisbonensis, quem in executorem præsentium Nostrarum literarum deputamus, plenam, liberam, amplam, ac omnimodam facultatem, et auctoritatem, pro spirituali, et dignitatem, capituli, et canonicorum hujusmodi directione, et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, divinorum, tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ sibi necessaria, et opportuna visa fuerint, statuendi, et decernendi, numerumque capitularium hujusmodi, juxta redditus applicatos constituendi, ac fructus tam futuræ novæ cathedralis ecclesiæ prædictæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, ac juxta gradus, cujusque differentiam, prout ipse justius judicabit, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna agendi, faciendi, et quidquid sibi expediens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus expressum minime sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi, iisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

Capitulum eximitur in perpetuum a solutione quindenniorum.

§. 8. Et quoniam ignoratur quænam esse debeat ecclesia in cathedralem, ut præfertur, erecta, et an sit collativa, ac supprimenda, et cum talis existat, qui, et quanti sint fructus certi non solum ejusdem ecclesiæ, sed etiam dictorum triginta beneficiorum simplicium, sive residentialium sub quacumque denominatione existentium, ac, ut præmittitur, suppressorum, quorum ratione essent subjecta tam solutioni dimidiæ annatæ in cancelleria apostolica, quam etiam ratione perpetuæ applicationis dictorum fructuum simul unitorum, solutioni quindenniorum: hinc Nos præmissis omnibus, et singulis minime obstantibus, capitulum dictæ ecclesiæ cathedralis Bejensis, ejusque pro tempore existentes canonicos a solutione quindenniorum hujusmodi perpetuo eximimus, et liberamus, ac pro exemptis, et liberatis haberi volumus, et mandamus.

Exemptio literarum a vitio obreptionis, et subreptionis, et omnimoda eorum observantia servanda.

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, ullo unqam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod causæ propter quas præsentes emanarunt coram Nobis, vel alibi verificatæ, et dilecti filii capitulum, atque canonici metropolitanæ ecclesiæ Elborensis prædictæ, nec non quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, remedium impetrari, vel sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, et aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ prædictæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi opostolatus apicem, vel olias quandocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, et in posterum emanandas nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes episcopum, et dignitates, capitulum, atque canonicos ecclesiæ Bejensis hujusmodi eligendo, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac denuo concessas, semperque validas es-

se, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, necnon episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Bejensis ejusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet qoavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritata, judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio omnium contrariorum.

§. 11. Non obstantibus Nostra, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratiis, indultis, et indulgentiis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quibusvis apostolicis, necnon in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Preceptum de inscribenda taxa in libris Cameræ in florenis sexcentum octuaginta octo, et duobus tertiis, et vicissim de minuenda alia metropolitanæ Elborensis in pari quantitate

§. 12. Volumus autem, quod taxa novæ cathedralis Bejensis prædictæ in libris Cameræ describatur in tertiis parta florenorum, quæ dismembratur ab ipsa metropolitana ecclesia Elborensi videlicet in florenis sexcentum octoginta, et octo, eum duobus tertiis, et taxa ipsius ecclesiæ metropolitanæ Elborensis, quæ in dictis libris Cameræ modo in florenis bis mille et triginta sex descripta reperitur, minui, ac reduci debeat pro tertia parte, ut præfertur, dismembrata, et in eisdem libris taxa dictæ metropolitanæ ecclesiæ Elborensis in florenis mille tercentum septuaginta septem, cum uno tertio de novo describatur, quodque attentis peculiaribus circumstantiis, præsens hæc gratia, utpote per Nostras literas in forma Brevis concessa, minime transeat in exemplum, nec pro exemplo allegari omnino valeat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuogesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXVIII.

Dat. die 10. Julii 1770. Anno II.

Erectio ecclesiæ, et episcopalis sedis Pintiensis nuncupatæ, factæ per dismembrationam diœcesis Portugallensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Totius orbis ecclesiis divina dispositione meritis licet insufficientibus præsidentes in circuitu agri Dominici oculos nostræ mentis vigilis more pastoris levamus inspicientes quid ecclesiarum ipsarum statui, et decori maxime conveniat, et divino fulti præsidio illius qui cuncta ex sua benignitate in fidelis populi sui salutem disponit ad ea quæ ad dignitatem, et statum ecclesiarum hujusmodi agendam pertinent, officii Nostri partes libenter convertimus, præsertim ubi cetholicorum regum preces id exposcant, et nos in Domino conspicimus expedire.

Preces porrectæ a rege Portugalliæ pro erectione novi episcopatus Pintiensis nuncupati.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi nuper Nobis expositum fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatarium militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium quod cum episcopatus Portugallensis unus ex iis sit quem clar. mem. Ipsius Josephi regis in regnis hujusmodi prædecessores dividere statuerant propter jam ab hinc annis biscentum cogoitam per urgentem necessitatem ad hujusmodi divisionem regium eorum animum impellentem, perpensa potissimum amplitudine ipsius diœcesis, quæ sub se continet grandem ac frequenti numero incolarum refertam civitatem Portugallensem, ejusque circuitus cum quinque parochialibus sive locis populo valde frequentibus, nec non duodecim virorum, seu mulierum, aut eorum alterutros conventus, et quatuor archidiaconatus, seu comarchas unum videlicet, seu unam de Maya cum septuaginta quatuor parochialibus, seu

locis alium, seu aliam de Sobre Tamega cum parochialibus septuaginta, alium seu aliam de Feira cum parochialibus non minus nonaginta, et reliquum seu reliquam de Piotien, cum parochialibus centum ac duabus insimul constituentes parochiales tercentum quadraginta, et unam omnes sitas in territoriis frequentissime habitatis, fertilibus et opulentis. Ipse vero Josephus rex prædecessorum hujusmodi voluntatem, et dispositionem providam, ac religiosissimam agnoscens Nobis humiliter supplicari fecit ut locum de Arifana de Souza populo florentem, et caput dictæ comarchæ de Pintien a diœcesi Portugallensi dismembrare, illumque commutato nomine de Arifana in nomen de Pintien in civitatem, et Sedem episcopalem erigere, ibique futuri episcopi Pintiensis residentiam destinare, ac desuper in præmissis oppartune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Dismembrationem probat Pontifex, novamque episcopalem sedem erigit cum designatione territorii, beneficiorum, monasteriorum, aliarumque ecclesiarum, et cappellarum.

§. 3. Nos igitur piis, et commendabilibus ejusdem Josephi regis votis annuere volentes motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris deque apostolicæ potestatis plenitudine comarcham præfatam de Pintien cum parochialibus sive locis centum, et duobus, cujus, et quarum respective territoria, et confines præscentes haberi volumus pro expressis cum omnibus, et singulis ecclesiis, monasteriis, cappellis, et aliis ecclesiasticis et sæcularibus personis, rebus quoque, et bonis eorumdem in dicta comarcha ipsiusque, et eorum respective territorio, et districtu consistentibus ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, et correctione, ac potestate moderni, ac pro tempore existentis episcopi Portugallensis prorsus eximimus, ipsumque locum de Arifana de Souza dictæ comarchæ caput in civitatem Pintionsem nuncupandam erigimus, et civitatem esse, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere decernimus; ac ecclesiam, quæ huc usque ibi pro domo misericordiæ nuncupabatur sub eodem titulo quem nunc habet, siva sub alio ejusdem Josephi regis arbitrio designando titulo in cathedralem ecclesiam cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus pariter erigimus et episcopalis dignitatis honore, ac titulo insignimus. Hancque cathedralem ecclesiam erigimus pro uno episcopo Pintiensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, ac honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit, ac debeat, ac eidem sic erectæ ecclesiæ Pintiensi ipsum locum in civitatem, ut præfertur, erectum pro civitate, in qua pro tempore existens episcopus residebit, et pro hujusmodi effectu domus inibi existentes ad palatium episcopale stabiliendum emendæ erunt, nec non dictam comarcham de Pintien a memorata diœcesi Portugallensi, ut præfertur, dismembratam pro ejusdem ecclesiæ Pintiensis diœcesi cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis sive simplicibus, sive residentialibus, monasteriis, conventibus, clero, personis, siva sæcularibus, sive regularibus in dicta civitate, et comarcha dismembratis existentibus, et commorantibus motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus, ac prædictam civitatem, et comarcham de Pintien eum omnibus, et singulis, ut præfertur dismembratis episcopo Pintiensi quoad episcopalem prout hactenus subjecta fuerunt episcopo Portugallensi, cui jurisdictio, ut antea super reliquis tribus comarchis de Maya, et de Sobre Tamega ac de Feyra cum ducentis triginta novem parochialibus, sive locis opulentis in præsenti dismembratione non comprehensis illæsa remanebit, et archiepiscopo Bracharensi pro tempore existenti quoad metropoliticam jurisdictionem perpetuo pariter subjicimus; ecclesiamque ipsam Pintiensem suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Bracharensis esse debere decernimus, et declaramus.

Præcipitur, ut ecclesia Pintiensis proprium habeat capitulum.

§. 4. Ac insuper, ut præfata ecclesia Pintiensis suum proprium habeat capitulum illum numerum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, et a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infradicendi redditus applicandi permittent etiam erigimus, et instituimus. Pro dote vero ejusdem ecclesiæ episcopalis Pintiensis, et sic ut præfertur erectarum, et erectorum dignitatum canonicatuum, ac dimidiorum canonicatuum, ac cappellaniarum redditus provenientes ex effectis ut supra dismembratis per infrasriptum præsentium Nostrarum literarum exequutorem assignandos concedimus.

Ecclesia, cum suis canonicatibus, et cappellanis juris-

§. 5. Eidemque præterea Josepho ejusque successoribus Portugalliæ, et Algabiorum regibus fidelissimis re-

patronatus declaratur regis fidelissimi.

gium juspatronatus tam super nova cathedrali præfata, quam super dignitatibus, canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis, ut præfertur, erectis etiam pro hac prima vice, ac perpetuo reservamus, et concedimus.

Capitulo impertitur facultas condendi statuta, et decreta, servata tamen forma a concilio Tridentino, aliisque apostolicis constitutionibus præfinita, eisque conceduntur privilegia.

§. 6. Ac insuper futuro novæ cathedralis capitulo plenam, et omnem facultatem quæcumque necessaria, et opportuna statuta, ordinationes, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim vero concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, et edendi, ac condita, et edita pro temporum et rerum varietate, at qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo etiam integre condendi, et edendi tribuimus, et impertimur; necnon dignitates in memorata ecclesia Pintiensi obtinentibus, ac capitulo, et canonicis ejusdem ecclesiæ, aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis, et ministris pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum regni Portugalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis), uti, frui, potiri, at gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Executor literarum apostolicarum præfinitur, qui procedat ad tramites ipsarum literarum, de consilio, et consensu regis.

§. 7. Quocirca dilecto filio Nicolao Joachimo Thoret ejusdem Josephi regis consiliario, ac officiali sancti Officii, quem in executorem præsentium Nostrarum literarum deputamus, plenam, liberam, amplam, ac omnimodam facultatem, et auctoritatem, pro spirituali dignitatum capituli, et canonicorum hujusmodi directione, ac regimine, et onerum illis incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, divinorum, tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ sibi necessaria, et opportuna visa fuerint, statuendi, et decernendi, numerumque capitularium hujusmodi, juxta redditus locorum, ut præfertur, dismembratorum, ac fructus tam futuræ novæ cathedralis ecclesiæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, ac juxta gradus cujusque differentiam, prout ipse justius judicabit, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna agendi, faciendi, et quidquid sibi expediens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus expressum minime sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi, iisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

A censura quavis et etiam obreptionis, et subreptionis literæ apostolicæ eximuntur, quovis suppleto defectu.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod causæ propter quas præsentes emanarunt coram Nobis, vel alibi verificatæ, et dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Portugallensis prædictæ, nec non quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, restitutionis in integrum, aliudve remedium impetrari, vel sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, et aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ præfatæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi apostolatus apicem, vel alias quandocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, et in posterum emanandas nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes episcopum, capitulum, et canonicos ecclesiæ Pintiensis hujusmodi eligenda, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac denuo concessas, semperque validas esse, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, necnon episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Pintiensis hujusmodi perpetuo suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter

judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogationes affirmativissimæ omnium in contrarium facientium.

§. 10. Non obstantibus Nostris, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratiis, indultis, et indulgentiis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quibusvis apostolicis, ac in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Onus injungitur inscribendi taxam in libris Cameræ pro florenis tercentum quadraginta unius, et duobus tertiis, facto pari dismembratione ab ecclesia Portugallensis taxa, quæ reducitur ad florenos sexcentum octuaginta tribus.

§. 11. Volumus autem, quod taxa novæ cathedralis Pintiensis præfatæ in libris Cameræ describatur in tertia parte florenorum, quæ dismembratur ab ipsa ecclesia Portugallensi, videlicet in florenis tercentum quadraginta, et unum cum duobus tertiis; et taxa præfatæ ecclesiæ Portugallensis, quæ in præsens in dictis libris Cameræ in florenis mille viginti quinque descripta reperitur, minui, et reduci debeat pro tertia parte, ut præfertur, dismembrata, et in eisdem libris dictæ ecclesiæ Portugallensis in florenis sexcentum octuaginta tribus de novo describatur, quodque attentis peculiaribus circumstantiis, præsens Nostra gratia, utpote per Nostras literas in forma Brevis concessa, minime transeat in exemplum, nec pro exemplo alligari valeat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXIX.

Dat die 10. Julii 1770. Anno II.

Erectio ecclesiæ, seu sedis episcopalis Brigantiensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Pastoris æterni, licet immeriti vices gerentes in terris, ubi in aliqua Dominici agri parte messem multam esse, paucos autem operarios ibidem existere comperimus, inter multiplices curas, quæ ex apostolico munere Nobis incumbere intelligimus, illa præsertim cordi Nostro est, ut multiplicata hac messe, et agri Dominici multiplicentur cultores, quorum assiduis operibus spiritualis christifidelium profectus augeatur, æternaque salus ab ipsis, benedicente Domino, comparetur: propterea in iis piissimi patrisfamilias partes favorabiliter implere curamus, et piis sublimium regum de orthodoxa fide benemeritorum votis libenter annuimus.

Ob nimiam amplitudinem diœcesis Mirandensis, novi episcopatus erectio imploratur ad majorem populorum utilitatem.

§. 2. Nuper siquidem nomine carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendoza commendator militiæ Domini Nostri Jesu Christi, et ipsius Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem minister plenipotentiarius, maximam esse amplitudinem diœcesis Mirandensis, quæ in provincia trans Montes protenditur spatio vigintiduarum grandium leucarum, simulque continet tercentum decem et quatuor ecclesias parochiales, seu loca, qua de re unus tantum pastor tam gravi ferendo onere impar prorsus dignoscitur, summæque foret utilitatis, quoties diœcesis hujusmodi Mirandensis in duas diœceses auctoritate apostolica divideretur, ita scilicet, ut prima diœcesis firma remaneret in civitate Mirandensi, in qua ecclesia cathedralis existit, dudum instante claræ memoriæ Joanne III. Portugalliæ, et Algabiorum itidem rege ab archiepiscopatu Bracharensi eadem auctoritate separata, habeatque pro suo territorio archipresbyteratum, seu vicariatum nuncupatum districtum ejusdem civitatis Mirandensis, et alium archipresbyteratum, seu vicariatum de Mirandella pariter nuncupatum, qui insimul centum decem, et sex ecclesias parochiales, sive loca complectuntur, remanentibus

tamen in massa ecclesiæ Mirandensis prædictæ bonis de Mosterio, de Castro, de Avclans nuncupatis, quæ alias ad preces ejusdem Joannis regis cathedrali Mirandensi hujusmodi pari auctoritate unita fuerunt: altera vero diœcesis in oppido civitatis nuncupatæ Brigantiensis constitueretur, ei assignando pro suo territorio, archipresbyteratu, seu districtu ejusdem oppidi civitatis, ut præfertur, nuncupatæ Brigantiensis, de Monfort, de Mirandella, et de Lampanas una cum centum nonaginta octo ecclesiis parochialibus, sive locis in eis respective comprehansis.

Imploratur erectio novi episcopatus Brigantiensis per dismembrationem diœcesis Mirandensis.

§. 3. Quocirca idem Josephus rex Nobis humiliter supplicari fecit, ut prædictum oppidum civitatis nuncupatæ Brigantiensis cum districtu ejusdem civitatis de Monfort, de Mirandella, ac de Lampanas, et prædictis ecclesiis parochialibus, seu locis in eis respective comprehensis, a diœcesi prædicta Mirandensi dismembrare, atque in oppido, seu civitate Brigantiensi hujusmodi sedem cpiscopalem erigere, ac instituere, et alias opportuna providere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur novæ episcopatus erectio, annuente episcopo Mirandensi; enumeranturque loca novæ diœcesi assignata.

§. 4. Nos igitur eximiam ejusdem Josephi regis pietatem, ac zelum pro incremento divini cultus, ac bono spirituali animarum plurimum in Domino commendantes, ipsiusque votis libenter annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine (ad id accedente consensu venerabilis fratris Alexii moderni apiscopi Mirandensis) oppidum prædictum civitatem nuncupatam de Bragantia, cum suo territorio, archipresbyteratu, seu districtu dictæ civitatis da Monfort, de Mirandella, necnon de Lampanas, una cum centum nonaginta et octo parochialibus ecclesiis, seu locis in eis respective contentis, cujus, et quarum territoria, et confines respective præsentibus haberi volumus pro expressis, cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, monasteriis, cappellis, cæterisque ecclesiasticis, et piis locis, nec non populo, incolis, habitatoribus, cæterisque ecclesiasticis, et sæcularibus personis, rebus quoque, at bonis eorumdem in dicto oppido civitatis nuncupatæ, ac suo territorio, archipresbyteratu, seu districtu prædictæ civitatis de Monfort, de Mirandella, atque de Lampanas, locisque prædictis consistentibus ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, correctione, ac potestate dicti Alexii, et pro tempore existentis episcopi Mirandensis omnino eximimus, et perpetuo dismembramus, ipsumque oppidum de Bragaotia in civitatem Brigantiensem nuncupandam erigimus, et civitatem esse, atque perpetuis futuris temporibus nuncupari debere decernimus.

Electio ecclesiæ dignioris in cathedralem.

§. 5. Necnon unam ex ecclesiis ibidem existentibus quam infrascriptus præsentium literarum Nostrarum executor a Nobis deputandus aptiorem, et decentiorem judicaverit pro meliori, et commodiori divino servitio in ea a futuris capitularibus præstando, sub eodem titulo, quem nunc habet, sive sub alio ejusdem Josephi regis arbitrio, designando titulo, in cathedralem ecclesiam cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus pariter erigimus, et episcopalis dignitatis honore, ac titulo insignimus; et quatenus ecclesia hujusmodi, quæ in cathedralem, ut præfertur, erecta sit, collativa existat, suumque legitimum habeat possessorem, ad effectum erectionis prædictæ, illam ex nunc, prout ex tunc, et e contra, cum primum per cessum, vel decessum, aut alias quomodolibet ex persona illam modo obtinentis vacare contigerit, absque tamen ullo possessoris hujusmodi præjudicio, integris omnibus illius favore reservatis fructibus vita ipsius naturali durante, sive usquedum de alio competenti beneficio provisus fuerit, perpetuo pariter supprimimus, et extinguimus.

Domus sita prope ecclesiam selectam pro cathedrali, emendæ pro erectione palatii episcopalis.

§. 6. Hancque cathedralem ecclesiam erigimus pro uno episcopo Brigantiensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, at honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit; ac eidem sic erectæ ecclesiæ Brigantiensi, ipsumque oppidum in civitatem, ut præfertur, eractum pro civitata, in qua pro tempore existens episcopus residebit, et pro hujusmodi effectu domus inibi existentes, ac aptiores ad stabiliendum palatium episcopale emendæ erunt, nec non prædictum archipresbyteratum, seu districtum ejusdem civitatis Brigantiensis, de Moofort, de Mirandella, et de Lampanas cum supradictis parochialibus, sive locis, ut præfertur, dismembratis, ac omnibus, et singulis aliis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conven-

tibus, clero, personis sæcularibus, et reguleribus in eis respective existentibus, et commorantibus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus, atque totum id, quod a diœcesi Mirandeosi, ut præfertur, dismembratum fuit, episcopo Brigantiensi quoad episcopalem, et archiepiscopo Bracherensi pro tempore existentibus quoad metropoliticam jurisdictionem, et superioritatem (illæsa remanente favore pro tempore existentis episcopi Mirandensis jurisdictione, ut antea idem episcopus Mirandensis obtinebat super memoratis archipresbyteratibus, vicariatibus, necnon etiam super prædictis parochialibus, sive locis sub dismembratione præsentium literarum vigore concessa minime comprehensis) perpetuo pariter subjicimus, ecclesiamque ipsam Brigantiensem suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Bracharensis eisdem modo, et forma, quibus ecclesia Mirandensis ad præsens suffragatur, esse debere decernimus.

Mandatur ut nova ecclesia suum capitulum habeat, cum omnibus privilegiis, et indultis.

§. 7. Ac insuper, ut prædicta ecclesia Brigantiensis suum proprium habeat capitulum, illum numerum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, atque a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infradicendi redditus applicandi permittent, etiam erigimus, atque instituimus.

Describuntur bona quæ assignantur in dotem ecclesiæ episcopalis.

§. 8. Pro dote vero ejusdem ecclesiæ episcopalis Brigantiensis, ac illius mensæ capitularis, et sic, ut præfertur, erectarum dignitatum, canonicatuum, et dimidiorum canonicatuum, ac cappellaniarum, redditus provenientes ex effectibus, ut supra dismembratis, ac ex nunc, prout ex tunc, redditus etiam dictæ ecclesiæ suppressæ, et in cathedralem erectæ quatenus tamen illa collativa existat, ab eodem executore respective assignandos concedimus. Ipsique præterea Josepho, ejusque successoribus Portugalliæ et Algabiorum regibus fidelissimis regium juspatronatus tam super nova cathedrali prædicta Brigantiensi, quam super dignitatibus, canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis, ut præfertur, erectis etiam pro hac prima vice, ac perpetuo reservamus, et concedimus.

Conceditur novo capitulo jus condendi statuta, et constitutiones solitas et præscriptionibus apostolicis, et præsertim concilii Tridentini decretis minime contrarias.

§. 9. Ac insuper futuro ejusdem novæ cathedralis capitulo plenam, et omnem facultatem, quæcumque necessaria, et opportuna statuta, ordinationes, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, et edendi, ac condita, et edita pro temporum, et rerum varietate, et qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo etiam integre condendi, et edendi tribuimus, et impertimur. Nec non dignitates in memorata ecclesia Brigantiensi obtinentibus, ac capitulo, et canonicis ejusdem ecclesiæ, aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis, et ministris pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum regni Portugalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis) uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Deputatio executoris literarum apostolicarum, qui procedere debet de consilio, et consensu fidelissimi regis.

§. 10. Quocirca dilecto filio Antonio Bonifacio Coelho ejusdem Josephi regis consiliario juris canonici pro universitate Colimbriensi doctori, et deputato sancti Officii ab Inquisitione Lisbonensi, ac provisori, et vicario generali patriarchatus Lisbonensis, quem in executorem præsentium Nostrarum literarum deputamus, plenam, et liberam, amplam, et omnimodam facultatem, et auctoritatem pro spirituali, et dignitatum, capituli, at canonicorum hujusmodi directione, et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, divinorum tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ sibi necessaria, et opportuna visa fuerint statuendi, et decernendi, numerumque capitularium hujusmodi, juxta redditus applicatos constituendi, ac fructus tam futuræ novæ cathedralis ecclesiæ prædictæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, ac juxta gradus cujuscumque differentiam, prout ipse justius judicabit, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmis-

sis, quam circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna agendi, faciendi, et quidquid sibi expadiens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus expressum minime sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi iisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

Exemptio capituli a solutione quindenniorum.

§. 11. Et quoniam ignoratur quænam esse debeat ecclesia in cathedralem, ut præfertur, erecta, et an sit collativa, ac supprimenda, et cum talis existat, qui, et quanti sint fructus certi ejusdem ecclesiæ, quorum ratione subjecta esset solutioni dimidiæ annatæ in cancellaria apostolica, ac etiam ratione perpetuæ applicationis dictorum fructuum solutioni quindenniorum. Hinc Nos præmissis omnibus, et singulis minime obstantibus, capitulum dictæ ecclesiæ cathedralis Brigantiensis, ejusque pro tempore existentes canonicos a solutione quindenniorum hujusmodi perpetuo eximimus, at liberamus, ac pro exemptis, et liberatis baberi volumus, et mandamus.

Observantia constitutionis præcipitur sub firmissimis clausula, etiam sublato remedio impetrandæ reportationis literarum ob vitium obreptionis, vel subreptionis, et quovis alio suppleto defectu.

§. 12. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod causæ propter quas præsentes emanarunt coram Nobis, vel alibi verificatæ, et dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Elborensis prædictæ, necnon quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere prætendantes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ prædictæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi apostolatus apicem, vel alias quandocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, et in posterum emanandas nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes episcopum, ac dignitates, capitulum, et canonicos ecclesiæ Brigantiensis hujusmodi eligenda, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo concessas, semperque validas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, nec non episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Brigantiensis ejusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus Nostris, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratiis, indultis, et indulgentiis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quibusvis apostolicis, nec non synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum seria derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandatur descriptio taxæ in libris Cameræ pro florenis tercentum octoginta, et octo cum duobus tertiis, et cassatio paris quantitatis in taxa ecclesiæ Mirandensis.

§. 15. Volumus autem, quod taxa novæ cathedralis ecclesiæ Brigantiensis prædictæ in libris Cameræ describatur in tertia parte florenorum, quæ ab ipsa ecclesia Mirandensi dismembratur, videlicet in florenis tercentum octoginta, et octo cum duobus tertiis, et taxa ejusdem ecclesiæ Mirandensis, quæ in dictis libris Cameræ modo in florenis mille centum, et sexaginta sex cum duobus tertiis descripta reperitur, minui, et reduci debeat pro tertia parte, ut præfertur, dismembrata, et in eisdem libris taxa dictæ ecclesiæ Mirandensis in florenis septemcentum septuaginta septem cum duobus tertiis de novo describatur;

quodque attentis peculiaribus circumstantiis, præsens hæc gratia, utpote per Nostras literas in forma Brevis concessa, minime transeat in exemplum, nec pro exemplo alligari omnino valeat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 10. Julii 1770. Anno II.

LXXX.

Erectio ecclesiæ, seu sedis episcopalis Pinhelensis per dismembrationem a diœcesi Lamacensi, et ab alia Visensi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolicæ Sedi nullis suffragantibus meritis, ita patre luminum disponente, præpositi, ad universum Dominicum gregem Nostræ commissum curæ solicita mentis acie circumspicientes, in iis, quæ ejusdem gregis majori fœcunditati præfuturum esse dignoscimus opem, ac operam Nostram libentissime impertimur, ac propterea novas sedes, novosque pastores instituimus, ut facilius oves ipsas spiritualibus proficiant incrementis, præsertim dum sublimium, et excelsorum regum desideria id exposcant, consideratisque locorum, personarum, et temporum qualitatibus, hoc expedire animadvertimus.

Exponitur necessitas deveniendi ad dismembrationem dioecesis Lamacensis.

§. 2. Nuper siquidem nomine carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendoza commendator militiæ Domini Nostri Jesu Christi, et ipsius Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem minister plenipotentiarius, quod cum episcopatus Lamacensis existens in provincia de Beira a civitate Lamacensi usque ad terram de Feira finitimam cum episcopatu Portugallensi complectatur per extensum triginta grandes leucas, et ab ipsa civitate ex parte superiori de Douro se extendat per alias similes octodecim leucas usque ad villam novam de Foscoa, et ab ista comprehendendo singulas terras de Riba Coa, quæ episcopatus novus denominatur, et se protendendo ultra sexdecim leucas, pertingat usqué ad Alfaydes, et ad Sabugal, et ex parte orientali sit conterminus regno de Leão, ex parte vero meridionali fines habeat cum episcopatu Visensi, et villa nuncupata Nostræ Dominæ da Lapa sit pro limitibus: in hujusmodi autem extensione comprehendantur biscentum octuaginta sex, sive biscentum nonaginta et una parochiales, sive loca sub parochialium hujusmodi vocabulo in quatuor visitas nuncupatas divisas, seu divisa, unam videlicet de Riba Coa cum quinquaginta parochialibus, alteram intra Coa, et Tavora cum octuaginta tribus parochialibus, tertiam da Serra Nostræ Dominæ de Lapa cum octuaginta septem parochialibus, et quartam in terris de Riba Douro cum sexaginta sex parochialibus.

Idipsum demonstratur quoad episcopatum Visensem ob nimiam ejus extensionem.

§. 3. Alter vero episcopatus Visensis in eadem provincia existens, dictoque episcopatui Lamacensi finitimus pariter amplam habeat extensionem continentem octo archipresbyteratus, sive archidiaconatus, qui comarchæ, vel districtus sunt, complectentes biscentum octuaginta septem, sive biscentum nonaginta parochiales, sive loca sub eodem vocabulo parochialium, unum nempe civitatis Visensis cum suo districtu parochiales quadraginta sex, alterum de Besteiros parochiales triginta tres, tertium de la Foans parochiales quadraginta tres, quartum de Moens parochiales viginti quatuor, quintum de Penaverde parochiales quadraginta novem, sextum de Trancozo parochiales quadraginta quatuor, septimum de Diuhel parochiales triginta, et octavum de Castello Mendo parochiales decem, et octo: ipse itaque Josephus rex justis de causis adductus, præcipue vero ob utriusque episcopatus Lamacensis, et Visensis notabilem amplitudinem, et extensionem, per quam uterque episcopus munus suum fungi nequit, Nobis humiliter supplicari fecit, ut novam episcopalem sedem in villa de Pinhel erigere, atque instituere, ac alias desuper opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Motus proprius pro dismembratione, et respectiva erectione novæ dioecesis, de consensu utriusque episcopi Lamacensis, et Visensis.

§. 4. Nos igitur ipsius Josephi regis pium desiderium quam maxime in Domino commendantes, ipsiusque votis libenti animo volentes annuere, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad id accedente consensu ipsius Josephi regis, et moderni episcopi Lamacensis,

ab eodem episcopo præstito, sin minus, coram infrascripto executore præsentium Nostrarum literarum præstando, eoquo irrationabiliter denegato, supplendo, a diœcesibus utriusque ecclesiæ Lamacensis, et respective Visensis, quarum utraque de jurepatronatus ejusdem Josephi regis existit, nempe a diœcesi Lamacensi loca, sive terras, ac quæcumque heceficia, quæ comprehenduntur in prædictis duabus visitis de Riba Coa, et intra Coa, et Tavora continentibus insimul centum triginta tres parochialos sive loca; a diœcesi vero Visensi eamdem villam de Pinhel, nec non tres ex dictis octo archipresbyteratibus, sive archidiaconatibus, aut comarchis, vel districtibus, unum scilicet, seu nnam ejusdem villæ de Pinhel cum triginta parochialibus, sive locis, alterum, sive alteram do Trancozo cum parochialibus quadragintaquatuor, ac tertium, seu tertiam de Castel Mendo cum parochialibus decem, et octo, in totum parochiales, sive loca biscentum viginti-quinque sitas, seu sita in earum, sive eorum majori parte in territoriis minoris fœcunditatis, et majoris paupertatis, quarum, seu quorum respective territoria, et confines, præsentibus haberi volumus pro expressis, eum omnibus, et singulis ecclesiis, monasteriis, cappellis, et aliis ecclesiasticis, et piis locis, necnon populo, incolis, habitatoribus, cætorisque ecclesiasticis, et sæcularibus personis, rebus quoque, et bonis earum, sive eorum ibidem consistentibus (firmis remanentibus episcopatui Lamacensi parochialibus, sive locis centum quinquaginta tribus, sive centum quinquaginta et octo positis in territoriis fertilibus, et pinguioribus ipsius provinciæ; episcopatui vero Visensi parochialibus, sive locis centum nonaginta quinque, sive centum nonaginta et octo in aliis territoriis fertilibus, fœcundis quoque, et abundantibus) ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, correctione, et potestate venerabilium fratrum Feliciani, et Francisci modernorum, ct pro tempore existentium episcoporum Lamacensis, et Visensis prorsus eximimus, et perpetuo dismembramus, ipsamque villam de Pinhel populo refertam, eodem tamen nomine hucusque habito præservato, in qua parochiales sex numerantur, plurosque nobiles familiæ, in civitatem erigimus, et civitatem esse, ac perpetuis futuris temporibus nuncupari debere decernimus; necnon unam ex prædictis sex parochialibus iu eadem villa in civitatem erecta de Pinhel existentibus, quam idem executor præsentium Nostrarum literarum aptiorem, et decentiorem pro meliori divino servitio in ea a futuris illius capitularibus infrascriptis præstando existimaverit, ex nunc, prout ex tunc, et cum primum vacaverit, absque tamen ullo præjudicio moderni illius rectoris, cui, et ejus vita naturali durante, seu donec, et quousque ipse modernus rector de aliis redditibus ecclesiasticis cum eadem parochiali compatibilibus, sive incompatibilibus, canonico provisus fuorit, remanere debebunt integri omnes illius fructus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus supprimimus, eamque sic suppressam, in ecclesiam cathedralem sub eodem titulo, quem dicta ecclesia parochialis, ut præfertur, suppressa in præsens habet, sive sub alio ejusdem Josephi regis arbitrio designando titulo, cum omnibus præeminentiis, prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus, pariter erigimus, et episcopalis dignitatis honore, ac titulo insignimus.

Erectio nova ecclesiæ cathedralis Pinhelensis nuncupatæ, et designatio palatii episcopalis.

§. 5. Dictamque cathedralem ecclesiam erigimus pro uno episcopo Pinhelensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, et honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit; ac eidem sic erectæ ecclesiæ Pinhelensi ipsam villam in civitatem, ut præfertur, erectam, pro civitate, in qua pro tempore existens episcopus residebit; et pro hujusmodi effectu emendæ omnino erunt domus, quæ digniores sint pro stabiliendo palatio episcopali, nec non pro ejusdem ecclesiæ Pinhelensis diœcesi loca, quæ comprehenduntur in dictis duabus visitis de Riba Coa, et intra Coa, et Tavora, ac prædictos tres archipresbyteratus, sive archidiaconatus, aut comarchas, vel districtus de Pinhel, et de Trancozo, ac de Castel Mendo, ut præfertur, dismembrata, et dismembratos, cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in eis respective existentibus, et commorantibus motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus.

Conceditur jurisdictio episcopalis novo

§. 6. Et totum id, quod a prædictis duabus diœcesibus Lamacensi, et

episcopo Pinhelensi, qui suffraganeus declaratur archiepiscopi Bracharensis.

Visensi, ut præfertur, dismembratum fuit, episcopo Pinhelensi quoad episcopalem jurisdictionem, et superioritatem, prout antea fuit subjectum duobus respective episcopis Lamacensi, et Visensi, quibus, et utrique eorum jurisdictio episcopo Lamacensi videlicet super aliis duobus visitis de Serra Nostræ Dominæ de Lapa, cum parochialibus, sive locis octuaginta septem, et de Riba Douro, cum parochialibus, sive locis sexaginta sex; episcopo vero Visensi super reliquis quinque archipresbyteratibus, sive archidiaconatibus, aut comarchis, vel districtibus, nempe ipsius civitatis Visensis cum parochialibus sive locis quadraginta sex, et de Besteiros cum parochialibus, sive locis triginta tribus, et de Foens cum parochialibus, sive locis quadraginta tribus, et de Moens cum parochialibus, sive locis viginti quatuor, et de Pinaverde cum parochialibus, sive locis quadraginta novem sub præsenti dismembratione minime comprehensis, illæsa ut antea respective remanebit, perpetuo pariter subjicimus, ipsamque ecclesiam Pinhelensem quoad metropoliticam jurisdictionem, et superioritatem pro tempore existenti archiepiscopo Bracharensi, tamquam archiepiscopali ecclesiæ Bracharensi suffraganeam, eisdem modo, et forma, quibus ecclesia Lamacensis, et Visensis nunc suffragantur pariter subjicimus, ac respective esse debere decernimus, ac declaramus; nec non insuper, ut prædicta ecclesia Pinhelensis suum proprium habeat capitulum, illum numerum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, ac a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infradicendi redditus applicandi permittent, etiam erigimus, et instituimus; pro dote vero ejusdem ecclesiæ episcopalis Pinhelensis, ac, ut præfertur, erectarum, et erectorum dignitatum, canonicatuum, dimidiorum canonicatuum, et cappellaniarum redditus provenientes ex effectibus, ut supra dismembratis, et ulterius ex nunc, prout ex tunc, etiam redditus dictæ parochialis suppressæ, et in cathedralem crectæ, ab eodem exequutore assignandos concedimus.

Juspatronatus novæ cathedralis cum suis canonicatibus, dignitatibus, et beneficiis tribuitur regi Portugalliæ, et Algabriorum et successoribus ejus.

§. 7. Eidemque præterea Josepho regi, ejusque successoribus Portugalliæ, et Algabiorum regibus fidelissimis regium juspatronatus tam super nova cathedrali prædicta Pinhelensi, quam super dignitatibus, canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis, ut præfertur, crectis, etiam pro hac prima vice, ac perpetuo reservamus, et concedimus.

Novo capitulo consueta privilegia, et indulta conceduntur eaque jus condendi statuta, et ordinationes servata forma valita a Pontificis constitutionibus, et a synodo Tridentina.

§. 8. Atque insuper futuro ejusdem novæ cathedralis capitulo plenam, et omnem facultatem quæcumque necessaria, et opportuna, ordinationes, et decreta, licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim vero concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, et edendi, ac condita, et edita, pro temporum, et rerum varietate, et qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam rodigendi, seu alia de novo, etiam integre, condendi, et edendi tribuimus, et impertimur. Nec non dignitates in memorata ecclesia Pinhelensi obtinentibus, ac capitulo, et canonicis ejusdem ecclesiæ aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis et ministris pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis præeminentiis prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum ecclesiarum cathedralium regni Portugalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac (exceptis privilegiis titulo onsroso acquisitis) uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Deputatio executoris literarum apostolicarum, cui præcipitur, ut in omnibus procedat de consilio, et consensu regis fidelissimi.

§. 9. Quocirca dilecto filio Antonio Bonifacio Coelho ejusdem Josephi regis consiliario, juris canonici pro universitate Colimbricnsi doctoi, et deputato sancti Officii ab Inquisitione Lisbonensi ac provisori, et vicario generali patriarchatus Lisbonensis, quem in executorem præseotium Nostrarum literarum deputamus, plenam, liberam, amplam, ac omnimodam facultatem, et auctoritatem pro spirituali, et dignitatum, capituli, et canonicorum hujusmodi directione, et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, divinorum tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ sibi necessaria, et opportuna visa fuerint, statuendi, et decernendi, numerumque capitularium

hujusmodi juxta redditus applicatos constituendi, et fructus tam futuræ novæ cathedralis ecclesiæ prædictæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, et juxta gradus cujusque differentiam, prout ipse justius judicabit, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna agendi, faciendi, et quidquid sibi expediens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus expressum minime sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi, eisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

Exemptio capituli a solutione quindennii.

§. 10. Et quoniam ignoratur quænam esse debeat ecclesia parochialis suppressa in cathedralem, ut præfertur, erecta, quique, et quanti sint fructus certi, quorum ratione esset subjecta tam solutioni dimidiæ annatæ in cancellaria apostolica, quam etiam ratione prædictæ perpetuæ applicationis illius fructuum solutioni quindenniorum: hinc Nos præmissis omnibus, et singulis minime obstantibus, capitulum dictæ ecclesiæ cathedralis Pinhelensis, ejusque pro tempore existentes canonicos a solutione quindenniorum hujusmodi perpetuo eximimus, et liberamus, ac pro exemptis, et liberatis haberi volumus, et mandamus.

Clausula salutares pro plena constitutionis observantia.

§. 11. Decernentes easdem præsentes literas, et in iis contenta quæcumque ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo, quod causæ propter quas præsentes emanarunt coram Nobis, vel alibi verificatæ, et dilecti filii administratores, seu deputati, sive capitulum, et canonici ecclesiæ Visensis, necnon modernus episcopus Lamacensis, ejusque ecclesiæ capitulum, et canonici, aliique in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, ac moderni episcopi Lamacensis prædicti consensus præstitus non sit, seu irrationabiliter, ut præfertur, denegatus, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, remedium impetrari, vel sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi apostolatus apicem, vel alias quandocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, et in posterum emanandas nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriori data per pro tempore existentes episcopum, ac dignitates, capitulum, et canonicos ecclesiæ Pinhelensis hujusmodi eligenda, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo concessas, semperque validas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, necnon episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Pinhelensis ejusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 12. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus Nostris, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratiis, indultis, et indulgentiis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nonnisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis apostolicis, necnon in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis constitutionibus, quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Onus inscribendi taxam in libris Cameræ pro ecclesia Pinhelensi in florenos nongentos, et pro ecclesia Lamacensi in flore-

§. 14. Volumus autem, quod taxa ecclesiæ Pinhelensis describi debeat proportionabiliter, videlicet in una parte unius ex tribus tertiis, quæ ad ecclesiam Lamacensem, ac in altera parte etiam unius ex tribus tertiis, quæ

nos biscentum et pro ecclesia Visensi in florenos mille sexcentum.

ab ipsa ecclesia Visensi respective dismembrantur in totum in florenis noningentis; et taxa dictarum ecclesiarum dismembratarum, scilicet Lamacensis, quæ in florenis tercentum, nec non Visensis, quæ in florenis bismille quadringentis in dictis libris modo respective descriptæ reperiuntur, minui, et reduci debeant, et in iisdem libris illarum respective taxæ, Lamacensis videlicet in florenis biscentum, et Visensis ecclesiarum in florenis mille sexcentum de novo respective describantur; quodque attentis peculiaribus circumstantiis, præsens hæc gratia, utpote per Nostras literas in forma Brevis concessa, minime transeat in exemplum, nec pro exemplo alligari omnino valeat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 13. Julii 1770. Anno II.

LXXXI.

Confirmatio canonicæ electionis episcopi Spirensis, factæ ad tramites concordatorum Germaniæ a capitulo ecclesiæ cathedralis ipsius civitatis.

Clemens PP. XIV.

In nomine sanctissimæ, et individuæ Trinitatis. Amen.

Tenor instrumenti electionis.

§. 1. Sanctissimo Domino nostro Clementi XIV. Pontifici optimo maximo = Domino nostro clementissimo, humillimi, ac devotissimi clientes Alexander Joannes Henricus liber baro de, et in Sickingen præpositus, Augustus Philippus Carolus comes ab Octingen Baldern custos, Carolus Adolphus Josephus Damianus comes ab Hoensbroech, Joannes Nepomucenus comes de Montfort, Joannes Carolus Casimirus comes de Stadion, Franciscus Carolus Philippus liber baro de Greiffenclau, Franciscus Philippus ab Hutten in Stoltzenberg cantor, Fridericus Ludovicus Antonius de Mirbach, Josephus Antonius Sigismundus de Beroldingen, Alexander Franciscus liber baro de Westenberg, Philippus Franciscus Wildericus liber baro de Walderdorff, Christianus Franciscus ab Hacke, et Christophorus Philippus Willibaldus liber baro Hohenfeld omnes ecclesiæ cathedralis Spirensis canonici capitulares ejusdem ecclesiæ capitulum in præsens constituentes, et repræsentantes ob infrascriptam electionem capitulariter congregati cum humillima, et devotissima submissione post sanctissimorum pedum oscula præsentibus notum facimus, atque significare volumus. Cum e vivis sublato vicesima mensis aprilis anni currentis eminentissimo, et celsissimo principe domino Francisco Christophoro S. R. E. presbytero cardinali episcopo Spirensi ecclesiarum principalis Weissenburgensis, et equestris Odenheimensis præposito, sacri romani imperii principe ex inclyta, et perantiqua gente liberorum baronum ab Hutten in Stoltzenberg domino nostro clementissimo, ejusdemque corpore sepulturæ tradito, necnon celebratis exequiis, ne ex diuturna vacatione sedis episcopalis viduata ecclesia grave damnum, et dispendium pateretur, nos qui tunc præsentes eramus ad tractandum de futuri episcopi celebranda electione, vel postulatione ad nos vigore concordatorum Germaniæ spectante, et quæ in negotio tam arduo deliberanda forent, terminum canonicum videlicet vicesimam nonam maii anni currentis cum continuatione, quatenus opus foret, dierum insequentium pro nova electione, seu postulatione duximus statuendum, et designandum, prout statuimus, et concorditer designavimus. Vocatis itaque, at legittime citatis ad negotium hujusmodi absentibus, et tum præsentibus etiam omnibus, qui electioni, seu postulationi huic celebrandæ debuerunt voluerunt, et potuerunt commode interesse, tandem adveniente hoc die peremptorie constituto, præmisso pulsu majoris campanæ, ac missa de Spiritu Sancto solemniter decantata, mox exinde capitularem locum ingressi, januisque clausis, et duobus nostris apostolicis, et testibus infrascriptis ad intercessendum hujusmodi negotio convocatis, et specialiter requisitis, refixa prius per cursorem capituli citatione ad valvas, organo plurimum reverendi, ac illustris domini Augusti Philippi Caroli comitis de Limburg Stirum decani nostri admoniti sumus, quod si aliquid ex nobis quavis causa excommunicati, suspensi, sive interdicto aliquo notati, aut alias inhabiles forent, ut de jure, et consuetudine ejusmodi electioni, seu postulationi interesse non possent, aut deberent, a nobis recederent, reliquis liberam electionem, seu postulationem per-

mittendo, quodque ipsorum, et cujuslibet eorum sic litigatorum voci si quos interesse apparet non connumerari, sed pro non receptis, aut admissis prorsus haberi deberent. Quibus præviis apparuit quod dominus præpositus liber baro de et in Sickingen legittime citatus, de qua citatione per ipsas ad reverendissimum capitulum exaratas literas facta est edoctio: nec in persona, nec per procuratorem comparuerit, quapropter per reverendissimum dominum decanum accusata contumacia, et a reverendissimo capitulo pro contumace declarato dicto præposito, necnon lecta deinde absentis canonici domini custodis comitis ab Oettingen Balderro constitutione in personam domini capitularis de Beroldingen directa, eaque adprobata, et sic, nemine excepto, domino præposito libero barone de et in Sickingen legittime pro contumace declarato capitularium absente, nec non præmisso speciali juramento de eligendo in episcopum tali, quem quisque nostrum crederet, et putaret futurum ecclesiæ, tam quoad spiritualia, quam temporalia ad regendum utiliorem, et digniorem, neque in talem consensuros qui promissione alicujus rei temporalis directe, vel indirecte per se, vel per aliam interpositam personam comperiretur, illicito modo sibi eligentium vota studuisse procurare, de electione, seu postulatione novi episcopi, ac præpositi, nec non super modo, et forma tractare cœpimus; dumque omnibus, excepto nemine, placeret per viam quasi inspirationis hoc in negotio procedere per vota unanimia, cooperante Spiritus Sancti gratia elegimus, et electum designavimus in episcopum Spirensem, et præpositum Weissenburgensem admodum reverendum et perillustrem reverendum dominum Augustum Philippum Carolum S. R. I. comitem de Limbourg Stirum ecclesiæ nostræ cathedralis decanum de nobili, et militari gente ex utroque parente prognatum, in legittima ætate, nec non præsbyteratus ordine constitutum, de vitæ honestate, gravitate, et integritate morum, nec non agendarum rerum dexteritate apprime commendatum. Inde præfatus dominus Carolus Adolphus Josephus liber baro de Misbach scholasticus electionem ita canonice perfectam publicavit, seu proclamavit in hunc, uti sequitur, modum.

Publicatio electionis.

§. 2. Ego Carolus Adolphus Josephus liber baro de Misbach canonicus capitularis hujus cathedralis ecclesiæ, et scholasticus, meo, totiusque capituli nominibus ad laudem, et honorem omnipotentis Dei, nec non beatissimæ semper virginis Mariæ specialis patronæ nostræ in episcopum hujus ecclesiæ cathedralis Spirensis, et præpositum Weissenburgensem eligo, et electum pronuncio admodum reverendum ac perillustrem dominum Augustum Philippum Carolum S. R. I. comitem de Limbourg Stirum. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Acceptatio electionis, et possessio capta ab episcopo noviter electo.

§. 3. Post hæc dominus electus, ne dispositioni divinæ contraire videretur, in electionem sic factam prævia eleganti allocutione, consensit, onusque sibi impositum, seu imponendum patienter suscepit, et acceptavit, nemineque contradicente juramentum consuetum præstitit, cui nos omnes, et singuli secundum ordinem desuper gratulati sumus, ac exinde electionem hanc sic feliciter terminatam de unanimi omnium nostrum consensu per sæpedictum dominum liberum baronem de Misbach scholasticum ecclesiæ nostræ, clero, et populo copiose in ecclesia cathedrali coongregatis more solito versus chorum in latino, et versus populum in theutonico sermone solemniter fecimus publicari, et promulgari, qua publicatione sic peracta dominus neo-electus e loco capitulari processionaliter in chorum ecclesiæ introductus, ad solium episcopale ductus fuit; ex quo tempore hymnus Ambrosianus campanarum pulsu solemniter decantatus, et neo-electus ad summum altare in faldistorio est collocatus, cui nos omnes, et singuli denuo identidem aggratulati sumus nobilissimo, et honorificentissimo hominum cœtu assistente, et de tali electo dignissimo præsule jubilante, et Deo gratias agente.

Preces porrecta pro confirmatione electionis.

§. 4. Quapropter, sanctissime, et beatissime Pater, Sanctitati Vestræ humillime, et devotissime supplicamus, quatenus prædictam electionem sic canonice celebratam, clementissime confirmare, ipsumque electum viduato nostro episcopatui et incorporatæ præpositiuræ Weissenburgensi præficere, cumque propter bellorum injurias, proventus episcopatus, nec non præpositurae Weissenburgensis notabiliter defuerint eidem præbendam, et canonicatum, quos in ecclesia cathedrali Hildhesiensi possidet ex benignitate apostolica ulterius defructuandos concedere non dedignetur. Cæterum ut Sanctitas Vestra evidentius cognoscat præmissa omnia, eo uti diximus modo fuisse pe-

racta, et electionem canonice factam, nemine contradicente, præsens hoc publicum instrumentum, decretum electionis in se continens per notarios publicos infrascriptos, et testes ad hunc actum adhibitos, et specialiter rogatos subscriptionibus eorumdem, et sigillorum appositionibus jussimus roborari, illudque ita perfectum Sanctitati Vestræ per agentem nostrum in curia cum humillima animorum submissione, et decenti reverentia præsentari. Acta sunt hæc Spiræ in loco solito capitulari ecclesiæ cathedralis Spirensis anno Domini MDCCLXX. inditione tertia pontificatus sanctissimi Domini Nostri Clementis XIV. anno secundo, vicesima nona maii, præsentibus ibidem circa hanc electionem, ejus publicationem ac consensum domini neo-electi, prout in ipsius installationem, seu possessionis dationem plurimum reverendis dominis Francisco Josepho Menuweg decano, et Joanne Bernardo Wonder Mast canonico capitulari ecclesiæ collegiatæ Weissenburgensis, nec non Joanne Melchiorre Gotz ecclesiæ hujus cathedralis præbendario testibus ad omnia præmissa specialiter requisitis.

Publicatio decreti electionis canonicæ expletæ, et recognitæ.

§. 5. Et quia ego Joannes Franciscus Christianus Wolff sacra auctoritate apostolica notarius publicus, necnon episcopatus Spirensis consiliarius aulicus, ac reverendissimi capituli ecclesiæ cathedralis Spirensis secretarius his electionis, publicationis, acceptationis, possessionis, dationis, et introductionis actibus, omnibusque aliis, et singulis, sicut præmittitur peractis una cum prænominatis testibus, et protonotario publico infrascriptis præsens interfui, eaque sic fieri vidi, et audivi; ideo præsens publicum decreti electionis instrumentum desuper conscripsi, subscripsi, et in hanc publicam formam redegi, sigilloque notariatus mei consignavi, in fidem, et testimonium omnium, at singulorum præmissorum specialiter requisitus.

Joannes Franciscus Christianus Wolff notarius publicus da super requisitus.

Alia similis.

§. 6. Et quia ego Ignatius Franciscus Baur sacra auctoritate apostolica protonotarius pubblicus, nec non episcopatus Spirensis consiliarius intimus, ac reverendissimi capituli ecclesiæ cathedralis Spirensis syndicus his electionis, publicationis, acceptationis, possessionis, dationis, et introductionis actibus, omnibusque aliis, et singulis, sicut præmittitur peractis, una cum prænominatis testibus, et connotario publico præsens interfui, eaque sic fieri, vidi, et audivi, ideoque præsens publicum decreti electionis instrumentum desuper conscripsi, subscripsi, et in hanc publicam formam redegi, sigilloque protonotariatus mei consignavi, in fidem, et testimonium omnium, et singulorum præmissorum specialiter requisitus.

Ignatius Franciscus Baur protonotarius apostolicus specialiter requisitus.

Sequitur legalitas in forma etc.

Spirensis confirmationis electionis

Decretum pro confirmatione electionis, et expeditionis literarum apostolicarum.

§. 7. Quum per obitum eminentissimi et reverendissimi domini Francisci Christophori de Hutten vacaverit ecclesia Spirensis et reverendum capitulum, et canonici ejusdem cathedralis capitulariter congregati vigore indulti ad eorum preces sub die 23. aprilis anni 1761. a sa. me. pp. Clemente XIII. ipsis concessi unanimi voce elegerint per viam quasi inspirationis rev. dominum comitem Augustum de Limburg Styrum præfatæ ecclesiæ cathedralis decanum canonicum capitularem ecclesiæ cathedralis Hildesiensis archidiaconum in Netthigen et Noe nuncupatum ejusdem diœcesis, necnon præpositum præpositurae primæ dignitatis; non tamen residentialis collegiatæ ecclesiæ sancti Victoris diœcesis Coloniensis Sanctissimus Dominus Noster ad mei infrascripti relationem, actu capitulari diligenter inspecto hujusmodi electionem benigne confirmavit cum clausula *supplentes* etiam in substantialibus, eidemque comiti Augusto concessit retentionem canonicatus, quem possidet in cathadrali ecclesia Hildesiensi, aliorumqua compatibilium juxta formam explicandam in literis apostolicis; mandavitque expediri decretum, ac referri inter acta sacræ congregationis Consistorialis. Datum Romæ hac die 13. Julii 1770. = M. Gallo sacræ congregationis Consistorialis secretarius.

Literæ apostolicæ electionem confirmantes.

§. 8. Clemens etc. = Dilecto filio Wilhelmo Antonio ex liberis baronibus ab Asseburg electo Paderbonensi salutem etc. = Personam tuam etc. opportuna cum itaque nos hodie electionem de persona tua per DD. RR. capitulum, et canonicos ecclesiæ Paderbonensis, ecclesia ipsa ad præsens certo hinc expresso modo pastoris solatio destituta canonice celebratum juxta decretum congregationis rebus concistorialibus præpositæ apostolica auctoritete appro-

baverimus, et confirmaverimus, ipsique ecclesiæ Paderbonensi de persona tua Nobis, et venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorumdem consilio apostolica euctoritate providerimus, teque illi in episcopatu præfecerimus, et pastorem eorum etc. committendo prout in Nostris inde confectis literis plenius continetur. Et sicut accepimus tu tempore approbationis, confirmationis, provisionis, at præfectionis prædictarum unum, et unam Monasteriensis; et alterum, et alteram Osnaburgensis ecclesiarum respective canonicatus, et præbendas, atque in dicta ecclesia Osnaburgensi dignitas post pontificalem major existit, ac per unum, et eumdem ex ipsius ecclesiæ Osnaburgensis canonicis, etiam una cum suis canonicatu, et præbenda absque dispositione apostolica obtineri consuevit, præposituram dictæ ecclesiæ Osnaburgensis ex dispositione apostolica obtineres prout adhuc obtines de præsenti. Nos tibi cum quo Nos etiam hodie ut primo, et secundo dictos canonicatus, et præbendas quos ex apostolica dispositione prædicta ut præfertur obtines, ac quorum cujuslibet fructus etc. vigintiquatuor ducatorum auri de Camera valorem annuum, ut etiam accepimus non excedunt, sub certis modo, et forma etiam nunc expressis, una cum dicta ecclesie Paderbonensi, quamdiu illi præfueris retinere libare, ac licite valeas per binas alias Nostras literas juxta decretum prædictum cadem apostolica auctoritate dispensavimus, prout in secundis dictis literis etiem plenius continetur, ut statum tuum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas de alicujus subventionis auxilio providere, ac præmissorum etc. censentes motu proprio non ad tuam instentiam, sed ex Nostra mera liberalitate tecum, ut atiam post quam in vim approbationis, confirmationis, provisionis, at præfectionis prædictarum pacificam possessionem, seu quasi regiminis, et administrationis dictæ ecclesiæ Paderbonensis ac illius bonorum, seu majoris partis eorum assequutus fueris, et munus consecrationis susceperis præposituram prædictam, cujus fructus viginti quatuor ducatorum auri de Camera hujusmodi valorem annuum, ut pariter accepimus non excedunt; ut prius etiam cum fructibus obedientiæ nuncupatis, tibi jure optionis spectantibus, at pertinentibus, quod vis etiam una cum dicta ecclesia Paderbonensi quamdiu illi præfueris retinere libere, ac licite valeas.

§. 9. Constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Paderbonensis, et Osnaburgensis ecclesiarum prædictarum etiam juramento etc., cæterisque censuris nequaquam obstantes juxta decretum supradictum apostolica euctoritate prædicta dispensamus. Decernentes propterea præposituram prædictam minime vacare irritum quoque etc. attentari. Volumus autem quod dicta ecclesia Paderbonensis ac præpositura prædicta debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed illius, ec ejusdem ecclesiæ Paderbonensis consueta. Nulli etc. dispensationis decreti, et voluntatis infringere vel etc. incursurum. *Derogatio contrariorum.*

Datum Romæ epud sanctam Mariam majoram anno MDCCLXXIII. xvii. kalendas junii pontificatus Nostri anno quinto.

LXXXII.

Dat. die 25. Julii 1770. Anno II.

Paulo Eszterhazii priori generali ordinis monachorum sancti Pauli primæ eremitæ, suisque in generalis prioratus officio successoribus, indultum pontificalium, et facultas utandi habitu ad instar prælatorum, etiam in urbe, necnon monachis professis tonsuram, et quatuor minores ordines conferendi, aliaque privilegia perpetuo conceduntur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Decet romanum Pontificem, cui divinitus dispensationis ratio credita est, ad ea vota, per quæ personarum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium, ubercsque bonorum operum fructus, illo, a quo bona cuncta procedunt, donante, proferre assidue satagentium decori, et commoditati per amplius consulitur, libenter intendere, ac in iis pastoralis officii sui partes favorabiliter interponere, prout in Domino conspicit salubriter expedire. *Proemium.*

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Eszterhazii prior generalis ordinis monachorum sancti Pauli primi eremitæ, quod cum ipsius institutum ad monachorum ordinem per Nos opostolica ouctorita- *Preces porrectæ pro obtinendo indulto.*

te pertinere declaratum fuerit, et aliorum ordinum hujusmodi generalis nonnullis gratiis, et privilegiis pari auctoritate sibi ipsis concessis ornati reperiantur, hinc dictus Paulus eisdem prærogativis, et facultatibus in sui ordinis decus, et ornamentum, in suorum monachorum spiritualem commoditatem, ipsum, ejusque in generalis prioratus hujusmodi officio successores uti posse plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tribuitur prioribus generalibus jus utendi mitra, et baculo, ac annulo, aliisque ornamentis concessis pontificali præditis dignitate, descriptis diebus festis pro quibus concessio valere debet cum suis reservationibus, et conditionibus.

§. 3. Nos igitur ipsum Paulum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Paulo, et successoribus suis ordinis monachorum sancti Pauli primi eremitæ prioribus generalibus quandocumque existentibus, ut in monasteriis ejusdem ordinis mitra, et baculo, ac annulo pastoralibus, et etiam cruce, ac sandaliis, et aliis ornamentis, quibus pontificali dignitate præditi utuntur, et cum quibus sacra facientes incedunt, ad instar, seu eodem prorsus modo aliorum generalium ordinum monachorum hujusmodi in diebus festis solemnioribus, nempe nativitatis, et paschatis resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, pentecostes, assumptionis beatæ Mariæ virginis, ac in die sancti Pauli primi eremitæ ut, ac etiam post nocturnas, seu matutinas horas, necnon missam decantatam, et vesperas benedictionem solemnem post missarum, vesperarum, matutinorum, et aliorum divinorum solemnia supra populum tunc interessentem, dummodo inibi diœcesanus, seu alius antistes, aut aliquis apostolicæ Sedis legatus præsens non sit, vel si præsens fuerit, ejus ad id expressus accedat assensus, elargiri, ac christifidelibus hujusmodi benedictioni interessentibus etiam decem dierum indulgentias, et peccatorum remissiones, concedere, seu decem dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis relaxare, et publicare in forma Ecclesiæ consueta, et singulos ordinis prædicti monachos professos ad hoc idoneos clericali charactere insignire, et ad quatuor minores ordines simul, vel successive, prout expediens fuerit, quibusvis festivitatibus promovere, ac ordines eis conferre, nec non vestes, indumenta, ornamenta, et paramenta ecclesiastica, libros, imagines, cruces, campanas, calices, vasa, et tabernacula quæcumque ecclesiarum, et monasteriorum dicti ordinis, ac altaria eorum benedicere, easdemque ecclesias, vel earum cœmeteria, et alia loca ecclesiastica quovis modo pollutas, vel polluta, aqua tamen per aliquem catholicum antistitem, ut moris est, benedicta, reconciliare, habitumque prælatorum more coloris albi cum mozzetta, et mantelletta, etiam in romana curia, gestare ipse Paulus prior generalis libere, et licite possit, et valeat, ejusdemque Pauli priores generales successores prædicti ordinis perpetuis futuris temporibus respective possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausulæ salutares, ut literæ apostolicæ omnimodam obtineant executionem.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et

Derogatio contrariorum.

de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima tertia julii anno millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 6. Augusti 1770. Anno II.

LXXXIII.

Quanta sit Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi religio, et erga Pontificem pietas publico declaratur testimonio.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles Fratres.

Laudes fidelissimi regis.

§. 1. Quod tandiu optavimus, venerabiles fratres, quod a Deo optimo maximo precati semper sumus, in quo cogitationes, et curæ Nostræ assidue sunt versatæ, illud tandem summo divinæ clementiæ munere sumus consequuti. Carissimum in Christo filium Nostrum Josephum Portugalliæ, et Algabiorum regem fidelissimum paterni Nostri amoris officiis excitare vix cœpimus, cum repente pietatem erga Nos suam ultro ultrocitroque ad Nos deferentem conspeximus, et pristinam illam, atque a majoribus suis tanquam præclarissimam hæreditatem sibi transmissam, nimirum summæ erga apostolicam hanc Sedem devotionem moris, ac maximis fidelis in Nos animi significationibus auctam, et cumulatam lætati sumus. Testatos etiam omnibus, ac manifestos præclaros hos suæ in Nos voluntatis sensus esse voluit venerabili fratre Innocentio archiepiscopo Tyri misso ad eum ordinario Nostro nuncio singularibus honoribus atque amoris indiciis nuper excepto. Qui simul ac in Lusitaniæ fines pedem intulit, nova omnino atque inusitata decora, ac ornamenta in sui apostolici muneris dignitatem collata, et congesta esse vidit. Fidelissimum autem regem cum primum adiit, eximiæ in illum gratiæ, ac benevolentiæ, in Nos amoris, studii, ac officiorum omnium illustria, ac mirifica plane testimonia extiterunt.

Jucunditas Pontificis exprimitur ob acceptas amoris, et pietatis significationes, ab eodem fidelissimo rege.

§. 2. Quamobrem incredibili animi jucunditate perfundimur, ac immortales Deo omnipotenti gratias reddimus, atque habemus, venerabiles fratres, qui temporum ac rerum rationes ita comparatas, ita voluntates affectas esse voluit, ut hæc Nostri pontificatus initia tantæ rei successu, tamque insigni in Ecclesiam collato beneficio illustraret. Quod quidem eo manifestius Deo ipsi referendum intelligimus, quo magis videmus nihil esse, quod inde Nobismetipsis ac diligentiæ industriæque Nostræ tribuamus. Verum ut nullam partem ex hoc tam egregio opere arrogare Nobis possumus; ita amplissimam profecto, ac pulcherrimam veræ gloriæ accessionem esse factam agnoscimus, ac fatemur ad summas fidelissimi regis laudes, qui religionem ac pietatem suam tanta in Nos amoris magnitudine palam omnibus comprobaverit. Quæ quo illustrior est ac præstantior illius laus, eo uberior est etiam jucunditatis Nostræ ratio, cum, quem paterna charitate semper complexi, cuique fausta, gloriosa, atque optima quæque precati sumus, eumdem insignitum esse, atque ornatum hujusmodi præcellentibus in Ecclesiam meritis videamus. Verum amplioribus etiam extendi finibus lætitiæ Nostræ rationes intuemur. Certissime enim confidimus, vobisque recipimus luculentiorem futuram in dies, et clariorem hujusmodi optimam carissimi in Christo filii Nostri erga Nos voluntatem, ejusque novis, atque illustrioribus religionis, ac pietatis argumentis, atque in apostolicam hanc Sedem, et in universam Ecclesiam meritis Nos una vobiscum, venerabiles fratres, esse perpetuo lætaturos.

Datum Romæ in consistorio secreto die vi. augusti MDCCLXX. anno II.

Dat. die ... Augusti 1770. Anno II. [illegible]

LXXXIV.

Inquisitio festorum in civitate, et diœcesi Misnensi.

Venerabili fratri episcopo Pergamensi episcopalis ecclesiæ Misnensis administratori apostolica auctoritate deputato.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio exponitur qua motus Pontifex humi-

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædeces-

nutienem festorum deservare velit.

sor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ nus pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oportet temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, ent obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. Ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erge universos christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus cheritatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis nuper expositum fuit, eidem fraterniteti tuæ innotuit, in civitate, et diæcesi Misnensi, cujus episcopalis ecclesiæ administrator opostolica auctoritate deputatus existis, adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dias festos negligere, operibusqoe mecanicis se se adiicere pro pane lucrondo, et id facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Enumerantur dies qui festi habendi sint, eisque nominatim expressis exceptis, cæteri omnes festi declarantur, addito tantum onere audiendi sacrum in aliis festivitatibus minoribus pariter nominatim enumeratis, et descriptis.

§. 2. Nos itaque, qui christifidelibus quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam odhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes edducere cupimus, idcirco habitatores, et incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum consilio, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut postquam certe constiterit, quod otiosa plebs dies festos in publicis tabernis deturpat magis quam colat, omnibus utriusque sexus christifidelibus in prædicta civitate, et diœcesi Misnensi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, circumcisionis Domini, epiphaniæ, purificationis beatæ Mariæ virginis, annunciationis ejusdem, paschatis resurrectionis cum duabus feriis sequentibus, ascensionis Domini, pentecostes cum duabus feriis, ot supra, corporis Christi, sancti Joannis Boptistæ, senctorum Petri, et Pauli, visitationis beatæ Mariæ virginis, assumptionis, at nativitatis ejusdem, sencti Michaelis archangeli, omnium sanctorum, conceptionis beatæ Mariæ Mariæ virginis, nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, sancti Stephani prothomartyris, et sancti Joannis evangelistæ festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, exceptisque diebus festis sancti Matthiæ apostoli, sanctorum Philippi, et Jacobi, inventionis sanctæ Crucis, sanctæ Mariæ Magdalenæ, sancti Jacobi apostoli, sancti Laurentii martyris, sancti Bartholomæi, sancti Matthæi, sanctorum Simonis, et Judæ, sancti Andreæ, sancti Thomæ apostolorum, in quibus audita omnino missa, servilibus operibus vacare possint, in reliquis vero sanctorum Fabiani, et Sebastiani, conversionis sancti Pauli, sancti Georgii martyris, sancti Marci evangelistæ, sancti Joannis ante portam latinam, sanctæ Margaritæ virginis, et martyris, sancti Donati episcopi, et martyris, exaltationis sanctæ Crucis, sancti Martini episcopi, sanctæ Catharinæ virginis, et martyris, sanctæ Barbaræ virginis, et martyris, sancti Nicolai episcopi, aliisque festis sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales civitatis, et diœcesis hujusmodi constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, laboriosis suarum artium exercitationibus sine ulla prorsus conscientiæ scrupulo pariter vacare possint, dicta auctoritate concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et

synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; necnon civitatis, et diœcesis prædictarum, illinsque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima septima augusti millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 3. Augusti 1770. Anno II.

LXXXV.

Indulgentia plenaria certis sub clausulis, et conditionibus christifidelibus indulgetur lucranda in altera ex festivitatibus beatæ Mariæ virginis sine macula conceptæ.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Designantur pia opera præstanda ab iis, qui indulgentias superlucrare voluerint.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum eremitarum ordinis Camaldulensis congregationis Montis Coronæ ubique existentibus in una ex septem festivitatibus beatæ Mariæ virginis immaculatæ per Ordinarios locorum respective designanda a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem christifidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex dictis ecclesiis in reliquis sex festivitatibus ejusdem beatæ Mariæ virginis immaculatæ ut supra visitaverint, et ibidem, ut præfertur, oraverint, qua festivitate prædictarum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias, quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; atque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti MDCCLXX. pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 4. Septemb. 1770 Anno II.

LXXXVI.

Breve Sixti V. quo fuit concessum jus privativum molendi in molendinis communitatis Æsinæ revocatur in parte.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Commendatæ Nobis, una cum suprema Ecclesiæ, et reipublicæ administratione, omnium populorum apostolicæ Sedis temporali dominio subditorum felicitati, et utilitati, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, dum ad eorum commoda investiganda, et ad ea pro viribus promovenda sedulo prospicere studemus, illa etiam, quæ a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris dudum constituta desuper fuerunt, opportune temperare non omittimus, quemadmodum

rerum, locorum, et personarum circumstantiis mature perpensis, ad publicum bonum, utilitatemque expedire in Domino arbitramur.

Memoratur quae fuerit concessio facta a Pontifice Sixto V.

§. 2. Dudum siquidem felicis recordationis Sixtus papa V. praedecessor Noster ad sedandas, dirimendasque lites, et controversias tunc vigentes inter cives, et civitatem Æsinam ex una, atque homines castrorum illius comitatus ex altera partibus, per suas in simili forma Brevis die viii. julii MDLXXXIX. expeditas literas inter caetera praescripsit, et mandavit, ut castra, et comitativi non possent, nec eorum quilibet valeret quavis occasione, vel causa, directe, vel indirecte facere decreta, per quae retraherentur comitativi ad accedendum ad molenda eorum frumenta in molendinis communitatis Æsii, quin imo omnes tenerentur, prout fas erat, et pluries resolutum fuerat in consilio generali civitatis, et comitatus praedictorum, transmittere eorum frumenta in dictis molendinis, et contravenientes graviter puniendos esse voluit arbitrio gubernatoris, nisi ex aliqua urgenti necessitate, vel legitimo impedimento ad dicta molendina accedere non possent; quo casu mandavit, ut eis permissum esset alio accedere, dummodo lucrum inde proveniens esset ejusdem communitatis, et alias prout in memoratis literis ipsius Sixti praedecessoris, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis haberi volumus, fusius continetur.

A qua tamen concessione summum communitatem sentire incomodum deprehenditur.

§. 3. Publica autem comitatensium utilitas, atque commoditas ex dispositione hac grave admodum sentiit praejudicium, quandoquidem ipsi juxta legem eisdem literis praescriptam, vel omnino tenebantur pro molendis eorum frumentis adire molendina praedictae communitatis non sine maximo eorum incommodo, itinere trium, quatuor, et etiam quinque, et ultra milliariorum peragendo, viis, hyberno praesertim tempora, difficillimis, vel si nollent iisdem molendinis uti, duplicem moliturae mercedem persolvere erant obstricti. Hoc vero, quod progressu temporis, et rerum usu apparuit, in causa fuit, propter quam inter diversas ordinationes deinde praescriptas a congregatione super bono regimine communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici, praevaluit libertas comitatentium eorum frumenta ubilibet molendi, eamque locum sibi vindicasse, ac effectum habuisse demonstraut contractus locationum, qui postmodum ab eadem communitate Æsina desuper initi fuerunt; vel enim nulla unquam in eis legitur facta mentio privativi juris molendi frumenta comitatensium in molendinis communitatis, juxta earumdem literarum dispositionem praescripti, vel, si quando, prout evenit in locationibus annorum MDCLXIV., et MDCLXVII. aucta a conductore fuit pars aliqua responsionis annuae ea sub lege, quod augmentum hujusmodi tunc persolvendum esset, quando nempe dicta communitas locatrix earumdem literarum executionem ita obtinuisset, ut homines castrorum, seu comitatus, aut eorum frumenta ad molendina praedicta deferre, aut moliturae mercedem eorum conductori solvere deberent; hoc sane annuae responsionis augmentum hac sub expressa lege a conductore oblatum, nunquam ab eo communitati locatrici postmodum reipsa persolutum fuisse constitit. Quamvis autem ex praemissis omnibus, disposita super hujusmodi re in memoratis literis effectu caruisse omnino appareat, nihilominus dilectus filius Joannes Baptista Santini, qui molendina praedicta nuper ab eadem civitate, nulla literarum ipsius Sixti praedecessoris mentione facta, nec ullo in casu earum executionis oblato annuae responsionis augmento, conduxit sub iisdem pactis, et conditionibus, quibus antea molendina hujusmodi locata a dicta civitate fuerunt, ea prorsus inaudita, et innixus tantummodo dispositioni praedictarum literarum petiit, ac die iv. junii MDCCLXVIII. obtinuit a memorata congregatione rescriptum pro publicatione, et renovatione edicti, cujus vigore iidem comitatenses ad molenda eorum frumenta in molendinis dictae civitatis cogebantur.

Et jurgiorum causam surrexisse memoratur

§. 4. Hac itaque de re, nomine tam praeceptoriae, seu commendae sanctorum Philippi, et Jacobi hospitalis sancti Joannis hierosolymitani, quam abbatiae s. Mariae Clarae Vallis nuncupatae supplices porrectae fuerunt preces eidem congregationi, petendo manutentionem in possessione molendi frumenta comitatensium hujusmodi in eorum molendinis, et sub diebus xxviii. augusti MDCCLXVIII., et xxi. januarii MDCCLXIX. votis conforme prodiit rescriptum. Nec defuerunt alii possessores itidem circumexistentium molendinorum, et comitatenses, qui aeque manutentionem postularunt in libertate molendi, et respective frumenta ad sibi benevisa molendina deferendi; ac

denique dilecti quoque filii magistratus ejusdem civitatis Æsinæ et ipsi pariter congregationi prædictæ exposuerunt, privativum jus molendi ab ipso Joanna Baptista conductore prætensum, novum, injustum, ac minime exequendum esse, neque in capitulis locationis eum eo perectæ expressum reperiri. Eadem vero congregatio die xiv. januarii MDCCLXIX. postquam pro parte conductoris hujusmodi eorum ea expeditum insuper fuerat monitorium, rem totam, et super omnibus in porrectis precibus contentis, ut præfartur, dilecto filio magistro Romueldo Guidi ejusdem congregationis secretario dignoscendam, definiendamque commisit.

Ad pacem vero servandam, litesque dirimendas deroget Sixtina constitutioni in ea parte, qua præcipit, quod frumentum transmittatur ad molendina communitatis Æsinæ, vel saltem quod omne lucrum inde proveniens eidem communitati pertineat.

§. 5. In hoc itaque rerum statu, Nos vestigiis ejusdem Sixti prædecessoris inhærendo, et æque ec ipse inter Nostros, et apostolicæ Sedis etiam quoad temporalia subditos quietem, pacem, mutuamque concordiam, quantum cum Domino possumus confovere, omnemque inter eos litium, et controversiarum originem penitus dirimere volentes, ec earumdem literarum ipsius Sixti prædecessoris tenores, ac litis, seu litium, et causarum omnium desuper jam coram alia congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium immunitati ecclesiasticæ et controversiis jurisdictionalibus præposita, etque coram alio quocumque judice, et tribunali promotarum, ac pendentium statum, aliaque quæcumque etiam specificam, at individuam mentionem, et expressionem requirentia, præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, et insertis, ac exactissime specificatis habentes; motu proprio, et ex certa scientia, ec matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine lites, et causas hujusmodi inter nonnullos ex prædictis possesoribus circumexistentium molendinorum, ac comitatensibus ex una, et memoratum Joannem Baptistam conductorem ex altera partibus, tam coram prædictis congregationibus, earumque secretariis, quam coram aliis judicibus quibuscumque super præmissis vertentes, motas, et pendentes in statu, et terminis, in quibus de præsanti reperiuntur ad Nos harum serie cum suis emergentibus, adnexis, et connexis avocamus, illasque sic avocatas motu, scientia, et deliberatione, ac potestatis plenitudine peribus perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium desuper imponimus, osque occludimus. Ac propterea commoditati, et utilitati comitatensium prædictorum paternæ charitatis affectu consulero volentes, itaut ipsi libertate ubicumque molendi eorum frumenta propriis laboribus, ut plurimum, comparata, qua usque adhuc gavisi sunt, in posterum perpetuo quiete, et tranquille gaudeant, et fruantur, neve tam grave, et intollerabile onus privative adaundi molendina dictæ civitatis ipsi subire unquam coacti sint, memoratas literas ejusdem Sixti prædecessoris die viii. julii MDLXXXIX., ut præfertur, expeditas in ea tantum parte, qua præseriptum fuit, ut comitativi teneantur transmittere eorum frumenta ed molendine communitatis Æsinæ, vel saltem, quod omne lucrum inde proveniens ad eamdem communitatem pertineat, una cum omnibus, et singulis quorumvis judicum, et congregationum in executionem prædictarum literarum quomodolibet editis decretis, sententiis, et resolutionibus, etiam apostolica auctoritate confirmatis, et approbatis, nec non edictum vigore reseripti a primodicta congregatione die iv. junii MDCCLXVIII. novissime, ut præfertur, publicatum, cum aliis singulis, et universis, quæ contra libertatem comitatensium hujusmodi nbilibet molendi eorum frumenta quavis potestate statuta, vel decreta sint, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus revocamus, cassamus, tollimus, et abrogamus, irritamus, et annullamus, viribusquo, et affectu penitus, ac omnino vacuamus, ac revocate, cassata, sublata, ebrogata, irrita, et annullata, viribusque, et effectu vacua esse, ac perpetuo fore, neque de cætero euiqua suffragari posse, vel debere decernimus, et declaramus.

In reliquis vero partibus Sixtina constitutio confirmatur.

§. 6. Volumus autem, quod memoratæ ipsius Sixti prædecessoris literæ in certis omnibus ibidem expressis, atque eontentis firmæ, ac in suo robore manere omnino debeant, et exequendæ sint. Ne autem ex nova aliorum molendinorum constructione damnum aliquod in molendina dictæ civitatis obveniat, atque, ut annui redditus ex eis usque adhuc ab ipsa percepti, in posterum etiam, quoad fieri possit, percipiantur, omnibus, et singulis cujusvis status, gradus, et conditionis sive sæcularibus, sive etiam cujusvis ordinis, et instituti regularibus, aliisqua ecclesiasticis personis cujusvis status, gredus, et conditionis, etiam episcopali, vel alia majori dignitata prædilis, no ipsi ullo unquam tempore sub quovis prætextu, causa, aut quæsito

colore in civitata Æsina, ejusque jurisdictione, territorio, et comitatu molendinum aliquod hujusmodi ædificare, vel construere de novo possint, ac valeant, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus prohibemus, et interdicimus.

Vetatur propterea constructio cujusvis alius molendini in posterum, et consulitur indemnitati præsentis conductoris molendinorum civitatis.

§. 7. Quod si contra prohibitionem hujusmodi molendinum aliquod in posterum construi, ac perperam ædificari contingat, dilecto filio nunc, et pro tempore existenti gubernatori ejusdem civitatis, ut illud expensis ejusdem ædificantis demolire, ac destrui facero possit, et debeat præcipimus, et mandamus. Ac præterea indemnitati etiam dicti Joannis Baptistæ conductoris consulere cupientes, hinc durante sexennii tempore, ad quod sibi molendina prædicta a memorata civitate locata fuerunt, id adamussim cum eo servandum, et exequendum esse volumus, quod cum præcedenti conductore servatum, executumque fuisse constiterit, itaut ii comitatenses, seu habitatores territorii dictæ civitatis sive sæculares, sive ecclesiastici, et cujusvis ordinis, seu instituti regularis existant, qui præcedentis locationis tamporc libertate molendi eorum frumenta in aliis proximis molendinis, extra quoque Æsinam jurisdictionam, seu territorium existentibus usi, potiti, et gavisi fuerunt, eadem libertate hac quoque durante locatione uti, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, absqua eo quod nullam etiam molituræ mercedem molendinis ejusdem civitatis persolvere debeant, ac teneantur, illosque omnes nullo modo hac de causa molestari, perturbari, ac inquietari posse præcipimus, et jubemus. Cæteri vero comitatenses, et habitatores territorii prædicti Æsini, qui revera præcedentis locationis tempore hac libertate molendi eorum frumenta in aliis proximis molendinis gavisi minime fuerunt, quoties ipsi pro molendis eorum frumentis, eis uti nunc velint, solam tantum molituræ mercedem dicto conductori, præsenti locatione dumtaxat durante, persolvere teneantur, ac debeant.

Quæstiones omnes quæ supra dubium aliquod suboriri possent, remittuntur definiendæ extrajudicialiter, et absque figura judicii gubernatori prædictæ civitatis.

§. 8. Quo circa eidem gubernatori prædictæ civitatis per præsentes committimus, et mandamus, ut si dubium aliquod hac in re oriri contingat, ipse extrajudicialiter omnino, summarie, ac de plano, sola facti veritate inspecta, super orto dubio quidquid in Domino sibi expedire videbitur, quacumque appellatione, recursu, et reclamatione postpositis, sua prudentia, et charitate erga omnes statuat, atque decernat, itaut nullum comitatensibus prædictis inde onus obveniat, solumque, præmissa adhibita distinctione, conductoris prædicti indemnitati hoc modo consulatur. Absoluto autem sexennii locationis molendinorum civitatis hujusmodi tempore, omnibus, ac singulis civibus, et habitatoribus tam civitatis Æsinæ, quam ejus territorii, castrorum et comitatus, ac ejus, et illorum pertinentiarum quarumcumque plenam, et omnimodam facultatem, et libertatem ubilibet in sibi benevisis molendinis molendi eorum frumenta, et legumina, aliaque omnia, sive molendina in civitate Æsina, siva in illius territorio sive extra illam, et illud respective existant, et ad quascumque sive ecclesiasticas, sive sæculares personas spectent, et pertineant, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo concedimus, et indulgemus, eamdemque facultatem, et libertatem nullo unquam tempore impugnari, retractari, aut sub quovis consuetudinis, alteriusve causæ prætextu in dubium revocari minime posse præscribimus, et jubemus, sed civitatem prædictam in peragenda nova suorum molendinorum locatione, ad publicam reddendam omnibus eamdem libertatem, et facultatem, abrogato penitus quocumque jure privativo molendi frumenta in suis molendinis, teneri volumus, et præcipimus.

Executio vero literarum apostolicarum privative committitur sacræ congregationi Boni Regiminis

§. 9. Nosque ipsi quodcumque, et qualecumque jus privativum hujusmodi nunc, pro tunc, et quando nova locatio prædicta peragenda erit, cassamus, tollimus, et omnino abrogamus illudque pro cassato, sublato, et abrogato haberi perpetuo volumus, et mandamus. Ea vero omnia, quæ executionem præsentium Nostrarum literarum quocumque modo respiciunt una cum suis incidentibus, emergentibus, dependentiis ad jurisdictionem ejusdem congregationis super bono regimine civitatum, et universitatum prædictarum privative pertinera motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, decernimus, et declaramus.

Clausulæ salutares pro omnimoda executione literarum adversus quas excluditur etiam reclamatio ob defectum obreptionis, et subreptionis, vel alterius etiam in corpore juris clausi.

§. 10. Decernentes insuper easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, et alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, seu causæ, propter quas eædem præsentes emanarint, sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint;

aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, et enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantioli, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, et in controversiem vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illos aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, seu extra illud uti, seu se juvere ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis quibuslibet quomodolibet qualificatis, et specialem mentionem requirentibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVII.

Dat. die 6 Septemb. 1770 Anno II.

Confirmantur nonnullæ ordinationes, et declarationes factæ a ministro generali ordinis Cappuccinorum pro conventu sancti Lucar de Barrameda ejusdem ordinis in seminarium missionum designato.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Ad pastorale fastigium per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque clementiæ abundantiam plane immerentes evecti, illa, quæ pro felici, prospero, ac recto christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium, uberesque fructus in vinea Domini proferre jugiter satagentium regimine, et directione salubriter, prudenterque statuta fuerunt, apostolicæ confirmationis præsidio communimus, piisque orthodoxorum regum magnis, eximiisque meritis in Ecclesiam Dei fulgentium, atque id expostulantium votis libenti animo annuimus.

Rex Hispaniarum exponit nonnullis fuisse dispositu a defuncto ministro generali ordinis, pro conservanda puriori observantia constitutionum ordinis.

§. 2. Nomine siquidem carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis nuper expositum fuit, quod aliqui ex fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provinciæ Granatensis puriorem observantiam constitutionum dicti ordinis apostolica auctoritate confirmatarum desiderantes, aliique ex illis sacris missionibus operam dare enixe cupientes, sua hæc desideria patefecerunt quondam Paulo a Coliodres tunc temporis ministro gene-

rali ipsius ordinis, qui conventum oppidi civitatis nuncupatæ sancti Lucar de Barrameda pro seminario missionum hujusmodi constituit. Præterea idem Paulus, ut volitus purioris observaotiæ constitutionum ejusmodi, sacrarumque missionum finis assequeretur, nonnulla utpota necessaria, ac utilia duxit pro eodem conventu disponera, et ordinare; quæ vero ab ipso Paulo disposita, et ordinata fuerunt, sequentis tenoris sunt, videlicet.

Tenor primi decreti ipsius ministri generalis.

§. 3. Frater Paulus a Colindres totius ordinis fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum minister generalis. = Venerabilibus patribus, et carissimis fratribus conventus nostri civitatis sancti Lucar de Barrameda, salutem in Domino Jesu Christo etc. = Cum aliqui religiosi ad puriorem nostræ seraphicæ regulæ, ordinis constitutionum, ac generalium ordinationum observantiam spiritus fervore anhelantes, hæc sua sancta desideria nobis repræsentassent, et alii pariter repræsentassent missionum exercitium in hac sancta provincia jam modo corruisse ab illo florentissimo statu, quem præcedentibus annis in ea habuerat, in qua patres Felicianus Hispalensis, Ludovicus Ovetensis, et alii nonnulli apostolicis suis prædicationibus, ac mirabilibus conversionibus innumeras animas Deo, ac coelo lucrifacientes, immortalem memoriam, magnumque eidem provinciæ honorem reliquerunt. Indispensabile nostræ intrinsicæ obligationis esse duximus, solatium, quod tam sancte, ac juste desiderant, eisdem præfatis religiosis libenter tribuere, in eorumque sanctos fines pro parte nostra in quantum possumus efficaciter coadjuvare. Idcirco ad hujusmodi effectum præfatum nostrum conventum sancti Lucar de Barrameda, uti religiosæ abstractioni magis idoneum deputavimus, assignata pro eo familia religiosorum, qui ibidem modo inhabitare, ac commorari debent; ita taliter, ut nemo ex illis, exceptis clericis, ad alium conventum, neque ad hunc ex aliis conventibus absque nostro prævio consensu aliquis religiosus transferri possit. Et pariter vacantibus guardianatus, aut vicariatus officiis, ex nulla alia familia, sed ex hac determinate debet esse, qui ad talia munera, vel officia eligendus sit, prout jam in ordinationibus, quas pro tota provincia, finita visitatione, quam in ea facimus, expresse continetur. Utque hujusmodi providentia debito modo firma, ac stabilis perseveret, atque purioris observantiæ, ac missionum exercitiis duplex præmemoratus finis absque alterutrius impedimento commode obtineri valeat, omniaque majori cum ædificatione, ac axemplo peragantur, necessarium duximus pro præfato nostro conventu disponere, et ordinare sequentia.

Peculiaria statuuntur circa recitationem divini officii.

§. 4. Primo. Cum tota exactitudine, ac puritate observari debent ea omnia, quæ in regula, et constitutionibus, ac consequenter, quæ in nostris generalibus ordinationibus, quas ab urbe romana expediri jussimus, et in præfatis pro hac provincia determinate relictis, continentur; idcirco ad ea relative indispensabilia erunt completorium cum vespertina oratione mentali tempore consueto, matutinum media nocte, et alia omnia, quæ ad divinum cultum spectant.

Item alia quoad paupertatis votum.

§. 5. Ita pariter observari debent, quæ ad sanctam paupertatem pertinent, et in prædictis regula etc. expresse habentur, consequenterque nulli religioso denarios, vel quodcumque aliud pro missis, prædicatione, vel quolibet alio labore etiam gratuito datum, vel oblatum ad usum suum particularem', vel propriam dispositionem recipere licet; neque emendicabitur panis, cera, aut quodcumque aliud nisi in sua respective specie: nec mittent, aut habebunt in socium tertiarium aliquem, nec sæcularem, qui in illa ostiatim, ut in nonnullis conventibus practicatum est, petat, aut colligat; nam prædicta omnia in propria respective specie sine pecuniæ admissione cum sancto zelo postulando, ac de divina providentia firmiter confidendo, quæque nostri muneris, vel obligationis sunt fideliter adimplendo, infallibiliter experimur, quod nobis a Domino promittitur: *Jacta curam tuam in Domino, et ipse te enutriet: quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.*

Item alia super modo occurrendi improvisis necessitatibus.

§. 6. At vero si præfata eleemosyna in propria specie non sufficiat pro aliqua necessitate, quæ revera sit talis, tunc, et eo casu licitum erit recurrere ad devotos, sive benefactores (quos amicos spirituales appellat nostra regula) eis manifestando necessitatem, aut necessitates, humiliterque patendo, ut bis subvenire dignentur: talis quippe recursus, adhibitis modis, et cautelis a Nicolao III., et Clemente V. præscriptis, cum quibus regula in hujusmodi casibus pure observatur ab omni culpa, sive vitio immunis erit. Si

autem neque per supradictum recursum, omnia, quæ vere necessaria sint, possint haberi, eo casu bene poterunt aliquem numerum missarum admittere, cum quarum eleemosyna debite provideatur necessitati, sive necessitatibus occurrentibus.

Deputatio commissariorum, qui cognoscere et definire teneantur quomodo sit ipsis necessitatibus consulendum.

§. 7. Ne tamen circa hanc materiam committatur aliquis excessus, aut defectus, et ne prælatus, vel conventus superior scrupulis angatur, an excesserit, vel defecerit; ordinamus, ut ipse superior exponat præsentem statum, et necessitatem conventus coram quatuor patribus, qui inter omnes illius familiæ sint in religione antiquiores, quos pro hujusmodi casu, ac aliis, qui possint occurrere, eligimus, et nominamus in commissarios, sive conjudices, et per majorem partem suffragiorum determinabitur esse, vel non esse necessarium recursum ad amicos spirituales, sive ad missarum eleemosynas, in quarum admissione consentientibus, etiam determinabitur numerus, qui necessarius esse videatur, illum æqualiter inter sacerdotes familiæ distribuendo absque ulla exceptione, neque differentia vel prælati, vel absentis, nec illorum, qui tunc temporis fuerint in missionibus occupati, omnes respective monendo de numero missarum, quæ pro communitate debeant celebrare.

De vita communi gerenda.

§. 8. Volumus item, ut omnia secundum spiritum nostræ regulæ, et juxta praxim apostolorum, et primitivæ Ecclesiæ fidelium habeantur in communi, nihilque usui alicujus in particulari applicatum, exceptis vero habitu, fœmoralibus, chorda, sandaliis, et strophiolis, de quibus ultra conveniens alimentum, et cum respectu ad honestatem, simulque ad paupertatem nostram omnibus suis religiosis prælatus providere debet; qui si circa hæc negligenter se habeat, fiet recursus ad patres commissarios, ut faciant indigentibus providere, ac denique si neque isti congruam dispositionem præbeant, ad reverendum patrem provincialem, vel ad nos poterunt fiducialiter recurrere, ut opportune ipsis provideamus.

De communicatione, et distributione eorum quæ quisque etiam in specie, et quantitate licita receperit.

§. 9. At vero quemadmodum volumus, et vel ipsa ratio exigit, ut quilibet in suis necessitatibus provideatur, ita pariter volumus, et ordinamus, ut quicumque aliquid receperit, quamvis in specie licita, et honesta, et, ut verbo dicam, etiamsi unum pomum, aut pirum esset, illud consignare debebit patri guardiano, ut in communitate distribuatur. Considerando tamen, quod quædam erunt nonnullis necessaria, aliis vero non erunt, ut sunt tabaccum, et chocolata; ordinamus, ut hæc pariter sint communia; si autem alicui fuerint in propria specie donata, in communitatem etiam introducenda sunt, et pater guardianus distribuet illa necessitatem habentibus. Quando vero non possint haberi in propria specie gratuito donata, aut sponte oblata, et aliquis, vel aliqui religiosi habeant legitimam necessitatem illa sumendi, pater guardianus cum dictamine commissariorum, præhabitaque licentia patris provincialis (ut in præfatis ordinationibus pro tota provincia relictis disponitur) recurrere poterit ad missas modo supra relato. Nec prohibemus, quin potius volumus, ut si aliquis devotus donaverit communitati aliquod chocolata, sumatur inter omnes, qui duodecimum annum religionis expleverint. Pariter volumus, ut religiosus, qui non sumat, aut noluerit sumere chocolata, possit sumere in refectorio, vel in culina aliquam refectiunculam, quatenus chori, ac studii labores commode sufferre possit.

Præscriptiones respicientes exercitium missionum.

§. 10. Cum duplex sit finis, qui in præsenti dispositione, aut providentia desideratur, primus scilicet puriorис observantiæ, alter vero missionum exercitiis, opus est, ut postquam in præcedentibus ordinationibus illi manet sufficienter provisum, etiam ad providendum respective huic secundo transeamus. Circa quem in primis ordinamus, ut in qualibet hebdomada ab adventu usque ad pascha duobus diebus, scilicet feria secunda, et sexta, a dominica vero in albis usque ad adventum tribus diebus, nempe feria secunda, quarta, et sexta (nisi in aliquo ex illis justa, vel rationabili causa dispensari videatur) habeantur post vesperas diei conferentiæ per integram horam circa illas materias, quæ pro instructione confessariorum, et prædicatorum inservire possint, prout sunt puncta moralia, et casus, qui frequenter in missionibus solent occurrere, quales sunt impedimenta occulta matrimonii ante, vel post illud contractum, invalidorum revalidatio, confessiones sacrilegæ, invalidæ, aut dubiæ, contractus, usuræ etc., vel circa sacram scripturam, misticam theologiam, et ecclesiasticam historiam, interpolando modo unas, modo alias, semper autem utiles, et nunquam quæ solum curiositati, vel

vanitati servire possint; utque præses conferentiarum sit de communi religiosorum acceptatione, ordinamus, ut a sacerdotibus illius familiæ per scrutinium secretum, et per majorem suffragiorum numerum eligatur; hic autem præses (et in absentia ejus alius, qui pariter eligetur) conferentiarum materias, aut casus ab una hebdomada in aliam assignabit, et in eisdem conferentiis postquam cæteri opinionem suam, sine discursu dixerint, ultimo resolvet, quod veritati magis conforme judicaverit.

De silentio perpetuo servando, exceptis horis post prandium, et vespertinam refectiunculam designatis.

§. 11. Ne autem tempus omnibus valde necessarium ab aliquo incassum impendatur, ordinamus, ut ad normam et apices constitutionum inviolabiliter observetur silentium; solumque post prandium usque ad signum silentii, et in æstate etiam post cœnam, vel vespertinam refectiunculam poterunt religiosi habere inter se congressus, seu mutua colloquia; si vero extra hoc tempus occurrat aliqua necessitas, ut unus cum alio loquatur, utroque stante, paucis cum verbis, et submissa voce sese explicabunt. Pariter ordinamus, ut nemo ingrediatur in cellam alterius, exceptis guardiano, et vicario; nam occurrente casu, quo unus debeat accedere ad dicendum, vel petendum aliquid ab alio, aperta janua illud petere, aut dicere poterit: et si opus habeat majori tempore ad consulendum, vel conferendum, vel ad alia quælibet necessaria, petet licentiam a patre guardiano, qui assignabit chorum, aut sacristiam, aut alium locum publicum pro tali negotio tractando, ac expediendo. Gravamus denique circa hanc materiam prælati, et subditorum conscientias, utpote cujus exacta, ac perfecta observantia plurimum conducit ad præfatum duplicem finem assequendum, et ad omnem singularitatis suspicionem, omnemque æmulationem præcavendam.

Quod nemo extra claustra exire possit, absque gravi necessitate.

§. 12. Plurimum item refert abstractio a sæcularibus, et eorum visitationibus: quapropter ordinamus, ut nemo extra claustra exire possit, nisi fuerit vocatus, vel mittatur a superiore ad excipiendam confessionem alicujus infirmi, sive ad eum in mortis agone auxiliandum: excipimus tamen ab hac prohibitione eleemosynarios, et superiorem, dum aliquis devotus, aut benefactor communitatis ab ipso visitari debeat, et etiam quamlibet alium religiosum, qui ejus nomine aliquod negotium conventus peragere teneatur; verum enim vero etiam in talibus visitationibus excusabit se prælatus quantum possit; quippe vel ipsis devotis, et benefactoribus est in ædificationem religiosorum abstractio; e contra vero eorum, quamvis prælati sint, frequentes, et faciles a conventu egressus. Ad evitandos autem illos, qui non raro evenire solent ex communicatione cum aliis religiosis familiis occasione visitationum, solemnitatum, aut funeralium, pater guardianus religiosa cum attentione, ac urbanitate monebit illarum respectivos prælatos, quod propter conventus distantiam, et præcipuo ob dispositionem, seu providentiam pro hac familia a provincia de mandato nostro novissime datam, non possint saltem ex parte nostra tales concursus, sive communicationes continuari. Pariter admonebit sæculares, qui ad sua funeralia nostros religiosos vocare, aut invitare solent: prædicta quippe omnia non pauca incommoda, et multa gravamina afferebant.

De honesta corporis recreatione.

§. 13. Esto tamen rationabile, et conveniens corpori, et spiritui, quod religiosi habeant aliquam honestam recreationem. Cum autem in tota provincia omnibus religiosis sit concessum, quod semel in hebdomada possint exire extra claustra, id ipsum etiam concedimus religiosis hujus conventus. At vero volentes, ut hoc fiat sine præjudicio completorii, et orationis mentalis vespertinæ, ordinamus, ut una die in qualibet hebdomada post meridiem egrediatur media communitas ad deambulandum extra populum, et per loca a sæcularibus non frequentata, remanente in conventu alia parte communitatis, ut satisfaciat tempore consueto completorio, (quod recitabunt, si commode cantari non possit), et orationi mentali; pariterque in alio die ejusdem hebdomadæ exibit alia pars, altera in conventu remanente.

De tempore, quo missiones inchoari debeant.

§. 14. Missiones debebunt inchoari ab adventu; utque possint habere tempus conveniens ad se præparandum, qui mittendi erunt ad illas agendas, eligentur die 30 junii (in qua celebratur commemoratio sancti Pauli, et quem ut protectorem, et patronum hujus seminarii venerari debet, ad cujus erectionem permoti, sive inspirati fuimus die conversionis ejusdem apostoli) quatuor ex prædicatoribus hujus familiæ, et per suffragia ejusdem communitatis fiet electio; ex quibus quatuor, duo saltem debebunt esse sufficienter practici in exercitio missionum, et ex his

quilibet assumat pro socio alium prædicatorem, qui non sit æque versatus in præfato missionum exercitio, ita taliter, ut qui non babeant aliquem usum, sive maxim in illo, minime procedant ad faciendas missiones insimul, et soli isti prædicatores missionarii erunt exempti per unum mensem ante suum egessum ab horis minoribus in choro, e per octo dies a matutino, et per alios octo post regressum, celebrareque poterunt missam toto præfato tempore quando in choro cantatur prima.

Quod singuli redire debeant ad conventum ante quadragesimam, etsi missionum agendarum causa discesserint.

§. 15. Ante quadragesimam debebunt ad conventum redire, itaut neque titulo prosequendi in missionibus, neque supplicationibus alicujus, cujuscumque dignitatis sit, poterunt se se diutius detinere; quippe maxime congruit pro renovendo, reficiendoque spiritu ad regularis observantiæ jugum tempore convenienti reverti, prout semper fuit in intentione, et votis N. S. P. Pro anno vero sequenti simili modo, et in pari numero eligendi erunt, qui destinari debent ad apostolicum præfatum munus exercendum, ex quibus duo ad minus non erunt ex illis, qui anno immediate precedenti missi fuerunt.

De prædicatoribus a commissariis eligendis, qui sine socio mitti non poterunt, et cum lege revertendi post pascha resurrectionis.

§. 16. Prædicatores hujus familiæ etiam poterunt unam, vel alterem quadragesimam prædicare, si eis recommendata fuerit; nemo tamen absque patris guardiani, et commissariorum consensu illas acceptare, neque sine socio ab ipso guardiano designato ad illas prædicandas ire poterit; transactisque tribus diebus paschatis resurrectionis redibunt ad conventum, quin sub obtentu, aut quocumque prætextu diutius immorari valeant. Hi autem prædicatores quadragesimales gaudebunt eisdem exemptionibus, quæ talibus concionatoribus in tota provincia concedi solcot; ea tamen sub lege, ut neque hi, neque supradicti missionarii etiam quando fuerint exempti a choro, minime eximantur a conferentiarum assistentia.

De prædicationibus faciendis extra ecclesias conventus, in plateis civitatis, et per hebdomadas, aut menses ad libitum guardiani.

§. 17. In nostris conventibus invaluit consuetudo concionandi post vesperas in diebus festivis quadragesimæ; unde communiter aliqua perturbatio, et non modicus rumor procedit ex confluentium concursu forsitan deambulandi, aut cum fratribus confabulandi gratia potius, quam sermonem audiendi; quod revera quieti, et religiosæ abstrectioni foret incommodum; quo circe magis conveniet, quod habeantur hujusmodi conciooes in urbis ecclesiis; ita enim evitabitur præfatum incommodum, et non minus fidelium devotioni satisfiet: nam prout dicere solebat N. Seraphicus pater, majoris ædificationis est in extraneis, quam in nostris ecclesiis prædicare: practicabunt enim concionari in plateis civitatis, uti Gadibus, et in aliis conventibus magna cum ædificatione, et fidelium profectu, fieri solet. Simulque non parum juvabit, ut ipsi prædicatores aptiores, an expeditiores ad missionum exercitium fiant; illud autem distribuetur per hebdomedas, aut menses ad libitum patris guardiani inter prædicatores, ut omnes charitatem exerceent, et ne apparcant sæculo otiosi.

De confessariis eligendis, quorum unus debet esse hebdomadarius.

§. 18. Ex confessariis, qui fuerint in conventu semper debebit esse unus hebdomadarius (incipiendo a petre guardiano, et successive per alios) qui paratus sit ad excipiendas confessiones sæcularium, qui ed illam ecclesiam accedant, et non petant, aut quærant determinate alium confessarium; utque toto metutino tempore sit liber, et in confessionario expositus (et quandocumque non fuerit, et veniat aliquis quærendo confessarium, vocabitur a sacrista) celebrabit missam hora primæ, eritque toto præfato tempore exemptus a choro; sed nemo alius ab illo eximetur nisi fuerit talis concursus pœnitentium, quod non sufficiat hebdomadarius; in boc quippe casu, qui rarissimus erit, ob circumstantias illius conventus, pater guardianus providebit, ut de cæteris confessariis assistant quotquot sint necessarii.

De distributione celebrationis missarum.

§. 19. Cum difficile sit in tam parvo numero sacerdotum, choro, ac studio vacantium, quod per totum metutinum tempus habeantur in ecclesia missæ, at insuper ob distantiam conventus a civitate paucissimi sint sæcnlares, qui illuc ad audiendam missam accedant, libenter convenimus in eo, quod duæ tentum reserventur, in æstate scilicet una pro bora octava cum dimidia, et alia pro hora nona pariter cum dimidia; in byeme vero prima pro nona cum dimidia, et secunda pro hora decima. Utque hujusmodi labor omnibus sit æqualis, alternabunt in eo per dies, vel bebdomadas sine exceptione prælati, et absque ulla differentia inter magis, et minus antiquos.

De ovibus, vel agnis non retinendis.

§. 20. Sumus informati in præfato conventu inveniri quemdam numerum ovium, cujus custodiæ est daputatus aliquis sæcularis; quod revera non est conforme nostræ regulæ, nec ædificatione sæcularibus; quapropter manda-

mus, ut quandocitius interventione syndici apostolici dentur vel macellario, vel alteri, qui carnes necessarias subministrare possit; ut hoc modo nullo tempore possit dici, nos gregem ovium, aut ejus curam habere; et pariter intelligendum de aliis quibuslibet ovibus, vel agnis etiam gratuito datis, si non fuerint in tam parvo numero, quod intra duas, vel tres hebdomadas consumi possint.

De levamine tribuendo infirmis, et poena mulctatuda adversus inobedientes.

§. 21. Si quis ex religiosis hujus familiæ non bene se habuerit ratione infirmitatis, aut ex alio motivo monebit nos, ut levamini, ac solatio ipsius provideamus. Pariter si aliquis fuerit notabiliter defectuosus in observandis hujusmodi ordinationibus, pater guardianus per literam, etiam a commissariis subscriptam, nos admonebit, exponendo in ea defectum delinquentis, quatenus circa illum quoque congruenter disponamus.

Quod nec qui per transitum in conventu commorant a chori servitio sit immunis.

§. 22. Cum per illum conventum sit transitus ad alios, ordinamus, ut quicumque illuc ex nostris religiosis hospes advenerit, post primum, vel unum diem exemptionis a choro, eidem debeat assistere absque ulla differentia a religiosis illius familiæ: si autem venerit cum licentia reverendi patris provincialis, ut per aliquos dies possit se in illo conventu detinere, vel quia est in patria sua, vel quia in illa civitate habeat suos parentes, idem observetur eum tali religioso, ac cum reliquis supradictis; permittetur tamen ipsi aliquoties exire ad civitatem cum socio a superiore assignato; nemo tamen ex dictis hospitibus possit ultra octo dies illic permanere.

Quod nullum opus intentet guardianus, absque suffragio commissariorum.

§. 23. Nullum opus, sive fabricam etiam lævis momenti intentet pater guardianus absque dictamine, et suffragio patrum commissariorum, neque si fuerint magni momenti, absque licentia reverendi patris provincialis; confirmamus tamen licentiam, sive permissionem, quam in visitatione concessimus erigendi in illo conventu bibliothecam; et insuper modo item concedimus, ut ponantur duæ januæ, quæ sæcularibus impediant ingressum ad interiora conventus, et ascensum ad dormitorium, od quod nulli sæculari permittatur cum religiosus vocatur, sed ab illo quæsitus descendere debeat.

De fraterna dilectione servanda.

§. 24. Denique inter omnia, et præcipue exhortamur ad mutuam charitatem inter religiosos illis verbis prædilecti discipuli: fratres diligite alterutrum: diligendo, et ajuvando se ad invicem, ac secundum illud apostoli: Iter alterius onera portare: sufferendo ac supportondo se reciproce, animadvertentes, quod sumus membra ejusdem corporis mistici, cujus corpus est N. S. P., sed præcipue Christus Dominus, qui verbis, et exemplis hanc mutuam dilectionem Nobis efficaciter recommendavit, dicens, hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Maxime autem recommendamus assistentiam, et curam infirmorum nihil prætermittendo, quoi ad levamen, et consolationem ipsorum inservire possit, etiamsi ad hoc necessarium fuerit recurrere ad pecuniam, prout advertit nostra regula, et efficaciter recommendat, dicens, quod quilibet tenetur fratri suo spirituali servire, sicut Ipse vellet ab aliis serviri; omnesque religiosi illos visitent exhortando piis verbis, ac sanctis consiliis; et non intelligatur pro cellis infirmorum supra facta prohibitio ingrediendi in cellam alterius; præcipue vero guardianus, et vicarius illos frequenter visitent ad minus bis, aut ter in die, et designabit pater guardianus aliquem religiosum laicum, aut clericum, qui omnia necessaria illis subministret, prout nostræ constitutiones præscribunt. Denique ex intimo amore paterno omnibus benedictionem elargientes, supplicantesque Altissimum, ut suo potentissimo brachio super apostolicos viros illam corroboret, ac protendat; pro majori omnium, quæ in his ordinationibus continentur firmitate, ita ordinamus, signamus, et nostri officii sigillo communiri jussimus in hoc conventu sancti Joannis Baptistæ civitatis Granatensis die 2. februarii anni 1764.

Declarationes ipsius ministri generalis, super dubiis propositis.

§. 25. Postmodum memoratus Paulus minister generalis pro rerum opportunitate, ac juxta sibi desuper proposita dubia suis literis responsa dedit, aliaque addidit, et declaravit. Harum epistolarum prima conscripta apparet in oppido civitate nuncupata Matriti Toletanæ diæcesis die xv. junii MDCCLXIV., et est tenoris qui sequitur nempe.

Prima declaratio.

§. 26. = 1. Cum ordinationes pro ipso nostro conventu relictæ tam claræ, et decisivæ sint, miramur illas volnntariis interpretationibus adulterari prætendi. In ipsis enim disponitur, ut assistentia chori absque ullo defectu, et interruptione, etiam titulo, sive prætextu confessiones audiendi, observetur. In eisdem provisum est de confessario hebdomadario pro quocumque casu occurrente; solumque quando fuerit magnus concursus pœnitentium posse re-

verendum patrem guardianum unum, vel plures respective ad necessitatem ex aliis confessariis, qui illum adjuvare possint, designare. In quo clare videtur, quemlibet alium, qui absque necessitate, et expresso ordine superioris, etiam titulo confessiones excipiendi, vel cujuslibet aliæ actionis non necessariæ orationi non assistat, esse transgressorem ordinationis, et in puncto valde substantiali.

Secunda declaratio.

§. 27. = 2. Reverendus pater guardianus est superior, cui gubernium communitatis incumbit, non tamen despotice, uti in aliis conventibus faciunt multi; et ex hac ratione designavimus consiliarios, sive commissarios, cum quibus in quocumque casu gravi occurrente consulere, et cum eorum dictamine procedere debet; maxime vero in acceptatione missarum, quas non debet admittere, quin prius ab illis approbetur necessitas, et earum numerus determinetur.

Tertia declaratio.

§. 28. = 3. Reverendus pater guardianus non debet male habere, si quilibet ex commissariis ipsi proponat quodcumque illi videatur conveniens; teneturque cum majori parte suffragiorum se conformare.

Qoarta declaratio.

§. 29. = 4. Quod semel propositum, et determinatum fuerit, non est iterum proponendum, nisi circumstantia nova, vel motivum aliquod superveniens, casus substantiam variare videatur; aliter enim esset temeritas, et causa pessimi exempli.

Quinta declaratio.

§. 30. = 5. Quando non sit conveniens aliquem religiosum hujus familiæ in ipsa diutius permanere, illius mutatio a nobis, vel a reverendo patre provinciali per literam a reverendo patre guardiano, et commissariis subscriptam, et non ex dictamine privato alicujus particularis erit petenda. Pariterque quando videatur conveniens, ut ex alio conventu veniat de familia in hanc communitatem aliquis religiosus sacerdos, aut laicus, ad reverendum patrem provincialem, vel ad nos scribere debebunt, ut ad præfatum effectum literæ obedientiales expediantur.

Tenor secundæ epistolæ ipsius ministri generalis, vi cujus novæ additiones, et declarationes inductæ fuerunt.

§. 31. Secunda vero epistola additiones, et declarationes super hujusmodi dubiis continens a dicto Paulo ministro generali conscripta fuit die xxx. novembris ejusdem anni MDCCLXIV. in loco, seu oppido Mataro nuncupato principato Cathalauniæ Barchinonensis, seu alterius civitatis, vel diœcesis, cujus tenor sequens est.

Circa primum: Cum paternitates vestræ exponant non esse sæcularium concursus in duabus missis per ordinationes assignatis, libenter convenio, ut una tantum post conventualem diebus non festivis celebretur, in festivis vero ratio suadet, ut duæ horis determinatis dicantur, quia forsitan aliquis populus concurret.

Circa applicationem quatuor missarum a quolibet sacerdote in singulis mensibus, si paternitatibus vestris videatur opus esse hujusmodi arbitrio pro communitatis, aut individuorum necessitatibus subveniendis, pariter convenio; ea tamen sub lege, ut non semel tantum in perpetuum stabilitum maneat: forte enim contiget, non semper esse necessarium, ideoque ad tres vel quatuor menses limitabitur; quibus finitis, si reverendus pater guardianus, et commissarii existiment esse adhuc necessitatem ad illud prorogandum, facient per alios tres, vel quatuor menses, et ita successive in posterum, ut hoc modo semper, et in omnibus secundum puritatem regulæ procedatur.

Circa tertium: non est inconveniens, ut ad vini eleemosynam, vel ad quamlibet etiam in propria specie petendam, destinetur aliquis sacerdos, quando non fuerit religiosus laicus, aut aliquis tertiarius, qui illam faciat: in tali vero casu a reverendo patre guardiano designabitur ille sacerdos, qui sibi magis idoneus visus fuerit.

Circa quartum: quando conventus non habuerit tertiarios sufficientes, neque ex aliis conventibus aliqui ex illis, qui essent utiles scripserint petentes in istam communitatem venire, reverendus pater guardianus cum dictamine commissariorum dare poterit habitum tertiarii alicui sæculari, qui velit, et petat illum; præhabita tamen notitia de ipsius vita, et moribus; nec ibit ad quærendas eleemosynas, quin prius per aliquot menses in vita religiosa instruatur.

§. 32. Tertiam insuper epistolam idem Paulus minister generalis die xviii. martii scripsit in civitate Parisiensi, cujus verba sunt tenoris sequentis.

Alia epistola novas afferens declarationes, super materia contenta in præcedentibus decretis.

Quærunt paternitates vestræ, utrum sicut pro confessionibus est alternatio per hebdomadas, ita pariter debeat esse pro concionatoribus in plateis, absque exceptione nec guardiani, nec vicarii, nec etiam commissarii tertii ordinis? Ad quod respondeo: patrem guardianum, nisi sponte velit hanc occupationem aliquando sumere, eximendum esse; quia habet alia inexcusabi-

lia sui officii. Idem dico de patre vicario, si fuerit simul commissarius tertii ordinis; si vero non fuerit, alternare debet cum cæteris prædicatoribus.

Quærunt item paternitates vestræ: num pater vicarius, etiamsi non fuerit antiquior aliis patribus ipsius familiæ, debeat esse unus ex quatuor commissariis, qui secundum ordinationes debent esse antiquiores cæteris omnibus? Respondeo, debere esse quatuor magis antiquos communitatis, prout paternitates vestræ mihi referunt designatos fuisse a rev. definitiona.

Quarta epistola scripta legitur ab ipso Paulo in civitate Tornacensi die vi. julii, et in hac sequentia habentur, videlicet

Circa tertium: an scilicet in cœnis sint ministrandi pisces, vel ad illas emendi carnes? Mihi videtur, quod quandocumque habeantur ex pura eleemosyna, et in quantitate, et qualitate convenienti sufficientes pisces, et superaddantur aliquæ herbæ, non posse absque conscientiæ scrupulo emi carnes, ut ministrentur in cœnis, exceptis vero quibusdam diebus recreationis, et nisi aliquis religiosus habeat veram necessitatem, quod ipsius conscientiæ relinquendum est, illas emendi; huic enim providendum est eo modo, quo eum infirmis fieri solet.

Est valde justum, et obligans in conscientia, ut quæ a patre guardiano, et commissariis in suis congregationibus tractantur, habeantur extra illas in stricto silentio, et secreto, maxime, si forent talia, quæ æmulationem, vel aliud inconveniens causare possent, ut in nostris constitutionibus reverendo patri provinciali, et definitoribus præcipitur circa illa, quæ in definitorio tractantur; cum ergo in nostro casu idem finis, et ratio eadem inveniatur, idem pariter ex obligatione juris naturalis observari debet.

Postremo quintam super his epistolam memoratus Paulus Antuerpiæ scripsit die ii. augusti, et est tenoris, qui sequitur, videlicet.

Circa secundum approbamus, quod pater guardianus, et commissarii bis in singulis mensibus, vel pluries, si opus fuerit, habeant suas congregationes pro finibus, et in modo relatis.

Item approbamus, et confirmamus prudens, et zelosum consilium, ut in omnibus concionibus explicetur cathechistice aliquod punctum doctrinæ christianæ.

Pariter approbamus, et confirmamus aliud similiter prudens, et proficuum consilium, ut videlicet, qui fuerint electi ad missiones in suo respective anno peragendas prius disponantur cum exercitiis spiritualibus decem dierum.

Convenimus quoque in eo, quod a die xxiv. junii usque ad viii. septembris ratione excessivi caloris semel tantum in hebdomada habeantur conferentiæ morales.

Est item valde prudens, ut si duo missionarii non fuerint sufficientes pro confessionibus superaddatur alius confessarius, qui illos adjuvare possit, et fiat particeps in laboris merito.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica, quæ indulgetur, ut ipsa decreta, et ordinationes inviolabiliter observentur.

§. 33. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipse Karolus rex disposita, et a memorato Paulo ministro generali, ut præfertur, ordinata, addita, et declarata quo firmius subsistant, et non solum in proprium eorumdem fratrum, verum etiam aliorum christifidelium bonum, ac utilitatem exactius, et perpetuo serventur, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat. Nos piis, ac laudabilibus, et catholico rege dignis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus libenti animo annuere volentes, eorumdemque fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus nomine ipsius Karoli regis Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta omnia, et singula disposita, et ordinata a dicto Paulo ministro generali una cum additionibus, et declarationibus prædictis, et in eis contenta quæcumque auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet etiam substantiales defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Sanctæ Sedi reservatur jus in futurum variandi, et etiam declarandi constitutiones, et ordinationes.

§. 34. Mandantes propterea omnibus, et singulis conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi superioribus, fratribus, et personis nunc, et pro tempore quandocumque existentibus, ut omnia, et singula in præmissis dispositionibus, ordinationibus, declarationi-

bus, et additionibus contenta, et expressa adamussim omnino observent, et exequantur, et, ut ab aliis observentur, diligenter curent, et faciant; nec quidquam in eis a quocumque cujusvis dignitatis, et auctoritatis existat, mutari, alterari, aut revocari quovis modo posse, inconsulta Sede apostolica, prohibemus omnino, ac interdicimus; itaut si dubium aliquod in posterum super earum interpretatione, et executione ullo unquam tempore oriri contingat, pro dubio etiam hujusmodi declarando, ac definiendo, et tollendo ad Sedem prædictam semper omnino recurrendum esse volumus, præcipimus, et jubemus.

Clausulæ salutares.

§. 35. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 36. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, Sedisque apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 37. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVIII.

Dat. die 6. Septemb 1770 Anno II.

Ordinationes nonnullæ factæ a ministro generali ordinis Cappuccinorum pro conventu de Monnovar in seminarium missionum designato confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Perfectioris vitæ studium in iis, qui divinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipati sunt quammaxime semper commendatum, ac procurandæ non tantum propriæ, quam etiam aliarum animarum salutis zelus summis laudibus extollendus adeo impulerunt animum prædecessorum Nostrorum romanorum Pontificum ad viros hujusmodi apostolicæ beneficentiæ favoribus prosequendos, ut ipsi quidquam ad optimum utrumque hunc finem assequendum desiderari minime passi fuerint. Nec Nos igitur, quibus Ecclesiæ catholicæ regimen, meritis licet imparibus æternæ sapientiæ consilio commissum est, id desiderare unquam patimur, sed illa etiam, quæ salubriter, prudenterque pro viris hujusmodi regendis, dirigendisque disposita, præscriptaque esse dignoscimus libenti animo dum hoc a Nobis petitur ac pia potissimum sublimium regum vota id expostulant, apostolicæ confirmationis munimine roboramus.

Conventus villæ de Monnovar in seminarium missionum designatur, et constitutiones conduntur.

§. 2. Sane ex parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis nuper fuit, quod alias nonnulli fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provinciæ Sanguinis Christi Valentiæ nuncupatæ perciti zelo perfectionis regularis observantiæ, simulque cupientes exercitium sacrarum missionum laudabiliter in dicta provincia peractum prisco nitori restituere, sua quoad hæc ipsi desideria exposuerunt tunc in humanis agenti quondam Paulo a Colindres ejusdem ordinis ministro generali, qui conventum villæ de Monnovar in seminarium missionum designavit, ac pro eo nonnulla una cum provinciali ministro, ac definitoribus provinciæ hujusmodi di-

sponere, ac ordinare censuit, juxta tenorem, qui sequitur nempe.

Tenor constitutionum, sive ordinationum.

§. 3. = Frater Paulus a Colindres minister generalis, licet immerito, ordinis minorum sancti patris nostri Francisci Cappuccinorum etc. reverendis patribus provinciali, et definitoribus præsentibus, ac futuris hujus nostræ provinciæ Sanguinis Christi Valentiæ, salutem, et pacem in Domino.

Quum aliqui religiosi perfectioris observantiæ regulæ seraphicæ, constitutionum, ordinationumque generalium zelo perciti, fervida, quibus ardent, desideria nobis exposuissent; nec non et alii, quantum a debito statu in hac alma provincia defecisset missionis exercitium, adeo seraphicæ regulæ conforme, animarumque utilitati necessarium, uti experimento didicerunt ipsius provinciæ alumni, qui missionibus egregiam operam navarunt, mirandis peccatorum conversionibus, et magno provinciæ splendore, ac laude; nostro muneri necessarium duximus eorum votis annuere, ipsis justam consolationem adferre, tantoque operi, quantum in nobis fuerit, opitulari, cui nostrum conventum villæ de Monnovar opportunum putavimus, fratresque, qui pro nunc ibi commorari debent, assignavimus, ita tamen ut ex illis nullus (clericis exceptis) possit ab illo extrahi, et alterius familiæ adsignari, nisi ipse scripto petierit; neque alius ad illum mittatur ad ibi degendum, nisi scripto etiom petierint pater guardianus ipsius conventus, et quatuor illius familiæ religiosi antiquiores, quos pro nunc, et in posterum successive adsociatos, et tamquam adsistentes, et conjudices patri guardiano nominamus pro cujuscumque casus, si forte occurrat, decisione, speciali animadversione indigentis: confidimus interim admodum reverendum patrem provincialem minime cunctaturum, ad degendum in præfato conventu quem pater guardianus, et adsociati petierint et si obstiterit, moniti, quod expedire noverimus providebimus, et quandocumque guardianatum, aut vicariatum vacare quocumque modo contigerit, nullus ad talia officia a reverendo definitorio eligatur, nisi per integrum annum ad minus in illa familia moratus fuerit, moreturque actualiter; quod si ad hoc aliqua emerserit difficultas, electio suspendatur donec moniti, quod magis expedire noverimus, decernamus. Utque hoc ordinate fiat, et uterque finis, perfectioris videlicet observantiæ, et missionis exercitium consequatur, quin unum alteri præjudicium inferat, omniaque fiant majori ædificatione, bonoque exemplo, necesse putamus, quæ sequuntur, præfato conventui ordinare.

Præcipitur observantia regulæ, et constitutionis ordinis.

§. 4. Primo. Vigere debet in dicto conventu perfectior regulæ observantia, constitutionumque ordinis, et aliarum ordinationum generalium, quas Romæ dedimus anno MDCCLXI., et aliarum insuper, quas huic provinciæ, peracta visitatione, ordinamus, quibus conformiter nullo casu completorium, et oratio mentalis vespertina poterunt dispensari, nec matutinum media nocte, nec oratio matutina (de la pele dicta vulgo) cum reliquis divinum cultum, et chori observantiam spectantibus.

De servanda paupertate preceptum renovatur cum suis declarationibus.

§. 5. II. Debent etiam absque dispensatione observari omnia, quæ in illa continentur, et exponuntur de sancta paupertate, et consequenter nulli religioso licebit denarios, aut quidquam aliud recipere ratione missarum, prædicationis, aut alterius cujuscumque laboris, et si gratuito detur, offeraturve proprio usui, out dispositioni, neque panem, ceramque, aut quidpiam aliud nisi in propria specie emendicabunt, neque pro rebus hujusmodi aliqua pecunia recipietur, etiamsi pro ipsis data, aut oblata; nec oblatus aliquis, vel sæcularis poterit mitti, aut deferri, illam recipiendi gratia, uti in aliquibus conventibus fieri vidimus; prædicta enim si in propria specie sancta æmulatione petamus, neque ad illo pecuniam recipiamus, nostra munera obeuntes, ac divina providentia fræti, fieri non potest, ut cœlestis pater promissis beato patri nostro Francisco desit, infallibilique verbo: *Jacta curam tuam in Domino, et ipse te enutriet: quærite primum regnum Dei: et hæc omnia adjicientur vobis.*

Statuitur quod deficientibus ad vitam necessariis, eleemosyna pro missis accipiatur, et ultimo loco ad benefactores recursus habeatur.

§. 6. III. Quod si quæ in propria specie fratribus tribuuntur, eorum vere necessariis indigentiis non sufficerent: recurri poterit ad eleemosynam duodecim missarum, quas, ut mos est in hac provincia, singuli sacerdotes celebrant quolibet mense communitati, hac adjecta conditione, ut hæc per syndicum, ejusque interventione ministretur, quin unquam permittatur causa, aut prætextu aliquo præfatam missarum eleemosynam, aut aliam quamcumque pecuniariam, in nostri conventus sacrario, vel janua, aliave quacumque clausuræ parte, recipi omnino; nec oblatum, aut alium quemcumque illam in cella, aut in alio loco depositam servare. Si

tamen prædictarum missarum eleemosyna non sufficeret, quod raro, aut nunquam eveniet, pro necessitatibus ingruentibus, ad benefactores, amici spirituales a regula appellati, recursus fieri poterit, necessitatem ipsis exponentibus, ut ei vel per se, vel per substitutum subveniant; atque tunc pure, et perfecte servatur regula, ad praxim deductis modis, et cauthelis a Nicolao III., et Clemente V. pro tali casu præscriptis.

Communio vitæ omnibus præcipitur paucis exceptis, nominatim indigitatis.

§. 7. IV. Seraphicæ regulæ est valde eonsonum, ab apostolis, fidelibusque primitivæ Ecclesiæ religiose servatum, omnia esse communia, nihilque usui alicujus particulari, exceptis habitu, chorda, fœmoralibus, et sandaliis, paucisque libris; pater itaque guardianus debet omnibus non tantum victum convenientem, sed etiam fœmoralia, emunctoria, sandalia, et omnia necessaria providere; calamos etiam, atramentum, chartamque prout unusquisque indigeat. Si vero pater guardianus in his negligens fuerit, patres adsociati, ad quos recurri debet, providere tenentur, quod si nec hi convenienter provideri curaverint, quod creditu difficile putamus, ad reverendum patrem provincialem recurratur, vel scripto nos moneamur, ut provideri mandemus.

Quod licita tantum et honesta, excepta pecunia, recipiantur, sed cuncta patri guardiano tradantur, qui omnium necessitatibus consulere debet.

§. 8. V. Quemadmodum rationi est consentaneum, cupimusque, ut cuique omnia necessaria provideantur, volumus etiam, et ordinamus, ut nullus quidquam recipiat etiamsi in sua specie licitum sit, et honestum: uno verbo, nequidem pirum, aut pomum, quin statim patri guardiano tradat, familiæ consignandum, aut inter ejusdem fratres distribuendum. Animadvertentes proinde aliqua aliis esse necessaria, exempli gratia, tabaccum iis, qui illud nare, valetudini prospiciendi causa, exsorbunt, vel eo assuefacti sunt; non vero aliis, in quibus hujusmodi circumstantiæ non concurrunt; si quis vero illud dono datum habuerit, familiæ etiam tradat, ac de illo pater guardianus indigentibus providebit: casu autem quo liberaliter, ac gratuito concessum non habeatur, et aliqui necessitate sint compulsi, et insuper facultatem eo utendi a reverendo patre provinciali obtinuerint, pater guardianus, de patrum adsociatorum consensu missarum eleemosyna uti valeat, vel recursum modo supra exposito facere ad præfatam necessitatem subveniendam: quod idem da quacumque alia respective intelligendum est. Permittentes, ut fratres culinam, aut refectorium mane adeant lævi sese jentaculo nostræ paupertati congruente, refecturi, ut chori, ac studii labori insistere valeant.

De conferentiis habendis super solutione casuum moralium, et pro confessione sacramentali necessariis.

§. 9. VI. Cum duplex sit finis, cui cœnobium præfatum destinatur, alter nimirum exactioris observantiæ, de qua hactenus egimus; alter vero missionum: consequens est, ut ad tractandum de isto progrediamur; cujus rei causa ordinamus, ut singulis hebdomadis a festo omnium sanctorum usque ad pascha resurrectionis, bis in hebdomada, scilicet lunæ, et veneris die; et a dominica in albis usque ad festum omnium sanctorum ter similiter in hebdomada, lunæ scilicet, mercurii, et veneris die habeantur post vesperas per integram horam collationes ad confessariorum, missionariorumque instructionem spectantes, de punctis moralibus, et casibus frequenter occurrentibus, uti nimirum sunt matrimonii impedimenta tum publica, tum occulta ante, vel post matrimonium contractum, confessiones sacrilegæ, invalidæ, aut dubiæ, usuræ, contractus, simoniæ, et hujusmodi, vel de scriptura sacra, theologiave mistica, aut historia ecclesiastica; ex his, modo alia, et modo alia conferendo argumenta, utilitati, minime vero curiositati congruentia. Ut vero his præsideat probatus ab omnibus, secretis sacerdotum suffragiis adligetur, quo absente, alius substituetur usque ad illius regressum, cujus quidem erit argumentum, et casus ab alia in aliam conferentiam proponere, atque aliorum omnium responsis auditis, propriam tandem solutionem adhibere.

Inviolabilis observantia silentii cum suis opportunis declarationibus præcipitur.

§. 10. VII. Ne vero aliquis eorum, qui otio aliqualiter delectantur, tempori studio, omnibus necessario, dicando, impedimentum adferat, ordinamus, ut silentium a nostris constitutionibus præscriptum inviolabiliter servetur; solumque poterit alter cum altero loqui post prandium ad usque signum silentii, quod fiet hora duodecima cum dimidia; atque æstivo tempore post cœnam, vel collatiunculam usque ad signum salutationum angelicarum: sicuti etiam ordinamus, ut nullus, patre guardiano, et vicario exceptis, alterius cellam ingredi audeat, etiamsi aliquo opus haberet, poterit, aperta janua, quin intret, petere, vel quod necessarium fuerit alloqui; si vero longiori tempore consultationis, vel conferentiæ causa indigeret, facultatem a patre guardiano obtinebunt, qui ad hoc chorum, vel saerarium, aut alium locum publicum illis designabit.

Quod sine necessitate, vel licentia superioris in viam exeat sancitur.

§. 11. VIII. Plurimum quoque refert sæculi hominum, et visitationum abstractio; itaque ordinamus, ut nullus in viam exeat, nisi vocatus, et de mandato superioris ad infirmi confessionem excipiendam, aut morienti subveniendum; exceptis tantummodo cleemosynariis, et prælato, qui aliquando compellitur necessitate devotos, ac benefactores invisendi; vel alio, qui ejus nomine, deque ejusdem mandato ad rem communitatis tractandam mittatur; sicuti etiam ordinamus ut nullo sæculari ingressus in interiores officinas permittatur, neque ad dormitorium ascensus; etenim si frater aliquis inquisitus fuerit, descendet, et in januæ ædicula, vel choro inquirentem excipiet, audiet, et quamprimum possit, remittet.

Conceditur honestum oblectamentum sumendum in campis, et locis solitariis.

§. 12. IX. Aequum equidem, et conveniens est religiosis honestum aliquod oblectamentum concedi; hoc tamen volumus absque completorii, et orationis mentalis hora solita præjudicio; concedimus itaque, ut altera communitatis pars singulis hebdomadis valeat semel in vespere in campum extra conventum, vel solitaria loca recreationis causa exire, altera parte in choro divinis officiis adsistente, et si absque cantu, si pauci remanentes psallendo impares fuerint; et altero ejusdam hebdomadæ die poterit egredi altera pars, altera vicissim, modo supradicto, chori obligationi intenta.

De initio, et fine missionum agitur.

§. 13. X. Missiones incipient a festo omnium sanctorum; utque se preparare valeant missionarii, die trigesima junii, sancti Pauli, (qui uti hujus seminarii protector, ac patronus agnosci debet, ac venerari) commemorationi sacra, quatuor ex sacerdotibus suffragiis secretis eligentur, qui bini ad missiones peragendas pergant per illa loca, et districtos, quibus expedire judicaverint; ante omnia licentiam, et protectionem, aut commendationem a diœcesis Ordinario inquirentes; alii vero maneant observantiæ, et conventus curæ addicti; et ex quatuor supradictis, saltem duo sint in missionibus versati, ut proprio usu ac praxi alios instruant; licebitque omnibus quatuor per integrum præcedentem mensem missam celebrare interim prima a choro cantatur, eruntque dispensati ab horis minoribus, et per octo dies a matutino etiam, et postquam redierint, per alios octo similiter.

Præfinitur tempus regressus missionariorum ad conventum ut prædicationi incumbant.

§. 14. XI. Debent omnino aliquot dies ante quadragesimam ad conventum regredi, ut, vel in illo maneant, vel ad concionandum, si forte a reverendo patre provinciali alicui provinciæ pulpito, vel a patre guardiano alicui guardianatui destinati fuerint, exeant. Deinde pro anno sequenti, die supramemorato, qui tempore sequentis adventus missioni operam navent: electio tamen ita fiet, ut duo ad minus, illorum non sint ex anno præcedenti electis, ut ita onus omnibus sit commune, magisque charitas foveatur, partialitatis affectibus omnino exclusis.

Et quo tempore redire debeant pariter statuitur.

§. 15. XII. Qui tempore quadragesimæ prædicaverint, statim ac illam absolvant, ad conventum redeant, quin aliqua de causa, neqnidem missionis faciendæ, valeant amplius immorari; convenit etenim, ut ad clausuram revertantur, observantiamque prosequantur regularem, ad renovandum, reficiendumque spiritum, qui extra claustra a debito fervore declinat; quemadmodum et seraphicus P. N. Franciscus optat, nostræque sanctæ constitutiones inculcant.

De modo servando in concionibus, cathechismis, et panegiricis orationibus.

§. 16. XIII. Panegiricæ conciones ne prædicentur, nisi pro ordinis festivitatibus in nostro conventu, et aliqua necessaria in paræcia; extra vero perraro. Et quando hujusmodi sermones contigerit prædicari, curent ne sint vacui doctrina morali, minime auram popolarem captantes ineptis ideis, ac nimia discursuum subtilitate, quæ quidem sacræ scripturæ sensum genuinum adulterant, ac ministerium apostolicum profanant. Licebit tamen patri guardiano aliquos mittere, qui diebus dominicis æstatis tempore cathechismum ad populum habeant, aut axhortationem moralem in guardianatus paræciis, quas doctrina magis indigere cognoverint: quod ipsius arbitrio relinquimus. Cæterum hoc advertentes, ut stipendium aliquod, victu tantummodo excepto, ratione hujusmodi concionum nullatenus accipiatur, ut omnibus ita innotescat, nobis nullum aliud cordi esse, præter animarum lucrum: hujusmodi vero concionatores ipsius diei vespere in conventu redeant, si locus duabus tantum leucis dissitus sit: si tamen longius distaret, sequentis diei matutino.

Quo tempore explicatio doctrinæ christianæ præstari debeat declaratur.

§. 17. XIV. Etiam diebus dominicis in vespere poterit, si patres guardianus, et adsociati expedire putaverint, aliquod doctrinæ christianæ punctum in nostra ecclesia explicari, ab hora tertia post meridiem tempore hyemali, et a quarta æstivo tempore; nec ultra dimidiam horam progrediatur, ut ante horam quintam, finito completorio,

ac orationi suo tempore impedimento non sit; sicuti etiam disponi debet, ut tertii ordinis exercitia peragantur, ut nullum inferant regulari observantiæ impedimentum, completorio scilicet, ac orationi, quibus hora solita inviolabiliter incumbere adstringimur.

De confessariis, eorumque munere distribuendo, ut semper habeatur unus, qui hebdomadarius vocetur.

§. 18. XV. Debet utique esse omni tempore confessor quidem hebdomadarius, incipiens a patre guardiano ad usque ultimum successive confessorum, qui quidem paratus sit ad confessiones in nostram ecclesiam confluentium excipiendas; et a patre sacrista vocabitur, quoties aliquis confessorem indeterminatum quærens, advenerit; utque per integrum mane ab omni cura expeditus inveniatur, missam celebrabit, dum prima cantatur; nec alius quispiam a choro immunis censendus, nisi confluentium pœnitentium concursus adeo excreverit, ut eorum confessionibus audiendis hebdomadarius non sufficaret; in tali enim casu alium, vel alios, quot necessarii fuerint, prælatus destinabit.

De distributione celebrationis missarum.

§. 19. XVI. Quum ex numero sacerdotum adeo exiguo choro, et literis incumbentium, missarum series ita disponi non possit, ut integro matutino sufficiant, hoc contenti erimus si nimirum diebus ferialibus duæ reserventur altera post conventualem celebranda, alia hora nona æstivo tempore, hyemali vero hora decima; quam omnes per dies, vel per hebdomadas alternare debent, nequidem patre guardiano excepto, ut omnibus onus sit æquale, et ut omnes laborem, meritumque æqualiter participent, nulla facta discretione prælatorum, nec magis, minusve antiquorum.

De translatione religiosorum ab uno ad alterum conventum.

§. 20. XVII. Si quis religiosus huic conventui adnumeratus, adnumerandusva inibi non fuerit libens, patri guardiano significabit, qui de patrum adsociatorum consensu, tribus ad minus ex quatuor in idem consentientibus, ipsi obedientiam dabit ad proximiorem conventum, ubi permanebit quousque certioratus reverendus pater provincialis, cui expedierit ipsum destinet; neque enim convenit, nec volumus aliquem in illo invitum degere. Sicuti etiam ordinamus, ut, si pater guardianus resciscerit aliquem in illa familia permanere non convenire, quia vel illam perturbat, vel has ordinationes non servat, vel obedientiæ, ac debitæ humilitatis spiritu caret, congregans patres adsociatos, tribusque illorum ad minus eamdem sententiam ferentibus, ad proximiorem conventum illico dimittant, eodem modo, ut supra.

Quod nec hospites religiosi exempti sint ab observantia constitutionum, et communitati in omnibus conformare teneantur.

§. 21. XVIII. Si quis religiosus hospes ad hunc conventum accesserit, solita charitatis officia uno die cum illo non prætermittantur, atque a choro dispensetur; verum elapso primo die communitati se se in omnibus conformare tenebitur, has constitutiones observans. Quod si quis de licentia reverendi patris provincialis per aliquot dies commoraturus advenerit causa propinquos invisendi, vel rem aliam particularem tractandi non liceat ultra dies octo ibi permanere; et dispensatus primo die, reliquis tenebitur in choro divinis officiis omnino interesse: exieusque de licentia patris guardiani vel ad visitationes, vel ad res alias peragendas, non licebit absque ipsius venia foras pransurus manere, neque esse extra conventum hora salutationis angelicæ nocturnæ.

Nullum ædificium fieri sine licentia prohibetur, reprobaturque quodcumque paupertati contrarium.

§. 22. XIX. Nullum ædificium fiat absque patris guardiani, et adsociatorum consilio, licentiaque reverendi patris provincialis, aut reverendi definitorii respective, prout in ordinationibus, quas huic provinciæ fecimus, præscriptum manet: imo etiam immodicum hujus ecclesiæ altarium numerum limitare curent, et in reliquis, quod possibile sit emendare, quodquidem adversus sanctam paupertatem clamat, et summo cordis dolore tacti vidimus; solumque reportamus solatium ex hujus seminarii institutione; etenim perfectiori seraphicæ regulæ observantia, quæ ex nunc in posterum vigebit, zeloque missionis animabus pretioso sanguine redemptoris Nostri Jesu Christi redemptis, adeo proficuæ sperabamus ob ejus misericordiam, ipsum fore immemorem transgressionis, qua ædificium fœdatum est, suamque benedictionem novæ, ac futuræ familiæ impertiturum, quæ tanto spiritus fervore proprias animas in holocaustum ad majorem Dei gloriam proximorum saluti ultro offert.

Jus corrigendi vel explicandi constitutiones ipsi generali ministro reservatur.

§. 23. XX. Præmonemus tandem, ut si in his, quæ ordinata manent, aliqua se se emerserit difficultas, aut dubium, moneamur, ut convenientem demus explicationem; si vero in posterum prout circumstantiæ poposcerint, aliquid aliud mutari, aut addi expedire judicaverint, pater guardianus, et adsociati ad nos scribant, proponentes, quæ ipsis convenire videantur, spectantes responsum, quin ipsius liceat alterare, vel addere his, quæ disposita manent in his ordinationibus.

Fraterna charitas commendatur.

§. 24. XXI. Super omnia vero prædilectis religiosis nostris mutuam cha-

ritatem commendamus illis dilecti evangelistæ verbis: *Fratres diligite alterutrum*: sc se amando, invicem adsistendo, subveniendo, ac sufferendo quemadmodum apostolus noster protector admonet: *Invicem* sufferentes . . . . . *Alter alterius onera portate*; ita enim non modo tollerabile, verum etiam suave, aa dulce evadit onus religionis, jugumque Jesu Christi. Maxime tamen infirmorum curam commendamus, ne quidquam prætermittatur, quod ipsis levamen adferre possit, atiamsi recursum ad pecuniam fieri necesse sit; pro tali enim casu id permittit, imo et regula præcipit, et in ipsa præscribit, præmonetque sanctus pater unumquemque fratri suo spirituali servire debere, sicut vellet sibi serviri: et omnes religiosi eos visitent, consolentur, sanetisque consiliis, et verbis animent. Nec volumus intelligi de cellis infirmorum prohibitionem factam, qua prohibentur alii aliorum cellas ingredi, et præsertim patres guardianus, et vicarius frequenter eos visitent, fratremque deputent, qui eorum curæ præpositus sit, quique omnia necessaria eis provideat, quemadmodum nostræ constitutiones præcipiunt. Confidentesque, Dominum, qui hoc opus sua inspiratione incepit, ipsum perfecturumque, intimo amore paterno, et uti successor, licet indignus, seraphici patris, ejus sanctam benedictionem omnibus impertimur; ac simul eos commendamus omnium orationibus, et suffragiis, quibus indigemus ad nostra munera debite exequenda. Et pro visitationis conclusione reverendæ definitionis assensu, ita ordinamus, et mandamus, subscripsimus, etque nostri officii sigillo muniri fecimus. In hoc conventu Valentiæ die 7 maii 1764.

Fr. Paulus minister generalis.
Fr. Leander Alonensis minister provincialis.
Fr. Joachim Olleriensis diffinitor.
Fr. Thomes Murciensis diffinitor.
Fr. Isidorus Caudetensis diffinitor.
Fr. Joseph de Coligh diffinitor.
Loco ✠ Sigilli

Dubia nonnulla insurrecta opportunis responsionibus profligantur.

§. 25. Verum quia super his, quæ a dicto Paulo ministro generali, aliisque superioribus memoratæ provinciæ, ut præmittitur, disposita fuerant, nonnulla dubia postmodum insurrexerunt, hinc illis propositis ipsi Paulo eo tempore in civitate Cæsaraugustana commoranti, his suis epistolis die 3. augusti anni MDCCLXIV. tunc existenti guardiano conventus de Monnovar conscriptis, cuique ex propositis sibi dubiis dedit responsum. Tenor itaque hujusmodi literarum, et responsionum, est qui sequitur videlicet.

R. P. guardiane: Consultus a reverendo patre provinciali de aliquibus dubiis, aa, quæ ei conventui ordinata reliquimus spectantibus, ad eorum calcem responsum illi exhibeo; illorumque exemplar, et hanc ad te mitto, ut et edoctus sis, et tuam familiam certiorem reddas, atque ordinationibus adjunctum servetur, ad eorum, quæ correspondent, praxique observari debent, cognitionem; cupiensque omnes hujus seraphicæ familiæ alumnos optime valere, et in charitate perfecta vivere; sanctam ipsis benedictionem largiens, eorum orationibus me committo, ac tuus maneo, quem Deus ad plures annos incolumem servet. Cæsaraugustæ iii. augusti anni MDCCLXIV.

V. P. R. addictissimus servus
Fr. Paulus a Colindres.

Tenor dubiorum propositorum, et responsionum redditarum.

§. 26. Dubia nostro reverendissimo patri generali fr. Paulo de Colindres proposita super aliqua puncta ordinationum particularium a reverendissimo patri dispositarum conventui Cappucinorum de Monnovar missionum seminario.

In prologo: ex illis, idest ex fratribus illius familiæ nullus, clericis exceptis, possit ab illo extrahi, et alterius familiæ adsignari, nisi ipse scripto petierit; neque alius ad illum mittatur ad inibi degendum nisi scripto etiam petierint pater guardianus ipsius conventus, et quatuor illius familiæ religiosi antiquiores.

Dubium I. Utrum oporteat, ut qui petit cum illius conventus fratribus annumerari, scribat etiam ad patrem provincialem, ipsum certiorando de petitione a se facta patri guardiano pro hujusmodi annumeratione, hanc erga patrem provincialem reverentialem urbanitatem exhibendo?

Num. X. Quatuor ex sacerdotibus secretis suffragiis eligentur, qui bini ad missiones peragendas pergant per illa loca, et districtos, quibus expedire judicaverint.

Dubium II. Erit ne rationi consentaneum, ut post factam missionariorum electionem pater guardianus, patrem provincialem de electis edoceat ad hujus instructionem pro eo, quod expedire, vel contigere possit?

Dubium III. Utrum designatis districtis, in quibus missiones haberi debent, teneatur similiter pater provincialis de hoc moneri, sciens quo in

loco sint sui subditi, et in qua diœcesi, ejusque veniam petere?

Num. XI. Debent omnino aliquot dies ante quadragesimam ad conventum regredi, ut vel in illo maneant, vel ad concionandum si forte a reverendo patre provinciali alicui provinciæ pulpito, vel a patre guardiano alicui guardianatui destinati fuerint, exeant.

Dubium IV. Cum in hac provincia mos invaluerit, ut nullus guardianus quemquam, etiamsi ex suis conventualibus, et sui guardianatus quadragesimis prædicatorem adsignet, patre provinciali inconsulto; nam potest evenire, ut talis prædicator jam aliquo provinciæ pulpito a patre provinciali donatus sit. Utrum pater guardianus Monnovarensis debeat, antequam prædicatorem quadragesimæ sui guardianatus deputet, patrem provincialem monere, ut hujusmodi vitentur difficultates, neque impedimentum ullum inde oboriatur: in hac enim provincia est, ac semper fuit patris provincialis quadragesimæ prædicatores destinare.

Num. XVII. Ordinamus, ut si pater guardianus (de Monnovar) rescierit aliquem in illa familia permanere non convenire, quia vel illam perturbat, vel has ordinationes non servat, vel obedientiæ, ac debitæ humilitatis spiritu caret, congregans patres adsociatos, tribusque illorum ad minus, camdem sententiam ferentibus, ad proximiorem conventum illico eum dimittant, eodem modo, ut supra, ubi permanebit donec certioratus reveredus pater provincialis, cui expedierit illum destinet.

Dubium V. An postquam dimissus, vel antequam remittatur ad proximiorem conventum aliquis religiosus, qui trium saltem adsociatorum judicio non convenit in seminario morari; teneantur cum pater guardianus, tum adsociati patri provinciali rationem, ob quam non convenit, exponere; posset enim accidere, ut sine causa sufficienti injustitia illi inferatur, aut rubore suffundatur, ut alius carior, vel eorum partium magis studiosus, ejus in loco aggregetur familiæ; et videtur rationabile aliquem de hoc judicem esse: et hoc insuper est, esse absolutum; admittendo, et expellendo absque superioris dependentia.

Dubium VI. Utrum exploratum habens pater provincialis, et quidem mediis errori non obnoxiis, aliquem illius familiæ de Monnovar religiosum, vel aliquem adsociatorum ibi non convenire nec religioni, nec propriæ animæ saluti; possit pater provincialis alium ex aliis conventibus providere; est enim ejus ovis, de qua rationem redditurus est.

Responsum

Ad I. dubium respondetur: esse urbanitatem religiosam ad reverendum patrem provincialem scribere illum, qui in conventu de Monnovar degere optaret; cæterum quoniam aliqui, forte proprio amore, vel ne ab aliis, si sciatur, insultentur, scribere non audebunt, acquiescere debet pater provincialis reverenti petitioni a reverendis patribus guardiano, et commissariis ipsi faciendæ, quique adsererent studium, petitionemque dicti religiosi.

Ad II. dubium: conveniens, et justum est, reverendum patrem guardianum cum commissariis, reverendum patrem provincialem instruere de missionariis electis, ac de locis, in quibus missionem peragere cogitant; atque etiam, ut reverendo patri provinciali ourent non displicere, si in aliquo alio loco missionem fieri, expedire putaverit.

Ad III. dubium responsum est in antecedenti.

Ad IV. dubium quoad consuetudinem, quæ dicitur, esse peculiaris, ac propria reverendo patri provinciali in hac provincia, reverendus pater guardianus ad illum scribat post epiphaniam, quærens ab eo, num aliquos ex suis conventualibus deputaverit quadragesimis, et de illis debebit voluntatem reverendi patris provincialis adimplere, ac deputationem. Si vero aliqui a reverendo patre provinciali non destinati, superfuerint, poterit reverendus pater guardianus intra sui guardianatus limites destinare, dummodo in conventu regulari observantiæ sufficientes remaneant.

Ad V. dubium. Nec conveniens est, nec rationi consentaneum, reverendum patrem guardianum, et consiliarios rationem exponere, ob quam illo religiosus non convenit; aliter vero dicendum, si causa esset alicujus sceleris gravis, ac publici, quod ad punitionem debeat denuntiari. Nec credendum, illos patres injuriam alicui inferre, illum a conventu absque justa causa expellentes, ut alium trahant.

Ad VI. dubium, et ultimum: reverendus pater provincialis sciscitabitur a reverendo patre guardiano, et consiliariis de causis, quibus ducitur, ut credat, aliquem ex ibi degentibus, non

convenire. Et si responsione sibi non satisfieri judicaverit, ad ministrum generalem scribat, qui facta inquisitione, quod expedierit, providebit. Cæsaraugustæ anni 1764.

Fr. Paulus minister generalis.

Preces porrectæ pro confirmatione apostolica obtinenda.

§. 27. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipse Karolus rex disposita, et a dicto Paulo ministro generali, ut præfertur, ordinata, addita, et declarata quo firmius subsistant, at non solum in proprium eorumdem fratrum, sed etiam aliorum christifidelium bonum, et utilitatem exactius, et perpetuo serventur, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat.

Confirmantur constitutiones nonnullis sub reservationibus, et cauthelis.

§. 28. Nos piis, ac laudabilibus, et catholico rege dignis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus libenter annuere volentes, eorumdemque fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus Nobis ipsius Karoli regis nomine humiliter porrectis inclinati, præinserta omnia, at singula disposita, et ordinata a dicto Paulo ministro generali. una cum additionibus, et declarationibus prædictis, et in eis contenta quæcumque auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, at facti, ac solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet etiam substantiales defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Præceptum de observando constitutiones ad omnes personas fratres, et superiores extenditur.

§. 29. Mandantes propterea omnibus, et singulis conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi superioribus, fratribus, et personis nunc, et pro tempore quandocumque existentibus, ut omnia, et singula in præinsertis dispositionibus, ordinationibus, declarationibus, et additionibus contenta, ac expressa adamussim omnino observent, et exequantur, et, ut ab aliis observentur, diligenter curent, et faciant; nec quidquam in eis a quocumque cujusvis dignitatis, et auctoritatis existat, mutari, alterari, aut revocari quovis modo posse, inconsulta Sede apostolica, prohibemus omnino, ac interdicimus; itaut si dubium aliquod in posterum super earum interpretatione, et executione ullo unquam tempore oriri contingat, pro dubio etiam hujusmodi declarando, ac definiendo, et tollendo ad Sedem prædictam semper omnino recurrendum esse volumus, præcipimus, et jubemus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effactus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, at pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab ais respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 30. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, Sedisque prædictæ nuncios, sublata ais, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, at auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inaoc, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 31. Non obstantibus constitutionibus, at ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitata alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ae insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genere, vel in specia, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentas, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 6. Septemb. 1770 Anno II.

LXXXIX.

Nonnullæ ordinationes editæ a ministro generali ordinis Cappuccinorum pro collegio Turritano in seminarium missionum ab ipso designato confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Creditam Nobis militantis Ecclesiæ providentiam, coadjuvante Domino, utiliter exequi satagentes, ac etiam animo contemplantes uberrimos fructus, quos viri in sortem Domini vocati prædicatione verbi Dei sacris missionibus operam dando in dies producunt, ea, quæ pro eorum directione ac gubernio provide, prudenterque facta fuisse noscuntur, ut perpetuo firma, atque illibata persistant, libenter cum a Nobis petitur, et reges ortodoxi magnis in Ecclesia Dei meritis fulgentes id exposcunt, apostolico præsidio communimus, prout locorum, temporum, et personarum qualitatibus debite pensatis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Rex catholicus Pontificem adiit, ut quæ a ministro generali decreta fuerant confirmet.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum Nobis fuit, quod cum nonnulli fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provinciæ Castellæ perfectioris vitæ, ac salutis animarum zelo flagrantes, non solum ejusdem ordinis constitutiones tam generales, quam peculiariter editas pro eadem provincia adamussim exequi, sed etiam sacras missiones peragere desiderarent, hac de re ipsi designationem alicujus conventus dictæ provinciæ, in quo cum regularis observantia, tum quoque studium ad apostolicum munus hujusmodi rite, sancteque obeundum maxime necessarium vigerent a quondam Paulo a Colindres tunc temporis ministro generali dicti ordinis petierunt. Idem vero Paulus pio huic desiderio annuere, eorumque vota fovere volens per suas literas ad illius definitorium provinciale conscriptas conventum Turritanum ad hujusmodi effectum designavit, atque insuper nonnullas peculiares ordinationes utrumque finem respicientes pro conventu prædicto edidit, quarum tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor ordinationum confirmandarum.

§. 3. Frater Paulus a Colindres minister generalis, licet indignus, totius ordinis minorum sancti patris Nostri Francisci Cappuccinorum venerandis admodum, dilectisque in Christo patribus, et fratribus nostri Turritani conventus in alma nostra utriusque Castellæ provincia salutem in Domino Nostro Jesu Christo.

§. 4. Cum nonnulli ex religiosis nostræ almæ utriusque Castellæ provinciæ zelo flagrantes Nobis proposuissent, quod ad majorem Dei gloriam, animarum utilitatem, ejusdem provinciæ honorem, solatiumque plurimorum religiosorum, qui magno spiritus fervore desiderant non solum observare majori, qua possit puritate nostram seraphicam regulam, ordinis constitutiones, statuta generalia, et a Nobis specialiter edita ad promovendam in eadem provincia perfectiorem observantiam; sed etiam missionandi munus exercere, valde interesset aliquod cœnobium designare in quo simul cum illa observantia vigeret studium ad tam apostolicum opus peragendum maxime necessarium. Operæ prætium existimavimus, et quidem muneri nostro intrinsecum tam justis, piisque votis non tantum annuere, verum etiam fovere, et, ut in lucem prodeant, totis viribus elaborare; quapropter cum jam per literas nostras ad definitorium provinciale designaverimus nostrum Turritanum conventum cum guardiano, et fratribus pro nunc a nobis electis, et ex consequenti prædictus conventus debeat habere aliquas particulares ordinationes utrumque finem respicientes, ita ut alter impedimento alteri non sit, sequentes formamus.

Laudantur religiosi provinciæ Castellæ.

§. 5. = I. In primis debet in supradicto conventu reduci ad praxim prior seraphicæ præmissæ regulæ, et ordinis constitutionum observantia, consequenterque generalium ordinationum, quas Romæ dedimus in initio Nostri officii, et earum pariter, quas amor erga nostram utriusque Castellæ provinciam dictavit; et juxta in his omnibus contenta, ita obligationi completorii, orationis mentalis, et matutini suis statutis temporibus satisfieri debet, ut nullatenus alterare liceat, uti nec cætera, quæ ad perfectam observantiam chori, cultusque divini spectant.

De reducendis ad praxim regulis, et constitutionibus ordinis.

§. 6. = II. Observanda pariter sunt respective, et indispensabiliter omnia, et singula, quæ circa sanctam paupertatem in prædictis ordinationibus tractantur, et exponuntur; ac per consequens nulli ex fratribus liceat accipere denarium, vel pecuniam ratione missarum, vel prædicationis, nec quidquam aliud etsi gratis fuerit donatum, vel oblatum

De paupertate colenda.

suo privato usui, et suo arbitrio disponat. Et in mendicatione rerum necessariarum uti panis, oleum, cera, et alia hujusmodi, nonnisi in sua specie quærantur, quin denarium, vel pecunia ullo prætextu admittatur; nam si cum zelo sancto fiat talis mendicatio fidens in divina providentia, et in adimpletione nostrorum munerum fideles fuerimus, absdubio fidelis etiam erit ipse Deus, qui dixit: *Jacta curam tuam in Domino, et ipse te enutriet: quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis.*

De recursu habendo ad personas devotas, et amicas.

§. 7. = III. Fortassis vero si rerum in sua specie mendicatio, subveniendis necessitatibus, non sufficerit, poterunt tunc fratres ad personas devotas, quas amicos spirituales nostra regula vocat, accedere, eisque repræsentare necessitatem, aut necessitates, quas patiuntur, ut illis subveniant; eo enim in casu licitus erit talis recursus, modo observentur modi, et cauthelæ a Nicolao III., et Clamente V. propositæ, quibus cum regula in sua puritate manet illæsa. At vero quando nec hoc sufficiens erit, licebit accipere determinatum numerum missarum, cujus stipendium sufficiat ad subveniendum tali necessitati, vel necessitatibus.

De modo servando in recursibus hujusmodi.

§. 8. = IV. Ut autem in hoc nullus interveniat excessus, nullaque anxitudo, sive animi angor occupet superiorem vel propter excessum, vel propter defectum in necessariis, volumus, ut coram quatuor patribus familiæ antiquioribus (quos in hunc finem, et alios, qui occurrere possint, in commissarios, seu conjudices assignamus) exponatur fideliter præsens necessitas, et suffragiorum pluralitate, omnibus bene perspectis, non solum veritas necessitatis, ut cum puritate regulæ recursus ad amicos spirituales fieri possit, judicetur; verum etiam casu, quo ad acceptionem missarum pervenire contingat, determinetur earum numerus, quarum stipendium necessarium, et sufficians sit pro tali necessitate subvenienda; et in celebratione missarum omnes, etiam superior, æqualiter, et nullo excepto, concurrere debent, ita ut si aliquis, vel aliqui abfuerint quacumqua ex causa, etiam missionandi, moneantur quamprimum fieri possit, ut satisfaciant celebrationi earum, quæ ad ipsos pertineant.

De communione non fraudanda.

§. 9. = V. Est expressa voluntas nostra conformis nostræ seraphicæ regulæ, praxique apostolorum, et omnium primitivæ Ecclesiæ fidelium, ut omnia sint in communi, et nihil in particulari, seu ad usum privatum alicujus, præter habitum, chordam, fœmoralia, et sandalia, nullusque rem vel minimam, vel particulari usui retinere audeat; et ut hæc nostra determinatio suum possit effectum sortiri, omoiaque præcludantur effugia, providere debet pater guardianus suis subditis, et quidem vigilantissime, nedum sufficiens alimentum, sed etiam fœmoralia, sudariola paupercula, sed honasta, sandalia, et alia hujusmodi, secundum uniuscujusque necessitatem. Sin vero guardianus in hac parte fuerit omissus, moneantur commissarii prædicti, et his non audientibus, quod non credimus, notam faciant hanc omissionem vel reverendo patri provinciali, vel nobis ut providcatur.

Quod nemo in proprium commodum quidquam convertat, nisi de licentia guardiani.

§. 10. = VI. Sicut decrevimus, et quidem juste, ut omnibus, et singulis fratribus, quæ fuerint necessaria præstentur, sic pariter volumus, et pari jure statuimus, ut nemo religiosorum accipiat aliquid, quamvis licitum, honestum, et in sua specie (uno verbo dicemus, nequidem pomum) quod non tradatur patri guardiano, ut æqualiter dividat inter omnes: et cum sciamus non omnibus aliqua esse necessaria, sed tantum aliquibus, verbi gratia tabaccum, decernimus, quod hoc parter pro communi habeatur; unde si acciderit, quod alicui ex fratribus aliquod ex hac specie donatum fuerit, debet illud tradere superiori, ut inter vere indigentes distribuatur; si vero gratis non possit haberi, et aliqui fratres illo indiguerint, supposita facultate reverendi patris provincialis poterit pater guardianus cum consilio patrum commissariorum recurrere ad amicos spirituales, sive ad procuratorem, quo mediante, et modo in supradictis nostris ordinationibus assignato, his necessitatibus provideatur. Circa chocolatum volumus etiam, ut si aliquis illud largiatur sive communitati, sive alicui in particulari, pater guardianus illud distribuat inter illos tantum, qui decimum adimpleverint annum in religione.

Ordinationes circa exercitium missionum.

§. 11. = VII. Cum duplex sit finis, ad quem deligitur, seu designatur erectio formalis nostri conventus Turritani, pura videlicet observantia, et missionandi munus in animarum utilitatem; et in ordinationibus præcedentibus de his, quæ ad consecutionem primi spectant, egerimus; superest, ut etiam de his, quæ opportuna judicamus, ut secundus obtineatur, agamus.

In singulis enim, quibusque hebdomadis habeantur post vesperas per spatium unius horæ conferentiæ hoc ordine, et frequentia: ab adventu scilicet usque ad pascha resurrectionis Domini duabus diebus, quæ poterunt esse feria secunda, et sexta: a dominica vero in albis usque ad adventum tribus diebus, quæ poterunt esse feria secunda, quarta, et sexta; et cum instructio confessariorum, et eorum, qui in missionandi opere se se exercere desiderant, sit finis, in quem prædictæ conferentiæ principaliter diriguntur, perspicuum est, quod earum materia debeat esse moralis, et præcipue de illis casibus, qui frequentius occurrere solent, ut sunt impedimenta occulta ante, vel post contractum matrimonium, revalidatio matrimoniorum, confessiones sacrilegæ, invalidæ, vel dubiæ, usuræ, contractus etc. et etiam aliquibus diebus alternatim, poterit esse materia conferentiarum sacra scriptura, mystica theologia, et historia ecclesiastica, ita tamen, ut utilitati, non curiositati deserviant. Ut autem hæc desideratum habeant effectum, volumus, ut pluralitate suffragiorum sacerdotum familiæ (quæ secreto ferentur) eligatur unus, qui sit præses conferentiarum, et dum hic abfuerit, eligatur eodem modo alius, qui in ejus locum sufficiat, cujus muneris erit et assignare materiam, et casus discutiendos in conferentiis, ex auditis omnium sententiis, decernere quid agendum, vel sentiendum secundum sententiam probabiliorem, sicuti in præcitatis nostris ordinationibus statuimus.

Quod antequam missionarii mittantur ad prædicationem, habeant exercitationem eorum præpositato.

§. 12. VIII. Cum etiam plurimum intersit missionarios, ut pro dignitate suo muneri satisfaciant, priusquam ad populos sermonem habeant coram communitate exercitari in doctrinæ christianæ explicatione, nam quilibet in hac materia error sive per excessum, sive per defectum haud læve animabus præjudicium posset afferre; volumus, et statuimus, ut in uniuscujusque hebdomadæ feria v., aut sabbatho inter prandium, et coram omnibus religiosis per dimidiam horam explicetur doctrina christiana eadem forma, et modo, quo inter missionandum populis tradi solet; quam explicationem omnes suo ordine tradere teneantur, præter guardianum, qui pro suo libitu explicabit, aut secus. Volumus itidem, ut qui præses conferentiarum fuerit, idem met sit, qui ab una hebdomada in aliam assignet materiam doctrinæ christianæ, et qui explicaturus est; ac demum, ut post explicationem unumquemque moneat cum amore, et charitate de defectibus, quos annotaverit ab ipso commissos, sive in ipsius doctrinæ substantia, sive in compositione, sive in modo dicendi.

De silentio servando.

§. 13. IX. Ut tempus studio omnibus tam necessario dicandum, a nemine impediatur, statuimus ut indispensabiliter observetur silentium in constitutionibus ordinis præscriptum, et dumtaxat post prandium, usque ad signum, quo indicitur silentium, et æstivo tempore post cœnam ad salutationis angelicæ pulsationem usque, licebit fratribus colloqui, nisi aliquid necessarium occurrerit; tunc enim stando, breviter, et submissa voce explicabitur. In eumdem finem decernimus, ut præter guardianum, et ejus vicarium nullus in alterius cellam ingredi audeat. Si enim alicui aliqua necessitas occurrat, e cellæ limite poterit eam manifestare. Si tamen aliquis ad conferendum, consiliumve petendum longiori tempore indigeat, petet licentiam a prælato, qui assignabit illis chorum, sacristiam, vel alium locum publicum ad colloquendum; et super hoc tam prælato, quam subditis onus imponimus, ut suæ conscientiæ consulant, cum ex ejus observantia dependeat nedum quod uterque finis plene obtineatur, verum etiam, quod nulla detur occasio suspicionis, partialitatis, aut æmulationis.

Quod nemo religiosus e cœnobio egrediatur nisi de licentia superiorum, vel gravi intercedente necessitate.

§. 14. X. Abstractio a personis sæcularibus, et earum salutationibus est etiam maxime utilis; ea propter statuimus, ut e cœnobio nullus religiosorum egrediatur, nisi vocatus, et destinatus ad alicujus infirmi confessionem excipiendam, vel ad auxiliandum constitutis in agone, aut periculo mortis; exceptos tamen volumus a præsenti constitutione religiosos mendicationem hostiatim exercentes, et prælatum, cum urgens causa fuerit benefactores, sive aliam quamcumque personam invisendi; sicuti etiam excipimus alium quempiam religiosum, qui prælati nomine hoc ipsum, vel aliquod communitatis negotium agere debeat, licet adhuc ab his, quantum fieri possit, abstinebunt; siquidem, et amici spirituales ædificationem accipiunt a religiosis solitudinem amantibus, at iteratos exitus e conventu subnotant etiam in ipsis prælatis; et ob id ingressus in conventus interiora, et ascensus ad dormitoria nullatenus concedatur sæcularibus, cum religiosus debeat descendere dum a janitore monitus fuerit, causa colloquen-

di cum sæculari, qui eum quærit, et vocat; et si fœmina vocaverit, caveat janitor ne moneat religiosum, quin prius renuntiaverit prælato, ab eoque veniam obtinuerit, quam concedet, vel negabit prælatus, prout tunc expedire videbitur.

De recreatione animi religiosis indulgenda.

§. 15. XI. Religiosos aliquam honestam recreationem habere æquum est, et spiritui, nedum saluti corporis congruens; quapropter concedimus, ut semel in hebdomada possit dimidiata communitas egredi vespere e cœnobio perambulandi gratia, remanentibus cæteris, ut definitis temporibus laudes divinas persolvant vel canendo, vel recitando horas, si pauci sint; et sequenti hebdomada poterit altera dimidiata communitas egredi, aliis pariter remanentibus ad frequentandum chorum, uti dictum est. Volumus enim talem recreationem assumi absque detrimento horarum, et orationis mentalis tempore statuto, et matutini hora duodecima nocturna, tam in hisce diebus, quam in aliis, in quibus intra claustra concedatur fratribus aliquod oblectamentum, vel noctu in calefactorium conveniant; et hoc oblectamentum nullatenus protrahetur ultra horam octavam, ut somnum sufficiens capere possint ante matutinum.

De tempore quo missiones incipiendæ sint.

§. 16. XII. Missionarii incipient suum apostolicum opus ab adventu (hoc enim tempus judicamus magis idoneum) et ut tanto muneri se preparent qui mittendi sunt, uti oportet, volumus, ut die trigesima junii, in qua celebratur commemoratio sancti Pauli apostoli, suffragiis communitatis eligantur duo in ministerio missionandi magis versati, quorum uterque possit, prout maluerit, designare sibi aliquem socium ex his, qui minus exercitati fuerint, et præter hos quatuor, cæteri in conventu remaneant. Et considerantes quanti sit laboris, quantique momenti hoc apostolicum opus, et peroptantes, ut quantum ad Nos attinet, præstet in animarum utilitatem omnem effectum, volumus, ut qui mittendi sunt ad missionandum per mensis spatium ante expeditionem celebrent sacrificium missæ inter primam, gaudeantque immunitate horis minoribus assistendi; et per octo dies tam ante egressum, quam post regressum absolvantur ab omni choro; sciant tamen quod ante quadragesimam regressuri sunt in cœnobium ita indispensabiliter, ut nullo modo, nec titulo sui muneris prosequendi, nec precibus populorum, aut personæ cujuscumque sit conditionis, aut dignitatis audeant contra hanc ordinationem diutius immorari. Sed excipiendi sunt ab hac regula, qui vocati fuerint a reverendo patre provinciali, ut Matriti suum missionandi opus exerceant tempore quadragesimæ, uti apud nostrates tunc temporis singulis annis tale opus exercetur; hi enim poterunt illic permanere usque ad triduum paschatis resurrectionis Domini inclusive, quo peracto redeant ad claustra, ut jugum clausoræ, et observantiæ iterum subeuntes, spiritus reviviscat, et augeatur, uti volebat seraphicus P. N. S. Franciscus; et in sequentem annum eligentur prædicto die alii duo missionarii, ut simul cum sociis, qui saltem non erunt iidem ac præcedenti anno fuerunt a missionariis designati, ab adventu ad quadragesimam exerceant in populis suum apostolicum ministerium.

De immunitatibus prædicatoribus concedenda.

§. 17. = XIII. Si demandentur sermones quadragesimales poterunt prædicari; sed nullus religiosorum illos admittat absque prævio consensu patris guardiani, et commissariorum, quem nullo modo præstabunt, si obstare prævideant choro, et observantiæ regulari, quia hæc omnibus est præponenda. Religiosi nunquam e conventu egrediantur nisi bini juxta assignationem a patre guardiano factam, quod quidem intelligi debet etiam de prædicatoribus, de quibus nunc: et hi ante, et post quadragesimam, vel majorem hebdomadam, si de hac solum fuerint conciones, gaudeant immunitate missæ, et horarum minorum, uti in eadem provincia moris est; sed remigrandum ad conventum sciant post triduum paschæ indispensabiliter. Sciant pariter tam isti, quam missionarii, quod quamvis absolvantur a choro modo, et tempore supra annotatis, non tamen ab assistentia conferentiarum, et explicationis doctrinæ christianæ; his enim exercitiis adesse debent sicuti etiam orationi mentali, quæ matutino tempore habetur. Conciones, quas panegyricos dicunt, vel non admittantur, vel admissæ si excusari non possint, componantur, et recitentur juxta mentem S. P. N. Francisci: hoc est non ad applausum, sed ad gloriam Dei, et sanctorum, ad animarum utilitatem, et ædificationem populi.

De stipendio non recipiendo pro remuneratione prædicationis.

§. 18. = XIV. Quoniam dubitare aliquis poterit, obstet ne puræ regulæ observantiæ admittere eleemosynam, qua remunerari solent prædicatores tum in quadragesima, tum in hebdomada majori, aut in aliis concionibus decla-

ramus, quod si talis remuneratio fiat mediante denario, vel pecunia, nullatenus accipiatur, sed moneant talia largientes nobis interdictam esse talem receptionem, et quidem præcipue in stipendium prædicationis, aut alterius cujuslibet spiritualis obsequii: sin autem eleemosyna, vel remuneratio sit in specie illarum rerum, quæ communitati sunt necessariæ poterit admitti, non ut stipendium, sed ut spontanea remuneratio, seu aleemosyna. Advertendum tamen, quod si communitati sit aliquid necessarium propter quod sit licitus recursus ad benefactores, seu amicos spirituales, et mendicatione invaniri non possit, ut oleum, cera etc. vel in conventu sint aliquæ ruinæ reficiendæ, vel aliqua ornamenta sacra necessario emenda, tunc licebit proponere illis talem necessitotem, cui si occurrere voluerint, poterunt applicare in hunc finem eleemosynam, vel per semetipsos, vel per alios, prout ipsis magis placuerit; si vero respondeant, se nec posse, nec scire cui hoc negotium committatur, proponatur illis aliqua persona, quam fideliter executuram magis credatur. Totum enim hoc est juxta declarationem Nicolai III: et oportet, ut ita fiat, ne onerosi reddamur amicis spiritualibus, quando sine ipsorum molestia necessitatibus subveniri potest.

Excepta pecunia, cætera ad usum vitæ necessaria recipi poterunt.

§. 19. = XV. Tandem quia dubitori fortasse poterit sit nec ne conforme prædictæ puræ observantiæ patere eleemosynam (vulgo hornazo) qua in oliquibus populis solet remunerari concionator post quadragesimam; declaramus, quod sicut mendicatio omnium rerum nostræ sustentationi, vestitui, et exequutioni munerum nostrorum competentium conformis est nostræ seraphicæ regulæ, uti declaravit Nicolaus III., ita conformis arit puritati ipsius petitio talis eleemosynæ, dummodo quidquid accipitur sit comestibile, aut in specie assignatis finibus convenienti, verbi gratia, linteum, mappula etc., et nequaquam accipiatur pecunia nec per ipsum concionatorem, nec per illos, qui ipsum comitantur.

De confessariis eligendis, quos inter deputandus hebdomadarius.

§. 20. = XVI. Singulis quibuscumque hebdomadis designabitur unus ex confessariis, cui incumbat excipere confessiones omnium, qui accedant, aut illorum, quos moneatur quærere confessorem non determinatum: et ne quis subterfugere audeat, neque onus, neque oneris promptam expeditionem, incipiat pater guardianus, quem suo ordine sequentur omnes; et tales confessarii in hebdomada, quæ ad illos spectat, celebrent inter primam sacrificium missæ, et absolvantur in choro ab illis horis, in quibus ad confessionem incumbont; cæterorum vero nullus gaudeat hoc privilegio, quia omnes debent divinis laudibus interesse, exceptis illis diebus magni concursus pœnitentium, in quibus superior designabit alium confessarium, vel alios, prout, attento concursu, magis videbitur.

De discessu concedendo ægrotantibus in aliquo monasterio.

§. 21. = XVII. Si aliquis ex religiosis prædicto cœnobio nunc assignatis, et in posterum assignandis diutius in eo commorari noluerit propter defectum salutis, vel aliam ob causam, scribat reverendo patri provinciali, ut sua obedientia in aliud possit migrare. Similiter, quando aliquis ex prædictis religiosis notabiliter violaverit præsentes ordinationes, pater guardianus per literas a conjudicibus subscriptas, et in quibus exponantur defectus, moneat reverendum patrem provincialem, et petat, ut in aliud cœnobium immigrare faciat, quo renuente, vel nimium procrastinante, renuntietur nobis, ut provideamus.

De non recipiendis in cœnobio nisi de consensu majoris partis commissariorum.

§. 22. = XVIII. Ne autem oleum, et operam perdamus, sed potius omnia ad exitum perduci possint, ut exoptamus; decernimus, ut religiosorum nullus, qui nunc in prædicto cœnobio habitant, et in posterum habitaturi, ex eo in aliud egredi cogatur, nisi in scriptis petierit ipse; neque in aliud mittatur ullus, nisi præviis ipsius supplicatione, et consensu patris guardiani, qui minime illum præstabit, donec major pars commissariorum, seu conjudicum in receptionem, omnibus bene perspectis, consentiat. Hi autem, et potar guardianus omni receptioni præmittant serium, et grave judicium dotium seu circumstantiarum petentis: et in hoc attendendum sciant, non tantum, quod ad missionandum polleat ingenio, sed quod habeat spiritum ad conservationem puræ observantiæ; cui maxime consulendum, utpote quæ principaliter in præfato cœnobio intenditur; unde excludendos putamus, qui tali spiritu carent, quamvis ad missionandum gaudeant talento; et e contra eligendos volumus, et declaramus, qui quamvis tali talento non polleant, gaudent tamen spiritu, cæterisque dotibus necessariis ad conservationem puræ observantiæ. Hoc ipsum, et quidem, potiori jure, observatum volumus circa

religiosos jam existentes, quorum excludatur nullus, neque in aliud cœnobium mittatur, præcise quia inhabilis ad missionandum, modo ad conservationem puræ observantiæ aliunde idoneus censeatur; hi enim domi manentes, uti etiam religiosi laici, si suis privatis muneribus satisfaciant, utiliores erunt, et in animarum salute meliorem partem, quam vel ipsi missionarii forte obtinebunt, uti in hunc finem interpretabatur S. P. N. Franciscus illud 1. reg. in cap. 2. = *donec sterilis peperit plurimos, et quæ multos habebat filios, infirmata est* = nec minori afficientur præmio, si, dum fratres, et socii incumbunt saluti animarum, earumque liberationi a captivitate infernalium amalecitarum, incumbant et ipsi domi manentes satisfactioni munerum omnibus communium, et conservationi puræ observantiæ: æqua enim pars erit descedantis ad prælium, et remanentis ad sarcinas; et similiter divident. 1. reg. cap. 30. v. 12.

De mutua dilectione servanda

§. 23. = XIX. Cum accidere possit, ut post vacationem officii guardiani, aut vicarii, quia vel obierunt, vel justis de causis privati fuerunt, supersint adhuc sex menses, aut amplius usque ad celebrationem capituli provincialis, vel congregationis intermediæ; et cum etiam possit accidere, ut inter religiosos prædicti conventus, ex quibus, et non ex aliis, deligendus est pater guardianus, et similiter ejus vicarius, adsit nullus, qui servato ordine tripartitæ, in demortui, vel privati locum subrogari possit, in hoc casu primo quoque tempore renuntietur nobis, ut quid tunc conveniat, declaremus, vel provideamus. Super omnia autem mutuam inter religiosos charitatem commendamus verbis sancti Joannis apostoli: *Fratres diligite alterutrum*: itaut se invicem ament, se invicem adjuvent, et juxta mentem apostoli ad Galatas = *alter alterius onera portate* =, se invicem sufferant, et infirmitates mutuo sustineant, considerantes omnes nos ejusdem corporis esse membra, cujus caput est S. P. N. Franciscus, et verius, Jesus Christus Dominus noster, qui exemplum dedit dum viveret, ut diligeremus nos invicem, sicut et ipse dilexit nos. Commendamus etiam, et quidem serio, efficaciter, et impense curam fratrum infirmorum (quicumque sint), quorum saluti ut consulant, possint, quando necessum videbitur, recurrere vel ad pecuniam, ut sancta regula nostra monet: et cum moneat etiam, ut officia pietatis, quæ quisque vellet præstita sibi, præstet et ipse fratri suo in æquali necessitate, omnes religiosi visitent, solatium præbeant, amicaque, sancta, et prudenti conversatione infirmorum animum erigant, quod ut possint exequi, et exequantur, exclusas declaramus infirmorum cellas a prohibitione generali, in qua ingressus cellarum interdicimus religiosis. Hoc autem onus sciant pater guardianus, et vicarius principaliter ipsis incumbere; unde non solum debent frequentius invisere infirmos (bis saltem, aut ter singulis quibusque diebus) sed etiam designare aliquem religiosum, vel choristam, qui subministret illis omnia necessaria, sicuti nostri præscribunt ordinis constitutiones. Et largientes vobis omnibus amore quidem paterno nostram benedictionem, quam Deus optimus corroboret, suoque potenti brachio extendat super suos apostolicos viros, ut rata habeantur hæc omnia, sic statuimus, subscripsimus, et signare fecimus sigillo nostri officii in hoc nostro conventu Maguntiæ tertio decimo kalendas decembris, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo quinto.

Fr. Paulus minister generalis licet indignus.

Loco ✠ sigilli.

Approbatio apostolica ordinationum a ministro generali editarum.

§. 24. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipse Karolus rex ordinationes hujusmodi a memorato Paulo ministro generali, ut præfertur, editæ quo firmius subsistant, et non solum in proprium eorumdem fratrum, verum etiam aliorum christifidelium bonum, et utilitatem exactius, et perpetuo serventur, apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret. Nos piis, ac laudabilibus, et catholico rege dignis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, libenter annuere volentes, eorumdemque fratrum singolares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus nomine ipsius Karoli regis Nobis humilitar porrectis inclinati, præinsertas ordinationes a dicto Paulo ministro generali, ut præfertur, factas, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritata apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmita-

tis robur adjicimus, et omnes, et singulos juris, at facti, ac solemnitatum quarumcumque in similibus etiam de necessitate observandarum, aliosve quoslibet etiam substantiales defectus, si qui in præmissis quovis modo intervenerint, supplemus, et sanamus.

Quidquam in illis variari inconsulta sancta Sede prohibetur.

§. 25. Mandantes propterea omnibus, et singulis conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi superioribus, fratribus, et personis nunc, et pro tempore quandocumque existantibus, ut omnia, at singula in præinsertis ordinationibus contenta, et expressa ad amussim omnino observent, at exequantur, et ut ab aliis observentur diligenter curent, et faciant; nec quidquam in eis a quoquam cujusvis dignitatis, et auctoritatis existat, mutari, alterari, aut revocari quovis modo posse, inconsulta Sede apostolica, prohibemus omnino, ac interdicimus. Itaut si dubium oliquod in posterum super earum interpretatione, et executiona ullo unquam tempore oriri contingat, pro dubio etiam hujusmodi declarando, ac definiendo, et tollendo, ad Sedem apostolicam prædictam semper omnino recurendum esse volumus, præcipimus, et jubemus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 26. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia pleuissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales atiam de latere legatos, Sedisque apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultote, et auctoritate, judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 27. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, conventus, provinciæ, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ao aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, at innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die sexta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

XC.

Dat. die 7. Septemb 1770 Anno II.

Supprimitur monasterium monialium ordinis sancti Augustini loci Vighizzoli Derthonensis diœcesis, et ejus bona applicantur paræciis, et seminario ecclesiastico, ejusdem civitatis Derthonensis.

Venerabili fratri episcopo Derthonensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius moderuus promotor fiscalis curiæ episcopalis Derthonensis, quod cum monasterium monialium ordinis sancti Augustini in loco Vigbizzoli Derthonensis diœcesis non procul ab ipsa civitate constitutum gravibus, et frequentibus nbnoxium sit incommodis, ac periculis, cum propter loci solitudinem, tum proptar ejus propinquitatem arci, et munitionibus prædictæ civitatis. Hinc Nobis humiliter supplicari fecit, ut securitati, commodis, ac quieti dictarum monialium paterna solicitudine consulere, et in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Committitur episcopo, ut transferat moniales ad aliud monasterium ejusdem ordinis, accedente earum consensu.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tan-

tum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita relatione tua, et venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, prævia suppressione ejusdem monasterii, debitis servatis cauthelis, moniales in eo existentes ad alia monasteria dictæ civitatis, ejusve diœcesis libere, ac licite auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium transferre possis, et valeas, ita tamen, ut legitima, et capitularis acceptatio monialium ad quarum monasteria prædictæ moniales suppressi monasterii hujusmodi transferendæ erunt, accedat.

Et post receptionem in alio monasterio, juxta jam professam regulam eas vivere sinat.

§. 3. Ipsæ vero moniales sic, ut præfertur, translatæ nec novam probationem, nec professionem peragere debeant, sed juxta regulam sancti Augustini ab eis professam vivere pergant, servatis ceteroquin quantum fieri poterit constitutionibus monasteriorum, ad quæ dictæ moniales transferrentur in iis, quæ juxta datam tibi a Domino prudentiam, earum instituto minime adversari judicaveris.

Consulitur manutentioni ecclesiæ monasterii.

§. 4. Volumus autem, et auctoritate, ac tenore prædictis statuimus, et ordinamus, ut ecclesiæ monasterii prædicti consultum sit tam pro manutentione ejus fabricæ, quam pro satisfactione, et adimplemento onerum missarum, et legatorum piorum, quæ juxta testatorum respective dispositionem in eadem ecclesia sunt adimplenda.

Redditus autem monasterii seminario Derthonensi applicantur, lege adjecta de congrua monialibus substentatione præbenda.

§. 5. Præterea ædificium dicti monasterii, ejusque bona, redditus, et jura quæcumque, detractis congruis assignamentis infradicendis, et adimplemento onerum, et legatorum piorum, in eo quod supererit seminario Derthonensi applicari posse concedimus, et indulgemus, ea tamen lege, ut ex fructibus eorumdem capitalium, sic, ut præfertur, unitorum, et applicatorum congruum assignamentum unicuique ex prædictis monialibus, quod pro eorum substentatione, atque alimentis monasteriis, ad quæ ipsæ erunt transferendæ, earum vita naturali durante, solvi, et præstari debeant juxta modum, et taxam, quam pro rerum circumstantiis præferire indicaveris. Defectis tamen monialibus, seu majori earum parte, volentes quoque parochialium ecclesiarum indigentiis prospicere, hinc, ut postquam idem seminarium de omnibus expensis reintegratum fuerit, bona prædicta favore earumdem ecclesiarum parochialium, dummodo paupercs sint, et aliorum locorum piorum, subventione tamen indigentium, præservata etiam aliqua portione favore seminarii prædicti, perpetuo applicare, et unire possis, et valeas, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, idque nunc pro tunc a te fieri volumus, et jubemus, salva tamen in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares pro plena executione concessionis elargitæ.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac monasterii, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 25. Septemb. 1770 Anno II.

XCI.

Dilectæ in Christo filiæ Mariæ Constantiæ Marin de Pobeda marchionissæ de Cañada Hermosa nobili sancti Jacobi de Chile, seu alterius civitatis, vel diœcesis, conceditur usus privati oratorii.

Clemens PP. XIV.

Dilecta in Christo filia salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor gratiæ cum suis reservationibus.

§. 1. Spirituali consolationi tuæ quantum cum Domino possumus benigne annuere, teque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, tuisque filiis, et descendentibus, sive masculis, sive fœminis, pro tempore tamen possessoribus majoratus de Asua, vel marchionatus de Cañada Hermosa in perpetuum, ut tam tu, quam ipsi, seu ipsæ, ut præfertur, in privatis domorum tuæ, et eorum, seu earum respective habitationis in civitate, et diœcesi sancti Jacobi de Chile existen., oratoriis ad hoc decenter muro extructis, et ornatis, seu extruendis, et ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis per Ordinarium loci prius visitandis, et approbandis, unam missam pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri concessa non fuerit, per quemcumque sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum sæcularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, sine tamen quorumcumque jurium parochialium præjudicio, ac paschatis resurrectionis, pentecostes, et nativitatis Domini nostri Jesu Christi festis diebus exceptis, in tua, ac respective eorum, seu earum illorumque, seu illarumque natorum consanguineorum, et affinium secum insimul in eadem domo habitantium, familiæque, et quoad oratoria ruri existentia etiam in hospitum nobilium præsentia celebrari facere libere et licite possis, ac valeas, ac ipsi, seu ipsæ respective possint, et valeant auctoritate nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxv. Septembris MDCCLXX. pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 9. Novemb. 1770 Anno II.

XCII.

Indulgetur, ut in civitate, et diœcesi Oxomensi festum sanctissimi rosarii in dominica prima octobris sub ritu duplici primæ classis celebretur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis Oxomensis, quod cum in loco Caleruega nuncupato ejusdem diœcesis ortum habuerit sanctus Dominicus de Guzman ordinis prædicatorum fundator, qui et canonicus quoque extitit ejusdem cathedralis ecclesiæ, ac recitationem sacratissimi rosarii instituit, hinc dicti exponentes, ut festum sub nuncupatione rosarii in dicta civitate, et diœcesi Oxomensi majori, ac solemniori modo in posterum peragatur, et celebretur, festum hujusmodi sub ritu duplici primæ classis prima dominica cujuslibet mensis octobris in civitate, et diœcesi prædicta celebrari posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. — Expositio precum.

§. 2. Nos igitur votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in posterum festum hujusmodi sub nuncupatione rosarii anno quolibet prima dominica mensis octobris in dicta civitate, et diœcesi Oxo- — Concessio gratiæ

mensi sub ritu duplici primæ classis celabrari possit, et debeat, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium statuimus, præcipimus, et mandemus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existera, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, at inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, et generalibus, ac provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

XCIII.

Datum die 20 Novemb. 1770 Anno II.

Indulgentiæ assequendæ in festo sancti Josephi a Calasantio extenduntur etiam ad diem translationis festivitatis, pro locis, in quibus translatio ipsa celebrari contigerit.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur necessitas variorum locorum distinendi celebrationem festivitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Cajetanus a sancta Agnete modernus procurator generalis clericorum regularium congregationis pauperum matris Dei scholarum piarum nuncupatæ; quod in aliquibus ejusdem congregationis ecclesiis juxta varias locorum circumstantias festum sancti Josephi a Calasanctio ejusdem congregationis fundatoris non statuto die, sed dominico, aut alio ex septem diebus prædictum fastum immediate sequantibus celebrari solet; proptereaque ne christifideles spiritualibus indulgentiarum muneribus, visitantibus ecclesias præfatæ congregationis ob apostolica hac sancta Sede in festo ejusdem sancti elargitis, privati existant; idem Cajetanus a sancta Agnete Nobis humiliter supplicare fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et ideo providetur per ampliationem gratiæ super concessione indulgentiarum.

§. 2. Nos itaque ad augendam fidelium religionem et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentis et confessis ac sacra communione refectis, qui de cætero aliquam ex ecclesiis dictæ congregationis, in quibus ob locorum circumstantias festum dicti sancti Josephi variari solet, ut præmittitur, dia quo festum hujusmodi ibidem respective celebrabitur, devote visitaverint, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, ut plenariam indulgentiam, et peccatorum remissionem alias in festo prædicto impertitam, servata tamen in reliquis literarum super concessione hujusmodi emanatarum forma et dispositione, consequi valeant, concedimus et indulgemus; quam plenariam indulgentiam, et peccatorum remissionem ad ecclesias pariter, quas clerici regulares congregationis prædictæ regere, aut administrare solent, auctoritate apostolica tenore præsentium ut supra extendimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu procuratoris generalis prædictæ congregationis pro tempore existentis, et sigillo dictæ congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xx. novembris MDCCLXX. pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 21. Novemb. 1770. Anno II.

XCIV.

Confirmatio indultorum concessorum monialibus ordinis Carmelitarum excalceatarum super recitatione matutini non repetenda.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Religiosæ sacrarum virginum, quæ fugiendo mundi hujus blandimenta divinis obsequiis se manciparunt, tranquillitati consulere jugiter studentes, illa, quæ a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris ad earum animos a quocumque scrupoli timore levandos decreta fuisse noscuntur, dum id a Nobis petitur, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio roboramus, ut ita absque scrupulorum timore, omni cum quieta ipsæ viventes majora in dies cœlestis gratiæ, Deo donante, suscipiant incrementa.

Expositio concessionis factæ a Clem. XII.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ priorissa, et moniales monasterii sancti Dionysii Parisiensis civitatis, vel diœcesis ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatarum nuncupatarum, quod alias felicis recordationis Clemens pp. XII. prædecessor Noster supplicationibus quondam Philippi a sancto Nicolao tunc temporis generalis ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum inclinatus omnibus monialibus ordinis hujusmodi concessit, atque indulsit, ut ipsæ, quoties propter supervenientem somnum in recitatione matutini per earum constitutiones apostolica auctoritate confirmatas præscripta, quæ hora noctis admodum incommoda fieri solet, illud integre minime dixissent, omnes defectus hac de causa ab eis in recitatione hujusmodi incursos apostolica auctoritate supplebat, illasque a nova, sive integra, sive partiali dicti matutini recitatione absolvebat, injuncto insuper, ut omnem quoad rem hanc scrupulum ipsæ deponerent.

Provisio capta a Bened. XIV. pro quiete conscientiarum monialium super dispensatione a nova recitatione matutini.

§. 3. Postmodum vero Rinaldus Maria a sancto Josepho in generalis hujusmodi munere successor supplices porrexit preces recolentis memoriæ Benedicto pp. XIV. itidem prædecessori Nostro, ad hoc ut ea, quæ vivæ vocis oraculo idem Clemens prædecessor memorato Philippo generali dixerat, scripto mandarentur; ipse autem Benedictus prædecessor omnes facultates opportunas, et necessarias eidem Rinaldo Mariæ generali suo rescripto concessit, quarum facultatum vigore die ix. aprilis MDCCLIII. ipse Rinaldus Maria ad omnia monasteria ordinis hujusmodi suas epistolas misit, quibus non solum moniales ab omni defectu præmissa de causa incurso absolvebat, cum eis super nova recitatione sive partis, sive totius matutini dispensando; sed etiam quia ipse noverat, quod pro majori suarum conscientiarum quiete dictæ moniales desiderabant, ut aliqua alia vocalis oratio subroganda esset, hinc absolutioni, et dispensationi hujusmodi quoad illas moniales, quæ de satisfactione dubium habuissent, onus ipse addidit recitandi per quinque vices orationem dominicalem, et salutationem angelicam, addita tamen declaratione, ut omnis via timori, novisque scrupulis præclusa esset, quod easdem moniales recitationi dictarum precum graviter obligare non intelligebat, ac alias prout in ejusdem Rinaldi Mariæ epistolis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Preces porrectæ pro confirmatione concessionis factæ a prædictis Pontificibus quæ indulgetur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictæ exponentes præmissa omnia a memoratis Clemente, at Benedicto prædecessoribus, ut præfertur, concessa, et indulta, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsas exponentes, ac præsertim dilectissimam in Christo filiam Nostram Aloysiam Mariam regiam Galliarum principissam, quæ raro quidem christianæ pietatis exemplo, regiæ aulæ splendorem relinquens, et terrena omnia blandimenta despiciens totam se Deo in eodem monasterio, et ordine dicavit, specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac earumdem exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præmissa omnia ab eisdem Clemente et Benedicto prædecessoribus Nostris, ut præfertur, con-

cessa, et indulta, atque a dicto Rinaldo Maria suis epistolis scripta, et declarata, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis, et monasterii ejusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima prima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 24. Novemb. 1770. Anno II.

XCV.

Allocutio habita in consistorio secreto, qua renovatam necessitudinem et officiorum consuetudinem fuisse cum fidelissimo Portugalliæ rege nunciatur.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles Fratres

Proemium.

§. 1. Non sine divino consilio evenisse putamus, venerabiles fratres, ut quæ vobis significare die vicesima hujus mensis decreveramus, ad hodiernam diem differre debuerimus. Hæc enim dies illa est, qua sex ab hinc lustris Noster in urbem adventus Nostrorum tum superiorum voluntate decretus fuit, auctoritateque ac jussu confirmatus. Hæc ipsa est dies, qua licet immeriti prorsus, ac renuentes, huic vestro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegio adscripti fuimus. Hæc postremo dies illa uuno est, quam elegit Dominus, ut exultemus, et delectemur in ea.

Laudes regis Portugalliæ.

§. 2. Quod enim certissime confidebamus, venerabiles fratres, vobisque receperamus, futura cumulatiora in dies præclara illa carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ et Algarbiorum regis fidelissimi in Nos studia, ejusque novis atque illustrioribus pietatis indiciis, ac in Ecclesiam meritis Nos una vobiscum perpetuo lætaturos, reipsa fuit id jam apertissime luculentissimeque comprobatum. Amplas ipsas spes, pollicitationesque nostras, pleniores etiam sunt atque uberiores rerum exitus consecuti. Egregia pristina illa inter Nos regemque fidelissimum non solum est redintegrata necessitudinum officiorumque omnium consuetudo, verum etiam admirabili quodam charitatis ac pietatis consensu major, quam unquam antea fuerat, stabilita ac roborata conjunctio. Cum hæc vobis futura prædiceremus, non incerta atque ex cupiditate ac desiderio nostro profecta divinatione, sed intimo ac firmissimo quodam judicio movebamur, gravissimis causis summaque ratione suscepto. Maximum ac certissimum habebamus fiduciæ omnis nostræ initium ac fundamentum, ipsum carissimi in Christo filii Nostri jampridem Nobis tot verissimis indiciis declaratum animum, illius religionem, pietatem, fidem cum singularibus suis, suorumque majorum, totiusque regiæ domus in hanc sanctam Sedem studiis conjunctam.

Suam jucunditatem exprimit Pontifex, et bona plurima, quæ ab hac christiani principis concordia expectanda sint, declarat.

§. 3. Sed quanquam in hæc intuentes optimos rerum omnium aventus jam tum cogitatione præciperemus, tamen allato nuper e Lusitania faustissimo nuncio tam inusitata ac tam incredibili jucunditate perfusi sumus, ut si nova, ac inexpectata ista Nobis accidissent, majorem capere lætitiæ fructum non potuissemus. Hoc verissime vobis affirmamus, illo auspicatissimo die nullum unquam Nobis neque jucundiorem illuxisse, neque lætiorem diem. Uno eodemque tempore obversabantur animo hæc omnia: optimi regis eximia ac singularis virtus, hoc præstantissimo opere immensa ad immortalem ejus nominis gloriam facta accessio, Ecclesiæ utilitas, apostolicæ Sedis dignitas, omnium bonorum plausus, ac in vos potissimum summa inde redundatura lætitia. Quæ singula ingentem jucunditatis causam afferebant, universa summi gaudii nostri magnitudinem mirum in modum cumulabant.

Laudes reginae Mariae Annae Victoriae fidelissimi regis uxoris, aliorumque qui adjutrices praebuere manus in subortis componendis dissidiis.

§. 4. Cujus igitur sapientia, religione, atque erga Nos pietate haec est animorum in Nos profecta jucunditas, quanta alacritate, qua mentis contentione danda a Nobis erit opera, ut eidem Nos memores, ut gratissimos, ut illius felicitatis, ac gloriae cupidissimos declaremus? Quae charitatis, atque amoris studia, quae laudis, honoris, atque existimationis ornamenta in eumdem erunt conferenda, quem gloriosissimi clarissimique facti auctorem esse agnoscimus? Sed in commemorendis egregiis illius de Nobis meritis minime sunt ab ipso disjungendae carissimae in Christo filiae Nostrae Mariae Annae Victoriae illius praestantissimae optimaeque conjugis reginae fidelissimae laudes. Cum illa eximiam regis aemulata voluntatem singularibus studiis exarserit, ut de Nobis, ac de Ecclesia universa praeclarissime mereretur, suaeque in Nos pietatis hoc praecipue tempore illustriora monumenta posuerit, summis a Nobis est et immortalibus commendationum et gratiarum actionibus exornanda. Pari praeterea animo in omnem regiam nobisque dilectissimam domum affectos Nos esse oportet, cujus ad veteres praecellentes virtutes accedunt inde nova nunc ac maxima gloriae, et in Nos meritorum incrementa. Quae vero et quanta esse debet nostra etiam de dilecto filio nobili viro comite de Oeyras fidelissimi regis secretario status laudum atque honorum praedicatio? Cujus praeter ceteras commendationes nunc maxime illustria erga Nos studii atque observantiae, et erga regem singularis obsequii ac fidei testimonia extiterunt. Perhonorifice itidem est a Nobis nuncupandus dilectus filius nobilis vir commendator de Almada ejusdem regis apud Nos minister plenipotentiarius, quem pios ac praeclaros regii animi sensus ad Nos saepe deferentem perlibenter excipimus, quemque ob suam in eo perfungendo munere operam ac diligentiam plurimi facimus. Demum omnes regiae civitatis ordines, ac omnis Ulysiponensis populus, qua erga Nos, et hanc beati Petri cathedram intima animi devotione flagraret, eximie gaudio illo, ac pene triumpho declaravit, quo elatus ac inflammatus fuit, cum regis exemplo, ejusque sapientissimo facto, ac ab omni posteritate commemorando ad suam erga apostolicam Sedem palam expromendam pietatem excitaretur.

Pro incolumitate regiae domus, optat

§. 5. Quae quidem omnia vobiscum, venerabiles fratres, pro ea quae inter Nos est conjunctione, communicanda nunc duximus, ut diffusiorem ac splendidiorem quodammodo laetitiam hanc nostram faciamus. Praestantissimo hoc fidelissimi regis opere existimate jucundissimum vobis esse munus impositum, ut gratum vestram, atque in illum studiosissimam voluntatem publicis etiam laetitiae signis praeferatis, ut omni laudum genere illum pro tam insignibus meritis prosequamini. Sed illam unam praeclarissimam atque expeditissimam gratiae referendae viam esse putate, si Dei benignitatem pro ipsius incolumitate, regiaeque domus gloria, regnique felicitate deprecari numquam desistatis.

Pontifex ut preces Deo mittantur.

Et publica vota fieri jubet.

§. 6. Nos profecto in id maxime semper incumbemus, ut in diee magis possit, quanta in ipsum sit charitatis, studii, atque amoris nostri magnitudo, cognoscere. Interea Deo optimo maximo pro collato Nobis suaeque Ecclesiae tam excellanti beneficio, quantas maximas possumus, gratiarum laudes publice persolvemus. Illuc vero summa paterni animi contentione effusissimae nostras ad Deum preces assidue dirigemus, illuc etiam populi hujus fidelissimum regem, ac omne lusitanum nomen summis laudibus extollentis, universaeque almae urbis Nostrae miro gaudio alatae vota convertemus, ut quanto ampliora sunt optimi regis de religione merita, tanto auctiores suas suique regni fortunae, atque copias, et verae ac solidae gloriae fructus divinae gratiae munere locupletiores esse intelligat.

XCVI.

Dat. die 24. Novemb. 1770. Anno II.

Declaratio super numero lectorum, qui suffragium ferre debeant in capitulis provinciae Castellae ordinis minorum sancti Francisci de Observantia.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Alias constitutiones editae super eadem materia memorantur.

§. 1. Alias Nos per nostras in simili forma Brevis die xv. junii currentie anni expeditas literas nonnullas reformationes in duodecim capitibus distributas, ac respicientes feliciorem statum studiorum fratrum provinciae Castellae ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in

quibus præ cæteris numerus quatuor studiorum hujusmodi ad duo tantum studia generalia, Toletanum nempe, et Complutense redactus fuit, apostolica auctoritate confirmavimus, et approbavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Tenor precum porrectarum.

§. 2. Nuper vero exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni commissarius generalis familiæ Ultramontanæ, minister, atque fratres definitorii provinciæ, et ordinis prædictorum, quod cum in eisdem reformationibus, seu novis statutis per Nos, ut præfertur, confirmatis, nulla facta fuerit mentio de iis, quæ quoad numerum lectorum constituta dudum fuerunt in capitulo generali ordinis hujusmodi habito anno MDCXII. in alma urbe, quibus pro familia Ultramontana cautum reperitur, ut octo lectores jubilati in qualibet provincia, duo nempe pro quolibet conventu, in quo vigeat studium theologiæ, jus habeant suffragium ferendi in capitulis ipsius provinciæ; hac de re attenta reductione omnium studiorum existentium in provincia Castellæ dicti ordinis ad duo tantum studia generalia in præfatis reformationibus, seu novis statutis præscripta, octo lectores jubilati antiquiores suffragium in posterum ferre minime valerent in capitulis provincialibus ejusdem provinciæ. Verum quia, sicut eadem expositio subjungebat, quamvis a memoratis reformationibus, seu statutis redactus sit numerus studiorum, nihilominus cum minime diminutus fuerit lectorum numerus, qui juxta præscripta in dicto capitulo generali requiritur in quatuor conventibus ad hoc, ut duo lectores antiquiores jubilati pro unoquoque ex conventibus hujusmodi suffragium ferre valeant in eisdem capitulis provincialibus; hinc dicti exponentes per eamdem reductionem studiorum theologiæ ad duo tantum studia generalia in dictis reformationibus præscriptam minime sublatum esse octo lectoribus jubilatis antiquioribus de numero nuncupatis præsentibus, ac futuris jus suffragandi in capitulis provincialibus dictæ provinciæ per Nos declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Jus conceditur etiam lectoribus jubilatis ferendi suffragium in omnibus capitulis provincialibus.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, eisdem nunc, et pro tempore existentibus octo lectoribus jubilatis, et de numero nuncupatis ordinis, et provinciæ hujusmodi, ut etiamsi per easdem reformationes, seu statuta a Nobis, ut præfertur, approbata, studiorum prædictorum numerus ad duo tantum studia generalia reductus fuerit, et in dicto capitulo generali anni MDCXII. præscriptum sit, ut duo tantum lectores pro quolibet conventu suffragium ferre valeant in capitulis suæ provinciæ, nihilominus ipsi jure ferendi suffragium in omnibus capitulis provincialibus provinciæ Castellæ prædictæ frui, potiri, et gaudere libere, at licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si studia theologiæ in quatuor distinctos conventus provinciæ hujusmodi, quemadmodum antea, ita et in posterum distributa fuissent, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, decernimus, at declaramus.

Clausulæ salutares pro plene effectu, et observantia constitutionum.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et

literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima quarta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

XCVII.

Dat. die 17. Novemb. 1770. Anno II.

Nosocomio civitatis Lucanæ attenta ejus gravi indigentia conceditur cum nonnullis pactis, et conditionibus in emphiteusim perpetuam monasterium de Frigionaria ordinis canonicorum congregationis Lateranensis existens in agro Lucano.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Bonus ille pastor æternus, qui humilitatem Nostram, nullo licet meritorum suffragio, ad ejus vicesgerendas in terris eligere dignatus est, præcipuam paternæ charitatis Nostræ solicitudinem assidue excitat, ut ad ea vigili studio intendamus, per quæ necessitatibus, et angustiis piorum locorum ad curandos pauperes infirmos, et filios infantes a suis genitoribus derelictos excipiendos provide, sancteque institutorum consulitur: quo circa in eorum conservationem, utilitatem, ac incrementum pastoralis officii Nostri partes interponere non prætermittimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii nobiles viri antiani, et vexillifer reipublicæ Lucanæ, quod publicum nosocomium Misericordiæ nuncupatum civitatis Lucanæ, quo ex universa Lucensium ditione gravi valetudine affecti confluunt, ac propterea projecti quoque infantes excipiuntur, aluntur que, iis angustiis modo urgetur, ac premitur, ut cum redditus deficiant, sumptusque in dies magis augeantur, ab extrema calamitate proxime abesse videatur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, nullus excogitari valeat modus, quo aliquod subsidium, auxiliumque suppeditari possit dicto nosocomio tot angustiis, ac necessitatibus undique presso; in agro vero Lucano extet monasterium canonicorum regularium ordinis sancti Augustini congregationis Lateranensis de Frigionaria nuncupatum a prædicta civitate Lucana per quinque circiter millia passuum dissitum, redditibus satis abundans, quod quidem monasterium, licet in ecclesiastica historia magnopere commendatum, dum restitutæ canonicorum regularium hujusmodi disciplinæ initia ab eo repeti debeant, et quamplurimi viri doctrina, et morum integritate illustres illinc prodierunt, nihilominus hisce temporibus, propter miram canonicorum regularium prædictorum paucitatem, fere in solitudinem rediit; hinc dicti exponentes opem, quam aliunde nosocomio prædicto comparare posse non sperant, ex bonis, ac redditibus monasterii hujusmodi per Nos concedi summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, serio perpensa qualitate nosocomii hujusmodi, tam animarum in primis saluti, quam publico bono omnium pauperum infirmorum, ac infantium admodum necessarii, auditisque prius super præmissis informationibus, ac relationibus bonæ memoriæ Joannis Dominici, dum vixit, archiepiscopi Lucani, ac venerabilis fratris Martini moderni in eodem archiepiscopatu successoris; motu etiam proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, prædictum monasterium Frigionariæ nuncupatum congregationis ca- Incorporantur canonici regulares agri Lucani, aliis existentibus in urbe, sub unico procuratore generali.

nonicorum regularium Lateranensium hujusmodi in agro Lucano, ut præfertur, existeos procuræ generali ouncupatæ eorumdem canonicorum regularium hujus almæ urbis Nostræ perpetuo unimus, adnectimus, et incorporamus, ac procoratorem generalem pro tempore existentem ipsius congregatioois io verum abbatem, dominumque directum ejusmodi monasterii perpetuo pariter coostituimus, et declaramus.

Et bona concedantur nosocomio pro canone scutorum centum viginti, absque solutione laudemii.

§. 4. Ejusdem vero monasterii bona omnia stabilia, agros, domos, omnesque ejus actiones, et jura quæcumque, unacum illius ecclesia absque ulla laudemii solutione pro canone scutorum centum viginti mooetæ romanæ quotannis dictæ procuræ generali io signum directi dominii solvendo, eidem nosocomio Misericordiæ civitatis Lucanæ in emphytheusim perpetuam, motu, scieotia, et potestatis plenitudine paribus coocedimus, et assignamus. Volumus autem, ut procurator generalis prædictus pro tempore existens cappellanum, et custodem ecclesiæ monasterii hujusmodi cum congruo stipendio a rectore pro tempore pariter existente ejusdem nosocomii nominandum confirmare, et in die sancti titularis ejusdem ecclesiæ, sive per se, sive per alium ebbatem dictæ congregationis missam in ea solemniter perpetuo itidem celebrare libere, et licite possit, et valeat; atque ut iis religiosis viris in eodem monasterio ante dietam postremo a canonicis regularibus hujusmodi habitam io civitate Nostra Bononieosi degentibus, qui vix quinqne numerabantur, consultum sit: volumus pariter, ac decernimus, ut quotannis pro singulis sacerdotibus scuta sexaginta mooetæ prædictæ, pro aliis vero laicis scuta triginta similia pro quolibet ex eis quoad vixerint a prædicto uosocomio solvanda siot iis respective monasteriis, sivi canooicis, quo suorum præsulum jussu iidem religiosi homines traducti fueriot; ac præterea onera quæcumque missarum, et alia legata pia per canonicos dicti monasterii usque adhuc adimpleri solita, in posterum quoque a nosocomio prædicto semper adimpleoda esse statuimus, et ordioemus.

Eligitur archiepiscopus in executorem pontificiæ concessionis.

§. 5. Quo circa eidem venerabili fratri Martino archiepiscopo, quem in executorem præsentium Nostrarum literarum eligimus, et coostituimus, de cujus prudentia, fide, pietate, et religioois zelo multam in Domino fiduciam habemus, per præsentes committimus, et mandamus, ut nosocomium Misericordiæ civitatis Lucanæ, ac pro eo, illius nunc, et pro tempore existeutem rectorem in veram, realem, et actualem possessionem dicti monasterii de Frigionaria, illiusque omoium, et singulorum bonorum stabilium, domorum, prædiorum titulo emphyteusis perpetuæ nosocomio prædicto per præsentes, ut præfertur, concessorum, eorumque jurium, et pertinentiarum quarumcumque, uoa cum ejosdem monasterii ecclesia, auctoritate Nostra apostolica ponat, et immittat; eidem præterea Martino archiepiscopo per præsentes committimus, et injungimus, ut tam sacra supellectilia, et quæcumque vesa aurea, et argentea ad usum dictæ ecclesiæ destinata, quam mobilia in prædicto monasterio, ejusque domibus existentia, quæ ad conservatiooem fructuum, ac reddituum monasterii hujusmodi ipse Martinus archiepiscopus suo arbitrio, et prudentia pertinere judicaverit, ab eisdem canonicis regularibus eidem nosocomio, et pro eo illius rectori prædicto tradi, et consignari curet, et faciat; liceatque rectori prædicto possessionem hujusmodi apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, ac fructus quoque, redditus, proventus dictorum booorum, et monasterii prædicti percipere, exigere, et levare, ac in ejusdem hospitalis infirmorum, ac infantium expositorum, et non in alios usus, præter ooera superius expressa, convertere, et erogare.

Consulitur indemnitati procuratoris generalis, et nosocomii.

§. 6. Præterea, ut procuræ generalis, et nosocomii prædictorum indemnitati, et commoditati magis consultum sit, ut ipsa ratione dictæ unionis monasterii Frigionariæ hujusmodi, ac prædictæ emphyteuticæ perpetuæ concessionis, quataous opus sit, ad nullam nunc et quandooumque, seu quovis tempore solutionem sive annatæ, sive quindeoniorum, aliorumque jurium Cameræ Nostræ apostolicæ, ac venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegio, et dilectis filiis caoeellariæ Nostræ apostolicæ, aliisque officialibus de communibus aooatis, et quindenoiis quomodolibet participentibus juxte romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones debitorum minime teneantur, et obligata existant, apostolica auctoritate teoore præsentium coocedimus, et iodulgemus.

Clausulæ salutares.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod aliqui in præmissis interesse habeotes, seu habere

quomodolibet prætendentes vocati, citati, et auditi non fuerint, consensumque non præstiterint, nec causæ propter quas eædem præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, nullo unqam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, et alio quocumque, etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut etiam impetrato, quempiam in judicio, seu extra illud uti, sive se juvare ullo modo posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans. §. 8. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 9. Non obstantibus præmissis, ac Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de unionibus, seu applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et de exprimendo vero valore bonorum ecclesiasticorum uniendorum, seu applicandorum, et altera regulis de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones, seu applicationes perpetuas, nonnisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non quatenus opus sit, felicis recordationis Pauli pp. II. de rebus ecclesiæ non alienandis, ac Pauli IV., Pii V., Sixti etiam V., Urbani VIII., et Clementis X., ac quorumcumque romanorum aliorum Pontificum prædecessorum Nostrorum super solutione annatarum, et quindenniorum, ac jurium prædictorum quomodolibet editis, et similiter rec. mem. Pii pp. IV. etiam prædecessoris Nostri de gratiis interesse Cameræ quomodolibet concernentibus in eadem Camera infra certum tempus tunc expressum registrandis, aliisque etiam in generalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ordinis, congregationis, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

XCVIII.

Dat. die 27. Novemb. 1770 Anno II.

Confirmatio facultatis liberandi quotannis unum reum capitali pœna damnatum pro confraternitate sanctæ Mariæ Purificationis nuncupata civitatis Spoletanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Aliorum Pontificum concessiones memorantur. §. 1. Dudum felicis recordationis Paulus pp. V. prædecessor Noster tunc et pro tempore existentibus gubernatoribus, guardianis, et confratribus confraternitatis sanctæ Mariæ Purificationis nuncupatæ civitatis Nostræ, tunc suæ Spoletanæ facultatem liberandi unum reum non tamen in carceribus constitutum, et capitali pœna (nonnullis ex-

ceptis delictis) damnatum sub certis modo, et forma tunc expressis concessit, et indulsit, et alias prout in ejusdem Pauli prædecessoris in simili forma Brevis die xi. augusti MDCXII. expeditis literis, quarum tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor literarum Pauli V.

§. 2. Dilectis filiis gubernatoribus, et guardianis, et confratribus confraternitatis sanctæ Mariæ Purificationis Spoletanæ = Paulus papa V. = Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem. = Confraternitatem vestram piorum operum meritis, quæ in dies exercere consuevit, sicut Nobis nuper exponi fecistis, speciali privilegio decorare, vosque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis, et pro tempore existentibus ejusdem confraternitatis gubernatoribus, guardianis, et confratribus, ut singulis annis die festo decollationis sancti Joannis Baptistæ, quo processionem solemnem de licentia Ordinarii celebratis, unum reum non tamen in carceribus constitutum, quem patieritis, et a venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus super negotiis status Nostri præpositis obtinueritis, capitali pœna, præterquam criminis hæreseos, læsæ majestatis, falsificationis monetarum, aut literarum apostolicarum, assassinii, aut sacrilegii, nec non homicidii deliberati damnatum liberare, dummodo tamen pacem ab offensis habuerit, libere, et licite valeatis auctoritate apostolica tenore præsentium facultatem concedimus, et impertimur. Mandantes propterea eisdem nunc, et pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus negotiis prædictis præpositis, ut singulis annis in perpetuum vobis unum ex capitali pœna damnatis hujusmodi liberum dimittant, et concedant, ipsumque per vos pro tempore liberatum ab omni pœna capitali eo ipso absolutum, eumque ad patriam, famam, gradus, honores, et bona quæcumque, præterquam fisco incorporata plenarie restitutum, et reintegratum, nec illum super præteritis delictis, et excessibus ulterius molestari, vel perturbari posse decernimus, et declaramus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Marcum die xi. augusti MDCXII. pontificatus Nostri anno octavo. = S. Cobellutius.

Preces porrectæ pro confirmatione concessionis.

§. 3. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii, moderni gubernator, custodes, et confratres dictæ confraternitatis sanctæ Mariæ Purificationis civitatis Spoletanæ hujusmodi, ipsi memoratas ejusdem Pauli prædecessoris literas per Nos approbari, et confirmari, easque ad reum quoque in carceribus constitutum extendi, et ampliari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur juxta preces.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas ipsius Pauli prædecessoris literas una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illasque exequendas, et observandas esse præcipimus, et mandamus. Ac præterea eisdem nunc, et pro tempore existentibus gubernatori, custodibus, et confratribus dictæ confraternitatis, ut anno quolibet die festo decollationis sancti Joannis Baptistæ unum reum etiam in carceribus constitutum a tribunali tamen dictæ civitatis damnatum, quem petierit, et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super consultationibus communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici obtinuerint, dummodo supradicta crimina hæreseos, læsæ majestatis, falsificationis monetarum, aut literarum apostolicarum, assassinii, aut sacrilegii, homicidii deliberati reus hujusmodi minime patraverit, et pacem ab offensis obtinuerit, perpetuo liberare possint, et valeant facultatem concedimus, et indulgemus, atque ad reum, sic, ut præfertur, in carceribus constitutum præfatas ipsius Pauli prædecessoris literas auctoritate, et tenore prædictis ex-

tendimus, et ampliamus; eumdem reum liberum a prædicte congregatione cardinalium dimittendum, et ipsis fratribus concedendum esse, ac eum ab omni pœna capitali absolutum, et ad patriam, famam, gradus, honores, et bona in omnibus, et per omnia juxta earum literarum formam, et tenorem restitutum, et reintegratum esse decernimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Paulus prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo; pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 27 Novemb. 1770. Anno II.

XCIX.

Regularibus canonicis ordinis sancti Augustini nostræ dominæ nuncupatæ monasterii villæ Versaliarum Parisiensis diœcesis tribuitur facultas celebrandi festum beatæ Joannæ Valesiæ cum missa, et officio; ac plenaria indulgentia.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ canonissæ regulares ordinis sancti Augustini Nostræ dominæ nuncupatæ monasterii villæ Versaliarum diœcesis Parisiensis, quod ipsæ festum beatæ Joannæ Valesiæ jam francorum reginæ, cum officio, et missa ejusdem beatæ a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum die xxix. martii MDCCLX. pro universo ordine monialium sanctissimæ annunciationis beatæ Mariæ virginis approbatum celebrare posse pro earum devotione plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus canonissis regularibus ordinis sancti Augustini Nostræ dominæ nuncupatæ dicti monasterii villæ Versaliarum Parisiensis diœcesis, ut ipsæ in posterum singulis annis die iv. februarii festum ejusdem beatæ Joannæ Velesiæ cum officio, et missa ejusdem beatæ a memorata congregatione eorumdem cardinalium, ut præfertur, approbatum libere, et licite celebrare possint, et valeant, auctoritate prædicta, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Concessio indulgentiarum.

§. 3. Insuper omnibus utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ecclesiam earumdem canonissarum die iv. februarii prædicta a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 11. Decemb. 1770. Anno II.

C.

Prohibetur sub pœna excomunicationis, ne eleemosynæ oblatæ beato Sanctes Urbinati in alios usus præter prosecutionem causæ suæ canonizationis convertantur, cum nonnullis aliis provisionibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Maria de Montejano sacerdos, et frater expresse professus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum provinciæ Marchiæ, atque postulator causæ beatificationis, et canonizationis servi Dei Sanctes Urbinatis ejusdem ordinis jam professoris, cujus cultus nuper ex decreto a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum edito, et per Nos confirmato approbatus fuit, quod eleemosynæ ex pietate christifidelium confluentium ad ecclesiam ejusdem ordinis terræ montis Barocci Pisaurensis diœcesis, in qua corpus beati Sanctes prædicti, ut pie creditur, asservatur, ac præsertim e dilectis filiis communitate, et hominibus dictæ terræ, qui eum in protectorem habent, atque a confraternitatibus montis Fabrorum Urbinatensis diœcesis, ubi ipse ortus fuit, in illius honorem offeruntur. Ipse vero Joseph Maria, ut eleemosynæ hujusmodi in expensas tantum causæ ejus canonizationis, non autem in alios usus in primis convertantur, opportune a Nobis provideri, et ut infra, indulgeri plurimum desiderat.

Concessio gratiæ.

§. 2. Nos igitur ipsius Josephi Mariæ votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audito super præmissis dilecto filio moderno ministro generali dicti ordinis, ut deinceps syndici, substituti, guardiani memorati conventus, aliique quacumque superioritate, et potestate fungentes, vel functuri, ut eleemosynas, et donaria per christifideles, ut præfertur, oblata, vel in posterum offerenda in alios usus, quam in expensas prosecutionis causæ canonizationis prædictæ convertant, et erogent, seu ut convertantur, et erogentur permittere audeant, seu præsumant, sub excommunicationis a qua nemo a quoquam, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium valeat obtinere, ac quoad regulares privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes ipso facto incurrendis absque ulla declaratione, auctoritate apostolica, tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Præscriptiones peculiares.

§. 4. Volumus autem, ut dictus Joseph Maria postulator ejusdem causæ, et custos, et sacrista quoque sit depositi, et cappellæ ejusdem beati in posterum construendæ cum dependentia tamen quoad officia hujusmodi a solo pro tempore existente ministro provinciali dictæ provinciæ, ac insuper mandamus, ut ab eodem ministro provinciali suis literis patentibus nuncupatis deputari debeat persona fide, et facultatibus idonea, quæ juxta instructionem, ac directionem ejusdem Josephi Mariæ, et pro tempore existentis postulatoris, et custodis a definitorio provinciali dictæ provinciæ eligendi easdem eleemosynas accipere, et custodire, ac in expensas causæ hujusmodi erogare teneatur, ita ut in libro peculiari ad id conficiendo introitus, ac exitus describatur, et provinciales dictæ provinciæ in visitationibus per eos fieri solitis redditionem rationis a depositario, custode, et sacrista prædictis omnino exigant. Præterea in casu, quo dictæ eleemosynæ in prosequenda causa canonizationis hujusmodi erogari non possent, eas primum in constructione cappellæ, et altaris in dicta ecclesia ubi corpus prædictum nunc requiescit, sub directione custodis, et sacristæ hujusmodi, et approbatione definitorii prædicti peragendam; altari vero, et cappella prædictis absolutis, ac congrue ornatis, dictas eleemosynas aut in emptionem supellectilium sacrarii ejusdem ecclesiæ aut in communes indigentias singulorum fratrum dicti conventus erogandas esse præcipimus, et jubemus, ac etiam volumus, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, seu cappellæ, aut illius sacristiæ, vel alio publico loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit affixum as-

sidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 9. januarii 1771. Anno II.

CI.

Erectio tertii ordinis sancti Francisci de Pœnitentia loci de Ycod Canariensis diœcesis confirmatur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Origo ordinis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ferdinandus Josephus Hurtado du Mendoza modernus minister tertii ordinis sancti Francisci de Pœnitentia nuncupati loci de Ycod in insula de Tenerife Canariensis diœcesis, quod alias, anno nempe MDCXLI. a quondam Blasio Arias fratre expresse professo ordinis minorum sancti Francisci prædicti de Observantia Recollectorum nuncupatorum, ac tunc temporis ministro provinciali provinciæ sancti Didaci ejusdem ordinis canonice erectus fuit tertius ordo prædictus, ad id accedente Ordinarii loci licentia, seu facultate in ecclesia conventus Spiritus Sancti ejusdem loci de Ycod, et usque tunc christifideles seculares tertio huic ordini nomen dare cœperunt, ac ad habitum per fratres, seu tertiarios dicti tertii ordinis gestari solitum admissi fuerunt, ac novitiatu peracto, professionem per eosdem juxta constitutiones pro dicto tertio ordine præscriptas emitti consuetam emiserunt, simulque se coogregarunt, ac pia, ecclesiasticaque charitatis, et pietatis opera per tertiarios hujusmodi exerceri solita exercuerunt.

Vicissitudines quibus ordo subjecit.

§. 2. Quamvis autem erectio hujusmodi in sui primordio omni tranquillitate, et coocordia gavisa fuerit, progressu tamen temporis nonnulli dubium excitare cœperunt, quod erectio hujusmodi sola auctoritate memorati Blasii ministri provincialis rite, ac recte peracta minime affirmari posset, dum ministri generalis ejusdem ordinis auctoritas in dicta erectione requirebatur, sed dubio hujusmodi proposito tam ministro provinciali ejusdem provinciæ, quam de anno MDCCLVI. illius definitorio provinciali, omnes pro validitate sic factarum erectionum responderunt. Ut igitur in posterum nulla unquam amplius oriri possit quoad validitatem hujusmodi dubitatio, idem Ferdinandus Josephus prædictam erectionem per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio ordinis.

§. 3. Nos itaque ipsum Ferdinandum Josephum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatam erectionem tertii ordinis hujusmodi in ecclesia conventus Spiritus Sancti a dicto Blasio ministro provinciali anno MDCXLI. in loco de Ycod, ut præfertur, factam, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicæ inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, eumdemque tertium ordinem pro rite, ac legitime ibidem erecto haberi volumus, et mandamus.

Communicatio privilegiorum, et indulgentiarum.

§. 4. Præterea dilectis filiis tertiariis secularibus ejusdem tertii ordinis sic erecti nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi juxta constitutiones tertii ordinis hujusmodi omnibus gratiis, indulgentiis, privilegiis, juribus, antelationibus, et præeminentiis, quibus alii tertiarii seculares dicti tertii ordinis, ac præsertim illi provinciæ Canariensis vigore aliarum in simili forma Brevis felicis recordationis Benedicti papæ XIV. prædecessoris Nostri die xxviii. augusti MDCCLVI. expeditarum literarum utuntur, fruuntur, et gaudent, pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ot sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die nona januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 15. januarii 1771. Anno II.

CII.

Præscriptio requisitorum in iis qui sint admittendi inter consiliarios civitatis Camerinensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Resolutiones consiliares civitatis Camerini pro regulando ordine servando in admissione consiliariorum.

§. 1. In supremo militantis Ecclesiæ solio, meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam constituti ad ea propensis studiis intendimus, per quæ civitatum temporalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditionis decor conservetur, et amplietur, illarumque hominum, et incolarum status quiete, ac pacifice dirigatur. Cum itaque sicut nuper accepimus, in civitate Nostra Camerinensi plures familiæ nobiles primo ordini illius nobilitatis adscriptæ vel jam extinctæ essent, vel earum extinctioni proximæ reperirentur, hinc in ejusdem civitatis consilio habito die xxx. augusti MDCCLXIX præelecti, seu deputati fuerunt dilecti filii marchiones Alexander Bandini, et Patritius Savini nobiles dictæ civitatis, tributa ipsis amplissima facultate, qua possent ejusdem ordinis conservationi, et decori recte, prudenterque consulere.

Providentiæ captæ ab sacra congregatione Boni regiminis

§. 2. Prædicti autem Alexander, et Patritius supplices porrexerunt preces congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici præpositorum pro obtinenda reductione numeri sexaginta familiarum, quæ idem consilium modo constituunt, ad quinquaginta, et unam dumtaxat familias; eadem vero congregatio, audita prius super præmissis relatione dilecti filii moderni ejusdem civitatis gubernatoris die xxxi. martii superioris anni MDCCLXX. suis literis ad ipsum gubernatorem conscriptis mandavit, ut numerus sexaginta familiarum hujusmodi ad quinquaginta, et unam ex dictis familiis, comprehensis quoque exteris, et minime in eadem civitate habitantibus familiis jam admissis, esset cohibendus, ita tamen, ut reductio numeri hujusmodi locum sibi vindicare deberet in casu extinctionis earumdem familiarum, quæ in dies contingere posset, ac præscripta intelligeretur ad eum tantummodo finem, et effectum, ut scilicet numerus familiarum in consiliariorum ordinem admissarum minor quinquaginta, et unius familiæ esse nequiret, comprehensis, ut præfertur, dictis exteris familiis jam adscriptis, non tamen, ut ex numeri hujusmodi diminutione præpedita esset admissio etiam in majori numero illarum familiarum, quæ civicæ forent, et in eadem civitate habitantes postulassent admissionem ad consilium hujusmodi, quoties ipsæ congrua, atque ad id sufficientia requisita habere ostendissent.

Neglexit tamen declarare, quæ essent requisita necessaria pro obtinenda admissione.

§. 3. Cum autem eadem congregatio tunc noluerit declarare, quæ esse debeant requisita ad præmissa necessaria, sed id suis loco, et tempore, ac in casu, quo quisque a gravamine denegatæ per dictum consilium admissionis recursum habuisset, sibi judicandum reliquerit, deindeque alter, et secundus ordo collanistarum vulgo nuncupatarum ipsius civitatis facultatem jura sua deducendi in memorata congregatione petierit, et ab ea obtinuerit,

Civitatis Camerini laudes, et privilegia.

§. 4. Nos itaque, qui civitatem prædictam, ex qua plures viri pietate, doctrina, ac egregie functis muneribus illustres prodierunt, pontificiæ Nostræ benignitatis et charitatis testimoniis quam maxime complecti cupimus, tranquillitati, quieti, ac insimul decori ejus civium, et incolarum providere, ac quarumcumque litium, et controversiarum semina inter ipsos penitus dirimere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes præcipimus, et mandamus, ut quemadmodum antea ita et in posterum consilium prædictum sua originaria libertate fruatur admittendi tam proprios cives, quam exteros cujuscumque generis ipsi sint, et sive in civitate prædicta habitent, sive non, quos propter eorum merita, sive beneficia in ipsam civitatem collata, seu etiam ob dignitates, divitias, aliasque earum qualitates idem consilium admissione hujusmodi dignos esse judicaverit.

Præfiniuntur requisita exhibenda ab eis, qui in consilium admitti postulant.

§. 5. Ita tamen, ut si de personali tantum agatur admissione illius, quem tamquam aliqua ex dictis qualitatibus præditum idem consilium admittendum esse censuerit, nulla ulterior aliorum requisitorum per præsentes, ut infra, præscribendorum probatio requiratur. Sin autem ejus quoque familiæ et successorum perpetua in consilium hujusmodi fieri velit admissio, vel civitatis ejusdem cives, et collanistæ prædicti, aliique exteri in ea domum instructam habentes admissionem ad idem consilium petierint, hancque obtinere minime valeant, nisi sequentibus requisitis familias, cives, collanistas, ac exteros hujusmodi præditos esse plene constiterit, quod nempe unusquisque ex petentibus admissionem hanc ex latere sive paterno, sive materno a persona, quæ infamis fuerit minime originem ducat, quodque tres generationes civilitatis habeat, ita ut quoties admissionem prædictam postulans origine camers sit, civilitas hæc ita dimetiri debeat, ut nempe ejus avus inter civitatis ejusdem cives, qui vitam civiliter duxerint, fuerit; pater vero inter dictos collanistas recensitus appareat, et hoc casu nepos in consilium prædictum, et nobilium ordinem adscribi poterit; quatenus vero is, qui admissionem petat, exterus fuerit; licet domum in præfata civitate jam instructam habeat, vel probare teneatur, quod ejus familia primos gradus honoris per tres similes generationes obtinuerit in propria patria, quoties tamen res sit de civitatibus, aut oppidis conspicuis per gubernatorem a memorata congregatione eorumdem cardinalium deputatum regi consuetis, vel postquam ipse postulans patrem suum inter dictos collanistas recensitum jam habuerit, eo defuncto, filius inter nobiles in consilio prædicto cooptari pariter poterit. In omnibus vero sive camertes sint, sive exteri in civitate hujusmodi etiam commorantes, qui eorum quoque familiarum admissionem ad consilium prædictum petant, id unum præcipue requirimus, quod nempe unusquisque ex illis, qui eam postulet, possessionem honorum, seu capitalium in summa decem millium scutorum monetæ, quæ ab ære alieno immunia sint, et fructus reddant probare omnino debeat. His autem concurrentibus requisitis, eisque formiter probatis, nunquam a consilio prædicto admissionem hujusmodi, petentibus, licet etiam in posterum numerus consiliariorum certus, ac præfixus statui contingat, denegandam esse volumus, atque decernimus, sed ipsos in dictum consilium adscribendos esse præcipimus, et jubemus, eosque sic admissos, et aggregatos ad omnes civiles effectus pro nobilibus haberi motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus statuimus, atque ordinamus.

Plena constitutionis observantia præcipitur.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod omnes et singuli supradicti, ac alii quicumque cujuscumque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, seu auditi fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, privilegiata et rationabili, ac etiam tali, quæ ad validitatem præmissorum exprimenda foret causa, et occasione, colore, seu prætextu, titulo etiam oneroso, et capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, et formali, aut inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcum-

que juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis planitudine paribus concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse, sed ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo firma, valida, et efficacia existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque, et quomodocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

Demitur cuique judici potestas quidquid decernendi contra literarum tenorem

§. 7. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quoscumque quavis auctoritate, et potestate fungentes, et quandocumque functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, necnon felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri in simili forma Brevis quoad eorumdem consiliariorum civitatis Camerinensis hujusmodi numerum expeditis literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisve quibuslibet decretis, statutis, usibus, stylis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, ac indultis, et literis apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio habenda, et servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse, ac plenissime, et amplissime derogamus, et derogatum esse volumus, et mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CIII.

Datum die 26. januarii 1771. Anno II.

Facultas eligendi unum ex fratribus magnæ crucis hospitalis Hierosolymitani in loco parsonæ ecclesiasticæ, ad conferendos gradus in universitate Melevitana.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Collegiorum, et universitatum institutiones laudantur, et præcipue commendatur illud civitatis Vallettæ apostolica auctoritate institutum cum suis privilegiis.

§. 1. Maxima utilitas, quæ ex collegiorum, ac universitatum institutione procedit merito postulat, atque exigit, ut in iis, quæ earum decorem, splendoremque respiciant apostolicæ auctoritatis Nostræ partes libenti animo interponamus. Cum itaque Nos per alias Nostras in simili forma Brevis die vicesima octobris MDCCLXIX. expeditas literas collegium, quod dilectus filius frater Emmanuel Pinto magnus magister hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani pro educatione tam fratrum cappellanorum clericorum, seu diaconorum conventualium ipsius hospitalis, quam etiam adolescentium, qui ibidem studiis operam dare vellent, in oppido civitate nuncupata Valletta diœcesis Melevitanæ erigere, unamque in eo studiorum generalium universitatem constituere decreverat, apostolica auctoritate confirmavimus, et approbavimus, eidemque universitati privilegia, et indulta studiorum generalium concesserimus, ac præ cæteris uni personæ in ecclasiastica dignitate constitutæ, et in conficiandis legibus, ac regulis collegii, et universitatis hujusmodi designandæ facultatem eos, qui ibidem per debitum tempus studiis operam dedissent, ac prævio examine, scientia, et moribus idonei reperti essent ad baccalaureati, licentiaturæ, doctoratus, et ma-

gisterii gradus sub certis modo, et forma tunc expressis promovendi elargiti fuerimus, et alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Preces porrectæ pro novo speciali privilegio.

§. 2. Nuper vero idem Emmanuel magnus magister Nobis exponi fecit, quod major utilitas, maximumque decus in universitatem hujusmodi obventura essent, quoties in locum personæ prædictæ aliquis frater magnæ crucis ejusdem hospitalis, qui inter dilectos filios consilii hospitalis hujusmodi locum obtineat, eligi, et assumi valeret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur gratia veluti in summa Brevis.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut aliquis ex fratribus magnæ crucis dicti hospitalis, licet clericali charactere minime insignitus in locum prædictæ personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, ad officium hujusmodi cum omnibus facultatibus eidem personæ per memoratas Nostras literas, ut præfertur, concessis libere, ac licite eligi, et assumi possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Volumus autem, ut tam is, qui ad præfatum officium assumptus, electusque erit, antequam officium idem exercere incipiat, quam ii omnes ab eo ad gradus prædictos promovendi, priusquam gradus ejusmodi consequantur fidei professionem servatis omnibus a sanctæ memoriæ Pio pp. V. prædecessore Nostro in suis sub plumbo idibus novembris anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto expeditis literis ordinatis, atque præscriptis emittere teneantur in manibus dilecti filii nunc, et pro tempore existentis inquisitoris Melevitani, qui in iis rebus, quæ catholicam fidem, et morum doctrinam attingunt, liberam inquirendi, et cognoscendi facultatem reservatam omnino, sicut in memoratis Nostris literis continetur, esse volumus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, Pontificatus Nostri anno secundo.

CIV.

Datum die 26. januarii 1771. Anno II.

Declaratur, quod causæ spectantes ad beneficia, et bona collegii Melevitanensis pertineant ad tribunalia hospitalis Hierosolymitani.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Memorantur quæ fuerint disposita favore hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

§. 1. Dudum Nos per alias Nostras in simili forma Brevis die vicesima octobris MDCCLXIX. expeditas literas collegium, quod dilectus filius frater Emmanuel Pinto magnus magister hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani pro educatione fratrum cappellanorum clericorum, seu diaconorum conventualium ipsius hospitalis, atque adolescentium, qui ibidem studiis operam dare vellent in oppido civitate nuncupata Valletta Melevitanæ diœcesis erigere decreverat, ac simul unam in eo studiorum generalium universitatem instituendam auctoritate apostolica sub certis modo, et forma tunc expressis confirmavimus, et approbavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro obtinenda jurisdictione privativa, favore tribunalium hospitalis.

§. 2. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecit idem Emmanuel magnus magister, collegium prædictum nonnulla beneficia ecclesiastica ei, ut asseritur, canonice unita, aliaque bona ecclesiastica modo possideat, hinc ut quietius, ac ferventius bonis artibus,

studiisque in collegio hujusmodi existentes, illique præsidentes operam dare valeant, causas omnes super bonis, et beneficiis prædictis nunc a dicto collegio, ut præfertur, possessis a quibusvis universitatibus, communitatibus, et personis, quæ quodcumque, et qualecumque jus, sive actionem habere, et ad se pertinere quoquo modo contendant, sive usque adhuc promotas, sive in posterum quandocumque promovendas in tribunalibus ejusdem hospitalis privative cognoscendas, et juris ordine servato juxta prædicti hospitalis statuta, ac leges, eisdemque modo, et forma, quibus aliæ causæ respicientes omnia alia bona hospitalis hujusmodi gradatim tractentur ac definiuntur, exceptis tantummodo causis jam promotis, ac in tribunali Nostræ romanæ curiæ nunc pendentibus, tractandas, ac definiendas esse plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur privativa jurisdictio exercenda juxta statutorum formam.

§. 3. Nos igitur ipsum Emmanuelem magnum magistrum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in posterum causæ omnes, quæ dicta beneficia, et bona collegii hujusmodi quovis modo respiciant, et a quibusvis sive universitatibus, sive communitatibus, aliisque omnibus personis cujusvis ordinis, et dignitatis existant, ac etiamsi speciali, et individua mentione dignæ, sive adhuc promotæ, et pendentes, sive futuris temporibus promovendæ in dictis tribunalibus ejusdem hospitalis servato juris ordine, et gradatim juxta statuta, ac leges dicti hospitalis cognoscendæ, decidendæ, et definiendæ sint, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, et ordinamus.

Excluduntur causæ ad romanam curiam exclusive pertinentes.

§. 4. Volumus autem, ac omnino decernimus, quod causæ omnes, quæ tamen usque adhuc promotæ sunt, ac modo in tribunalibus dictæ curiæ Nostræ romanæ pendentes reperiuntur, præcipue vero causa, seu lis inter dilectos filios capitulum, et canonicos cathedralis ecclesiæ Melevitanæ ex una, ejusque seminarium ex altera partibus jam coram congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum promota, et actu existens, quam etiam aliæ quæcumque omnes, ac singulæ causæ, sive lites juxta sacrorum canonum, conciliorum, et constitutionum apostolicarum dispositionem ad prædicta tribunalia ejusdem romanæ curiæ privative spectantes, et pertinentes in eisdem tribunalibus tantummodo cognosci, definiri, ac terminari omnino debeant. Cæterum etiam in iis causis, quarum cognitio, ac definitio tribunalibus dicti hospitalis per præsentes commissa, et demandata fuit, illi ex partibus, quæ in judicio succumbuerit, salvam, ac omnino liberam semper esse facultatem appellandi, ac recurrendi ad apostolicam hanc sanctam Sedem, illiusque romanæ curiæ tribunalia, volumus, atque statuimus, ut ita ea et quoad juxta sacrorum canonum, et conciliorum, ac constitutionum apostolicarum dispositionem, nec non dicti hospitalis statuta, ac leges causæ hujusmodi ad tribunalia ejusdem romanæ curiæ devolvendæ sint, aut devolutæ intelligi debeant, in eis dignosci, ac definiri possit, et valeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus, super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 30. januarii 1771. Anno II.

CV.

Præcipitur dignitatibus, et canonicis, aliisque de clero cathedralis, aliarumque ecclesiarum diœcesis Civitatensis, ut feria v. majoris hebdomadæ privatas missas celebrent, sed omnes sanctissimum eucharistiæ sacramentum sumant de manu celebrantis missam conventualem.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium, et causa constitutionis.

§. 1. Pastoralis romani Pontificis vigilantia ad omnes christifideles paterna charitate sese extendit, omnemque curam, ac studium adhibet, ut ubique ecclesiasticæ disciplinæ nitor, mores ritusque ecclesiæ sarta, tectaque serventur, et religiosa custodiantur. Cum itaque sicut nuper accepimus, licet canonici, at omnes de clero in feria quinta majoris hebdomadæ sanctissimum eucharistiæ sacramentum de manu sacerdotis missam conventualem nuncupatam celebrantis sumere teneantur, idque tam concilium Compostellanum anno MDLXV. celebratum, et a sa: me: Pio pp. V. prædecessore Nostro confirmatum præscripserit, quam congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum die xxvii septembris MDCVIII. in una Civitatensis peragendum esse decrevarit, atque hoc pariter dispositum reperiatur in cærimoniali episcoporum, quod felicis recordationis Innocentius pp. XIII. itidem prædecessor Noster per alias suas in simili forma Brevis die xiii. martii MDCCXXIII. expeditas literas in regnis præsertim Hispaniarum observandum, et exequendum esse constituit, ac alias prout in eisdem suis literis, quarum tenores præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserti haberi volumus, uberius continetur. His tamen omnibus posthabitis capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Civitatensis in feria v. majoris hebdomadæ prædictæ missas privatas celebrare posse, ac sanctissimum eucharistiæ sacramentum de manu sacerdotis celebrantis missam conventualem ipsos sumere minime debere contendebant.

Providentia capta ab episcopo.

§. 2. Qua de re venerabilis frater Cajetanus Antonius episcopus Civitatensis statim ac in ejusdem ecclesiæ pastorem præfectus fuit vigilantia, ac solicitudine quidem pastorali primum capitulum, et canonicos prædictos semel ac iterum super præmissis monitos reddidit, postmodum vero suo generali edicto die iv. aprilis MDCCLXX. in tota diœcesi Civitatensi publicato mandavit, ne missæ privatæ feria quinta majoris hebdomadæ celebrandæ essent, sed omnes de clero sanctissimum eucharistiæ sacramentum de manu sacerdotis celebrantis missam conventualem sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ sumere tenerentur.

Episcopi decretum confirmatur, et illius plena observantia præcipitur.

§. 3. Nos igitur ipsius Cajetani Antonii episcopi zelum, pietatem, et in sacris Ecclesiæ ritibus conservandis curam, atque diligentiam plurimum in Domino commendantes, omnibus, et singulis dignitatibus canonicis, aliisque de clero tam cathedralis ecclesiæ Civitatensis, quam aliarum ecclesiarum civitatis, et diœcesis Civitatensis virtute sanctæ obedientiæ sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis auctoritate apostolica tenore præsentium præcipimus, et mandamus, ne ipsi privatas missas in feria quinta majoris hebdomadæ prædictæ celebrare audeant, seu præsumant, sed omnes juxta ritum ecclesiæ prædictæ sanctissimum eucharistiæ sacramentum de manu sacerdotis missam conventualem celebrantis eadem die sumere omnino debeant, ac teneantur.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non capituli, et ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet

concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 30. januarii 1771. Anno II.

CVI.

Confirmatur concordia inter familiam de Groote, et rectorem ecclesiæ parochialis sancti Joannis Baptistæ civitatis Coloniensis inita super facultatibus ecclesiasticis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status quæstionum subortarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii nunc existentes de perillustri familia de Groote moderni, ut asserunt, patroni ecclesiæ sancti Gregorii Magni, seu coemeterii communis siti intra limites parochialis ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ Coloniensis civitatis, ac dilectus itidem filius Petrus Daniels rector pastor nuncupatus ejusdem ecclesiæ parochialis, quod ad removendas, ac penitus tollendas quascumque quæstiones, controversias, et difficultates inter ipsos exponentes quoad divina officia, funera, ac jus sepeliendi, aliasque functiones ecclesiasticas motas, et excitatas, ac ne in posterum ab eisdem exponentibus, eorumque successoribus illæ promoveantur, et excitentur, pro bono, ac desiderio pacis de unanimi omnium consensu exponentes prædicti devenerunt ad concordiam sub certis pactis, et conditionibus initam, atque a dilecto quoque filio vicario generali venerabilis fratris Maximiliani Friderici archiepiscopi Coloniensis S. R. I. principis electoris approbatam, et confirmatam; cujus quidem concordiæ, ejusque approbationis prædictæ tenor est qui sequitur nempe.

Transactio inita quoad singula capita quæstionum.

§. 2. Ad quæstiones, et difficultates omnes, quæ super juribus a domino pastore ecclesiæ parochialis ad sanctum Joannem Baptistam in ecclesia sancti Gregorii Magni, seu cœmeterio communi intra parochiæ suæ limites sito, jam tum motæ fuerunt, ac in posterum a successoribus moveri possunt, semel pro semper amputandas, illum intra ac dominos patronos ecclesiæ secundodictæ unanimi consensu statutum, ac dispositum fuit.

Exercitium omnium divinorum officiorum rectoribus relinquitur.

§. 3. Ut omne jus, et exercitium quoad universa divina officia in ecclesia sancti Gregorii Magni per rectorem, ac chorum servanda penes laudatos dominos patronos quemadmodum hactenus fuit, ita independenter a domino pastore in postarum permaneat.

Item jus funeris, et tumulandi, soluta pastori oblatione.

§. 4. Ut si funus in eadem ecclesia, seu cœmeterio tumulandum sit officium funebre ad solum rectorem ejusdem spectet, nihilominus loco portionis canonicæ, quæ pro dominis pastoribus aliarum parochiarum ex more hujus civitatis est medietas oblatorum, et cereorum circum funus ponendorum, domino pastori sancti Joannis Baptistæ duas tertias dictorum cereorum, et oblatorum peodat.

Peculiares dispositiones circa sepulturam defunctorum in hospitale.

§. 5. Ut pauperes hospitale ad latam januam nuncupatum incolentes, quos omnes in cœmeterio communi alias semper sepultos fuisse probibetur, si sepulturam non elegerint, ad ecclesiam parochialem sancti Joannis Baptistæ sepeliantur, si vero eam in ecclesia sancti Gregorii Magni, seu cœmeterio communi eligere contingeret, funeralia ad eum modum observentur, uti paragrapho antecedente dispositum est.

Rector memoratus cœmeterium aperiat, ut stationes peragantur in feriis quatuor temporum.

§. 6. Ut dum a choro parochialis ecclesiæ ad sanctum Joannem Baptistam in feriis quatuor temporum statio ab immemorabili tempore consueta in cœmeterio communi servanda erit, id pridie domino rectori ecclesiæ sancti Gregorii Magni eum in finem notificetur, ut januam coemeterii statuta hora aperiri faciat.

Decretum pro confirmatione concordiæ impetranda.

§. 7. Pro majori firmitate, ac robore præsentem conventionem, ac dispositionem domini patroni ecclesiæ sancti Gregorii, ac dominus pastor ad sanctum Joannem Baptistam propriis manibus subscripserunt, et sigillis suis obsignarunt, insuper confirmationem reverendissimi domini vicarii generalis decenter req... ...re decreverunt. Coloniæ 19 octobris 1771.

Loco ✠ Signi = E. A. F. B. de Groote.

Loco ✠ Signi = Jacob de Groote.

Loco ✠ Signi = F. Petrus Daniels pastor ad sanctum Joannem Baptistam.

Confirmatio emissa ab archiepiscopo Coloniensi.

§. 8. Joannes Philippus de Horn = goldschmit juris utriusque doctor rmi, et emi archiepiscopi, ac principis electoris Coloniensis, domini Nostri clementissimi, domini Maximiliani Friderici etc. in spiritualibus per civitatem, et archidioecesim Coloniensem vicarius generalis, et consiliarius ecclesiasticus intimus, et metropolitanæ electoralis ecclesiæ Coloniensis, at equestris collegiatæ in Wympfen canonicus capitularis etc. etc.

Attento, quod perillustris familia de Grootiana plurimis fundationibus de ecclesiis Coloniensibus tantopere merita sit, suprascriptam concordiam inter patronos ecclesiæ sancti Gregorii Magni, seu cœmeterii communis ex una, et pastorem sancti Joannis Baptistæ ex altera partibus initam pro tollenda respectiva, et prævertenda occasione cujuscumque dissidii, et contentionis circa officium divinum primodictæ ecclesiæ, stationes in eadem a choro parochialis secundodictæ in feriis quatuor temporum servandas, funeralia, aliaque jura parochialia inter utriusque ecclesiæ rectores annis retroactis non semel exortæ, auctoritate archiepiscopali ordinaria, qua fungimur, ratificamus, approbamus, at confirmamus, necnon perpetuæ firmitatis robore communimus, decernentes eamdem juxta tenorem ordinationis mutuo hinc inde partium consensu sancitæ, nunc, et in antea perpetuis futuris temporibus ad strictos apices inviolate, et sine cujusvis contradictione fore, et esse observandam. In fidem præsentes manu propria signatas, officii nostri sigillo majori muniri jussimus. Coloniæ 10. novembris 1771.

Loco ✠ signi.

J. P. de Horn-goldschmit vicarius generalis.

M. F. Leinen Pls in spiritualibus 1771.

Pro copia cum vero suo originali collactionata et omnino concordante subscripsi, at subsignavi ego Joannes Fridericus Sehulten notarius apostolicus publicus.

Preces porrectæ pro apostolica confirmatione, quæ indulgetur.

§. 9. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo firmius concordia hujusmodi subsistat, et servatur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque do causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectiva inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CVII.

Datum die 5. februarii 1771. Anno II.

Translatio directi dominii monasterii de Frigionaria congregationis canonicorum regularium Lateranensium alias uniti procuræ generali almæ urbis in monasterium sancti Frigdiani ejusdem congregationis civitatis Lucanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Status paupertatis nosocomii Misericordiæ exponitur, opportunumque expostulatur remedium ne in extremam incidat calamitatem.

§. 1. Alias pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum antianorum, et vexilliferi reipublicæ Lucanæ Nobis exposito, quod publicum nosocomium Misericordiæ nuncupatum civitatis Lucanæ iis angustiis urgebatur, et premebatur, ut cum redditus deficerent, sumptusque in dies magis augerentur, ab

extrema calamitate proxima abesse videretur, et in eadem expositione subjuncto, quod nonnullus excogitari poterat modus, quod aliquod subsidium, auxiliumque dicto nosocomio suppeditari valeret. In agro autem Lucano extabat monasterium canonicorum regularium ordinis sancti Augustini congregationis Lateranensis de Frigionaria nuncupatum redditibus satis abundans, ex quo licet antiquis temporibus plures viri doctrina, ac morum integritate illustres prodiissent, modo vero mira eorumdem canonicorum paucitate fere in solitudinem redactum videbatur; qua de re opem nosocomio prædicto, quam aliunde comparare posse minime sperandum erat, ex redditibus monasterii hujusmodi dicti exponentes per Nos concedi plurimum desiderabant.

Consulit Pontifex motu proprio constituto annuo canone scutorum centum viginti.

§. 2. Nos igitur ipsorum supplicationibus inclinati, motu etiam proprio dictum monasterium procuræ generali eorumdem canonicorum regularium almæ Nostræ urbis apostolica auctoritate univimus, et incorporavimus, ac procuratorem generalem pro tempore existentem ejusdem congregationis in abbatem, dominumque directum ejusdem monasterii constituimus, et declaravimus, ac præterea ipsius monasterii bona omnia, jura, et actiones pro canone scutorum centum viginti monetæ romanæ quotannis dictæ procuræ generali in signum directi dominii solvendo eidem nosocomio Misericordiæ civitatis Lucanæ sub certis modo, et forma tunc expressis in emphyteusim perpetuam concessimus, et assignavimus, ac alias prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die xxvii. novembris anni MDCCLXX. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro translatione dominii directi conventus uniti, in congregationem canonicorum regularium.

§. 3. Nuper vero exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni procurator generalis dictæ congregationis, ac prior, et capitulum monasterii sancti Frigdiani ejusdem congregationis civitatis Lucanæ, quod cum juxta memoratæ congregationis usus, ac consuetudines abbatiarum tituli, aliæque prærogativæ iis tantum canonicis regularibus conferri soleant, qui ejusdem gentis, seu nationis sunt, ubi ipsa monasteria, seu abbatiæ sitæ reperiuntur, hinc dictus procurator generalis, ut usus, et consuetudines hujusmodi, ac inde inter canonicos regulares suæ congregationis prædictæ pax, et concordia firma perpetuo maneant, præfatum monasterium de Frigionaria, ac directum dominium suorum bonorum, et jurium, ac illius ecclesiæ procuræ generali prædictæ per memoratas Nostras literas unitum, adnexum, et incorporatum una cum annuo canone scutorum centum viginti ab eodem hospitali Misericordiæ civitatis Lucanæ solvendo in congregationem canonicorum regularium Lateranensium hujusmodi, ejusque generale definitorium per Nos transferri, dictique prior, et capitulum aliquem ex canonicis regularibus gentis, seu nationis Lucanæ ab eodem definitorio in abbatem monasterii Frigionariæ eligi debere, annuumque canonem scutorum centum viginti prædictorum eorum monasterio sancti Frigdiani per Nos assignari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulget gratiam Pontifex nonnullis præmissis declarationibus, et cautheis.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, at favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius super præmissis dilecto filio Camillo Casanova ejusdem congregationis canonicorum regularium Lateranensium abbate generali, ac firma et in suo robore manente perpetua emphyteutica concessione bonorum omnium, jurium, et actionum præfati monasterii Frigionariæ una cum illius ecclesia eidem nosocomio Misericordiæ civitatis Lucanæ per memoratas Nostras literas, ut præfertur, facta, monasterium ipsum Frigionariæ dictæ procuræ generali, ut præfertur, per easdem Nostras literas unitum, annexum, et incorporatum ab eadem procura generali apostolica auctoritate tenore præsentium dividimus, dismembramus, et separamus, illudque in memoratam congregationem, ejusque generale definitorium auctoritate, et tenore prædictis transferimus, dictamque congregationem et ipsius generale definitorium in locum procuræ generalis prædictæ cum omnibus honoribus, et oneribus in omnibus, et per omnia juxta formam, et tenorem prædictarum Nostrarum literarum ponimus, et subrogamus. Annuum vero canonem scutorum centum

viginti, qui a dicto nosocomio in signum directi dominii memoratæ procuræ generali, ut præfertur, persolvendus erat, monasterio sancti Frigdiani prædicto pari auctoritate, et tenore concedimus, et assignamus, ita ut post quam generale definitorium in ejusdem directi dominii signum canonem prædictum exegerit, illum monasterio sancti Frigdiani hujusmodi, seu ejus abbati pro tempore existenti, vel illius legitimo procuratori tradere, et consignare omnino debeat, ac teneatur. Volumus autem, quod idem definitorium in abbatem dicti monasterii Frigionariæ eum eligat ex canonicis dictæ congregationis, quem in Lucana gente, seu natione dignum, ac idoneum ad id esse censuerit. Huic vero pro tempore existenti abbati hujusmodi facultatem confirmandi cappellanum, et custodem ecclesiæ monasterii de Frigionaria prædicti cum congruo stipendio a rectore præfati nosocomii nominandi, ac in die sancti titularis ejusdem ecclesiæ sive per se, sive per alium abbatem dictæ congregationis missam in ea solemniter celebrandi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Præcipit vero præsentis constitutionis observantiam.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus prædictis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CVIII.

Datum die 5 februarii 1771. Anno II.

Statuta a collegio aromatariorum, seu pharmacopolarum de urbe in parte aucta, et meliorata confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoris æterni vices, licet immeriti, gerentes in terris, ea, quæ pro felici universitatum artium præcipue almæ Nostræ urbis, cujus commodis quantum cum Domino possumus in primis providere studemus, regimine prudenter constituta, et præscripta esse comperiuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, præsidio libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii consules, seu collegium pharmacopolarum de eadem urbe, quod ipsi pro felici, ac prospero ejusdem collegii regimine, ac gubernio canonice die vi. proximo præteriti mensis januarii congregati quædam nova statuta condiderunt, quorum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor declarationis, et ampliationis statutorum.

§. 2. Propose il signor Antonio Vendetti primo console, che essendosi nella congregazione generale tenuta li 31 agosto 1744. per togliere l'emulazione, e disturbi, che succedevano, fatti alcuni capitoli d'aggiungersi alli statuti, e questi approvati sotto li 5. dicembre detto anno in altra generale congregazione, sopra de'quali se ne ottenne dalla santa memoria di Benedetto XIV. la conferma in forma specifica, come dal Breve di detta conferma spedito sotto li 24. settembre 1746. tra quali fu stabilito, che non possa farsi trasporto di speziaria da un sito all'altro, se dal sito d'onde vuole uno partire, a quello in cui intende andare non vi sia la distanza almeno di cento canne, e che dal suddetto sito ad quam non sia distante la speziaria viciniore almeno canne sessanta, da misurarsi detta distanza per linea retta, e non obliquà, ed anche che niun giovane di speziaria, o matricolato, o non matricolato possa comprare speziaria, e farne il trasporto in quell'istesso rione della città, in cui per più anni sia stato in qualità o di semplice giovane, o di affittuario, o di consocio, o di amministratore, o finalmente d'economo, ma possa bensì comprarla, e trasportarla in

altro rione totalmente distinto, e se mai la speziaria, di cui esce fosse situata nel termine di quel tal rione, e l'altra, cha vuole comprare fosse nel principio del rione più vicino, dimodocchè corresse fra ambedue li siti pochissima distanza, in tal caso, si vuole che ne resti affatto proibita sì la compra, che il trasporto, e possa solamente ottenere dell'uno, e dell'altro la permissione, qualunque volta il posto, che desidera, sia distante dall'altro rione per lo spazio almeno di conto cinquanta canne da misurarsi come sopra.

De distantia servanda inter unam aliamque apothecam.

§. 3. Conoscendosi ciò non ostante nen essere sufficiente a togliere l'emulazione suddetta la distanza stabilita in detti capitoli per esser questa molto piccola, tanto più, che da quel tempo in poi sono snccedute molte riduzioni di speziarie, e ne devono succedere delle altre in adempimento del decreto emanato sotto li 9. dicembre 1720. dalla congregazione particolare deputata dalla sa. mem. di Clemente XI., e dal suddetto sommo Pontefice approvato li otto gennaro 1721.; per le quali li speziali viciniori sono stati, a sono soggetti al più grave peso, e pagamento. Perciò si crede espediente doversi, colla riserva del beneplacito apostolico, stabilire per l'avvenire; che non si possa da qui innanzi da veruno speziale chiedere licenza per trasportare la speziaria, nè quella concedersi, se dal sito, dove vuole farc il trasporto non sia distante la speziaria viciniore almeno canne duecento da misurarsi per linea retta, e non obliqua; che nelli siti, dove sono state ridotte le speziarie, e dove succederanno per l'avvenire le riduzioni non possa trasportarsi veruna speziaria, nè tampoco ne' luoghi vicini a quelli, se dal sito della speziaria ridotta, o da ridursi, al sito dove vuole farsi il trasporto, non vi sia la distanza almeno di canne duccento da misurarsi come sopra; a che niun giovane di speziaria o matricolato, o non matricolato possa comprare speziaria, o farne il trasporto in quello stesso rione della città, in cui per più anni sia stato in qualità o di semplice giovane, o di affittuario, o di consocio, o di amministratore, o di economo; ma possa bensì comprarla, e trasportarla in altro rione totalmente distinto in sito distante dal termine del rione, dove è stato per giovane, o altrimenti come sopra, almeno canne trecento da misurarsi come sopra, e se mai la speziaria da cui esce fosse situata nel termine di quel tal rione, e l'altra, che vuole comprare fosse nel principio del rione più vicino, dimodocchè fra ambedue li siti vi fosse pochissima distanza, in tal caso resti proibita affatto sì la compra, che il trasporto, e possa solamente ottenere dell'uno, e dell'altro la permissione qualunque volta il posto, che desidera, sia distante dal termine del rione, dove è stato per giovane, o altrimenti come sopra, per lo spazio almeno di dette canne trecento, da misurarsi come sopra. E corso sopra di ciò il partito per suffragi segreti furono trovate palle nere favorevoli numero ventiquattro, e niuna bianca contraria: fu a pieni voti vinto il partito, e approvata la riferita proposta.

Preces porrectæ pro confirmatione capitulorum noviter inductorum, quæ conceditur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes statuta prædicta quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent; Nos specialem ipsis gratiam facere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta statuta una cum omnibus, et singulis in eis contentis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibat intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausulæ solitæ, cum decreto irritante.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, at ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ urbis, ac collegii etiam juramento, confirmatione

apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 11 februarii 1771 Anno II.

CIX.

Plurimæ parochiales ecclesiæ in Sardiniæ regno contra sacrorum canonum præscripta unitæ dismembrantur.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis per Sardiniæ insulam constitutis.

Clemens Papa XIV.

Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ mala ab indebita ecclesiarum parochialium unione prumanant enumerantur, et improbantur.

§. 1. Delatum vix Nobis fuit, in isto Sardiniæ regno eam ut plurimum in administrandis parochialibus ecclesiis, constituendisque earum rectoribus servari rationem, quæ neque cum sacris canonibus, ac præcipue sacrosanctæ Tridentinæ synodi decretis omnino cohærebat, neque animarum vobis creditarum regimini satis accurata prospiciebat; hujusque rei causam ex eo potissimum dimanare, quod plereque parochiales ecclesiæ unitæ olim fuerint ecclesiis metropolitanis, et episcopalibus, capitulis, dignitatibus, canonicatibus, collegiis, aliisque piis locis: diu Nobis deliberandum non fuit de apto aliquo, potentique afferendo remedio, quo plurimis, gravissimisque incommodis ex unionibus prædictis proficiscentibus aditus penitus intercluderetur, divinusque cultus, necnon rectus sacramentorum usus qualibet in parochia in pristinum dignitatis, et splendoris gradum revocaretur. Quid vero hac in re ceperimus consilii, quid vobis dederimus in mandatis, aperta significavimus per apostolicas nostras literas ad vos missas sub die vicesima prima septembris anni MCCLXIX. incipien. *Inter multiplices*; quibus obsequenti a vobis animo, prout jam confidabamus, ac certa adducebamur spe, morem fuisse gestum, plenissimeque, quantum ex vobis fuit, satisfactum maxima accepimus voluptate, et gaudio; id præsertim auctoritate sua adjuvante charissimo in Christo filio Nostro Carolo Emmanuele Sardiniæ rege illustri, cujus singularem pietatem, eximium religionis studium, ac insignia in apostolicam hanc Sedem merita debitis efferre laudibus, ac pro dignitate commendare nunquam prætermittamus.

Dolet Pontifex præcedentes providentias non fuisse executioni commissas.

§. 2. Verum etsi mentem nostram in superioribus apostolicis literis clare, aperteque Nos indicasse sentiebamus, planisque verbis remedium rei necessitati omnino accommodatum attulisse; nonnullas tamen ex privatis quibusdam, ac peculiaribus circumstantiis, quæ novissime tantum expositæ Nobis sunt, obortas esse difficultates audivimus, at dubia prædictarum literarum interpretationem spectantia, ad quæ explananda, et de medio penitus tollenda has necesse duximus ad vos iterum mittere literas, ex quibus novo hoc paternæ erga vos dilectionis argumento simul intelligeretis, quo simus erga vos animo, propensaque voluntate, quo ovium vestrarum salutem, quæ ex recta parochorum institutione plurimum pendet, prosequamur studio, qua demum solicitudine teneamur et cura, ut in isto Sardiniæ regno pietate, et religione nulli secundo ecclesiastica disciplina sarta tecta servetur, ac magis, magisque florescat.

Quarta fructuum pars ex redditibus ecclesiæ parochialis vicariis reservatur

§. 3. Ac primo quum in superioribus literis decreverimus, ut vicariis perpetuis quarta pars fructuum, et redituum parochialis ecclesiæ, cui iidem præficiuntur, pro congrua constituatur: quartam hanc partem computandam declaramus, ac deducendam præcipimus non ex iis tantum parochialis ecclesiæ fructibus, ac redditibus, qui supersunt, subducta parte illa, quæ vel episcopis obvenire consuevit, vel pro ecclesiæ fabrica fuit antiquitus assigna-

ta, vel in alios quoscumque pios usus applicata legitime fuerit; sed ex integris cujusvis parochialis ecclesiæ fructibus, et redditibus, seu ex integro, ut vulgo dicitur, *asse*, parochialium redditnum. Rationem hanc computandi prædictam vicariorum congruam, præterquam quod verba ipsa per se insinuant, loquendique modus, quo usi sumus in præcitatis nostris literis, et quo sæpe usi ante Nos sunt alii prædecessores nostri romani Pontifices, imo et concilii Tridentini patres *Sess. VII. cap. 7. de Reformat.* accedit etiam, mirum in modum cohærere cum veteri ecclesiæ disciplina in bonorum ecclesiasticorum divisione constanter servata, qua factum fuit, ut ad ministros ecclesiæ servitio addictos quarta pertineret pars omnium, et quorumcumque redditnum eamdem ecclesiam spectantium. Hujusmodi disciplinæ testem locupletissimum præ cæteris eligimus sanctum Pontificem Gregorium magnum in epist. ad Augustinum anglorum episcopum lib. 11. indict. 4. epist. 64. nov. edit. = Mos apostolicæ Sedis est, inquit, ordinatis episcopis præceptum tradere, ut de omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicat episcopo, et familiæ ejus propter hospitalitatem, et susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis =; et in epist. ad Maximianum episcopum Syracusanum lib. 4. ind. 12. epist. 11. cit. edit. idem sanctus Pontifex disertis præcepit verbis: ut sive de præteritis redditibus, sive de iis, qui jam obvenerunt, vel obvenerint, quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Ejusdem etiam disciplinæ disertissime meminit Gelasius summus Pontifex in epist. ad clerum, et ordinem, et plabem Brundusii, et in alia ad episcopos per Lucaniam, et Brutios. c. 29., tum etiam Simplicius papa in epist. ad Florentinum, et Equitium, et Severum episcopos.

Alia quarta pars reservatur episcopo, et fabricis ecclesiarum.

§. 4. Quoniam vero secundum prædictam veterem ecclesiæ praxim, quemadmodum clero quarta cedebat redditnum pars; ita et quarta pars accedebat episcopo, et alia item pars quarta ecclesiis reparandis constituebatur. Hinc plane intelligimus, eodem, quo gaudet privilegio quarta pars redditnum vicariis perpetuis in congruam assignata, frui quoque debera quartam partem tum episcopis, tum ecclesiarum fabricis ex antiqua institutione designatam. Quamobrem ne firmissimo huic, vetustissimoque privilegio ullum, vel minimum inferatur detrimentum, sancimus, ac mandamus, ut ad prædictam vicariorum congruam nihil prorsus contribuere teneantur ii episcopi, qui ex parochislibus. ecclesiis unnnisi quartam percipiunt decimarum, aliorumve redditnum partem, quæ iisdem ex jure conceditur. Qui vero plusquam partem quartam exigunt, et qui proinde nullo se juris privilegio tueri valent; hos pro rata excessus supra prædictam partem concurrere debere ad statutam a Nobis vicariorum congruam decernimus, ac jubemus.

Præcipitur ut firmis constitutionibus super quarta, servetur quoque privilegium decimatorem

§. 5. Eamdem quoque servari omnino legem volumus quoad eam decimarum partem, quæ ecclesiis restaurandis cedit. Hanc nimirum a prædicto onere exemptam declaramus, si quartam non excedat decimarum, redditnumve partem; secus vero, si eam superet. Quumque perlatum ad Nos sit, a prædecessore nostro Clemente VIII. aliquam decimarum partem ex iis, quæ ad ecclesiarum fabricam pertinebant, decerptam alicubi fuisse, atque in augmentum quotidianarum distributionum capituli cathedralis applicatam: hinc dubitandum haud est, hanc quoque partem in dictum usum erogatam, et conversam participem fore ejusdem privilegii, quo donatur pars integra, ex qua desumpta fuit; propterea que nullum pati debere decrementum, nulloque modo imminuendam esse, ut vicariorum congrua ad statutam quantitatem redigatur. Cæterum firmis, ut par est, manentibus antiquioribus his, at potioribus juribus tum quartæ episcopalis, tum fabricæ ecclesiarum, ubi eadem actu vigeant, veterique consuetudine soleant observari, altera, et quidem integræ redditnum summæ, seu totius assis quarta pars accurate detrahatur ex aliis fructuum portionibus, quæ jure minus privilegiario decimatoribus obveniunt.

Ad quartam partem conflandam singulos percipientes decimas suam pro rata portionem conferre præcipitur.

§. 6. Ad hanc itaque integram quartam redditnum omnium partem, quæ ad actuales animarum rectores jura pertinet, conflandam singuli percipientes decimas ecclesiarum parochialium suam pro rata portionem conferre tenebuntur. Neque onus hujusmodi grave nimis videri ulli unquam poterit, aut ab æquitatis legibus ullo modo alienum, si animadvertere voluerit, quæ sit decimarum indoles, quæve illarum origo, atque institutio. Decimæ enim quasi ex sua natura, et primæva institutione ad hoc sunt ordinatæ, ut ex illis susten-

tatio, aliaque necessarie iis subministrentur, qui sacramenta administrant; atque hoc sub onere congruæ portionis ad capitula, monasteria, aliava corpora, aut personas transiverunt: cui saue oneri subjectæ perpetuo manent; semperque earum possessores obstringuntur, parochis de portione congrua providere.

Pro salubriori decreti effecto compartaci pietio distribuitur inter principales, et in subsidium obligatos.

§. 7. Ne vero saluberrimum hoc Nostrum decretum optato careat effectu, et ne contentionum occasio plures inter decimatores præbeatur, dum eorum quilibet in alium decimatorem sæpe sæpius refundere solet onus concurrendi præcipuo loco ad vicariorum congruam; ea propter decernimus, ac statuimus, ut quicumque decimas parochiales in parte, ut ajunt, quota percipiunt, hi omnes, servatis, quæ superius servari mandavimus, æque principaliter teneantur pro quota decimarum, quam quisque possidet, ad portionem congruam vicariorum concurrere. Qui vero decimas vel in quentitate certa percipiunt, vel jure feudi, hi ad prædictum onus in subsidium tantummodo teneantur.

De oneribus, quibus vicarii subjici debeant.

§. 8. Hactenus de vicariorum congrua quoad eos, qui ratione decimarum parochialium, quas percipiunt, concurrere ad illam tenentur. Nunc eadem consideranda superest quoad onera, quibus subjici ea potest, vel non. Porro quum in superioribus Nostris literis statuissemus, ut quarta pars fructuum, et redditunm parochielis ecclesiæ cedere deberet vicario perpetuo, qui eidem præficitur, hæc statim addidimus verba: *dummodo prædicta quarta pars, subductis omnibus oneribus, neque computatis missarum eleemosynis, aut piis fidelium oblationibus, quæ offeruntur in administratione sacramentorum, out aliis quibusvis, minor non sit scutatis* 50. *istius monetæ*. Hinc planissimum consectarium est, nullo posse onere gravari illorum vicariorum congruem, quæ scutata 50. istius monetæ excedit, vel quæ licet quantitatem prædictam excedat, excessus tamen is est, ut sufficiat dumtaxat ad tot alendos ministros, seu auxiliares in animarum cura secerdotes, quot vel parochiæ amplitudo, vel populi frequentia, vel aliæ circumstantiæ, Ordinariorum judicio, et conscientiæ æstimandæ, necessario postulaverint. Cæterum hac perpetuo firma manente lega, et conditione, in reliquis declaramus: primo, vicariorum congruam ad quartam decimarum, ac redditunm partem redactam iisdem obnoxiam esse debere oneribus, quibus antea, quamvis tenuior esset, legitime subjiciebatur: secundo, pro ratione augmenti, quod prædictæ congruæ accessit, augeri quoque debere contributionem quoad ea onera, ad quæ vicarii pro rata tantum prius concurrebant: tertio demum, vicarios, qui ob tenuitatem reddituum parochialium nulli prius subjiciabantur oneri, auctis nunc redditibus, ac proinde pares effectos nonnullis ferendis oneribus, hæc subire teneri. Iniquum enim esset, parochos habituales, aliosque decimarum possessores, qui privantur commodis, hoc est ea decimarum quantitate, qua prius fruebantur, eadem onera, quæ antea sustinebant, in posterum etiam debere sufferre.

Justitia distributionis onerum evincitur.

§. 9. Quoad hanc vero novorum onerum impositionem, veterumque augmentum, nullam vobis certam, definitamque legem, aut modum tradere censemus. Rem omnem prudentiæ vestræ relinquimus, venerabiles fratres, æquitati, et conscientiæ. Ea apud Nos est pietatis vestræ, ac religionis opinio, ut pro certo habeamus, nullum vos hac de re capturos consilium, quod æquum non sit, et sanctum, quodque omnium votis apprime non satisfaciat, ita ut nemo sit futurus, qui de vobis juste conqueri possit. Onera, quibus sacri canones subjiciunt vicarios perpetuos, ea nominatim sunt, quæ jura spectant episcopalia. Nam *cap.* 2. *de præbendis* statutum legimus, ut ex parochialium redditunm pars vicario essignetur: *unde jura episcopalia possit persolvere, et congruam substentationem habere*. Eorumdem pariter episcopalium jurium præcipua fit mentio *cap.* 1. *de præbendis in* 6., ubi ea esse debere decernitur rectorum ecclesiarum congrua, ut hi possint *commode sustentari, et episcopalia jura persolvere, et alia incumbentia eis onera supportare*. Hæc lumen vobis, facemque præferre aliquo modo poterunt in definiendis pro vestre æquitate, ac prudentia novis oneribus, quæ subire debebunt vicarii, qui ab omni prius onere immunes erant, eo quia debita destituebantur congrua.

Excipiuntur pensiones impositæ super asse redditunm parochiarum unitarum.

§. 10. Cæterum dum sermo Nobis est de oneribus, quibus quarta decimarum pars vicariis tributa subjicii potest, exceptas semper volumus pensiones, quæ impositæ fuerunt super integris redditibus, seu super integro, ut ajunt, asse reddituum parochiarum unitarum. Neque enim mens unquam Nobis fuit, atque consilium gravandi vicarios pensionibus, subjiciendive quar-

tam redditaum parochialium partem, quam eisdem vicariis in congruam assignavimus, iis oneribus, quæ a beneficiorum indole, ac natura sunt prorsus aliena. Quare vel de pensionibus agitur, quæ renunciationis causa impositæ fuerunt in resignantis commodum, ac sustentationem; vel de iis, quibus possidentes beneficia ultro libenterque sese submiserunt, dum eis prædicta collata sunt beneficia, quin prævidere possent, onus a Nobis fore imponendum augendi vicariorum congruam ad quartam usque redditaum, decimarumque partem. Si de prioribus sermo instituatur: quum incongruum maxime sit, ut vel is, qui beneficio renunciavit cum pensione, hoc maximo cum detrimento carere debeat; vel parochialis vicarius debita destitui debeat congrua ad decentem sui sustentationem necessaria, ut ex redditibus parochiæ dicta pensio resignanti solvatur; ideo quotiescumque ex parochiarum unitarum separatione, quam superioribus Nostris literis mandavimus, illud sequatur incommodi, ut vel resignans sua frustrari debeat pensione, vel vicarius perpetuus debita privari congrua ad minus scuta quinquaginta istius monetæ, aut ea, quæ necessaria sit ad alendos tot in animarum cura adjutores, quot necessitas expostulaverit; hac tantummodo in hypothesi, et non alias permittimus, ac indulgemus, ut actualis parochiarum unitarum separatio differatur, donec resignans supremum obierit diem, ac proinde donec prædicta pensio fuerit extincta. Ac si de alterius generis pensionibus verba fiant; cum aptissimum supersit reductionis medium, quo beneficiario pensionem solventi consuli commode possit, nihil innovandum censemus; imo per præsentes Nostras literas novum robur addimus, auctoritatemque iis omnibus, quæ superioribus Nostris literis mandavimus tum de parochiarum separatione, et vicariorum perpetuorum institutione, tum de congrua portione quartam partem redditaum omnium parochialium adæquate vicariis constituenda. Quæ duo tam arcto inter se vinculo connexa declaramus, atque pro quibusvis istius Sardiniæ insulæ diœcesibus ita generatim statuta, ut Nostræ voluntati nemo arbitrari debeat se morem gessisse, nisi utramque fideliter compleverit. Hinc si quæ forte vicariæ perpetuæ ante hæc nostra, et superiora decreta institutæ fuerint, quin integra quarta pars redditaum omnium vicariis illarum fuerit adjudicata; vel si quæ etiam, absque parochialis beneficii unione, facta fuerit proventuum parochialium dismembratio, quin sæpedicta quarta pars salva manserit, et integra rectori ejusdem beneficii parochialis; hanc tum memoratis vicariis perpetuis, tum hujusmodi rectori respective adjudicari mandamus, ac præcipimus.

§. 11. Præter hæc quum in diœcesi Bosen. usus obtineat, vetusque consuetudo, ut nonnullæ parochiales ecclesiæ canonicatibus unitæ quamdam redditaum partem capitulo persolvant, qui redditus in quotidianas canonicorum distributiones erogantur; dubitatum est, an post dictarum parochiarum a canonicatibus separationem, vicarii perpetui, qui ad illarum regimen cum debita congrua assumpti fuerint, eodem modo prædictam fructuum quantitatem persolvere capitulo teneantur, quamvis ad eam vicarii hactenus concurrere ob redditaum tenuitatem minime consueverint. At Nos minime decere existimamus, ut onus hujusmodi a beneficiorum parochialium natura, ac indole prorsus alienum vicariis perpetuis imponatur. Re quidem vera si prædictæ consuetudinis origo repetenda dicatur, suumque habere fundamentum in decreto concilii Tridentini sess. xxi. c. 3. de reform. quo sancitum fuit: tertiam partem fructuum quorumcumque proventuum, et obventionum tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, et officiorum separari debere, et in distributiones quotidianas converti: animadverti facile potest, quod licet separationem hanc admitterent parochialia beneficia, quamdiu parochiæ unitæ erant, et incorporatæ præbendis canonicalibus; eam tamen nullo modo patiuntur, postquam per superiores Nostras encyclicas separavimus parochiales ecclesias una cum omnibus suis juribus, et pertinentiis, et ad primævum statum simplicem, et liberum, in quo ante unionem reperiebantur, restituimus, et revocavimus. Firmum enim, immotumque est apud omnes, vi superius relati decreti concilii Tridentini nullam separari posse partem fructuum beneficiorum, quæ sunt extra ecclesiam cathedralem, ut in quotidianas canonicorum distributiones convertatur. Præterea quum redditus hujusmodi in quotidianas distributiones conversi ad ipsos redeant canonicos, si choro intersint; æquum sane minime videtur, ut parochiales redditus, et decimæ, quæ ordinatæ sunt ad sustenta-

Exonerantur parochiales ecclesiæ ab onere persolvendi partem redditaum capitulo.

tionem parochorum pondus curæ animarum ferentium, iisdem parochiarum rectoribus subtrahantur, ut habituales ditentur parochi nullum in animarum curam impendentes laborem. Cæterum via non deest, ac ratio, qua satis apte provideri possit decremento distributionum, quod exinde canonicis obveniet.

Congrua vicariorum constituitur in scutis quinquaginta.

§. 12. Ex his omnibus, quæ ad tuenda parochorum jura, ac privilegia, ut sacri canones exquirunt, ipsaque lex æquitatis expostulat, comparata sunt, plenissime intelligitis, venerabiles fratres, quod si redditus, qui habituali parocho obveniunt, impares fortasse sint constituendæ pro vicario congruæ, quæ scuta 50. istius monetæ, quemadmodum definivimus, adæquet, suppleri omnino debeat ex cæteris redditibus ejusdem parochialis ecclesiæ, qui in alios quoscumque usus erogantur, detrahendumqua, servatis servandis, quod deest ad prædictam summam scutorum 50., ex iis præstationibus seu contributionibus, quibus iidem redditus subjiciuntur, sive pro massa, ut ajunt, distributionum, sive pro parte, et censu episcopali, sive pro ipsius ecclesiæ fabrica. Potior enim præ cæteris est parochorum conditio, eorumque supra alios quoscumque decimarum possessores privilegium firmum magis est, ac præstans. Ipsi siquidem sacramenta administrant: ipsi spiritualem totius parochiæ curam immediate gerunt: ipsi in pascendis suis ovibus diu, noctuque laborant, gravissimumque ferunt pondus: ipsi demum, tum officiorum divinorum cultui, tum aliis ministeriis ad æternam populi salutem necessariis, opportunisve vacare perpetuo debent. Ex hoc itaque potiori parochorum privilegio supra cæteros quoscumque necessario fit, ut, imparibus existentibus ad dictam summam scutorum 50. constituendam redditibus parochialibus, qui parocho habituali accedunt, quod deest, desumi omnino debeat ex aliis ejusdem parochiæ redditibus, quoscumque in pios usus hi erogentur, et quibuscumque obveniant, minori certe donatis privilegio, quam donentur parochi.

Derogatur constitutioni sancti Pii V. quæ minorem quoque congruam admitti posse declaraverat.

§. 13. Nec admittendam ullo modo censemus exceptionem, quam alias propositam fuisse accepimus, et a sancto Pio V. prædecessore nostro probatam in sua constitutione, *Quantum animarum cura*, pro istius insulæ ecclesiis an. 1568. edita, nimirum eam esse in aliquibus locis annonæ vilitatem, ut vicarius perpetuus congrua 50. scutorum minori commode sustentari valeat. Non enim ignoramus, annonæ vilitatem eamdem semper non esse, plurimisque vicissitudinibus esse obnoxiam, ac proinde facili negotio fieri posse, ut, aucto annonæ pretio, desit aliquando vicariis, quod necessarium est ad vitam honeste, decenterque traducendam, quemadmodum quotidiana edocemur experientia. Præterquamquod dissimulandum vobis non est, in definienda parochorum congrua non solum habendam esse rationem sustentationis eorumdem, verum etiam parochiarum necessitatis. *Tantum redigantur*, verba sunt concilii Tridentini *sess. XXIV. cap. 13. de reform.*, *quod pro rectoris, ac parochiæ necessitate decenter sufficiat.* Re quidem vera, uti exploratum per se est, omnia onera respicientia curam animarum, et administrationem sacramentorum spectant ad vicarium perpetuum. Firmum itaque, immotumque esse volumus, quod superioribus nostris literis decrevimus, congruam scilicet vicariorum minorem haud esse posse scutis 50. istius monetæ.

Consulitur parochis vel nullos habentibus redditus, vel eos repeti coactis, a tertiis in quos parochialia bona migrarunt oneroso titulo.

§. 14. Quod si ab aliquo habituali parocho clare, aperteque demonstrari contingat, parochialem ecclesiam eo, quo unita fuit, tempore nullos habuisse redditus, nullosque impræsentiarum habere; confugiendum tunc erit ad symbola, et collectas, prout a concilio Tridentino generatim, et pro quibuscumque parochialibus ecclesiis traditur, eaque ratione consulendum erit decenti vicariorum sustentationi. At si parochialem ecclesiam suos olim habuisse redditus constet, eosque a parocho tunc temporis habituali per contractum aliquem onerosum fuisse remissos, seu alteri sub aliquo onere renunciatos; donec non demonstretur, inter cætera onera ei imposita, cui facta est decimarum renunciatio, seu remissio, illud quoque additum fuisse, ut debitam vicario congruam subministret, (qua in hypothesi cogendus is erit, ut promissis stet) onus hujusmodi ad ipsum habitualem parochum interim spectare decernimus, ac volumus. Hujusmodi enim decimarum renunciatio facta absque dubio fuit cum aliqua renunciantis utilitate, et commodo; ac proinde quum prædictum onus suppeditandi vicario sufficientem congruam in alium vi alicujus contractus transiisse, non ostendatur, merito est inferendum, illud inhæsisse ipsi parocho habituali, ad quem jura omnia illud pertinere apertissime testantur.

Parochiales ecclesiæ habendæ sunt liberæ et nulli alii subjectæ usque dum contrarium invictissime probetur.

§. 15. Tandem ad parochialium ecclesiarum quod attinet separationem, perpetuorumque vicariorum in earum singulis institutionem, quam superioribus nostris literis secundum præscriptam methodum perfici mandavimus, dubium a quibusdam excitatum fuisse accepimus, an ecclesiæ, quarum plures adnexæ occurrunt alicui capitulo, dignitati, canonicali præbendæ etc. habendæ singulæ sint tanquam ecclesiæ parochiales præcipuæ, et a se invicem independentes, ita ut, facta separatione, constitui in earum qualibet debeat vicarius perpetuus, uti a Nobis fuit ibidem statutum: vel potius tanquam ecclesiæ filiales, seu adjutrices, ut vocant, alicujus ecclesiæ matricis; itaut post separationem satis sit, in ea, quæ princeps est, et magis conspicua, vicarium perpetuum constituere, in aliis vero inferioribus, et ab ea pendentibus vicarios tantum amovibiles eligere prædicto vicario perpetuo subjectos. Verum eum ecclesiarum parochialium uniones, quæ in ista Sardiniæ insula passim obtinebant, firmum nobis præbeant argumentum præsumendi, hujusmodi ecclesias prioris esse generis, totidemque fuisse, antequam unirentur, parochias a se invicem penitus distinctas, ac separatas, nulloque inter se colligatas subjectionis nexu; idcirco, nisi præsumptio hæc luculentissimis de medio tollatur argumentis, declaramus, ac præcipimus, ut prædictæ ecclesiæ sic unitæ haberi debeant tanquam totidem parochiales præcipuæ, a se invicem minime pendentes, nullique alii subjectæ, ita ut et a se invicem separandæ sint, et vicarius perpetuus in earum singulis constituendus secundum ea, quæ in superioribus nostris literis servari mandavimus.

Reservatio facultatis declarandi, et corrigendi constitutionem.

§. 16. Quoniam vero universa, quæ a nobis disposita sunt tam in superioribus Nostris literis, quam in præsentibus, eo unice spectant, venerabiles fratres, ut gregi vobis commisso prosint, ejusque faciliori, feliciorique consulant regimini; hinc si quæ occurrant causæ, vel peculiaria adjuncta a loci propinquitate, vel a rerum angustia, vel ab alia qualibet singulari circumstantia petita, quæ parochialium ecclesiarum separationem ea, qua decrevimus, ratione, et methodo minime pati videantur, eamdemque detrimento potius futuram evincant, quam utilitati; vestrum erit singula ad Nos diligenter referre, accuratissimeque describere, ut, omnibus matura deliberatione consideratis, quæ magis expedire parochialibus ecclesiis recte administrandis judicaverimus, in Domino statuamus, Nobis tantummodo facultatem reservantes declarandi, an singulária, quæ occurrere possunt, adjuncta ejus sint generis, ut ab universali lege rem postulent esse eximendam.

Clausulæ salutares, et derogatio contrariorum.

§. 17. Quæ omnia in præsentibus Nostris literis contenta firma esse volumus, suumque habitura robur, non obstantibus constitutionibus quibuscumque, indultis, privilegiis, literis apostolicis, consuetudinibus, cancellariæ etiam Nostræ regulis de unionibus, deque jure quæsito non tollendo, aliisque omnibus, siquæ fortasse sunt, speciali dignis mentione; quæ singula perinde ac si de verbo ad verbum descripta essent, ad hunc tantummodo effectum de potestatis Nostræ plenitudine revocamus, nulla esse decernimus, ac irrita; irritumque etiam fore ex nunc declaramus, quidquid secus per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, aut ignoranter contigerit attentari.

Conclusio.

§. 18. Novum præsentes literæ vobis præstant, venerabiles fratres, paternæ erga vos dilectionis Nostræ, juvandique commisso vobis gregi studii, ac solicitudinis argumentum. Easdem Nobis quoque præstituras confidimus amplissimam vestræ in Nos, apostolicamque Sedem observantiæ significationem, dum, vos omnem collaturos esse operam, industriamque pro certo habemus, ut, quæ vobis in mandatis dedimus, prompto, alacrique animo perficiatis. Interim vestris ad Deum precibus nosmetipsos commendantes, apostolicam vobis, gregique vestro benedictionem intimo cordis affectu impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die xi. februarii MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 18 Februar. 1771 Anno II.

CX.

Confirmatio concordiæ super divisione bonorum initæ inter abbatem generalem monachorum ordinis sancti Hieronymi congregationis Lombardiæ, et abbatem commendatarium monasterii sanctæ Mariæ de Caramagna ejusdem ordinis, et congregationis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status monasterii, et circumstantiarum quæ concordiam suaserunt.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus abbas generalis monachorum ordinis sancti Hieronymi congregationis Lombardiæ, quod cum ipse in iis versaretur circumstantiis, in quibus propter nonnullas, et quidem graves causas a monasterio sanctæ Mariæ de Caramagna nuncupato monachos sui ordinis evocare, eosque in aliis monasteriis dicti ordinis, et in eadem temporali ditione existentibus destinare tenabatur, ad hujusmodi effectum deputavit dilectum itidem filium Cosmam Monfort monachum expresse professum, et abbatem ordinis, ac congregationis ejusmodi eum opportunis facultatibus, quibus negotium hoc pertractare valeret cum dilecto quoque filio Francisco Saluzzo de Garesio illius abbate commendatario, ee eleemosynario carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris, ut ea, quæ ad hujusmodi effectum opportuna essent, conveniret, statuendo præsertim articulos respicientes distinctionem fundorum antiquorum pertinentium ad illam abbatiam, et ecclesiam parochialem ab aliis bonis, ac redditibus propriis monachorum, ad hoc, ut bona, et redditus hujusmodi favore alterius monasterii ipsius ordinis, et congregationis, ac in eadem temporali ditione existentis, applicari possent. Feliciter itaque omnia composita, ac in quatuordecim articulis statuta fuerunt in pagina conventionis nuncupata, cujus tenor est qui sequitur videlicet.

Tenor concordiæ.

§. 2. Convenzione tra l' illustrissimo, e reverendissimo signor abbate commendatario di santa Maria di Caramagna don Francesco Gaetano Saluzzo Miolans Spinola di Garesio elemosiniere di sua maestà, e la congregazione de' monaci di san Girolamo di Lombardia.

L'anno del Signore 1770., ed alli 20. del mese di settembre alle ore ventiquattro in Torino, ed in una camera dell'appartamento tenuto al primo piano dall' illustrissimo signor conte Peiretti di Condove secondo presidente dell'eccellentissimo real senato, nel palazzo delle signora marchesa di san Giorgio sotto la parrocchia di san Giovanni, cantone di santa Croce, ivi avanti il prefato signor conte, e presidente Peiretti, ed alla presenza di me notajo Gaspare Domenico Gandolfo segretario, e degli infrasèritti signori avvocato Giuseppe Maria Pio Revelli, e Claudio Antonio Pillion residenti in questa città testimonj richiesti, e colle perti conosciuti, ed in piede del presente colle medesime sottoscritti.

Narratio factorum.

§. 3. Ad ognuno sia manifesto concïosiacosachè il padre generale de' monaci di san Girolamo di Lombardia, essendo in circostanza per varj rilevanti motivi di richiamare i religiosi del suo ordine residenti in Caramagna, per ripartirli in altri monasteri situati nel real dominio, abbia fatto rassegnare a sua maestà per mezzo del padre abbate Monfort a questo effetto principalmente destinato, e monito delle opportune facoltà le sue rappresentanze, acciocchè si degnasse di ordinare, che esaminati i titoli dello stabilimento de' monaci di detto ordine al reggime della parrocchia di Caramagna, e dei fondi da principio assegnati per il loro mantenimento, così anche dei beni, che da tale tempo in poi sono i medesimi andati acquistando colla distinzione dei fondi di libero acquisto da quelli, che fossero, o dovessero aversi per affetti e peso locale, non omessa la considerazione dell'ettuale stato dell' edifizio di monastero costrutto di nuovo per la massima parte con grave dispendio, si accertasse la qualità, e quantità da' beni, e redditi di ragione appartenenti alla chiesa parrocchiale, e conseguentemente di quelli, che essendo proprj della religione potessero da questa, pagati i debiti, applicarsi a benefizio d'altro monastero de'regi stati, secondo che sua maestà si sarebbe degnata di approvare.

Prosecutio expositionis.

§. 4. Sia altresì vero, che intrapresasi la suddetta disanima previa comunicazione, che si fece dal detto abbate Monfort non solamente del titolo dello stabilimento de' monaci in detto luogo di Caramagna, ossia della convenzione stipulata li dodici giugno 1621. fra essi, e l'eminentissimo signor car-

dinale Campori in tal tempo abbate commendatario di quella abbazia, ma anche di tutti gli acquisti de' beni fatti in progresso dal monastero nello stesso luogo, e territorio, non tanto in dipendenza di donazioni, e lascite, che per mezzo di compere. E questi documenti essendosi successivamente esaminati dal moderno signor abbate commendatario di detta abbazia don Francesco Gaetano Saluzzo di Garesio, e combinati i medesimi con altre scritture influenti al proposito, ed esistenti nell' archivio abbaziale, abbiano l'uno, e l'altro trattata, e discussa all' amichevole la materia avanti il signor presidente conte Peiretti a ciò specialmente deputato da sua maestà, il quale, sentite in più congressi le parti, ed esaminate tutte le scritture per esse scambievolmente presentate, abbia poi proggettato alle medesime di abbracciare, ed eseguire li seguenti articoli di convenzione da ridursi in istromento previo il gradimento di sua maestà.

Curæ animarum et gubernio parœciæ renunciant monachi, unique commendatario earumdem regimen concreditur.

§. 5. I. Il padre abbate generale richiamerà i suoi religiosi stanziati nel monastero di Caramagna, e quelli collocherà ripartitamente in altri monasteri dello stato, fra tutto il mese di dicembre prossimo, o anche prima, se ciò sarà praticabile, ed in tale tempo non si avrà più alcun riguardo al contenuto nella precitata convenzione delli 12. giugno 1621., e resterà a totale carico del signor abbate commendatario la reggenza di quella parrocchia, e la cura spirituale delle anime, che ne dipendono, coll'obbligo dell'adempimento a tutti i pesi di messe, anniversarj, e processioni, benedizioni, ed altri qualsivoglia, alli quali sono di ragione obbligati gli amministratori, e reggenti di detta parrocchia, senza che li predetti monaci siano più tenuti per tale riguardo a cosa alcuna.

Vacuam propterea reddere debent ecclesiam, cum sacello, monasterio, et adnexis ædibus.

§. 6. II. Dovrà in tale occasione venire dai monaci rimessa libera, non solamente la chiesa parrocchiale colla sacrestia, ed altri membri, che ne facciano parte, e così il campanile colle campane, ma anche la fabbrica dell' antico monastero, che ancora esiste, ed ogni altro edifizio, che all'antico monastero sia stato in congiuntura della ricostruzione surrogato.

Item et lintea mina, aliasque restituere sacras supellectiles.

§. 7. III. Le supellettili ecclesiastiche, ed altri ornamenti della sacrestia, come pure li mobili grossi, che si sono ricevuti dai monaci in esecuzione di dette convenzioni del 1621. dovranno da essi a tenore della stessa convenzione restituirsi alla parrocchiale, e per esse al signor abbate commendatario mediante l'effettivo pagamento del prezzo, a cui si sono in tal tempo stimati, secondo risulterà dagli rispettivi inventarj.

Item et oblationes fidelium

§. 8. IV. I paramenti, gli vasi, ed arredi sagri, li voti tanto di argento, che di altra materia, gli ornamenti, e tutte le altre cose, che saranno state da devoti benefattori offerte, o donate alla chiesa parrocchiale, o sacrestia avranno pure a lasciarsi per intiero a benefizio della medesima.

Nec non bona nuncupata capitularia.

§. 9. V. Si dovranno altresì dimettere a favore della chiesa tutti i beni dell'antica pertinenza di essa volgarmente denominati capitolari, designati nella feda di catasto degli 5. aprile scorso, per essere dopo la partenza de' monaci amministrati, e goduti da chi verrà destinato alla cura, e reggime della parrocchia.

Et censum annuum solvendum a communitate.

§. 10. VI. A benefizio di questa verrà parimenti ceduto da' monaci il capitale censo di doppie duecento cinquanta verso la comunità di Caramagna, di cui in istromento 6. dicembre dell'anno 1638. stato riconosciuto lagittimo dalla regia delegazione con declaratoria 26. maggio 1740., a condizione che però i proventi del suddetto censo comincieranno solamente a decorrere a benefizio della parrocchia dal giorno che i monaci lasceranno di risiedere in detto luogo.

Cætera bona libera monachis reservantur, nonnullis tantum exceptis.

§. 11. VII. Tutti gli altri beni, e fabbriche di campagna attualmente posseduti, e goduti da' monaci saranno dichiarati liberi, e proprj de' medesimi e riserva però de' seguenti, li quali dovranno pur separarsi in ragione di dominio a favore della parrocchia cioè = 1.° = Le tre pezze provenienti della eredità del prete Bartolomeo Bargis, de' quali nel di lui testamento 20. ottobre 1732. e rilevanti alla quantità di giornate quattro, tavole cinquantatre = 2.° = La pezza di prato di tavole quarantatre situata nella regione de' prati Molli, di cui si fa menzione nell' istromento 31. gennajo 1707.

Nonnulla legata missarum favore parœciæ pariter reservantur.

§. 12. VIII. Per ragione dei stessi beni, de' quali nel precedenta capo saranno ancha tenuti i monaci alla rappresentazione, o pagamento verso la chiesa parrocchiale delle infrascritte capitali somme, le quali dovranno poi essere opportunamente impiegate a cautela de' pesi infra accennati = 1.° = di scudi trecento da fiorini otto cadauno da ragguagliarsi alla moneta corrente

pervenuti al monastero della vedova Ludovica Paramet in virtù dell'istromento 5. marzo 1626. coll'obbligo della celebrazione in detta chiesa d'una messa eddomadaria = 2.° = di lire quattrocento pagate da Giovanni Costaozo Pautriero nell'atto dell'istromento 16. marzo 1739., e dal monastero ritirate con promessa da adempiere in perpetuo alla obbligazione impostagli di far dare ogni sera il segno dell'Ave Maria colla pulsazione della campana maggiore = 3.° = di lire centocinquanta sborzate al monastero da Pietro Domenico Jusè in istromento delli 9. agosto 1755. mediante il peso della perpetua celebrazione in detta chiesa di due messe ogni anno, e convertite dallo stesso monastero per cautela di detto carico nel pagamento di parte del prezzo di un campo nella regione di Longoria per esso acquistato in vigore dell' istromento 10. settembre nel medesimo anno.

Consulitur super distributione pretii pro monasterio noviter constructo.

§. 13. IX. L'edifizio del nuovo monastero per tutta la porzione, che si riconoscerà fabbricata in sito proprio di esso, e non surrogata al monastero antico, sarà parimenti dichiarato proprio de' monaci, purchè dai medesimi venga indennizzata la chiesa colla rappresentazione e pagamento col prezzo ricavando dalla vendita di tutto, o parte del monastero, o colla cessione di parte del medesimo, come infra delle seguenti somme, a nel modo, che verrà infra dichiarato = 1.° = di tutti li proventi del premenzionato capitale censo di doppie duecento cinquanta Spagna, che dalla liquidazione da farsi risulterà essere stati dalla comunità di Caramagna effettivamente pagati al monastero dal tempo della morte della suddetta vedova Ludovica Paramet sino al giorno, che i monaci cesseranno di risiedere nel luogo, sotto la deduzione però delle spese, che costerà essersi fatte da monaci per la liquidazione del medesimo censo = 2.° = di quelle somme, che durante la circostanza della costruzione dal nuovo edifizio si sono annualmente risparmiate sopra li redditi assegnati al monastero, e convertite nella spesa della nuova fabbrica in conseguenza della riduzione dell'ordinario numero de'religiosi stata al suddetto oggetto permessa coll' istromento 17. luglio 1758. = 3.° = dell' annualità delle lire trecento state col medesimo istromento rimesse a favore de'monaci, e da questi convertite, o dovute convertirsi nella edificazione del monastero dal dì, che si è principiata la nuova fabbrica in poi.

Aliæ providentiæ supra eadem re, de qua supra.

§. 14. X. E siccome si è rilevato per parte de'monaci, che la spesa da essi fatta nella nuova fabbrica eccedendo, come è probabile, il presentaneo valore della medesima, e così il prezzo, che dalla vendita potrebbe ricavarsene, non sarebbero essi in istato di rappresentare, e pagare le somme espresse nell'antecedente capo, e di supplire nel medesimo tempo, e sopra lo stesso prezzo al pagamento dei debiti, che hanno effettivamente contratto per causa unicamente di detta fabbrica, si farà procedere per mezzo di perito imparziale alla più esatta cognizione di detto nuovo edifizio, e dare successivamente da esso il suo ragionato giudizio, non tanto sul valore presentaneo del medesimo edifizio, quanto sopra la somma, a cui sia rilevata la totale spesa della nuova costruzione, avuti ad ogni cosa i necessarj riguardi; e risultando, che il valore dell'edifizio sia minore dello speso, onde col prezzo, che dalla vendita, sia per ricavarsene, non possa supplirsi al totale pagamento verso la chiesa delle tre partite avanti accennate, e de' debiti ancora, che tiene il monastero verso terzi per causa della stessa fabbrica, si farà di dette partite quel ribasso, che sarà proporzionato all' importare dell'estimo di detto edifizio, ed alla totalità dei debiti cadenti sopra il medesimo.

Segregatio, si fieri poterit, inter novum, et vetus monasterium, peragenda perito viro committitur.

§. 15. XI. L'edifizio del nuovo monastero essendo fabbricato in contiguità dell'antico, che ancora sussiste, si dovrà riconoscere per mezzo dello stesso perito, se una parte della nuova fabbrica possa comodamente separarsi dal restante di essa, ed unirsi all'antica, col fine di dare così una più conveniente abitazione a chi avrà in avvenire la cura della parrocchia; ed in tal caso si cederà dal monastero la detta porzione di fabbrica alla parrocchiale per quel prezzo, che dal perito verrà tissato, sotto però la deduzione del valore del sito occupato dal nuovo braccio di fabbrica, cominciando dall' antico monastero fino alla Bielera, ben inteso, che la detta cessione si farà alla chiesa parrocchiale in isconto delle stesse partite di debito del monastero, che sono designate al capo IX. num. 1. 2. 3.

Segregatione sequuta arbitrium monachis conceditur de novo ædificio disp.

§. 16. XII. Qualora sia effettuabile la detta separazione, ed applicazione potranno i monaci, quella seguita, disporre liberamente del restante nuo-

nendi ad libitum.

ro edifizio col giardino, che vi è annesso; ma quando si riconoscesse, che la medesima non potesse eseguirsi, sarà in facoltà di detti monaci di alienare, a chi meglio stimeranno, l'intiero corpo della nuova fabbrica col suddetto giardino, purchè tanto in questo, come nel primo caso non possa mai detta fabbrica essere dagli acquistatori destinata ad un uso, che sia per recare disturbo, ad incomodo nè alla vicina chiesa parrocchiale, nè al palazzo abbaziale, e nemmeno al signor abbate commendatario, a cui resterà eziandio riservata la facoltà di far togliere l'attuale appoggio del coperto nell'ultimo caso da terra di detto monastero dal muro della galleria del di lui palazzo, e a condizione ancora, che resti in cadauno di detti casi a privativo carico de'monaci il pagamento dei debiti, che abbiano contratti per causa del nuovo monastero.

In casu venditionis pretium dividendum pro rata statuitur.

§. 17. XIII. Nel caso, che da detti monaci si vendesse, come sopra, tutto il corpo della nuova fabbrica, dovranno pagare all'abbazia il valore del sito, di cui si è parlato al capo XI. a quel prezzo, che sarà dall'esperto giudicato.

Ex venditione aliorum bonorum consulitur satisfactioni onerum, quibus graventur.

§. 18. XIV. Quanto poi agli altri beni, e fabbriche di campagna, riconoscinte di libero acquisto, da' monaci si procederà primieramente alla giusta stima de'medesimi per mezzo di periti, e quelli poi si venderanno da' monaci per il prezzo, che ne verrà stabilito a quella persona, o persone, che saranno di gradimento di sua maestà; ben inteso però, che per l'adempimento de'pesi perpetui, ed ogni altra somma, che potesse richiedersi per la compita soddisfazione degli altri debiti originati dalla nuova fabbrica, debba il restante applicarsi a beneficio di altro monastero, o monasterj de' regj stati, ed impiegarsi in luogo, e fondo sicuro, anche per cautela degli acquistatori.

Pacta conventa per publicum instrumentum rata habentur.

§. 19. Quali capi di convenzione dopo essersi rispettivamente considerati, avendo le parti dichiarato di accettarli, ed in conseguenza di non dissentire di ridurli in pubblico istromento; ecco perciò, che quivi avanti il prefato illustrissimo signor conte, e presidente nel real senato Peiretti di Condove, ed alla presenza di me notajo, e signori testimonj infrascritti personalmente costituiti l' illustrissimo, e reverendissimo signor abbate commendatario dell'abbazia di santa Maria di Caramagna don Francesco Gaetano Saluzzo Miolans Spinola di Garesio elemosiniera di sua maestà della fu S. E. il signor marchese Carlo Emmanuele Enrico Giuseppe Antonio cavaliere del supremo ordine della santissima Annunziata, generale di cavalleria, e gran scudiere di sua maestà della presente città, ed in essa residente, ed il reverendissimo padre abbate don Cosmo Monfort procuratore speciale, e generale del corpo della sua congregazione di Lombardia costituito per istromento degli 24. febbrajo ultimo scorso tabellionatamente segnato, e sottoscritto = Joannes Angelus Dragonus = debitamente legalizzato, ed in piè del presente inserto; li quali, atteso il gradimento di sua maestà risultante da real biglietto del giorno d'oggi a detto signor conte presidente diretto, ed in piè del presente per copia inserto, hanno, tanto in loro nome proprio, che quanto al detto signor abbate commendatario in nome de' signori suoi successori in detta abbazia, ed in riguardo al detto padre abbate Monfort in nome del corpo della sua congregazione di Lombardia transatto, ed accordato, come per il presente istromento convengono, transigono, ed accordano in tutto, e per tutto come nei sopraccennati capi di proggetto dai medesimi accettati, ed approvati: promettendo rispettivamente di adempiere, ed inviolabilmente osservare, ed eseguire ogni cosa in detti capi contenuta, come fosse qui di parola in parola ripetita, ogni opposizione, ed eccezione cessante. Il che tutto dette parti per quanto a cadauno spetta, ed appartiene hanno promesso, e promettono di attendere, ed inviolabilmente osservare sotto obbligo quanto al detto signor abbate commendatario di Caramagna de' beni di detta abbazia, quanto al detto padre abbate Monfort di quelli del corpo della sua congregazione di san Girolamo di Lombardia presenti, e futuri, colla clausula dell' amplissimo costituto possessorio di essi in forma camerale. Del che richiesto io suddetto, e sottoscritto notajo, e segretario ne ho ricevuto il presente pubblico istromento, e per l' insinuazione a tabellione lire 3. 2. 4., sottoscritti come alla minuta originale Francesco Saluzzo di Garesio abbate di Caramagna, don Cosimo Monfort, Giuseppe Maria Pio Revelli testimonio, Claudio Antonio Pillion testimonio; Peiretti.

Die 10. decembris 1770. = Sanctissimus Dominus Noster, audita relatione infrascripti secretarii, veris exi-

stentibus narratis, oratoris precibus benigne annuans, supradictam conventionem cum pactis, et conditionibus suparius exprassis approbavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus, at literas apostolicas in forma Brevis desuper expediri mandavit.

J. M. card. da Rubeis referend.

Loco ✠ signi.

F. A. archiep. Petrensis secr.

Preces porrectæ pro confirmatione concordiæ, quæ indulgetur.

§. 20. Cum autem sicut eadem exposítio subjungabat, dictus modernus abbas generalis, quo firmius conventio prædicta cum articulis, pactis, et conditionibus in ea expressis subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum exponentem specialibus gratiis, at favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, at pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, varis existentibus narratis, præinsertam conventionem cum articulis, pactis, et conditionibus in ea expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, at approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris et facti, et solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 21. Decernentes easdem præsentes litaras firmas, validas, et efficaces existare, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, at pro tampore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabilitar observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delagatos atiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, at inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 22. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nac non ordinis, congregationis, et monasterii hujusmodi atiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, at formis, ac cum quibusvis atiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque afficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis in genere, val in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, at singulis illorum tanores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de varbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CXI.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca Mariana nuncupata conventus Barchinonensis ordinis minorum sancti Francisci de Observantia.

Dat. die 8. Martii 1771. Anno II.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio impetratæ prohibitionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Steras minister provincialis provinciæ Catalauniæ fratrum ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum in Barchinonensi, qui inter cæteros provinciæ hujusmodi conventus primum, ut ipse assarit, tenet locum, nuper bibliothaca in honorem beatæ Mariæ virginis immaculatæ, ideoque Mariana nuncupata arecta fuerit; cumque Antonius prædictus non sine acerbo animi sensu ax intemperanti, et cæca librorum e bibliotheca prædicta asportatione jamdium compertum habuerit pessumdata, atque sublata non pauca fuisse volumina; cupiatque propterea a Nobis in præmissis provideri, et ut infra indulgeri.

Conservationi bibliothecæ consulitur, per excommunicationem latæ sententiæ contra extractores.

§. 2. Nos conservationi, et manuteotioni dictæ hibliothecæ prædictæ quantum cum Domino possumus benigno consulere, dictumque Antonium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quihusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sontentiis, et pœnis qnovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: ne de cætero quisquam cujusvis status, gradus, conditionis, qualitatis, et dignitatis etiam ecolesiasticæ, et quacumque auctoritate, superioritate, et officio fuogens bibliothecam hujusmodi vendere, aut aliquam illius partem alienara vel hypothecare, ac libros, quinterna, folia siva impressa, sive manuscripta sub quovis quæsito colore, ingenio, oausa, ratione, aut occasione e dicta bibliotheca extrahero, et asportare, seu nt extrahantur, aut asportentnr, aut vendantur, vel alienentnr, seu hypothecentur permittere, aut consentire audeat, seu præsnmat, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ipso facto, absque ulla alia declaratione incurrenda, a qua nemo nisi a Nohis, sen romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, et quoad regularas privationis vocis activæ, et passivæ pœnis auctoritate apostolica tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Licentia pro retentione, et lectione librorum prohibitorum.

§. 3. Permittimus autem, ut idem Antonius libros, quinterna, slve folia hnjusmodi e prædicta bibliotheca proprii usus gratia extrahere, et in ejus cellam asportare libere, et licite possit; ac memorato Antonio, aliisque, ad qnos cura ejusdem bibliothecæ pro tempore demaodata fuerit, ut ipsi in eadem bibliotheca quorumvis hæraticorum, at hæresiarcarum, aliorumque reprobatorum auctorum cujuscumque sectæ, et classis etiam primæ, et ex quaeumque causa etiam ob falsi dogmatis suspicionem a prædecessoribus Nostris romanis Pontificibus, ac atiam in quibnsvis conciliis genoralibus, ac etiam a Nobis, et Sede apostolica quomodolibet prohibitos, et damnatos, et Nobis, successoribusque Nostris romanis Pontificibus, et a dicta Sede in futurum forsan prohibendos, et damoandos libros, manuscripta, et opera tam hactenus in lucem cdita, quam in posterum edenda, sen scribenda quæcumque etiamsi ex professo, et in capite de raligione, et fide catholica, seu contra religionem, et fidem easdem tractent in ipsa bibliotheca collocatos, et collocata, et in futurum collocandos, et collocanda retinare, habere, et asservare taotum libere, et licite, et impune, atque ahsque ullo conscientiæ scrupnlo, et quarumcumque ecclesiasticarum senteotiarum, ac censurarum, vel aliarum pœnarum etiam irregularitatis, infamiæ, aut inhabilitatis inoursu possint, et valeant; ita tamen, ut illos, et illa ab aliis separatos, et separata, et sub clavi, ne ad aliorum manus deveniant, retineant, et nonnisi ab iis, qui opportunam super aorum lectione licentiam sibi canonice concessam esse hibliothecario a prædicto Antonio, seu ab illis deputato, seu deputando ostenderint, legi permittant, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quihusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis, et edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, dictorumque ordinis, et conventus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuctudinibus, nec non prohibitionibus dasuper factis, et in posterum quomodolibet faoiendis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut in alio conspicuo loco ubi ab omnibus cerni, et legi possit affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanotam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda martii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 16. Martii 1771. Anno II.

CXII.

Facultas præscribendi alternativam in efficiis, et suffragiis ferendis in provincia sanctissimæ Trinitatis regni Chilensis ordinis sancti Francisci de observantia.

Dilecto filio Emmanueli de la Vega ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum professori, et Indiarum commissario.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. Ad pastoralis dignitatis fastigium licet immeriti per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam evecti, in id peculiari solicitudine incumbimus, ut prospero christifidelium divinis obsequiis mancipatorum statui, et regimini providere, atque ab eis quæcumque animorum dissidia, partiumque studia, quantum Nobis ex alto conceditur, removere jugiter satagamus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod alias anno nempe MDCCLXVII. tunc existentes procuratores provinciæ sanctissimæ Trinitatis nuncupatæ ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum regni Chilensis Americæ meridionalis ad æqualitatem servandam in suffragiis, et aliis ejusdem provinciæ officiis proposuerunt, ut alternativæ regula inter fratres conventuum unius partis dictæ provinciæ, et fratres aliorum conventuum alterius partis provinciæ hujusmodi locum obtinere deberet; verum quia agebatur de re totam provinciam respiciente, petitio, seu instantia hujusmodi ad provinciam ipsam remissa fuit, ut illius primum ad id consensus accedere deberet. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in capitulo provinciali ejusdem provinciæ habito anno MDCCLXIX. rationum momentis serio super re hac perpensis, atque discussis, omnium fratrum interesse habentium firma sententia fuerit pro omnimoda æquatione suffragiorum, et aliorum officiorum hujusmodi, illamque per Nos confirmari, et approbari fratres prædicti plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio executoris, qui gratiam indulgeat verificatis expositis.

§. 3. Nos igitur te, et fratres ejusdem provinciæ prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, alternativæ regulam in suffragiis, et officiis omnibus dictæ provinciæ inter unam, et alteram illius partem, ut præfertur, in posterum omnino observandam, ac exequendam esse, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium statuas, mandes, atque præscribas.

Præceptum de observanda constitutione.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo septin-

gentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 16. Martii 1771. Anno II.

CXIII.

Publicatio jubilæi a die cœnæ Domini ad diem dominicæ in albis inclusive lucrandi ab eis qui confessi, et sacra refecti eucharistia ecclesias designatas visitaverint, et aliquam pauperibus eleemosynam erogaverint.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis status ecclesiastici.

Clemens Papa XIV.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Magna atque innumerabilia, venerabiles fratres, divinæ erga Nos misericordiæ, et clementiæ argumenta semper extiterunt; ac nullum unquam tempus fuit, quod non summis illius beneficiis fuerit cumulatissimum. Verumtamen unum redemptionis nostræ opus, cujus memoriam hisce diebus recolemus, ceterorum beneficiorum et magnitudinem longissime antecedit, et omnium vim, ac numerum complectitur. In hoc divino ac maximo inter homines peracto opere universæ religionis fundamentum est positum, in hoc spes expectationesque nostræ, omnisque vitæ, et felicitatis ratio continetur. Salvatoris nostri sanguine ab antiqua captivitate in libertatem vindicati sumus, a contagione ad sanitatem, a tenebris ad veritatis claritatem redditi, et in Dei filios, ac Jesu Christi cohæredes cooptati. Ille ut pœnam a nobis debitam persolveret, nostræ naturæ infirmitatem suscepit, calamitates, dolores, ægritudines nostras subiit, cum morte vitam, cum ærumnis ac inopia nostra gratiæ suæ dona commutavit: ut sua nobis tribueret, nostra in sese assumpsit, peccatis nostris coopertus est, et tanquam ovis ad occisionem ductus, ut victoriæ pro nobis relatæ ac triumphi in carne nostra acti præmia in nos redundarent. Quid igitur, venerabiles fratres, pro tanti beneficii præstantia agere Nos oportet, nisi ut similes in omnibus illi effecti, cum illo crucifigamur, cum illo moriamur, illius humilitatem, mansuetudinem, charitatem imitemur, ad illius exemplar conformati, in omnium animos divinæ clementiæ, pietatis, amoris cogitationes transferamus. In hoc assidue insistere nos potissimum necesse est, venerabiles fratres, qui ad vias Domini cæteris præmonstrandas præpositi sumus.

Episcoporum sollicitudo excitatur ad commonendum populum super importantia jubilæi.

§. 2. Ac propterea Vos, qui propiores Nobis estis, ad quos proinde maturе vox Nostra est perventura, compellare nunc voluimus, ac, quo majore studio possumus, excitare ad populum custodiæ vestræ creditum de hoc opportunissimo misericordiæ tempore commonendum. Quid vestro muneri convenientius, quid aliorum saluti utilius fieri a vobis poterit, quam si eosdem ad uberrimum hunc a Salvatoris Nostri cruce profluentem clementiæ ac misericordiæ fontem deducatis, et ad derivandos in sese hos sanguinis Christi fructus inflammetis? Vestra cohortatione, vestro exemplo Christo commori condiscant, ut cum illo a vetustate in novitatem vitæ possint resurgere, eique uni vivere, qui traditus est propter peccata nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. Agnoscant, quid hisce diebus celebranda mysteria præseferant; hoc tempus acceptabile, hos esse dies salutis, dies veniæ, miserationis, ac pacis intelligant, et percepta divinæ misericordiæ magnitudine, illam exquirant, ad illam confugiant, illius obtinendæ desiderio exardescant. Hæc eorum studia, hunc ardorem inflammare etiam debet admirabilis illa sacramenti altitudo, quod in sacratissima cœna a Christo Domino institutum commemorabimus. Ubi enim clarius erga nos Domini Dei nostri charitatis vis elucet, qui corpus, ac sanguinem suum in cibum, ac potum nobis tradidit, ut maximum, ac perpetuum sui amoris pignus se ipsum nobis relinqueret, et nos in illo, ille in nobis semper remaneret? unde major divinæ gratiæ ubertas in nos influat, et præsentiores ad sustinendam spiritus nostri infirmitatem vires accedant, quam cum ipsi omnis gratiæ ac salutis auctori conjungimur, et ejusdem corpori tanquam viva membra inserti in illius quodammodo naturam commutamur? Hos suavissimos divini amoris ac summæ illius pietatis ac miserationis sensus in omnium animos, venerabiles fratres, quemadmodum vehementer in Domino vos hortamur, inducite. Sed ut hic vestræ solicitudinis ardor opera etiam Nostra adjuvetur, hac divinæ misericordiæ, bonitatis, et clementiæ opportu-

nitate cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatio fidei Nostræ commissa est, ad populi vestri utilitatem reserandos decrevimus. Dum enim Christus Dominus, qui caput et magister est noster, suæ misericordiæ divitias in omnes effundit, eundem imitari Nos, ac ejusdem clementiæ et charitatis insistere vestigiis, quantum in Nobis est, quaque possumus ratione maxime debemus.

Præfiniuntur ea quæ sunt præstanda pro consecutione jubilæi.

§. 3. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis et singulis utriusque sexus christifidelibus in diœcesibus vestris degentibus, qui ecclesias a vobis designandas a die cœnæ Domini ad diem dominicæ in albis inclusive, saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote Deum oraverint, et peccata sua confessi sanctissimum eucharistiæ sacramentum intra idem tempus reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam eleemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem, sicut in anno jubilæi visitantibus certas ecclesias intra, et extra urbem concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, et elargimur.

Consulitur regularibus personis, aliisque vel in carcere detentibus, vel aliqua corporis affectis infirmitate.

§. 4. Regularibus vero personis utriusque sexus etiam in claustro perpetuo degentibus, nec non aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis, etiam in carcere existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa confessarius ex jam approbatis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, et indulgemus.

Facultates extraordinariæ confessariis concessæ.

§. 5. Insuper omnibus et singulis christifidelibus utriusque sexus tam laicis, quam ecclesiasticis secularibus, et regularibus cujusque ordinis, congregationis, et instituti in diœcesibus vestris degentibus licentiam concedimus et facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam secularem, quam cujusvis ordinis et instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, et Sedis apostolicæ per quascumque Nostras aut romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones, quarum tenores haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiæ, et hac vice tantum absolvere, et liberare valeat: et insuper vota quæcumque (religionis et castitatis exceptis) in alia pia, et salutaria opera commutare; injuncta tamen eis, et eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus pœnitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

Reservationes.

§. 6. Non intendimus autem per præsentes, sicuti prædecessorum Nostrorum nemo in pubblicatione jubilæi unquam intendit, super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquomodo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ; neque etiam easdem præsentes iis, qui a Nobis, vel ab aliquo prælato, seu judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti fuerint, nisi intra ejusdem jubilæi tempus satisfecerint, et cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus; quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter nominatim, et expresse ad effectum præmissorum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio, et fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Demum apostolicam benedictionem fraternitatibus vestris peramanter imper-

timur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta martii MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno secundo.

CXIV.

Dat. die 18. Martii 1771. Anno II.

Confirmatur resolutio congregationis Rituum, qua capitulo, et canonicis ecclesiæ sancti Laurentii terræ Tophiæ tribuitur præcedentia supra clerum terræ Pharæ in publicis ecclesiasticis functionibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici collegiatæ ecclesiæ sancti Laurentii terræ Tophiæ nullius diœcesis in districtu urbis, quod exortis inter ipsos ex una, ac dilectos filios capitulum, et canonicos collegiatæ ecclesiæ terræ Pharæ ex altera partibus controversiis super jure præcedendi in publicis processionibus, aliisque actibus, qui unitim fiunt, in functionibus ecclesiasticis peragendis, illisque ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum delatis a dilecto filio Nostro Joanne Karolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Boschi nuncupato hujusmodi causæ ponente concordatum, ac propositum fuit sequens dubium, videlicet = An in publicis processionibus, ac functionibus ecclesiasticis, aliisque actibus, quæ unitim fiunt a clero terræ Pharæ cum clero terræ Tophiæ præcedentia debeatur dicto clero terræ Pharæ, an potius clero terræ Tophiæ in casu etc. =.

Decretum sacræ congregationis Rituum.

§. 2. Eadem vero congregatio utraque parte scripto, et voce informante prius audita, visisque juribus hinc inde deductis ad relationem ejusdem Joannis Karoli cardinalis rescribendum censuit, ut sequitur = Præcedentiam deberi capitulo, et canonicis ecclesiæ collegiatæ terræ Tophiæ, et ita decrevit, ac servari mandavit die vicesima tertia junii MDCCLXX. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædicti capitulum, et canonici terræ Pharæ ejusdem congregationis resolutioni minime acquiescere vellent, ipsi vero exponentes ad evitandos ulteriores sumptus, atque dispendia, quæ propter hujusmodi controversiam in posterum essent peragenda, dictæ congregationis resolutionem per Nos approbari, et partibus silentium imponi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio resolutionis sacræ congregationis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito prius eodem Joanne Karolo cardinali, et causæ hujusmodi ponente, præinsertam resolutionem a memorata congregatione cardinalium die xxiii. junii MDCCLXX., ut præfertur editam, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque partibus prædictis perpetuum silentium imponimus.

Sanctio constitutionis.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiarum, et capitulorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omni-

bus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octave martii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 26. Martii 1771. Anno II.

CXV.

Decreti sacræ congregationis Rituum confirmatio, super concessione officii proprii in festo sancti Alexii pro diœcesi Portugallensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor decreti sacræ congregationis libratum.

§. 1. Emanavit nuper ad supplicationem venerabilis fratris moderni episcopi Portugallensis a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum, tenoris sequentis videlicet.

Portugallensis = Reverendissimus hodiernus episcopus Portugallensis pro sua erga sanctum Alexium confessorem peculiari devotione humillime Sanctissimo Domino Nostro Clementi pp. XIV. supplicavit, ut a clero sæculari, et regulari in sua civitate, et diœcesi in memoriam ejusdem sancti Alexii recitari possit officium de communi confessorum non Pontificum cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, oratione, et missa propriis jam sub die 23. junii 1736. pro alma urbe, ejusque districtu adprobatum. Et Sanctitas Sua, ad relationem per me secretarium factam petitam officii, et missæ recitationem sub ritu duplicis minoris benigne concessit. Die 16. martii 1771.

Loco ✠ signi.

H. card. Chisius præfectus.

M. Gallo S. R. C. secretarius.

Petitio porrecta pro decreti confirmatione, quæ indulgetur.

§. 2. Cum autem sicut pro parte ejusdem venerabilis fratris Nobis subinde expositum fuit, ipse decretum hujusmodi quo firmius subsistat apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos specialem ipsi exponenti gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Nobis ejus nomine humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ congregationis cardinalium.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatis, et diœcesis prædictarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 7. februarii 1771. Anno II.

CXVI.

Almum studium Ferrariense novis legibus, institutis, et immunitatibus restituitur, atque distinguitur.

Clemens episcopus

servus servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

Summ. Pontif. curæ in tuendis, restituendisque optimarum artium studiis.

§. 1. Scientiarum, optimarumque artium studia, præclaris summorum Pontificum in christianam rempublicam meritis, atque laboribus restituta, amplissimis quoque illorum muneribus aucta, at exculta, præcipuo quodam jure, apostolica Sedes tueri, atque ornare consuevit. Hinc scholæ, hinc academiæ, hinc gymnasia non in urbe solum, verum qua late patet s. Sedis imperium, passim celebrioribus in civitatibus instituta, quæ, ut ad excolendos ad integritatem, et ad innocentiam mores, fovendam in Deum pietatem, virtutem in ingeniis excitandam, divino prope consilio, et singulari sapientia præditi prædecessores Nostri condidere; ita ne quando ab instituto deflectere, sensimque labi contingat, quod sine maximo ecclesiasticæ disciplinæ, et virtutum omnium discrimine evenire non potest, summopere a Nobis providendum est, ac etiam sicubi perpetua humanarum rerum, temporumque vicissitudine, jampridem collapsa, atque eversa sint, ut quamprimum in veterem dignitatis, atque existimationis gradum revocentur, et restituantur, modis omnibus contendendum.

Preces a reformatoribus almi studii Ferrariensis summo Pontifici expositæ.

§. 2. Quum igitur dilecti filii reformatores almi studii civitatis nostræ Ferrariæ ad Nos detulerint, alias a fel. rec. Bonifacio pp. IX. prædecessore Nostro, eidem nostræ civitati concessum, ut studiorum universitatem, sive studium generale, erigere, instituere, perpetuoque retinere posset in sacra pagina, jure canonico, et civili, nec non in medicina, et qualibet alia literarum licita facultate, prærogativis, gratiis, privilegiis per apostolicas ejusdem prædecessoris Nostri literas iv. nonas martii anno Domini 1391. datas, quarum est initium = *In supremæ dignitatis Apostolicæ specula* = liberaliter indultis, atque donatis, erectumque postea, et scientiarum, bonarumque artium professoribus, seu lectoribus scholaribus, officialibus, ministris opportune, et abunde provisum, modo judicis sapientum, aliorumque civium ferrariensium, modo sex, modo paucorum reformatorum nuncupatorum curæ, et gubernationi concreditum, literarum gloria, et clara præstantium virorum fama, tam eorum, qui professoris munus in eodem generali studio exercuerunt, quam eorum, qui elegantioribus disciplinis ibidem imbuti, egregiam ecclesiæ, aut reipublicæ operam navarunt, continenter floruisse, illudque etiam a recol. mem. Clemente pp. VIII. pariter prædecessore Nostro, qui centumvirali consilio in prædicta nostra civitate, tunc sua, constituto, ex his ut duo reformatores studii eligerentur perpetuo concessit, approbatum, confirmatum, pluribus privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus ditatum, propriisque, et perpetuis redditibus auctum, per suas apostolicas literas incipien. = *Romanum decet Pontificem* = die 12. junii anno Domini 1600; aliasque in forma brevis die 21. novembris 1601., et 14. augusti 1602, ac demum 25. octobris ejusdem anni expeditas extitisse, paucisque interjectis annis procurationem, administrationem, et omnimodam illius jurisdictionem a centumvirali consilio ad judicem, et magistratum sapientum, itemque duos reformatores delatam fuisse, assumpto nomine congregationis studii Ferrariensis, quo etiam nunc appellatur, et distinguitur: posterioribus autem temporibus, illius redditibus aliqua ex parte in publicas, et necessarias prædictæ civitatis causas conversis, jurisprudentiæ, et rei medicæ primariarum facultatum eximiis professoribus stipendii paucitate dimissis, scholaribus professorum inopia abalienatis, antiquis legibus, et statutis ipsa vetustate neglectis, novisque ad rerum opportunitatem magis, quam ad temporis diuturnitatem quæsitis, multum de vetere dignitatis, atque excellentiæ fama decidisse, iisque de causis supplices apud Nos institerint, ut opportunas, et, quantum humanæ vices patiuntur, diuturnas rebus pene labantibus opes afferre dignaremur.

Pontifex orgetium dat card Hieronymo Spinola, a quo nova statuta conduntur.

§. 3. Nos itaque re communicata cum dilecto filio Nostro Hieronymo tit. s. Balbinæ S. R. E. presbytero cardinale Spinola nuncupato, Nostro, et apostolicæ Sedis de latere in eadem civitate, et ducatu nostro Ferrariæ moderno legato; ab eoque eertiores facti, prædictum studium generale, sive universitatem Ferrariensem, scholarium infrequentia, excellentium professorum ino-

pia, redditaum diminutione, antiquatis legibus, aut parum ad hæc tempora accommodatis, aliisque de causis, summopere laborare, ac magis magisque quotidie in deterius abire; quum eidem propterea negocium dederimus, ut quam magis ipsi expedire videretur, excogitaret, Nobisque rationem suggereret, qua, et præsentibus mederi incommodis, et diuturnæ præfati studii generalis stabilitati, atque incremento consulere possemus; isque interjecto plurium mensium spatio, antiquis, ac recentibus prædictæ universitatis legibus, constitutionibus, consuetudinibus, moribus apprime cognitis, malorum causis detectis, ac penitus exploratis, aliisque pluribus, quantum rei gravitas, et necessitas postulabat, sedulo, accurate, diligenterque perspectis, novas ordinationes, leges, seu statuta efformaverit, descripserit, digesserit, eaque Nos ipsi singillatim, atque per partes examinare, expendere, ac de verbo ad verbum scrutari non destiterimus, quæ omnia, et singula, instaurationi, progressui, ac stabilitati ejusdem studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, quam maxime opportuna fore deprehendimus.

Approbatur erectio universitatis Ferrariensis.

§. 4. Cupientes idcirco in primis civitatem nostram Ferrariæ, perpetuo devotionis, et fidelitatis studio de apostolica Sede præclare meritam, loci amplitudine, pulchritudine ædificiorum, hominum frequentia, agrorum ubertata, ingeniorum copia, magnoque præstantium civium numero de eadem apostolica Sede muneribus, legationibus, dignitatibus strenue obitis, feliciterque assecutis egregie meritorum, multisque aliis nominibus, nulli christiani orbis, et Pontificiæ ditionis urbium omnino secundam, singularibus gratiis, et muneribus prosequi, ejusque universitatem, seu generale studium, quondam sapientiæ, doctrinarum, omnisque amplissimæ laudis fama toto orbe celeberrimum, ad pristinum decus excitare, et quantum in Domino possumus, revocare volentes, illius institutionem, et erectionem jampridem a fel. rec. prædecessore Nostro Bonifacio pp. IX. per suas apostolicas literas datas Romæ apud s. Petrum IV. nonas martii anno Domini MCCCXCI. incipientes = *In supremæ dignitatis* = concessam, atque approbatam, novo approbationis, et confirmationis Nostræ munimine, auctoritate apostolica tenore præsentium, quatenus opus sit, iterum approbamus, et confirmamus, studiumque generale Ferrariæ, sive illius universitatem tanquam legitime erectam, atque institutam, etiam in posterum ab omnibus censeri, et judicari debere volumus, atque mandamus.

Antiquæ universitatis leges abrogantur.

§. 5. Cum autem, ut præfertur, leges, statuta, consuetudines, ordinationes, quibus præfatum generale studium, sive universitas olim usa est, ac etiam in præsens utitur personis, rebus, casibus, temporibus, aliisque ordinandis, explicaudis, prævidendis minus accomodatæ, ac prorsus impares esse usu, atque experientia constiterit, nec ad ejusmodi universitatum, studiorumque generalium progressum, incrementum, stabilitatem, procurandam, fovendam, juvandam quidquam melius conferre, aut expedire compertum sit, quam si certis, propriis, perpetuisque legibus utantur, regantur, et gubernentur; idcirco omnium, et singularum legum, statutorum, ordinationum, consuetudinum, quibus prædictum studium generale, sive universitas hactenus regi, et gubernari consuevit, vel etiam in præsens regitur, et gubernatur, tenores hic pro expressis habentes, prout ea omnia, et singula quocumque tempore, quacumque de causa, quavis auctoritate, per quoscumque cujusvis ordinis, status, gradus, conditionis, dignitatis, præeminentiæ, seu alia specifica, et individua mentione, et expressione dignos, etiam S. R. E. cardinales, vel de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, ac etiam per romanos Pontifices prædecessores Nostros lata, edita, promulgata, approbata, confirmata, præteritisque temporibus, ac etiam in præsens in totum, vel in parte servata dignoscuntur: Nos ea omnia, et singula auctoritate apostolica tenore præsentium infirmamus, abrogamus, abolemus, et quamlibet obligandi, et coercendi vim, potestatem, robur perpetuo adimimus, omnesque, et singulos ab ulteriore illorum jurisdictione, observatione, obedientia eximimus, liberamus, absolvimus, non obstantibus apostolicis literis felic. rec. Clementis pp. VIII. datis Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris di xii. junii anno Domini MDC. incipien. = *Romanum decet Pontificem* = aliisque quibuscumque.

Novis statutis auctoritas adjicitur, eorumque observantia præscribitur.

§. 6. Deinde motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, et de apostolicæ potestatis plenitudine, leges, ordinationes, statuta, ad incrementum, decus, stabilitatemque generalis studii, sive universitatis Ferrariensis a prædicto Hieronymo cardinale, et legato de mandato Nostro ex

integro descripta, explanata, digesta, et a nobismetipsis sedulo, accurate, diligenterque examinata, expensa, laudamus, approbamus, et confirmamus, illisque, et eorum singulis plenum, perpetuumque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes, omnia, et singula in eis contenta, vim, effectum, et efficaciam legis, et canonicæ sanctionis perpetuo habere, et obtinere, ac tamquam statuta, et ordinationes studii generalis, sive universitatis Ferrariensis certas, proprias, atque perpetuo mansuras Pontificia potestate editas, parique auctoritate roboratas, ab omnibus in posterum recipi, haberi, nuncupari, exequi, judicari, et observari debere: omnesque, et quoscumque casus, controversias, quas in posterum circa ejusdem generalis studii, sive universitatis Ferrariensis administrationem, regimen, jurisdictionem, eorumque exercitium oriri contingat, ad leges, statuta, ordinationes prædictas, et singula in eis contenta omnino referri, et nonnisi juxta, et secundum easdem leges, statuta, ordinationes provideri, dirimi, et definiri debere; easdemque leges, statuta, et ordinationes generalis studii, sive universitatis Ferrariensis, quæ deinde typis impressæ seorsim etiam a præsenti constitutione promulgari valeant, pro majori earum firmitate, ac robore de verbo ad verbum, atque infrascripto ordine digestas hic describi, atque inseri curavimus, atque mandavimus, quarum tenor est, ut sequitur.

PARTE PRIMA

Capitolo I.

Della qualità, e numero delle cattedre.

Essendo l' antico costume così di questa, come delle altre università d'Italia di dividere in classi tutte le facoltà, che s' insegnano, e similmente distinguere le cattedre, ed i professori in legisti, ed artisti; per ora si sono erette tante cattadre, quante si è creduto poter bastare al pubblico bene, e profitto; ritornando al primo loro esercizio le due cattedre primarie di legge, e medicina da lungo tempo sospese. Nelle cattedre de' legisti si comprendono i seguenti lettori, cioè

Il lettore primario di pandette e jus pubblico.
Il lettore d' istituzione civile.
d' istituzione canonica.
d' istituzione criminale.
del decreto di Graziano.
del notariato.

Le cattedre degli artisti saranno composte de' lettori, come appresso, cioè

Lettore primario di medicina.
Lettore d' istituzione medica.
Altro d' istituzione medica.
di chirurgia.
di anatomia.
di chimica, a botanica.
di fisica generale, e particolare.
di matematica, ed idrostatica.
di logica, e metafisica.
di s. scrittura, e storia ecclesiastica
di dogmatica, e morale teologia.
di eloquenza.

Capitolo II.

De' requisiti de' lettori.

Sia lecito a ciascuno di qualsivoglia patria, e nazione di poter concorrere a qualunque cattedra, purchè sia di religione cattolico, non minore di anni 30., ed abbia conseguito in qualche pubblica università il dottorato, o in teologia, o in legge, o in medicina. Gioverà ancora l'avere pubblicato alcuna opera di quella facoltà, a cui si concorra, ovvero l'aver dato pruova in altra guisa del suo ingegno, e valore. Più d'ogni altro dovrà considerarsi chi, oltre alle dette condizioni, avesse anche il merito d' esser lettore dalla università con lode, e con fama.

Capitolo III.

Del concorso a modo di eleggere i lettori.

Se avverrà per qualunque caso, che alcuna cattedra rimanga vuota, sia cura del segretario, col permesso del collegio de' riformatori, ed a loro nome, di far tosto affiggere alle porte della università, ad in altri luoghi pubblici i soliti cartelli d'invito, dove si esprima la cattedra vacante, le materie da trattarsi, gli obblighi, gli stipendj, e le condizioni necessarie per ottenerla, prescrivendo lo spazio di un mese al concorso, che potrà da' riformatori prolungarsi secondo il bisogno.

Non sia lecito al segretario di ricevere pruove del merito de' concorrenti, se non sieno corredate dall'autorità pubblica, e sicurazza; ed oltracciò, unitamente co' presidenti di mese, usi ogni studio per avere anche da altre parti

contezza del pregio, e costumi di ciascuna persona: indi i presidenti di mesi rendano di tutto consapevole il collegio, dal quale nel destinato luogo adunato farassi con voti segreti l'elezione, e sia quello l'eletto, in cui sarà il maggior numero de' voti concorso, al quale dal collegio si spedirà la patente.

Restando vuota alcuna delle cattedre di legge, o di medicina, non si trascuri dal segretario di mandare a nome del collegio le lettere d'avviso per le prime città d'Italia, e d'Europa per fare noto a chiunque bramasse di conseguirla, le condizioni, che si richiedono, lo spazio stabilito al concorso, gli obblighi, e tutt'altro, com'è detto di sopra. E poichè saranno giunte le pruove nella maniera dianzi descritta, e procurate anche da altri luoghi sicure notizie del valore di ciascuno, dovrà il collegio adunarsi nel palazzo del signor cardinal legato nel giorno da lui prescritto, dove premesso un breve confronto, e giudizio del merito di ogni concorrente, si passi con voti segreti de'soli riformatori ad eleggere, tenendosi per legittimamente eletto, chi avrà il favore della maggior parte de' voti.

Dovrà l'elezione per lettera del segretario parteciparsi al nuovo primario lettore, come ancora il tempo, in cui debba incominciare il suo uffizio, la cui durata, e tutte le altre condizioni, che col consenso, ed approvazione del signor cardinale legato saranno stabilite.

Capitolo IV.

Del numero delle lezioni, e del tempo in cui leggeranno i lettori.

Ogni anno si adunino tutti i lettori della università nel dì 3 di novembre avanti il collegio, e fattasi dal professore della s. scrittura, ed istoria ecclesiastica, a nome comune la professione della fede, di mano in mano secondo la precedenza del grado, giuri ciascuno di osservare gli statuti, e adempire diligentemente il proprio ufficio.

Diasi principio alle lezioni il dì 5 del detto mese, se non sia da festività impedito, seguitando sino alli 28 di giugno dell'anno seguente, e siano distribuite in guisa, che in detto spazio abbia ogni lettore compito il numero di cento lezioni pubbliche in cattedra. Per l'ore, e giorni delle lezioni di ciascuna facoltà, si osservi il giornale, che sarà pubblicato ogni anno al principio degli studj; e nel giorno innanzi alle prime lezioni si reciti dal professore di eloquenza, o da altro lettore per turno, una orazione latina, che sia come d'introduzione alle nuove lezioni. Non sia minore delle pubbliche il numero della lezioni private, e domestiche; e queste ancora, se faccia mestieri, si accrescano a piacere de' lettori.

In ciascuna lezione, o sia pubblica, o sia privata, s'impieghi il tempo di un'ora, e mezza, ripartita in dettare, spiegare, e conferenza; e procuri ogni lettore d'ascoltare con piacevolezza, e risolvere i dubbj, e le questioni, che fossero dagli scolari proposte.

Se alcun lettore mancasse tre volte in un'anno all'obbligo delle lezioni, senza averne ottenuto licenza dal collegio, sia privato dell'ufficio, nè gli valga la scusa di grave infermità, o di qualsivoglia ancorchè legittimo impedimento: e nella stessa guisa sia punito chi non si guardasse, anche per una sol volta d'insegnare in pubblico, ed in privato dottrine contrarie alla religione, ed al buon costume.

Capitolo V.

Delle materie di ciascuna facoltà.

Sarà l'ufficio del lettore primario legista di spiegare nello spazio di tre anni i tre digesti, e ne' giorni della settimana stabiliti dal collegio, il gius pubblico, e gli statuti della città di Ferrara.

Similmente il lettore del diritto canonico nel detto termine di tre anni debba avere spiegato tutte le decretali di Gregorio IX. con tal'ordine, cioè il primo, e secondo libro nel primo anno; il terzo libro nel secondo; il quarto, e quinto libro nel terzo.

Ancora le istituzioni civili, canoniche, e criminali s'insegnino a vicenda da'tre lettori in tre anni, come siegue.

Anno primo.

Primo lettore, civile
Secondo lettore, canonica
Terzo lettore, criminale

Secondo

Canonica
Criminale
Civile

Terzo

Criminale
Civile
Canonica.

Con questi asempj potrà il lettore del notariato dividere anch' esso in tre anni, ed in altrettante parti le materie, che si convengono alla sua professione, e nel primo anno trattare distintamente del numero, ed autorità de' tribunali di Ferrara, del modo di ordinare i giudizj, degli usi, riforme, e nuovi provvedimenti: Nel secondo mostrare la diverse materie, e forme nel rogarsi d' ogni sorta di contratti, e divisare nel terzo quanto è necessario per le solennità de' testamenti, codicilli, ed altre ultime disposizioni. Nel che fare potranno essergli di scorta la somma Rolandino, la pratica del Malucelli, e l'opera più fresca del Tombolini.

Delle materie de' lettori artisti.

Il lettore primario medico insegni medicina pratica divisa ne' trattati. De febribus.
De morbis capitis.
De morbis pectoris.
De morbis abdominis.
Da morbis mulierum, et puerorum dividendoli nel corso di due anni nelle lezioni sì pubbliche, che private.

I lettori Istitutisti distribuiscano in un biennio nella lezioni così pubbliche, che private
La fisiologia, o delle parti del corpo umano.
La patologia, o de' mali in genere.
La semiottica, o de' segni in genere de' morbi.
La ygiene, o del conservare la salute.
La terapeutica, o de' rimedj.
Gli altri lettori ad arbitrio.

Il lettore, al quale si appartiene d' insegnare due diverse facoltà, serbi ad una le private lezioni, ed all' altra le pubbliche, come sarà ordinato nel giornale.

CAPITOLO VI.

Della precedenza de' lettori.

Affinchè non sorga mai fra' lettori gara di maggioranza nè in privato, nè in pubblico, dovrà osservarsi quest' ordine. In tutti i tempi, ed in qualsivoglia occasione abbia il primo luogo il professore della s. scrittura, e storia ecclesiastica. Indi il lettore di teologia dogmatica, e morale; appresso i professori di legge, secondo il tempo della loro elezione; poscia i lettori di medicina col medesimo ordine. Succederanno a questi di grado, in grado il professore di logica, e metafisica, di matematica, ed idrostatica, di fisica, di eloquenza, di chimica e botanica, chirurgia, ed anatomia. I due lettori primarj finalmente sieno in ogni tempo preferiti a tutti gli altri della medesima facoltà.

CAPITOLO VII.

Del tempo delle letture.

Ogni lettore segoiterà nell' ufficio lo spazio di tre anni; e banchè sia permesso al collegio di confermarlo, ad ogni modo non si dovrà simil grazia concedere, se non richiesta, e meritata, e con voti segreti. Si porgano a tal effetto le suppliche nel mese di luglio, passato il quale, chi non avrà chiesto, nè ottenuto d' essere confermato, s'abbia per dimesso dall' ufficio, e come vuota la cattedra.

CAPITOLO VIII.

Dell' abito de' lettori.

Nel tempo delle lezioni, e nelle pubbliche funzioni della università, se saranno i lettori preti secolari, ovvero laici, usino l' abito talare, e la berretta in luogo del cappello. I lettori regolari abbiano il solo uso della berretta, senz' altra variazione nell' abito del loro istituto.

CAPITOLO IX.

Dello stipendio de' lettori.

Sarà lo stipendio di ciascuno de' due lettori primarj la somma di scudi cinquecento: che se qualche eccellente, e nobil virtù trascendesse il merito, ed il valore comune, e fosse perciò il profitto della università manifesto, potranno i riformatori coll'approvazione del signor cardinale legato accrescerlo sino alli scudi settecento.

L' ordinario stipendio degli altri lettori si stabilisce come in appresso.

Lettore di s. scrittura, e storia ecclesiastica . . . . Sc. 60
Teologia dogmatica, e morale 65
Istituzione civile 80

Istituzione canonica	80
Istituzione criminale	80
Decreto di Graziano	80
Notariato	70
Istituzione medica	80
Altra simile	80
Logica, e metafisica	65
Matematica, ed idrostatica	85
Fisica	70
Eloquenza	80
Botanica, e chimica	70
Chirurgia	70
Anatomia	70

Capitolo X.

Degli accrescimenti.

La frequenza, e il copioso numero degli scolari suol essere sicuro argomento del merito del lettore, maggiormente se sia per pubblica opinione, e fama confermato: e derivandone da ciò vantaggio, ed onere alla università, si dovrà dal collegio premiare con accrescere lo stipendio. Tal premio non si potrà chiedere, nè conseguire da chi non sia prima confermato nell'ufficio: non sia maggiore di scudi venti; ma crescendo il merito, non si vieta al collegio di concedere, nè al medesimo lettore di ottenere altre volte simili premj; purchè da un premio all'altro sia frapposto lo spazio di due anni almeno; e tutti i premj aggiunti all'annuale stipendio non eccedano la somma di scudi duecento. Questo capitolo non appartiene a' due lettori primarj, a' quali si è di sopra coll' ordinario stipendio bastevolmente provveduto.

Capitolo XI.

De' privilegj de' lettori.

Hanno i sommi Pontefici conceduto altre volte a' pubblici professori d'essere immuni da ogni dazio, e gravezza, come ancora di portar qualsivoglia arme, salvo le nominatamente vietate per le costituzioni. Godranno anche per l' avvenire di simili grazie, e privilegj, come per l' innanzi; ed oltracciò sieno del tutto esenti da ogni ufficio della città, o sia per guerra, o sia per pestilenza, o sia per qualunque altro più stretto bisogno. Ancora dovendo torre in affitto alcuna casa per loro abitazione, in uguaglianza di condizioni, sieno ad ogni altro anteposti, e sia tenuto il padrone di concederla a quel giusto prezzo, che sarà giudicato; quando però sia solita d'appigionarsi, e non si volesse abitare dall' istesso padrone. Si permette loro similmente di potere allontanare dalle proprie abitazioni tutte quelle arti, che fossero di soverchio nojose, e di strepito, perchè non sia turbata la quiete tanto necessaria agli uomini di lettere: del qual privilegio si fa menzione ancora nelle leggi civili. Saranno sottoposti al giudice proprio della università, così nel civile, come nel criminale, quando però la somma, in quello, non ecceda cinquanta scudi, ed in questo, sieno i casi tanto leggieri, che non vi sia luogo, come dicesi, a pena di corpo afflittiva.

Capitolo XII.

Delle giubilazioni.

Ogni lettore, che per lo spazio d'anni 30 avrà esercitato con lode il suo ufficio in una, o più facoltà, sia giubilato; ma non perda nulla, nè dello annuale stipendio, nè de' premj sino a quel tempo acquistati. Che se alcuno passati quindici, o venti anni, per infermità, o per altro caso inaspettato, e senza sua colpa non fosse più atto all' impiego, si lascia al giudizio de' riformatori il concedergli in tutto, o in parte l' annuale stipendio, togliendogli però qualunque premio ottenuto.

I lettori primarj, che nel corso di trent'anni avessero impiegato l'opera loro nel servizio della università, avvero dopo quindici anni cadessero infermi, senza speranza di rilevarsi, dovranno essere contenti di ricevere dalla università un donativo annuale di scudi trecento per tutta la vita.

Capitolo XIII.

Degli scolari.

REQUISITI

Potrà ognuno essere ricevuto agli studj nella università, sol che non manchi delle seguenti condizioni. Sia di religione cattolica; di buon costume; non processato in alcun tribunale; ed abbia studiato altrove la grammatica, e l'umanità. Tutte queste pruove avvalorate dal pubblico testimonio si presentino a' riformatori, aggiunto il nome, cognome, patria, e quella facoltà, alla quale vorrebbe lo scolare applicarsi; e giudicato degno, s' indirizzi da' riformatori al lettore, affinchè trovato abile nell' esame,

si riceva nella scuola, e sia il di lui nome descritto nel catalogo degli scolari, che ciascun' anno dovrà pubblicarsi.

Vesti degli scolari, studio, e loro contegno nella università.

Ancorchè non si voglia far legge alcuna intorno alle vesti degli scolari, tutta volta si esortano ad usare quanto più si può modestia, e semplicità negli abiti, perchè si tolga fra loro l'emulazione, e il più grave dispendio alle famiglie. Niuno ardisca dentro l'università, e molto meno al tempo delle lezioni di far crocchi, e cicalamenti, da'quali fossero frastornati i lettori nel loro ufficio, e gli altri scolari distolti dallo studio. Maggior modestia, e contegno dovranno usare nella scuola, guardandosi di non impedire, nè d'affrettare la fine della lezione con bisbiglio, calpestìo de' piedi, od altro frastuono. Chiunque avvertito altra volte di simili falli, non saprà amendarsene, sia dai riformatori presidenti di mese bandito per sempre dalla università. Colla stessa pena saranno puniti i giuochi di qualunque sorta, sebbene fatti per passatempi, le risse, ed ogni altro scandalo, benchè per la prima volta commesso. Pongano finalmente ogni cura gli scolari nel rispettare il collegio dei riformatori, i lettori, ed ogni altra persona, sebbene inferiore, addetta alla università.

Privilegj.

Di tutte le grazie, e privilegj conceduti a' lettori nel capitolo XI. saranno ugualmente partecipi gli scolari.

CAPITOLO XIV.

Delle conclusioni pubbliche, e private.

Per esercitarsi, ed insieme dar saggio del loro ingegno, e profitto sia libero agli scolari di sostenare dispute pubbliche, purchè ne sia prima inteso il collegio, e volendole intitolare a qualche personaggio loro amorevole, e protettore, non si contrasti.

Il tempo, e l'ora del sostenere le conclusioni pubbliche, se saranno intitolate al sommo Pontefice, ovvero personaggi lontani, dovrà stabilirsi da chi farà le loro veci. Se sieno dedicate al sigoor cardinal legato, arcivescovo, o vicelegato, o al giudice, e maestrato de'savj, dipenderà dal loro arbitrio; e per quelle fatte in onore de'santi, o di private persone, s'attenda l'ora dal collegio prescritta. Intervenga sempre il collegio alle conclusioni pubbliche in compagnia di tutti i lettori; ed affinchè non sia grave l'aspettare, venuta l'ora stabilita, e trovandosi presenti due riformatori col segretario, si dia principio, come se quivi fosse l' intiero collegio. Il luogo destinato per tal funzione sarà la gran sala, dove il collegio terrà il sito più degno, non si distinguendo in altro il giudice de' savj, che coll'occupare il primo luogo in sedia del tutto uguale alle altre de' riformatori.

Ben si deve avvertire, che dove le disputa sieno intitolate al signor cardinal legato, ed altri personaggi detti di sopra, ovvero unitamente al magistrato, e giudice de'savj, terranno questi il lato destro, ed il collegio il sinistro: laddove se saranno dedicate al solo giudice de'savj, ovvero ad alcuno de'riformatori, questi sederanno in compagnia de'colleghi a' loro luoghi senza altra distinzione. Il luogo del nobile, ovvero dell'ecclesiastico graduato, a cui si dedicassero le conclusioni, sia fra l'ultimo riformatore, ed il segretario del collegio.

Se il giorno di tali conclusioni non fosse vacanza nell' università, si sospendano per quel tempo tutte le lezioni. Sarà cura de' bidelli l' invitare i lettori, ed altri; e d' impedire i contrasti, che potessero accendersi per conto delle sedie, e de' luoghi: provvederà il collegio, che dagli scolari, per queste occasioni, non si profonda in vane spese, e che col soverchio questionar pertinace, non si allunghi, oltre al convenevole, il tempo conceduto a così lodevoli, ed onorati cimenti.

Di non minor profitto saranno le dispute private, da farsi almeno una volta il mese in ogni scuola, e facoltà, senza concorso, nè pompa, e colla sola presenza del proprio lettore, e de'presidenti di mese, quando sia loro a grado d' intervenirvi. In queste disputeranno soltanto gli scolari addetti alla medesima facoltà, a per tal tempo sarà l'ordinaria lezione sospesa.

CAPITOLO XV.

Del dottorato.

Tutti gli scolari ferraresi, ed altri dello stato ecclesiastico, che ambissero di conseguire il dottorato nella fa-

coltà teologica, o nella ragione civile, e canonica, o nell'arte medica, sieno tenuti di frequentare per lo spazio di quattro anni non interrotti le scuole dell'università; d'intervenire ogni anno ad ottanta lezioni pubbliche, ed altrettante domestiche, e di sostenere una volta almeno in tutto il detto spazio pubblicamente le dispute. Senza tutte queste condizioni, certificate con pubbliche testimonianze de'riformatori, non sia lecito per l'avvenire ad alcun collegio della città, di conferire il dottorato, come cosa espressamente vietata dalla costituzione apostolica §. 25. Da simili obblighi saranno dispensati gli scolari stranieri, verso de'quali non si disdice a' collegj della città di valersi delle loro facoltà usate.

CAPITOLO XVI.

Del notariato.

Sia il notajo di onesti natali, d'età non meno di anni 25., e ricco di beni stabili per la somma di scudi mille. Possegga la lingua latina, ed un ben formato carattere: abbia studiato nell'università pel corso di tre anni, ed un anno almeno sotto qualche eccellente procuratore. Dovranno queste condizioni accompagnate con pruove legittime esaminarsi diligentemente dal collegio de' riformatori, e trovatele vere, e buone, ad una ad una sottoscriversi: avvertendosi, che mancando il loro testimonio, e giudizio, niuno potrà essere eletto notajo, perchè ciò sarebbe contrario alla dianzi lodata costituzione §. 26.

CAPITOLO XVII.

De' premj degli scolari.

Quantunque l'acquisto delle nobili scienze, e facoltà sia guiderdone bastevole alle pene, e fatiche nella carriera degli studj sofferte, tutta volta perchè non resti a bramare alcun mezzo, donde si possa cavar profitto, si destinano quattro premj uguali in moneta, ciascuno di scudi quaranta, per le facoltà di teologia, legge, medicina ed idrostatica, da dispensarsi ogni due anni dopo la festa de' santi apostoli Pietro e Paolo, a quello degli scolari, che in ognuna delle dette facoltà sarà riputato il migliore.

Due mesi innanzi alla distribuzione, il segretario faccia noto a ciascuno il giorno dell'esame, e cimento, affinchè tutti gli scolari, che da due anni almeno frequentassero l'università, e si sentissero bastantemente gagliardi a tal pruova, abbiano spazio a disporsi. Nel giorno stabilito, saranno dal collegio de' riformatori nominati due lettori per ciascuna delle quattro facoltà; e perchè la teologia, e l'idrostatica mancano di più lettori, s'unisca al primo il lettore di sacra scrittura, ed al secondo quello di fisica: ed unitamente alla presenza de' riformatori propongano in iscritto le questioni, e dubbj da risolvere, a'quali dovranno nello stesso giorno gli scolari competitori in una stanza in disparte rispondere, e sottoscriversi. Indi considerate diligentemente dagli stessi lettori, e dal collegio le risposte d'ognuno, si doni al più meritevole il premio, e la lode. Se due, o più studiosi della medesima fossero giudicati degni ugualmente del premio, mostrerà la sorte, qual di loro sia preferito.

Se in una, o in più delle dette facoltà non fosse alcuno meritevole di questo premio, si lasci quell'anno di dispensarlo, nè però si raddoppj negli anni seguenti, ma ritorni a profitto dell'università; ed a chi l'avrà una volta conseguito, non sia più lecito di ottenerlo.

Serbansi ancora a quelli, che con diligenza, e profitto attenderanno agli studj dell'università lo spazio di quattro anni, molti ufficj pubblici della città, che non potranno più conferirsi all'avvenire senza la testimonianza del collegio de' riformatori, come distintamente è ordinato dalla mentovata costituzione al §. 24.

CAPITOLO XVIII.

De' bidelli, loro numero, ed ufficio.

Nel nominare i due bidelli, che dovranno servire alla università, ponga cura il collegio de' riformatori, che non si tolgano dai più bassi, e vili mestieri; non sieno di costume scorretto; nè più giovani di anni 25., nè digiuni del tutto della lingua latina. Sia fra loro uguale il grado, e non contrastino la preminenza.

Sarà parte del loro ufficio, tutti i giorni della lezioni al primo segno della campana, così la mattina, che il giorno, d'essere pronti nell'università per avvisare d'ora in ora i lettori del tempo delle lezioni; e se alcun lettore

in perte, o in tutto mencasse di leggere, sia loro cura di notarlo distintamente in un libro, affinchè non sia qualunque negligenza nascoste. Terranno similmente accurato registro dei nomi, cognomi, e patria de' lettori, e delle facoltà, che iosegnano, come ancora de' nomi, cognomi, e patria degli scolari, dal tempo del loro arrivo, e partenze dall'università. Dispensino ogni anno in sul comiociare degli studj il giornale ad uso dell'università a tutti i lettori, e scolari. Provvedano, che dentro l'università non si faccia rissa, o tumulto, e di qualsivoglia novità, e disordine rendano coosapevole il collegio dei riformatori, a' cenni de' quali, così nelle private, che nelle pubbliche funzioni sieno presti sempre, ed ubbidienti.

Capitolo XIX.

Dell'abito, salario, privilegj, e giubilazione de' bidelli.

Vestiranno la divisa usata fioora con mazza d'argento, il tutto a spese dell'università; e passati due anni si dovrà loro rinnovare l'abito, di coi non potranno spogliarsi per tutto il tempo, che dimoreranno nell'università, o che saranno in servizio del collegio adoprati, tanto nelle pubbliche, cha nelle funzioni private.

La mercede sia uguale alla fatica in quel tanto, che al collegio de' riformatori parrà convenevole; ma stabilita per la prima volta, non sia più luogo a cambiamento. Gioverà d'assegnare loro un luogo nel palazzo dello studio, per custodire gli abiti, le mazze, i registri, ed altro, non per abitare. Si vieta strettamente ai bidelli di ricevere mancie, sieno di qualunque specie, o per qualsivoglia titolo, così dai lettori, come dagli scolari; e chi ardisse di contravvenire a questa legge, sia cassato dall'ufficio. La stesse pena incontreranno per altri gravi mancamenti ai proprj doveri. Durerà fuori di questi casi il loro ufficio a vita; ed a chi avrà lealmente servito per trent'anni, si conceda in premio la giubilazione, lasciandogli godere due terzi del salario; ma si renda la mazza all'università, e tutt'altro, che appartiene a tale ufficio. Abbia per la più parte comuni l'esenzioni, c privilegj co' lettori, e scolari.

Capitolo XX.

Del campanaro, e suo ufficio.

Ne' giorni indicati dal calendario suoni la campana per lo spazio di un quarto d'ora, tanto la mattina, che il giorno, un'ora innanzi le lezioni; come altresì in tutte le altre occasioni di possesso de' riformatori, e pubbliche funzioni.

Oltracciò, la cura del pubblico orologio, delle scuole, cortile, scale, e tutto quello, che riguarda la nettezza, o custodia del palazzo, saranno la principali sue occupazioni. Ancora non permetta, che vi si annidino vagabondi, delinquenti, ed altri scioperati. Goda dell'esenzioni, e privilegj nella stessa maniera dei bidelli; e come quelli, abbia il premio della giubilazione in due terzi della mercede dopo il lungo servizio di trenta enni.

PARTE SECONDA

Capitolo I.

Del collegio de' riformatori.

Ha la Santità di Nostro Sigoore nella sua costituzione ordinato, che all'avvenire sie l'università governate da un collegio composto di sei persone nobili, ed un segretario dell'ordine de'cittadini, che da qui innanzi debba chiamarsi il collegio de' riformatori dell'almo studio di Ferrara, indipendente dal gran consiglio, ed a niun altro magistrato soggetto. Si stabilisce pertanto, che i nuovi riformatori da eleggersi in avvenire nelle guise, e forme, che saranno più sotto espresse, durino a vita in tale ufficio. In questo numero sarà sempre compreso il giudice de' savj, alla cui dignità, e non alla persona vuolsi perpetuamente unito il titolo di riformatore; nè perciò se gli conceda grado, e preminenza sopra gli altri riformatori, e molto meno podestà, e giurisdizione distinta, e seperata da tutto il collegio. Abbia soltanto il primo luogo; e nell'entrare al possesso del suo ufficio, non gli sia imposto altro peso, che di giurare privatameote avanti il collegio l'osservanza de' presenti statuti.

Capitolo II.

De'requisiti, ed elezione de'riformatori.

Ciascun riformatore sia non solo di famiglia nobile, e scritta nel numero di quelle del gran consiglio, ma d'origine ancora, a d'abitaziona ferrarese: abbia l'età di trent'anni almeno; e per bontà, savviezza, ed ingegno sia da tutti riputato degno di tale ufficio, e non distolto dagl' impieghi ecclesiastici o militari. L'aver frequentato in gioventù gli studj della università, e il dottorato ottenuto, saranno condizioni ragguardevoli per essere al tempo della elezione anteposto.

Morendo alcun riformatore, o volendo dimettere l'ufficio (il che però dovrà apparire per atto pubblico rogato del segretario) ovvero per qualunqua altro modo rimanendo vuoto l'impiego, s'aduni il collegio; e col maggior numero de'voti segreti nomini tre persone nobili, colle condizioni dette di sopra, da presentarsi al gran consiglio: e se ad un tempo mancassero più riformatori, s'osservi il medesimo stile in guisa, che per ciascun luogo vacante non sia meno di tre il numero dei nominati.

Poichè saranno dal collagio nominati, se ne dia certa contezza al signor cardinal legato; colla di cui autorità sollecitamente dovrà il gran consiglio adunarsi; e propostisi i nominati dal collegio, sia quello il nuovo riformatore, che col maggior favore dei voti segreti sarà eletto: e così l'un dopo l'altro si faccia, se accadesse di dovar eleggere più riformatori ad un tempo. Ogni riformatore nuovamente eletto giuri in presenza del signor cardinal legato, in quel giorno, che sarà stabilito d'esercitare accuratamente il suo ufficio.

Fatte, e ricevuto le scambievoli accoglienze dai colleghi, attenderà da essi il candidato l'avviso del giorno del possesso, in cui portatosi all'università, a quivi in disparte vestito dell'abito di riformatore, preceduto dai bidelli s'incamminerà alla sala, dove gli saranno incontro alla porta i colleghi: indi condotto ad un inginocchiatojo a ciò disposto, e dato il giuramento di osservare queste leggi, e statuti, sederà con gli altri nell'ultimo luogo; e nel partire sieno aperte le scuole, ed altre stanze dell'università. Interverranno tutti i lettori, ed altri addetti all'università, facendo corteggio al collegio; e sia vietato il ricevere mancie, dispensare rinfresco, o altro; come ancora non si dovrà permettere suono d'istromenti musicali; e solo nell'arrivo, o partenza del nuovo riformatore suonerà la campana.

Capitolo III.

Della precedenza dei riformatori.

O sieno i riformatori adunati come in un corpo, ovvero fra loro separati, cederanno sempre il primo luogo al giudica de'savj, la di cui sedia non deve perciò essere da quella degli altri distinta. L'ordine, e la praminenaa dei riformatori sia secondo il tempo della elezione di ciascuno.

Capitolo IV.

Delle vesti distintive dei riformatori.

La veste d'ogni riformatore sia un robone simile in tutto a quello del giudice de'savj, ma di color nero, di velluto l'inverno, a l'estata di seta, quale dovrà soprapporsi all'abito da città, nè sarà mai da questo disgiunto.

Si usi in tutte le pubbliche funzioni dell'università, ed anche fuori della medesima, quando fosse il collegio invitato. Il giudice da'savj però resta dispensato da questo abito, servendosi del suo.

Nelle particolari adunanze, possano i riformatori lasciare quelle vesti.

Capitolo V.

Dell'ufficio, autorità, e giurisdizione dell'intiero collegio de'riformatori.

Appartenga perpetuamenta alla piena autorità del collegio il nominare i soggetti da proporsi al gran consiglio, par eleggere que'riformatori, che o per morte, o per rinuncia, o per altra causa fossero mancati, e la libera alezione del segretario: l'assistere ad ogni concorso per eleggere i lettori: il ricevere la professione della fede, ad il giuramento di ciaschedun lettore tanto nel primo ingresso alla cattedra, che in ogni annua apertura dello studio: il conferire gli accrescimenti nel modo prescritto nella prima parte di questi statuti: il giubilare i lettori, il confermarli di triennio in triennio: il privarli delle letture in caso di mancanze: il dispensare dall'obbligo della lezioni ne'casi d'infermità, o altro grave bisogno: il pu-

nire con sospensione de' stipendj, e dimissione gli stessi lettori: e dare il bando agli scolari discoli col voto del giudice privativo.

Si riserva parimente al collegio l'eleggere il giudice privativo, e i due lettori per il concorso de'premj, il bibliotecario, sotto bibliotecario, e custode del museo: deputare curiali, o agenti per le liti, e qualunque altro negozio sì in Ferrara, che in Roma: scieglière il computista, ed altri ministri, a persone necessarie: assegnare i salarj loro, ed ogni altra più particolare provvidenza per il buon'ordine, e governo dell'università, a tenore di quanto si dispone particolarmente nei rispettivi capitoli di questi statuti.

Se in processo di tempo sembrasse profitterole, per l'emulazioni, e virtuose gare d'ingegno d'introdurre i lettori straordinarj, potrà il collegio per tale ufficio, valersi dagli scolari, studiosi, e diligenti, purchè abbiano nella stessa università dato opera a quella facoltà, che dovranno insegnare, e sia stata da loro anche una volta con pubbliche conclusioni difesa. Nel concorso, esame, ed elezione si osservi quanto è ordinato nel capo de'premj. Ciascun lettore straordinario faccia ogni anno trenta lezioni pubbliche, e non sia obbligato alle domestiche. Non occupi il tempo destinato ai lettori ordinarj della stessa facoltà; nè possa mai per caso alcuno in vece loro supplire; nè ardisca a quelli uguagliarsi. Gli si doni in riconoscimento la somma di scudi tranta, nè mai si accresca. Non duri l'ufficio oltra un'anno, nè si confermi più di tre: nel qual caso ancha la ricompensa gli sarà confermata.

Si proibisce per l'avvenire al collegio di oreara, o eleggere i lettori, che presentemente si dicono onorarj: e tutti quelli, che ora si trovano da qualsivoglia autorità, e podestà così creati ad eletti, sieno alla pubblicaziona di queste leggi intieramente, e perpetuamente soppressi, ed aboliti.

Per notificazioni, editti, lettere di avviso, inviti, cataloghi, ruoli, registri, ed altri simili provvedimenti necessarj al governo dello studio, si stenda ancora l'autorità del collegio, in guisa, che tuttociò si possa stampare sanz'altra licenza; eccettuatene la tesi, conclusioni, e qualsivoglia altra materia scientifica; bastando la sottoscrizione da' riformatori col pubblico sigillo della università.

CAPITOLO VI.

De' privilegj de' riformatori.

Oltra alcuni privilegj, che avranno comuni coi letteri; siccome si dispone nella costituzione al §. 11. sarà in avvenire l'ufficio de'riformatori dopo quello del giudice de' sarj il più illustre, ragguardevole, e segnalato, che vantar possa la città di Ferrara, a' quali niuno potrà contrastare la maggioranza, nè il primo luogo in qualsivoglia magistrato, deputazione, o congregazione; o v' intervengano uniti insieme, ovvero divisamente: ed affinchè siano quanto più si possa onorati, a stimati, gioverà grandemente, che i signori cardinali legati si dimostrino con particolar modo verso loro amorevoli, a si studino colla maggior cura di proteggerli, sostenerli, ed averli in pregio; come par, che meriti chi si effatica con lode pel pubblico bene, e vantaggio.

CAPITOLO VII.

Del segretorio.

Ad ottenere questo ufficio, richiedesi, ch'egli sia dell'ordine de'cittadini, e non più giovine di anni trenta; di fama intera, e di non mediocre dottrina; dottorato nella ragion civile, e canonica; e matricolato nell'arte dei notajo. Con tutte queste circostanze si elegga sempre dal collegio dei riformatori; ed in loro presenza giuri d'osservare diligentemente gli statuti. Terrà l'ufficio a vita, coll' annuale stipendio di cento scudi, e dopo il lungo servizio di trent'anni, riceva il premio della giubilazione, assegnandoglisi scudi sessanta.

Alle pubbliche adunanze del collegio, come ancora alle private dei presidenti di mese, dovrà sempre intervenire; abbia soltanto il voto deliberativo nel caso, che per la diversità dei pareri, non si potesse qualche negozio risolvere; ad in ogni altra occasione il voto consultivo. Dovrà in un libro distinto notare i decreti, e deliberazioni prese dal collegio, e ciascuna sottoscriverla: occupi l'ultimo luogo in tutte la funzioni, e segga sopra uno scabello di legno separato per poco spazio dalla sedia dell'ultimo riformatore. Vestirà, se sia chierico, l'abito talare; ovvero userà il mantello naro, a collare, essendo laico.

Sarà cura del medesimo il for-

mare i rotoli, e giornali; il tener conto de' requisiti de' lettori, e scolari; lo scrivere lettere d'avviso, e di negozj, editti, notificazioni, contratti, e tuttociò, che gli fosse imposto dal collegio, o dai presidenti di mese, per bisogno dell' università.

Potrà similmente come notajo dello studio rogarsi d'ogni sorta di contratti, come far fedi, copia, ed altri atti pubblici, per le quali tutte cose, se sieno per uso dell'università solamente, non riceverà mercede alcuna; ma essendone d'altra parte richiesto, non se gli vieti il premio delle sue fatiche, secondo le tasse ordinate. Ottenuta poi la giubilazione, lascierà al di lui successore, siccome la cura di questi atti pubblici, così ancora il profitto.

Sia il segretario subordinato del tutto al collegio de' riformatori, ed ai presidenti di mese; ed e questi si appartanga l'avvertirlo delle colpe leggiere, e quello anche di privarlo dell'ufficio ne' più gravi mancamenti.

A questo ufficio, che avrà comuni i privilegj de' lettori, destini il collegio una stanza per ordinaria residenza del medesimo, e per custodia delle scritture, e di quell'archivio, che dalla copia, e moltiplicità delle carte verrà col tempo a formarsi. Abbisognando il segretario dell'ajuto di altra persona per vieppiù accuratamente soddisfare agli obblighi dell' impiego, sia l'elezione in suo arbitrio; e poichè sarà dal collegio approvata, se gli assegni la mercede a spese dell'università: ma non le sia lecito di fare le veci del segretario nelle adunanze generali, particolari, ed altre funzioni, se non nel caso, ch'egli sia infermo; e ciò ancora accadendo, sia privo di qualsivoglia voto.

Capitolo VIII.

De' presidenti di mese, e loro ufficio.

Perchè non sieno soverchiamente moleste a tutto il collegio de' riformatori le frequenti adunanze; ed affinchè non manchi l'università di sollecito provvedimento in ciascuna occorrenza, gioverà il dividere tutto l'anno in tre parti uguali, e che in ognuna di queste, soprintendano due riformatori in compagnia del segretario, al governo dell' università, col nome di presidenti di mese. Saranno i primi in tali uffici dopo la pubblicazione degli statuti, il giudice de' savj con quel riformatore, che sarà dopo lui nominato: seguiteranno gli altri nel medesimo numero, ordine, e tempo, sino alla fine dell'anno, e con tal giro perpetuo si proseguisca pel tempo avvenire.

Accadendo, che alcun riformatore sia eletto giudice de' savj; e che perciò il collegio sia ristretto al numero di cinque riformatori, tal che non rimanga per gli ultimi quattro mesi, che un solo presidente; dovrà seco accompagnarsi quel riformatore più antico, che nel giro precedente avrà esercitato il medesimo ufficio. E similmente mancando per infermità, o per altra grave cagione, alcuno dei presidenti di mese, prenderà le veci, mentre duri il bisogno, uno de' riformatori, che nel giro divisato dovrebbe succedergli.

A loro sarà principalmente affidata la cura dell'adempimento di queste leggi; acciò non sieno gli affari dell'università trascurati, e ciascuno prontamente, e con diligenza soddisfaccia ai proprj doveri. Non tralascino pertanto di visitare frequentemente l'università, giungendo inaspettati alle scuole; chiedendo de' lettori, e scolari, e tutt' altri ministri: e scorgendo gravi mancamenti, e disordini, se ne faccia da loro consapevole il collegio. Provvedano ancora secondo il bisogno, e dove l'opera non soffrisse ritardo, ai risarcimenti delle fabbriche, ripari, ed altro; purchè il necessario lavoro non richieda la spesa maggiore di scudi cinquanta; e nella prima generale adunanza abbiasene da tutto il collegio ragione. Attendano, che ai tempi dovuti siano l' entrate riscosse; e che di tutto il danaro se ne faccia deposito al monte di pietà; e finalmente veglino sopra tutti coloro, che averanno parte nel maneggio, e servizio della università.

Capitolo IX.

Delle adunanze generali del collegio.

Una volta il mese almeno si adunerà tutto il collegio col segretario, nel giorno, e tempo dai due riformatori più antichi assegnato. Non sia lecito di fare adunanze nè generali, nè particolari, per qualsivoglia caso, tempo, o bisogno fuori dell'università, e del luogo in essa stabilito: e se il collegio anche per una sol volta mancasse a questa legge, sieno così fatte deliberazioni di niun valore; e tutti quelli, che intervenissero, privati per sempre dell' ufficio.

Il segretario a nome de' due riformatori più antichi intimerà le adunanze; e se da questi si trascurasse oltre al dovere, suppliscasi dagli oltri due, che verranno appresso.

Affinchè dir si possa generale adunanza; e le deliberazioni abbiano forza, e valore; intervengano almeno tre riformateri: nè perciò sia permesso agli altri di potere a lor voglia, e senza grave necessità starne lontani. Che se alcuo riformatore, ovvero presidente di mese mancasse più volte alle adunanze generali, e particolari, senza che se ne conosca il bisogno, sia parte del collegio il farne inteso il signor cardinal legato; e non giovando i di lui autorevoli avvertimenti, e ricordi, abbia il collegio la podestà, coll'approvazione del medesimo signor cardinal legato di privare i trascurati, e negligenti, e di eleggere altri in loro vece, nella maniera di sopra prescritta.

In queste adunanze tutti gli affari di qualsisia materia, che saranno proposti, e trattati secondo è disposto al capitolo quinto di questi statuti, sieno sempre mandati a partito, e risoluti con voti segreti: e la maggior parte de' voti faccia legittime le risoluzioni. Qualunque deliberazione ancorchè leggiera, e di non molta importenza, che non sia a voti segreti, sia di niun valore, e come se fatta non fosse.

Capitolo X.

Delle adunanze particolari de' presidenti di mese.

Le particolari adunanze sieno a carico de' presidenti di mese, e facciansi un giorno d'ogni settimana, che stabilito la prima volta non dovrà sanza giusta cagione cambiarsi. In tali adunanze potranno trattarsi, e risolversi quegli affari, che accadono ogni giorno, e che richiedono sollecita spedizione, come più particolarmente è disposto di sopra al capitolo VIII. Anche in queste adunanze non si deliberi cosa alcuna, se non che a voti segreti, come si è detto delle adunanze generali.

Capitolo XI.

Del giudice privativo.

Perchè non v'è maggiore impedimento agli studj delle lettere, nè cosa più molesta agli studiosi, come l'essere frequentemente, e per qualsivoglia causa, ancorchè di poco rilievo, condotti, ed aggirati lungamente ne' tribunali; perciò dalla costituzione al §. 18. si concede perpetuamente all'almo studio un giudice privativo, il quale giudicherà in avvenire le liti, e questioni civili, nelle quali i lettori, scolari, ed altri in qualsivoglia modo addetti all'università fossero rei convenuti sino alla somma di scudi cinquanta: e similmente le criminali per delitti leggieri; e dove non sia luogo, come dicesi, e pena di corpo afflittiva: valendosi per gli atti, e processi dei notaj detti di Castello. E quanto ai salarj del giudice, e notaj, si osservino le tasse già stabilite in altri tribunali della città. Tal privilegio non abbia luogo nelle liti già altrove introdotte innanzi la pubblicazione de' presenti statuti.

Quest'ufficio sia conferito ad arbitrio del collegio, anche a persona fuori dell'università, purchè sie dottorata, e maggiore di trent'anni: e sempre che paresse necessario, intervenga alle adunanze particolari, e generali; maggiormente dove l'affare richiedesse il parere di qualche giureconsulto. Godrà di tutti i privilegi conceduti ai lettori.

Dal decreto definitivo, o sentenza del giudice privativo, non sia tolto l'appello al cardinal legato, che lo concederà in guisa, che sia la causa commessa ad uno dei lettori dell'università.

Capitolo XII.

Dell'amministrazione economica.

Dei beni, e delle rendite della università abbiane l'intiero governo, ed amministrazione il collegio de' riformatori, e non mai divisamente alcuno di essi; nè altri fuori del collegio possa averne cura, o disporne.

Tutti i fondi, e capitali dell'università sieno descritti dal computista ordinatamente in un libro; e notinsi ancora distintamente le rendite, ed ogni spesa per ciaschedun anno, giustificandole con certe pruove, e scritture.

Gli stipendj dei lettori, le mercedi dei ministri, i premj, le ricompense, e qualsivoglia altra ancorchè piccola spesa, dovrà pagarsi dal monte di pietà, non mai da qualsivoglia debitore dello studio; nè vaglia pagamento alcuno, se non sia ordinato, e sottoscritto dal collegio de' riformatori, e dal computista, aggiuntovi il nome del creditore, la ragione del credito, e la somma del danaro, che si vuol paga-

re. E qui giova di avvertire, che il valore degli scudi, di che si è fatta frequente menzione in questi statuti, deve sempre ragguagliarsi all'uso di Ferrara, come dicesi a moneta lunga, e non in altra guisa.

Non sia l'ultima cura dei riformatori il pensare al modo di migliorare le regole dell'università, ed impedire le soverchie spese. Gli avanzi, se saranno di qualche rilievo, si mettano a frutto in luoghi di monte, e non si avventurino in altri acquisti. Guardinsi di non contrarre debiti, ed obbligare i beni, e le rendite dell'università per qualunque estremo bisogno, senza l'autorità, ed approvazione del signor cardinal legato, per non esser poi tenuti del proprio.

I beni, e le rendite della libreria, come patrimonio diviso da quello dell'università, saranno separatamente descritte, nè potranno adoperarsi in altro uso; nè sarà lecito valersene per qualsivoglia bisogno dello studio, nemmeno a titolo di prestanza, ancorchè si provasse per antiche ragioni essere l'università creditrice: e con tale distinzione si noteranno ancora le spese. La medesima diligenza, e chiarezza si osservi nel tener conto di tutte le rendite, e spese dell'accademia del disegno.

Innanzi la fine di giugno, bilanciati partitamente i conti di ciascun patrimonio, facciansene tre copie, da distribuirsi la prima al signor cardinal legato; la seconda al nuovo giudice dei savj; ed al collegio de' riformatori la terza; affinchè ogni anno sia palese lo stato della università, ed in quale uso, e con quale ordine si debba dispensare.

PARTE TERZA

Capitolo I.

Del custode della libreria, e suoi requisiti

Si richiede per questo ufficio l'età di 35. anni, grande uso della lingua latina, copiose cognizioni degli autori, e loro opere, con molta notizia delle varie, e più purgate stampe antiche, e moderne. Oltre al dottorato d'ambe le leggi, di che non dovrà il custode mancare, sarebbe anche da desiderarsi l'erudizione della lingua greca, e d'altre orientali, ed oltramontane. Di queste, e somiglianti condizioni, o della maggior parte di esse sia fornito il custode della libreria, la di cui elezione si farà, come le altre, a voti segreti dai riformatori, un mese dopo che sarà l'ufficio vacante, e che per mezzo di manifesti, e di lettere d'avviso saranno i letterati invitati al concorso. In fine non si tralasci studio, ricerche, e diligenza, perchè sia conferito al più meritevole. Sarà l'impiego a vita collo stipendio annuale di cento scudi, e passati trent'anni in tal'esercizio, goda della giubilazione nella somma di annui scudi settanta.

Capitolo II.

Degli obblighi del custode della libreria

Poichè il nuovo custode avrà dal segretario del collegio ricevute le chiavi dalla libreria, e il catalogo dei libri, procuri, che nei giorni delle lezioni dell'università sia del continuo aperta per uso, e comodo degli studiosi, e di chi fosse vago di vederla; ed egli non manchi di trovarsi presente la mattina per lo spazio di tre ore, dal principio delle lezioni, e similmente il giorno sino alle ore 23., come apparirà più chiaro dal giornale dell'università. Avrà nel tempo degli studj le vacanze comuni coi lettori: ma nei mesi di luglio, ed agosto, si seguiti di tenere aperta la libreria, quattro giorni la settimana: e dal primo di di settembre sino al cominciar degli studj, potrà il custode godere anch'egli delle vacanze di autunno.

Non permetta, che nella libreria si facciano questioni, crocchi, o cicalecci; e molto più si guardi egli di non recare ad altri disturbo. Nel concedere l'uso dei libri a chi li chiede, non dimostri asprezza, ma ben nel ricuperarli sia cauto, e diligente, che per frode, o per dispetto non tornino cancellati, guasti, o cambiati. Sia questo luogo abbondantemente fornito di tutti gli arnesi da scrivere; ma non così della carta, di che dovrà ciascuno provvedersi altrove.

Mancando il catalogo de' libri contenuti nella libreria; ovvero essendo questo imperfetto, sia cura del custode, o di formarlo di nuovo, o di terminarlo, colla giunta dei libri, che di tempo in tempo si provvederanno. Non si allontani il custode dal suo ufficio per infermità, nè per qualunque altra cagione, senza permissione del collegio, e se in ciò mancasse frequentemente, sia privato dell'impiego.

Capitolo III.

Delle facoltà, e privilegj del custode.

Il sottocustode, e lo scopatore, de'quali parlerassi più sotto, saranno subordinati al custode, il quale provvederà, che non trascurino l'adempimento de'loro obblighi; avvertendoli nei trascorsi leggieri, e dei gravi mancamenti accusandoli al collegio, che non potrà dissimularli, nè lasciarli impuniti. Guardi per quanto è in suo potere, che le rendite della libreria non sieno dissipate in altro uso, nè in risarcimenti della stessa fabbrica, ai quali dovrà supplirsi colle rendite dell'università. In ogni adunanza così generale, che particolare, dove si tratti del governo, ed affari della libreria, si trovi presente, ed abbia voto uguale del tutto a quello di ciascun riformatore. Qualunque deliberazione presa dal collegio in tali materie senza intervenimento del custode, sia per non fatta. Gli sia permesso ciascun anno di spendere a suo talento sino alla somma di dieci scudi, parte in vantaggio della libreria, come in legare libri, rassettarli, ed altro; parte in uso proprio, come in carta, penne e cose simili. Il fare maggiori spese dipenderà dal volere del collegio; a cui il custode di tempo in tempo farà noto il bisogno della libreria, il valore dei libri, il pregio delle opere, ed i mezzi per farne acquisto. I di lui privilegj saranno del tutto conformi a quelli de'lettori, scolari, ed altri di sopra menzionati.

Capitolo IV.

Del sotto custode, e suoi requisiti, obblighi, e privilegj.

Nel sottocustoda non si ricerchi maggior età di anni 25., ma ben sia versato nella lingua latina, ed abbia molta notizia dei più accreditati scrittori, loro opere, e stampe. Si lascia al collegio la facoltà di nominarlo; il di lui ufficio durerà colla vita; lo stipendio non ecceda la somma d'annui scudi settanta; ed ottenuta dopo trent'anni la giubilaziona, sia contento dell'annuo premio di scudi quaranta. Se per morte, o per altro caso fosse vuoto l'ufficio di custode, non gli sia disdetto il concorrere; e li servigj resi all'università saranno in vece di qualche altra necessaria condizione, di cui mancasse.

Al tempo delle lezioni si trovi presente nella libreria in compagnia del custode, o la mattina, o il giorno: ma nei giorni di vacanze, purchè non sia festa di precetto, v'intervenga sempre la mattina, e il giorno; trattenendosi lo spazio prescritto nel capitolo antecedente, per comodo de'lettori, e scolari. Accadendo, che il custode sia infermo, o per altro affare giustamente impedito, supplisca in tutto alle sue veci. Goda delle vacanze d'autunno per tutto il tempo, che si è di sopra conceduto al custode. Gli porga ajuto nel lavorare, e ridurre a fine il catalogo dei libri, ed in ogni altra opera, che gli sarà dal medesimo imposta; nè meno di lui si affatichi in tutto ciò, che riguardi l'ordine, la cura, e il buon governo della libreria. I falli del sotto custode, se sieno gravi, e frequenti si puniscano col torgli per sempre l'ufficio; e nei privilegi si agguagli al custode.

Capitolo V.

Dello scopatore.

Più che l'età, guardisi in questo la robustezza, il costume, e la fedeltà: abbia imparato a leggere, e scrivere: la sua mercede si vuole non sia maggiore di scudi quarantotto, e dopo di aver servito lo spazio di trenta anni, abbia la giubilazione di annui scudi trentasei. A lui si appartenga di aprire, e chiudere la libreria nei tempi, ed ore stabilite; il nettarla dalla polvere, e da ogni bruttura; il portare innanzi, e in dietro i libri, come gli sarà dal custode, e sottocustode comandato; dagli ordini dei quali dovrà in tutt'altro ancora dipendere. Non introduca alcuno nella libreria, se non si trovi presente il custode, o il sottocustode; e mancando questi, senza un lettore, o riformatore: e contravvenendo anche una sol volta a questa legge, si privi dell'ufficio. La stessa pena porti, se riceverà mancie dagli scolari, ed altri studiosi. Partecipi de'privilegj al pari degli altri ministri dell'università.

Capitolo VI.

Del museo, e suo custode.

Quello, a cui sarà dal collegio affidata la cura del museo, dovrà necessariamente essere fornito di tutte quelle cognizioni antiche, e nuove, che a tali studj si convengono: e meglio an-

cora sarebbe, se con opere pubbliche n'avesse molto innanzi dato pruova. Ai professori delle facoltà, che avessero relazione con tali materie, sia permesso di potere a questo uffizio concorrere; ma niuno l'ottenga, che prima non abbia dato sicurtà di custodire, e di rendere fedelmente tutto ciò, che avrà ricevuto; il che apparisca per istromento pubblico, al quale aggiungasi una descrizione accurata di tutte le cose nel museo contenute. Sia lo stipendio in arbitrio de'riformatori, purchè non si diminuisca, nè mai si accresca, e fattosi luogo alla giubilazione dopo trent'anni, non potrà decimarsi.

Nei giorni, che non sono lezioni, e non festivi di precetto, sia dal custode aperto il museo, la mattina solamente per lo spazio di tre ore: nè perciò gli sarà tolto di farlo anche in altri tempi, per comodo de' letterati, e maggiormente dei forestieri, che ne avessero vaghezza. Esponga di tempo in tempo al collegio i nuovi acquisti, dei quali si potrebbe il museo arricchire; e gli si permetta a tal fine la spesa di venti scudi l'anno; serbando ai riformatori il disporre di somme più importanti. Anche nei privilegj non sia inferiore ai lettori, e scolari.

Capitolo VII.

Dell'orto de' semplici.

Prenda cura il professore di botanica dell'orto de'semplici; valendosi, per la coltivazione, di chi non sia del tutto sfornito della cognizione delle varie piante, erbe, e frutici; e sappia il modo di farli allignare, venire innanzi, e conservare; talchè ve n'abbia in ogni stagione per uso, e comodo di detta facoltà. Si somministri dal collegio il salario al giardiniere, ed ogni altra spesa.

Capitolo VIII.

Del teatro anatomico, e sue sezioni

In quella sala dell'università detta il teatro anatomico, faccinasi dal professore di notomia tre lezioni la settimana, dal principio di gennajo, alla fine del mese di marzo; e dovendo notomizzare alcuna parte del corpo animale, potrà valersi dell'opera d'esperto chirurgo a spese dell'università: nè alcuno sarà in avvenire matricolato nella chirurgia, che non sia per due anni intervenuto a simili lezioni, ed esperienze.

Capitolo IX.

Dell'accademia del disegno.

L'accademia del disegno, che abbraccia le tre arti, pittura, scultura, ed architettura, siccome dalla sua origine ebbe luogo nell'università, così anch'essa sia sottoposta all'autorità, e governo del collegio de'riformatori. Le sue leggi pubblicate già in altri tempi, poichè saranno di nuovo, per opera dei riformatori compilate, ordinate, ed a maggior facilità, e chiarezza ridotte, faranno parte di questi statuti, come se fossero nominatamente espresse, e comprese in questo capitolo, secondo che più amplamente è disposto dalla costituzione al §. 30.

Capitolo X.

Dell'osservanza de' presenti statuti.

Affinchè sieno le presenti leggi, e statuti più prontamente, e lungamente osservati, si vieta al collegio dei riformatori, e molto più a ciascun'altro, di poterli per alcun tempo, o caso spiegare, interpretare, e dichiarare diversamente da quello, che mostri il semplice, e naturale significato delle parole, colle quali sono stati espressi. Il dichiarare i casi dubbj, e il provvedere ai nuovi, secondo che i tempi, e il bisogno richieda, soltanto dal sommo Pontefice dovrà implorarsi: e poichè saranno a pubblico beneficio, e comodo stampati, non tralasci il collegio di averli sempre innanzi in ciascun'adunanza generale, e particolare.

§. 7. Quoniam vero nihil tam perniciosum legibus, earumque diuturnitati magis contrarium esse solet, quam importuna illarum interpretatio, declaratio, ampliatio, extensio, ex quibus, nisi modus, et diligentia adhibeatur, paullatim inflecti, detorqueri, commutari, ac prorsus everti leges plerumque contingit; idcirco ne quid inde incommodi, ac impedimenti studio generali, sive universitati Ferrariensi, ejusque progressui, atque stabilitati accedat in posterum, statuimus, atque decernimus, ut præfatæ leges, statuta, atque ordinationes, singulaque in eis contenta, nonnisi juxta, et secundum simplicem, naturalem, et propriam eorum verborum, quibus expressa sunt, significationem accipiantur, atque intelligantur, sublata quacumque easdem intel-

Interpretandi, et declarandi facultas præter summ. Pontificem, ceteris omnibus adimitur

ligendi, interpretandi, declarandi, extendendi etiam in similibus casibus, et ex identitate rationis, quovis titulo, et caussa omnibus, et cuilibet facultate, eamque juxta casuum opportunitatem, rerum necessitatem, ac diversitatem temporum, Nobis ipsis, vel romanis Pontificibus pro tempore successoribus, aut quibus ab eis mandatum, et injunctum fuerit, dumtaxat perpetuo reservamus.

Studium Ferrariense a magni consilii, et veteris congregationis jurisdictione eximitur.

§. 8. Animo autem reputantes, nullam fere civilem societatem, quamquam optimis institutam legibus, aliisque opibus, atque præsidiis suffultam, longe progredi, ac diu subsistere posse, nisi illius regimini præsint, qui et legum custodiæ, et bonorum administrationi, et accuratæ impositorum munerum executioni, atque implemento, soluti aliis curis, constanti quadam, et perpetua ratione impigre incumbent, quod quidem a magistratu sapientum, sive a congregatione studii generalis, tum ob frequentem personarum mutationem, tum ob multiplices alias curas publicas, tum ob peculiarem, et privatam eorumdem utilitatem, sive interesse hactenus præstari non potuit: quapropter motu, scientia, at potestate paribus, prædictum generale studium, sive universitatem Ferrariensem, ejusque personas, res, bona, jura, proprietates, ab administratione, jurisdictione, auctoritate, potestate, regimino, et subjectione tam magni consilii prædictæ civitatis Nostræ Ferrariæ, quam magistratus sapientum nuncupatus, aliorumque tribunalium, et præsertim congregationis studii denominatæ, cui ab antiquissimo tempore, ut præfertur, atque etiam in præsens subest, necnon S. R. E. cardinalium, etiam sanctæ Sedis de latere legatorum, præterquam in casibus nominatim in legibus, et statutis expressis, vel collegatorum, et aliorum quorumcumque in posterum segregamus, separamus, secernimus, eximimus, atque liberamus, eamdemque congregationem studii nuncupatam, omnemque illius jurisdictionem, et facultatem, circa studium generale, sive universitatem Ferrariensem, ejusque bona, personas, res, jura, actiones, proprietates perpetuis futuris temporibus abrogemus, abolemus, atque supprimimus; præfatumque studium generale, sive universitatem Ferrariensem in nostram, atque apostolicæ Sedis perpetuam clientelam, ac patrocinium recipimus. Non obstantibus præmissis, et quacumque nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula in contrarium præmissorum quomodolibet edita, altisque prærogativis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis apostolicis præsertim piæ rec. Clementis PP. VIII. prædecessoris Nostri, quarum est initium « *Romanum decet Pontificem* », datisque Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris 12 junii 1600., aliisque quibuscumque.

Collegium reformatorum instituitur, eique universitas perpetuo subjicitur.

§. 9. Ut autem generale studium, sive universitas Ferrariensis, quam pene in oculis ferimus, suos deinceps habeat moderatores, qui omnimodæ illius curæ, administrationi, regimini, incremento, conservationi, ac diuturnitati assidue incumbant, atque insistant, judicem sapientum pro tempore existentem, et alios quinque viros, tam origine, quam Incolatu ferrarienses, ex nobilibus familiis in magnum consilium ejusdem civitatis nostræ Ferrariæ adlectis, atque adscriptis, ætate, integritate, aliisque prærogativis præditos, atque fulgentes, eosdemque simul sex reformatores futuros, seu collegium reformatorum studii generalis, sive universitatis Ferrariensis in posterum nuncupandos, vel nuncupandum, prout latius in memoratis legibus, et statutis continetur, earumdem tenore præsentium constituimus, ac deputamus, et respective erigimus, atque ordinamus, iisque alium ex ordine civium, pariter origine, etque domicilio ferrariensium qualitatibus, conditionibus, et prærogativis ornatum, et instructum, in prædictis legibus, et statutis specialiter, et nominatim expressis, ac secretarii ejusdam collegii reformatorum titulo, munere, ac nomine decoratum edjungimus, antiquo cancellario prædicti studii generalis, ejusque munere, officio, titulo, ac nomine perpetuo suppressis, atque extinctis: eidemque reformatorum collegio, ut supra erecto, et instituto, omnimodam in studium generale, sive universitatem Ferrariensem, ejusque personas, bona, res, jura, actiones, proprietates, tam præsentes, quam futuras, jurisdictionem, et potestatem cohærenter ad supradictas leges, et statuta committimus, atque concedimus, omniaque, et singula de ejusdem collegii reformatorum, eorumque personarum officiis, muneribus, itemque juribus, privilegiis, præeminentiis, jurisdictionibus, coercitionibus, facultatibus, in præfatis legibus, et statutis contenta, sancita, atque disposita, apostolica aucteritate laudamus, approbamus, confirmamus, iisdemque ut per-

petuis quibuscumque futuris temporibus integre uti, frui licite possint, ac valeant per præsentes decernimus, atque jubemus, et ut a nemine unquam in præmissorum exercitio, quocumque tempore, quacumque de caussa, quovis titulo, jure, prætextu, colore, auctoritate, et potestate impediri, turbari, vel prohiberi possint, aut debeant, districte interdicimus, atque sancimus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Reformatores, eorumque collegii secretarius hac vice a Pontifice designantur.

§. 10. Proinde Nos eadem auctoritate hac prima vice, in novi collegii reformatores, creamus, deputamus, instituimus, et nominamus, præter judicem sapientum pro tempore existentem ut supra, ejusque in officio successores in perpetuum, dilectos filios, Marchionem Herculem Rondinelli; comitem Augustinum Novara; Marchionem Guidonem Villa; comitem Antonium Modoni; comitem Achillem Crispi, de quorum omnium opera, integritate, et industria, tum in publicis obitis muneribus cognita, tum gravissimo apud nos testimonio comprobata, multum confidimus. Itemque in præfati collegii secretarium, hac pariter vice designamus, et nominamus dilectum filium Antonium Righetti civem Ferrariensem, et J. U. D., eosque omnes, et singulos tam quinque reformatores, quam secretarium sic nominatos, creatos, et institutos, hoc jure, munere, et nomine perpetuo ad illorum vitam frui, potiri, insigniri, et nuncupari, consentanee ad supradictas leges, et statuta, ac singula in eis disposita tenore præsentium statuimus, atque jubemus.

Nonnullis præeminentiis, et privilegiis donantur.

§. 11. Quamquam vero, et rei magnitudo, et muneris gravitas, et a Nobis tam enixe suscepta hujus operis cura, satis per se declarent, quanti ab omnibus faciendum sit præfatum reformatorum collegium; nihilominus, ut perpetuum quoque benignitatis nostræ, erga illud, et voluntatis monumentum exstat, unde, et præsentibus reformatoribus decus, et posteris ad munus istud assequendum, incitamentum addatur: decernimus, ac declaramus, prædictum collegium aliorum omnium magistratuum, collegiorum, et publicorum cœtuum quorumcumque in civitate Ferrariæ existentium uno dumtaxat magistratu sapientum excepto, primum, ac præcipuum habendum fore, et ut reformatores supra ceteros quoscumque, publica munera, et officia exercentes præcedentiæ jure, et prærogativa in posterum gaudeant, fruantur, et potiantur per præsentes statuimus, atque jubemus. Insuper tam præsentibus, quam futuris omnibus reformatoribus facultatem concedimus, privative quoad alios quoscumque, distinctis, ac propriis collegii vestibus utendi, ut in recensitis legibus, atque statutis positum est; nec non in civilibus, ac in criminalibus caussis privilegium fori, ut infra impertimur, itemque armorum delationem, aliasque immunitates, et exemptiones, ut in legibus, et statutis disponitur.

Quarum rerum jussu illorum imprimi possint, exempla subjiciuntur.

§. 12. Præterea kalendaria, regesta, catalogi, itemque edicta, epistolæ, aliaque id genus ad temporarium studii generalis regimen necessaria, præterquam theses, conclusiones, et quidquid literarum, aut scientiæ alicujus specimen præfert, ut a prædicto reformatorum collegio, sive illorum nomine a secretario publico ejusdem universitatis signo munita, per quemcumque typographum, absque ulla alia auctoritate, approbatione, ac permissu imprimi, et publicari possint, ac valeant, iisdem reformatoribus, sive illorum collegio omnimodam licentiam, et facultatem adjicimus, atque impertimur; contrariis quibuscumque non obstantibus.

Universitati suus insignium permittitur, eorumque descriptio.

§. 13. Ad hæc prædictum generale studium, sive universitatem Ferrariensem præcipuo insignium jura donamus. Sit autem umbonis area, cæruleo colore obducta, cujus ab imo tergemini colles exsurgant, et e medio sese oleæ arbor cum baccis attolat, supremamque clypei partem ducalis corona præcingat; eaque in posterum describi, pingi, cælari, sicubi reformatorum collegio expedire videbitur, concedimus, atque permittimus; iisque quæcumque acta, decreta, edicta, epistolas, syngraphas, aliaque ad studium generale spectantia, per collegii secretarium, vel per ipsos reformatores perpetuo signari volumus, atque mandamus. Inhibentes propterea cuicumque collegio, universitati, et aliis quibusvis personis, ne iisdem insignibus uti possint, ac valeant.

Lectorum, aliorumque privilegia confirmantur, et recensentur.

§. 14. Singulis quoque in futurum lectoribus, tam pro tempore in eodem almo studio Ferrariensi docentibus, quam stipendia emeritis, nec non scholaribus cujuscumque patriæ, et nationis existentibus, vel extituris, quandiu disciplinarum studiis in eadem universitate vacabunt, itemque bibliothecæ, et musei custodibus, ac vice custodibus, ceterisque ministris, ac officialibus servi-

tio prædictæ universitatis pro tempore addictis, vel stipendia ab ea recipientibus, quocumque munere fungantur, ac quovis nomine nuncupentur, iis quoque qui picturæ, sculpturæ, et architecturæ artium studiis dediti, academiæ vulgo *del disegno* nuncupatæ, et in præfata universitate erectæ adscribentur, motu, auctoritate, et potestate similibus harum tenore, solutionem publicorum vectigalium, pro iis rebus dumtaxat, quæ proprium illorum usum, victum, vestitumque respiciunt, in futurum remittimus; eosdemque omnes, ac singulos a publicorum munerum exercitio, atque sustentatione absolvimus, et eximimus; itemque fori privilegio, ut infra donamus, facultatem quoque delationis armorum, præterquam in constitutionibus apostolicis, bannimentisque generalibus nominatim, et et expresse prohibitæ permittimus; pariterque ut quascumque domos in eadem civitate nostra Ferrariæ per quoscumque locari solitas, pro se ipsis conducere, non tamen aliis locare, atque ut in paribus locationis conditionibus, ceteris omnibus præferri, ac demum, ut ab iis, quas incolent domibus, tabernas, officinas, aliaque opificie tumultuosa, obstrepentia, ac nimium importuna arcere, removere, et quiescere jubere possint, ac valeant, concedimus, atque permittimus. Certa quoque privilegia, jura, indulta, prærogativas, immunitates, exemptiones, munera, præmia professoribus, seu lectoribus, scholaribus, ministris, officialibus, bidellis, aliisque memoratæ universitati addictis, vel per romanos Pontifices prædecessores nostros, ac præsertim per fel. rec. Bonifacii IX, et Clem. VIII tributa, concessa, et confirmata, vel per Nos in supradictis legibus, et statutis latius expresse, descripta, et recensita, per præsentes approbamus, confirmamus, ac de novo concedimus, præterquam jus eligendi rectores, thesaurarium, et consiliarios, quos omnes in posterum abrogamus, abolemus, atque supprimimus, non obstantibus prædictis literis apostolicis piæ rec. Clementis pp. VII prædecessoris nostri incipien. = *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitati* = datis Romæ apud s. Marcum die 25 oct. 1602 aliisque quibuscumque.

Primarios professores dudum ab universitate dimissos, iterum accersiri jubetur.

§. 15. Attendentes insuper, ut præfertur, prædictum studium generale, sive universitatem Ferrariensem, iis præsertim temporibus, scholarum frequentia, omnique scientiarum genere floruisse, cum præstanti, atque excellenti ingenio viri præditi magna mercede conducti, in ea merebant, qui propterea primarii professores habebantur, ac dicebantur; eorum vero dimissionem, ac cessationem ob inopiam pecuniæ, vel illius in publicas civitatis necessitates erogationem secutam, non inter postremas inclinationis, ac decrementi ejusdem studii generalis, sive universitatis Ferrariensis causas recenseri, idcirco volumus, jubemus, atque præcipimus, ut reformatores studii generalis, sive universitatis Ferrariensis a Nobis, ut supra, constituti, et deputati, atque in posterum nominandi, quum primum eorum munerum, atque officiorum quasi possessionem nacti fuerint, in eam curam summopere incumbant, ut pro modo pecuniæ, et facultatum copia, ejusdem studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, quantocius fieri poterit, gemini primarii professores, alter juris scientiæ, alter medicæ artis peritissimus, ut olim, ad navandam strenue operam in præfato generali studio, sive universitate Ferrariensi, iterum alliciantur, advocentur, et conducantur, prærogativis, conditionibus, formis, stipendiis, aliisque, ut in legibus, et statutis superius descriptis habetur, ad unguem servatis.

Vetus inter magistratum sapientum, et studii reformatores transactio stipulata, rescinditur.

§. 16. Quoniam vero, ut pariter præfertur, gravibus, atque diuturnis inter magistratum sapientum civitatis Nostræ Ferrariæ, ac reformatores studii generalis, sive universitatis ejusdem civitatis, propter promiscuam rerum, bonorumque hinc inde administrationem, vigentibus olim controversiis, ita inter partes transactum fuit anno 1647, ut reformatores studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, ex illius redditibus penderc quotannis, ac perpetuo coacti sint magistratui sapientum nuncupato summam scut. rom. 727, 27, 4 sive quantitatem scut. ferrarien. 1000., ex eoque evenerit, ut primariis, accersendis, conducendisque professoribus, annui studii generalis redditus impares prorsus heberentur: quamquam nobis omnino incompertum sit, rite ne, an secus transactio constiterit; quum tamen satis congruum videatur, ut incommodis, ac necessitatibus studii generalis, et præclara commoda in civitatem promanant, ipsa præsertim civitas mederi, atque opitulari debeat: eapropter ne hinc etiam moræ, aut impedimenti conducendis, restituendisque primariis professoribus causa in posterum supersit aliqua, motu proprio ex certa scientia, ac matura animi delibe-

ratione Nostris, ac de potestatis plenidine, earundem præsentium tenore, concordiam, conventionem, seu transactionem ejusmodi inter magistratum sapientum civitatis Nostræ Ferrariæ, et studium generale, ejusque reformatores, ex quavis causa, et titulo, et quacumque auctoritate stipulatam anno 1647. abrogamus, abolemus, ac funditus tollimus, studiumque generale, sive universitatem Ferrariensem, ejusque in posterum reformatores, a solutione præfatæ pensionis scut. rom. 727. 27. 4., sive scut. Ferrarien. 1000. præfato magistratui perpetuo absolvimus; eximimus, et liberamus.

Civitati Ferrariæ, ne quid, rescissa transactione, de necessariis sumptibus interea decedat, alia ratione consulitur.

§. 17. Ne autem dum studio generali consulimus, de eadem civitate Nostra Ferrariæ male mereri quodammodo videamur, eamque, sublata, abrogataque, ut supra, transactione, in maximas pecuniæ difficultates redigi contingat, unde publicis, ac necessariis sumptibus in præsens supplere non possit, statuimus, atque ordinamus, ut ex publicis vectigalibus nuncupatis = *del Sussidio*, e *Novissima* =, itemque ex aliis denominatis = *del Vivo*, e *del Morto* = a romanis Pontificibus Clemente VIII., Urbano VIII, atque Innocentio X. prædecessoribus Nostris jampridem civitati Nostræ Ferrariæ dono datis, liberaliterque concessis, et a fel. rec. Bened. pp. XIV. prædecessore Nostro in solutionem fructuum, atque in extinctionem sortis locorum montium, ac præsertim sexti montis nuncupati *Sanità* adsignatis, et a Nobis in easdem causas iterum ad certum tempus prorogatis, ac confirmatis, ut ex nostris literis datis 25. novembris 1769., liceat singulis annis quantitatem scut. rom. 1000. deducere, et in eas causas publicas erogare, in quas erogabatur annua pensio a præfato studio generali, sive illius reformatoribus, vigente olim transactione, soluta: et quum ob annuam ejusdem summæ scut. 1000. ex dictis vectigalibus faciendam deductionem, tam facilis, atque expedita præfati montis sexti vulgo dicti *Sanità* extinctio, sive illius debiti dimissio, atque solutio, ut in memoratis nostris literis datis 25. novembris 1769. præscribitur, haberi non possit, idcirco prædictorum vectigalium adsignationem, et prorogationem in eandem solutionis fructuum, ac extinctionis sortis sexti montis *Sanità* nuncupati causam, ad certum tempus alias a Nobis, ut supra præscriptum, tamdiu producimus, atque prorogamus, quoad ex reliquis annuis fructibus, sive redditibus præfatorum vectigalium = *del Sussidio*, e *Novissima* = itemque = *del Vivo*, e *del Morto* = facta prius deductione annuæ quantitatis scut. 1000., prædicti montis extinctio, sive illius debiti dimissio, atque solutio plene, atque integre secuta, ac perfecta non sit, non obstantibus præfatis literis apostolicis piæ record. Bened. pp. XIV., ac nostris datis 25. novembris 1769., cæterisque quibuscumque.

Reformatorum collegio judicis privativi electio conceditur.

§. 18. Volumus insuper, ut ad formam legum, et statutorum, ut supra, reformatores jus habeant eligendi, ac nominandi, vel ex publicis professoribus ejusdem studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, vel ex aliis graduatis, et doctoribus, dummodo in eadem civitate nostra Ferrariensi degant, ac commorentur, unum judicem, qui privative quoad alios judices facultatem habeat judicandi, ac decidendi lites, et controversias tam civiles, quam criminales contra bona, et personas omnium, et singulorum reformatorum, itemque omnium, et singulorum lectorum, et professorum, qui in eodem generali studio, sive universitate Ferrariensi pro tempore operam navabunt, nec non omnium, et singulorum scholarium in eadem generali universitate studentium, aliorumque ministrorum, et officialium, quocumque nomine appellentur servitio dictæ universitatis, et studio generali salaria, et stipendia recipientium in posterum excitandas, ac promovendas.

Præfinitur summa, de qua judex privativus in civilibus, et passivis causis cognoscat.

§. 19. Quod autem pertinet ad genera, et qualitates causarum in quibus personæ prædictæ privilegio fori frui, et gaudere debebunt, Nos in civilibus quidem causis passivas ab activis, in criminalibus vero leviores a gravioribus distinguentes, volumus pariter, et statuimus, quod in causis civilibus privilegium fori memoratis personis nullatenus in activis, sed in passivis dumtaxat causis hujusmodi summam scut. 50. ferrariensium non excedentibus, et in prima tantum instantia, suffragetur, non obstantibus in contrarium quibuscumque privilegiis, et indultis per quoscumque tam ante, quam post devolutionem civitatis nostræ Ferrariæ eidem generali studio concessis, et confirmatis, nec non literis apostolicis, ac præsertim piæ record. Clementis pp. VIII. prædecessoris nostri incipien. = *Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitati* = datis Romæ apud s. Marcum sub die 25. octobris 1602. quibus omnibus, et singulis eorum tenores præsentibus pro expressis, et ad verbum pro insertis habentes, ad effectum præmis-

sorum dumtaxat, alias in suo robore permansuris, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Declarantes nihilominus eas quoque causas passivas censendas esse, in quibus privilegiatus petat alicujus spolii reintegrationem, vel refectionem alicujus damni in propriis bonis sibi quomodolibet ab aliis illati.

Ejusdem cognitio in criminalibus, ad leviores causas cohibetur.

§. 20. Insuper causarum criminalium leviorum cognitionem, earum nempe in quibus secundum juris, aut statutorum civitatis, vel bannimentorum generalium legationis Ferrariensis, aut constitutionum apostolicarum respective dispositionem alia gravior pœna, quam pecuniaria, vel simplicis exilii constituta non reperitur, eidem judici privativo, ut supra nominando, atque eligendo attribuimus, sine ulla differentia, aut distinctione, utrum causæ hujusmodi activæ sint, vel passivæ, et an inter duos privilegiatos, an vero inter privilegiatum ex una, et extraneum non privilegiatum ex altera parte instituantur, atque agitentur; reservato tamen semper reo condemnato appellationis beneficio, prout de jure, et quatenus de jure.

Graviorum causarum quæstiones legatis apostolicis, aliisque reservantur.

§. 21. Contra vero causarum criminalium graviorum, in quibus nempe secundum juris statutorum, bannimentorum, ac constitutionum prædictarum dispositionem, pœna corporis afflictiva reorum criminibus imposita reperitur, omnimodam cognitionem, processusqua desuper habendos, nostris, et Sedis apostolicæ pro tempore legatis, aut vice-legatis, eorumque criminali congregationi omnino reservamus.

A sententia judicis privativi, nonnisi ad aliquem ex lectoribus universitatis provocandum.

§. 22. In omnibus autem superius expressis causis, quas judicis generalis studii, sive univeritatis foro in prima instantia, et in prædicta summa cognoscendas, et decidendas in posterum attribuimus, volumus quod eidem judici non cumulativa tantum, sed privativa vere competat jurisdictio, salvo tamen jure Ordinarii, in iis, quæ pertinent ad morum correctionem. Verumtamen postquam judex studii generalis prædictus super hujusmodi privilegiatorum causis civilibus in prima instantia definitive pronunciaverit, si contingat easdem causas in secunda instantia in gradu recursus adhuc revidendas, sive retractandas esse, volumus, et per easdem præsentes mandamus, ut eædem causæ recurribiles a nostris, et apostolicæ Sedis pro tempore legatis, aut vice-legatis, sive illorum signatura in eadem civitate nostra Ferrariæ commorantibus, nonnisi alteri ex professoribus, sive lectoribus ejusdem studii generalis, sive universitatis Ferrariensis actu existentibus, ad formam prædictarum legum, et statutorum committi valeant.

Ne judex privativus jus dicat in causis fiscalibus, nec in aliis, quam supra expressis.

§. 23. Ceterum ipsi judici privativo districtius inhibemus, ne in causis fiscalibus, et interesse fisci quomodolibet tangentibus, quas a privilegio fori hujusmodi penitus excludimus, et excipimus, nec in aliis quibuscumque causis præter superius expressas, etiam de consensu partium, ullatenus se intromittere, vel ingerere quovis modo audeat, seu præsumat.

Munera quædam, et officia iis dumtaxat, qui universitatis studia frequentaverint, in posterum deferenda.

§. 24. Quoniam vero nihil æque homines a literarum, bonarumque artium studiis deterret, quam si virtutis præmio, aliorum libidine magis, quam certa ulla ratione dari, atque collocari intelligant; propterea quum Nobis maxime cordi sit, ut studium generale, sive universitas Ferrariensis deinceps a quamplurimis frequentetur, nihilque eorum, quæ ad id conducere posse arbitramur, prætermittere volentes, motu, scientia, et potestate similibus statuimus, atque jubemus, munera, et officia publica per magnum consilium civitatis nostræ Ferrariæ, vel per judicem, magistratumque sapientum, vel par congregationem nuncupatam = *de' Lavorieri* =, vel per aliud quodcumque collegium ejusdem civitatis conferri solita, et quinque ab hinc annis vacatura iis dumtaxat personis conferantur, qui in albo scholarium præfati studii generalis, sive universitatis Ferrariensis descripti ceteras quoque necessarias conditiones in memoratis legibus, ac statutis expressas, atque præscriptas adamussim impleverint. Hujusmodi autem publicorum munerum nomine intelligimus: *tutte le giudicature, consultorati, assessorati, e podesteria tanto della città, che dal distretto, le nomine de' governatori da presentarsi alla sagra Consulta; tutte le segreterie pubbliche, comprese quelle della città, le giudicature, e i notariati d'Argine* = Proindeque magno consilio, judici, et magistratui sapientum, atque congregationi præfatis, aliisque in eadem civitate congregationibus, sive collegiis quomodolibet institutis districte inhibemus, atque interdicimus, ne alios, aut alio modo, quam supra expresso, ad prædicta munera, et officia publica quomodolibet posthac vacatura eligere, nominare, præsentare, deputare, subrogare audeant, vel præsumant, omnesque, et singulas futuras electiones, nominationes, præsentationes, deputationes, subrogatio-

nes, si modo, aliter quam a nobis, ut supra præscriptum est, haberi contigerit, annullamus, irritamus, ac pro nullis, irritis, et infectis censeri, et reputari volumus, ac declaramus, atque jus eligendi, nominandi, præsentandi, deputandi singulis contraventionis casibus, et vicibus, ad reformatores, sive illorum collegium devolvi, transferri, spectare, ac pertinere earumdem præsentium tenore decernimus, atque mandamus, atque hæc omnia inviolabiliter servari præcipimus, atque jubemus, privilegiis, indultis, juribus iisdem magno consilio, judici, et magistratui sapientum, congregationibus, collegiis quomodolibet, ac per quoscumque concessis, et approbatis, aliisque quibuscumque nequaquam obstantibus.

Ne contra formam in statutis præscriptam collegia doctorum ferrariensium gradus, et magisteria conferant scholaribus subditis.

§. 25. Sancimus insuper, atque disponimus, ne doctorum collegia in eadem civitate Nostra Ferrariæ erecta, atque instituta, scholaribus ferrariensibus, aliisque nostro, ac sanctæ Sedis in temporalibus dominio, atque imperio originariis, ac naturalibus subditis lauream, sive doctoratus insignia concedere, tribuere, aut conferre in posterum valeant, ac possint, nisi conditionibus, modis, ac formis adhibitis, atque omnino servatis, prout in adnexis legibus, atque statutis speciatim cavetur, atque disponitur. Quod si aliquem contra formam ibidem a Nobis præscriptam doctoratus insignia, lauream que assequi in futurum contingat, decernimus, atque pronunciamus, juribus, honorificentiis, et prærogativis aliis doctoribus competentibus, ac debitis nullatenus frui, aut potiri debere, eumque a publicis muneribus, et officiis assequendis, atque exercendis perpetuo arcemus, atque excludimus: ipsis vero doctorum collegiis in quolibet hujusmodi contraventionis casu, facultatem omnem, ac jus conferendi lauream, ac doctoratus insignia tum ferrariensibus, tum aliis Nostræ, ac Sedis apostolicæ ditioni, ut supra subjectis, per quinquennium integrum adimimus, atque suspendimus, et ad collegium reformatorum deferri, et spectare debere declaramus, atque statuimus. Nolumus tamen, ut præmissa ad eos casus porrigantur, in quibus de conferenda laurea alienigenis, atque exteris agatur; in his enim tempus, modum, atque consuetudinem ab eisdem doctorum collegiis hactenus servatam, ac retentam, etiam in futurum observari, ac retineri permittimus, atque concedimus.

Notariorum collegio, ne se

§. 26. Notariorum item collegio in prædicta civitate nostra Ferrariæ erecto, atque instituto pariter districte prohibemus, ne quem in posterum notarium creare, constituere, efficere, in notariorum albo describere, aut in collegium cooptare, ac recipere audeat, vel præsumat, nisi consentanee ad formam, ac regulas in insertis identidem legibus, atque statutis expressas, atque præscriptas, irritumque, et inane decernimus, quidquid secus fieri contingat, ipsumque collegium notariorum in quocumque contraventionis casu, jure creandi notarios, suisque omnibus facultatibus, prærogativis, et privilegiis in perpetuum privamus, ac destituimus, eaque omnia, et singula jura, collegio reformatorum adscribimus, attribuimus, ac perpetuo unimus, atque concedimus.

cui quam in statutis cautum est, notarium instituat, indicta poena, prohibetur.

Bibliotheca, ejusque reddituum administratio, universitati, et reformatorum collegio privative tribuitur.

§. 27. Et quoniam studium generale, sive universitas quæcumque necessaria librorum suppellectile carere non potest, unde, et indocti erudiantur, et eruditi eruditiores evadant, ob eamque causam jampridem ære publico ædificatam, instructamque pulcherrimam bibliothecam in eadem civitate nostra Ferrariæ nuper Nobis innotuerit, annuo quoque censu ditatam ex vitrorum publico vectigali percipiendo, ejusque regimen, atque administrationem peculiari cuidam congregationi fuisse concreditam; ut latius in literis apostolicis piæ rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri continetur, datis Romæ apud sanctam Mariam majorem die prima aprilis 1751. animadvertentes propterea hanc etiam studii generalis, sive universitatis Ferrariensis partem esse, nec exiguam, adeoque uni, eidemque potestati, atque regimini subesse oportere, cum præsertim ea sit omnium fere publicarum procurationum conditio, ut non aliter ratio constet, quam si uni reddatur; idcirco præfatam bibliothecam, ejusque bona, res, proprietates, et quæcumque jura tam quæsita, quam quærenda a jurisdictione, subjectione, administratione, et gubernatione prædictæ congregationis perpetuo sejungimus, avellimus, segregamus, atque eximimus, eamque cum omnibus, ac singulis bonis, rebus, proprietatibus, et juribus quibuscumque in posterum generali studio, sive universitati Ferrariensi aggregamus, adjicimus, atque unimus, ac collegio reformatorum regendam, gubernandam, administrandam, plene, integre, ac privative quoad omnes alios tradimus, atque permittimus, modis, formis, regulis, ordine, et conditionibus prout leges, et adnexa statuta hac

in parte disponunt, omnino servatis, atque adhibitis. Inhibentes insuper tum eidem congregationi, tum communitati civitatis Nostræ Ferrariæ, ne in illius redditum administratione se se ingerere, neque quidquam ex vitrorum vectigali sibi in posterum ex quacumque causa, titulo, aut colore adrogare audeant, vel præsumant etiam causa impensarum, vel redintegrationum, tam a præfata bibliotheca, quam a generali studio, sive universitate Ferrariensi debitarum, non obstantibus supradictis literis apostolicis fel. rec. Benedicti pp. XIV., aliisque quibuscumque. Sancimus pariter atque jubemus, ut post finitum tempus currentis vectigalis vitrorum conductionis, illius locandi facultas, atque arbitrium ad ipsum collegium reformatorum in postarum spectat, atque pertineat privative quoad alios quoscumque, ejusque redditus annuos, tam præsentes, quam futuros in manutentionem atque ampliationem ejusdem bibliothecæ dumtaxat cedant, atque erogentur, quemadmodum in supra descriptis legibus, atque statutis disponitur; annua quoque pensione scut. 78. 75. hactenus studio generali, sive universitati Ferrariensi solvi solita, perpetuo eidem bibliothecæ remissa, et in supradictas causas in posterum eroganda. Quibuscumque non obstantibus.

Andreæ Barotti bibliothecæ custodi emerito stipendium decernitur, ejusque filius in munere substituitur.

§. 28. Quia vero, sicut accepimus, ab ipsa bibliothecæ erectione, et fundatione, dilectus filius Johannes Andreas Barotti civis ferrariensis J. U. D., ac de literis, et de patria egregie meritus, custodis munere diligentissime functus est, cujus vestigiis, et exemplis futuros quoscumque in eodem munere successores insistere optandum maxime foret; Nos idcirco præclara illius merita, diuturnosque exantlatos labores honesto aliquo præmio munerari volentes, eundem tanquam bibliothecæ custodem emeritum, et cum omnibus, ac singulis honoribus, ac etiam cum toto, atque integro stipendio in supradictis legibus, et statutis adsignato, et constituto, quandiu in humanis erit, per præsentes renunciamus, et gaudere, frui, potiri liberaliter concedimus, ac dilectum pariter filium presbyterum Cæsarem prædicti Johannis filium, ejusdem bibliothecæ custodem creamus, eligimus, et nominamus, eique annuum stipendium post obitum patris, prout in memoratis legibus, et statutis disponitur, in posterum adsignamus, ac constituimus.

Pinacotheca a magistratu

§. 29. Pinacothecam quoque, sive museum antiquorum numismatum, aliarumque rerum copia, varietate, et raritate insigne, et a Vincentio Bellini cive ferrariensi collectum, atque dispositum, certisque pactis, atque conditionibus civitati Ferrariæ, alias cessum, sive venditum, cum melius nusquam esse possit, quam cum bonis artibus, quæ sese invicem illustrant, ac mutuo adjuvant, eapropter a civitatis cura, ad studium generale transferimus, quo aucto, atque ornato, ipsa quoque civitas multo erit ornatior, et in collegii reformatorum tutelam, clientelam, et potestatem tradimus cum omnibus, ac singulis juribus, et actionibus, pactis quoque, oneribus, ac conditionibus alias inter civitatem, et venditorem, seu cedentem initis, atque stipulatis, ceterisque ad præfatarum legum, et statutorum præscriptum in futurum servandis.

Sapientum, ad collegium transfertur.

Academia del disegno reformatorum potestati permittitur, iis firmanda legibus, quas ipsi in posterum scripserint.

§. 30. Aliarum quoque liberalium artium curam, picturæ scilicet, sculpturæ, et architecturæ, quas omnes complectitur academia vulgo nuncupata *del disegno*, publico civitatis Ferrariæ sumptu anno 1736. instituta ab ipsius civitatis magistratuum cura, et subjectione segregamus, eamque præfato reformatorum collegio plene, integre, et perpetuo subjicimus; ita tamen, ut quam annuam præstationem scutorum 100. hactenus civitas eidem academiæ præstare consuevit, futuris quoque perpetuis temporibus, in hanc causam, reformatorum collegio, sine aliqua mora, aut exceptione persolvere teneatur, quibuscumque non obstantibus. Cum autem, ut accepimus ordinationes quædam, sive regulæ ad usum ejusdem academiæ in vulgus editæ sint, ac typis ferrariensibus prodierint anno 1739., quæ forsitan cum legibus, et statutis præfati studii generalis, sive universitatis Ferrariensis hic adnexis quoad ordinem, tempus, aliaque cohærere non possunt; idcirco ne sese invicem hujusmodi leges, statuta, ordinationes, et regulæ impediant, omnimodam, atque amplissimam eidem collegio potestatem, atque auctoritatem, novas præscribendi regulas in prædicta academia in posterum servandas, antiquis in totum, vel in parte, ut magis expedire videbitur, abrogatis, earumdem præsentium tenore concedimus, easque ex integro compositas, atque descriptas, dummodo tamen prius a dilecto filio magistro palatii Nostri apostolici, si in urbe, si vero extra eandem urbem regulæ, et ordinationes hujusmodi im-

primantur, ab Ordinariis locorum, et hæreticæ pravitatis inquisitoribus respective approbatæ sint, nunc pro tunc adprobamus, confirmamus, eandemque obligandi vim, efficaciam, robur, legibus, et statutis studii generalis, sive universitatis Ferrariensis perpetuo adjicimus, et ut a nemine augeri, ampliari, corrigi, aut mutari valeant, sancimus, atque prohibemus, quibuscumque non obstantibus.

Deputatio judicis executoris.

§. 31. Quo circa præfato Hieronymo cardinali moderno Nostro, et apostolicæ Sedis in eadem civitate Nostra, et ducatu Ferrariensi de latere legato, per hæc apostolica scripta mandamus, ut statim ac præsentes Nostræ literæ publicatæ fuerint, nostro nomine, nostraque apostolica auctoritate, per se, vel per alium, sive alios in eadem civitate Nostra Ferrariæ deputandos, modernum magistrum sapientum, atque congregationem almi studii Ferrariensis, ejusque actuales reformatores, præmissa ab eis omnium, et singulorum bonorum, jurium, proprietatum, rerum, pecuniarum, librorum, scripturarum, aliorumque ad prædictam universitatem spectantium dimissione, restitutione, et effectiva traditione, et consignatione, ab ulteriori ejusdem almi studii directione, procuratione, et administratione, plene, integre, ac perpetuo eximat, liberet, atque absolvat, unoque, et eodem tempore, judicem sapientum actu existentem, et alios quinque, ut supra a Nobis nominatos, ac in novum reformatorum collegium una cum secretario, pariter ut supra a Nobis designato, adscitos in veram, actualem, naturalem, seu civilem, omnium, et singularum rerum, bonorum, proprietatum, jurium, actionum, et pertinentiarum quarumcumque præfati studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, ac etiam bibliothecæ, musei, et academiæ nuncupatæ « del disegno » ut supra possessionem, vel quasi, privative quoad alios quoscumque, inducat, et immittat, amplissima, et omnimoda super eodem studio generali, sive universitate Ferrariensi, ejusque personis, bonis, juribus, pertinentiis, jurisdictione, administratione, et potestate ad formam præmissarum legum, statutorum, nec non præsentis constitutionis tributa, atque concessa. Emenso autem currentis anni scholastici spatio, lectores quoque tam ordinarios, quam extraordinarios, ac etiam honorarios, et tam actu legentes, quam emeritos, sive jubilatos, sive omnes, sive plures, sive paucos, vel cum toto, vel cum stipendii parte, ac etiam augmentis hactenus acquisitis, prout magis illi expedire videbitur a studio generali, sive universitate Ferrariensi, muneribus in eadem hactenus exercitis pari nostro nomine, atque apostolica auctoritate dimittat, aliosque in eorum locum eligat, nominet, atque substituat, ac præsertim judicem privativum ex his deputet, atque constituat; ita tamen, ut vel noviter electi, ac subrogati, vel veteres retenti ac confirmati, nonnisi a tempore secutæ electionis, vel habitæ confirmationis suorum munerum initium auspicentur, ac repetant, eademque arbitrio, auctoritate et potestate in reliquis omnibus, ac singulis ministris, officialibus, aliisque quomodolibet studio generali, sive universitati Ferrariensi hactenus addictis, vel ab eadem actu stipendia percipientibus, non tamen ipso Vincentio Bellini actualiter custode, in posterum dimittendis, ac retinendis, integre, plene, atque amplissime utatur, potiatur. Ac demum, ut quibusdam ex lectoribus, seu professoribus ordinariis ab eo eligendis, nominandis, vel deputandis annuum stipendium in majori summa, quam per adnexas leges, et statuta disponitur, juxta personarum merita, qualitates, et circumstantias ex integro adsignare, et constituere possit, ac valeat simili nostro nomine, atque auctoritate concedimus, atque permittimus. Quæ omnia, et singula, ut sedulo, accurate, mature, ac diligenter ordinare, perficere, et usque ad exitum perducere valeat tantum temporis spatium a die publicationis præsentium inchoandum, earundem tenore præfinimus, ac præstituimus, quousque sequentis anni scholastici initio recurrente, rebus omnibus ad tramites insertarum legum, et statutorum, itemque præsentis constitutionis in eodem studio generali dispositis, ac distributis perpetuam illarum firmitatem, diuturnitatem, ac progressum feliciter auspicetur, ac etiamsi munus, et facultates Sedis apostolicæ de latere in eadem civitate Nostra Ferrariæ pro tempore legati eidem concessas, interea deficere, et cessare, novumque in ejus locum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem a Nobis designari, eligi, ac deputari contingat, nihilominus præmissas omnes, et singulas facultates, eidem tamquam speciali apostolico delegato, et ad effectum præmissorum dumtaxat in prædicta civitate specialiter constituto per

præsentes innovamus, confirmamus, et per totum prædictum spatium prorogamus, non obstantibus quibuscumque.

Clausulæ præservativæ.

§. 32. Decernentes præsentes Nostras, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, eujusvis status, gradus, ordinis, præeminontiæ, vel dignitatis existant, seu alias specifica, et individua mentiona, et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, et anditi, neque causæ propter quas præsentes emanaverint adductæ, verificatæ, vel sufficienter, aut ullo modo justificatæ fuerint, eut ex alia qualibet, quamvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, nullo unquam temporo de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, imputari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ed terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve qnodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedinm intentari, vel impetrari, aut etiam motu pari, et de apostolicæ potestatis plenitudina simili eoncesso, vel emanato quompiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvere ullo modo posse; sed ipsas præsentes semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcussa observari; sicque, et non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici anditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere; ec irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 33. Non obstantibus supradictis Nostris, et Bonifacii IX., Clementis VIII., Urbani VIII., Innocentii X., et Benedicti XIV. apostolicis literis, nec non quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula *de jure quæsito non tollendo*, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, ae synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, itemque transactione 1647., et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuotudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis, etiam in corpore juris clausis, aut litoris apostolicis, prædictis magno consilio, magistratui sapientum, congregationi almi studii, collegiis doctorum, et notariorum dictæ civitatis Ferrariæ, et quibusvis aliis personis, collegiis, locis, universitatibus, aliisque quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, et irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, et de apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specielis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et exactissime servatis, et specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad præmissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio, et fides habenda transumptis.

§. 34. Volumus insuper, et eadem auctoritate prædicta mandamus, ut cædem præsentes, et in eis contenta quæcumque ad aliorum notitiam facilius deducantur, ne quisquam de eis ignorantiam prætendere valeat, ipsas præsentes, seu earum transumpta ad valvas archiepiscopalis ecclesiæ ejusdem civitatis Nostræ Ferrariæ, et castri, curiæque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de latere in eadem civitate pro tempore legati; nec non palatii, et curiæ archiepiscopalis, et ad valvas palatii vulgo *del Paradiso* studii generalis, sive universitatis Ferrariensis, aliisque locis, ut moris est, publicari, et affigi; sicqne publicatas, et affixas, omnes, et singulos quos concernunt, seu concernent in futurum periode af-

ficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent. Utque earundem præsentium transumptis, at exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, seu universitatis prædictæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis. §. 35. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostram confirmationis, approbationis, innovationis, voluntatis, mandati, statuti, decreti, et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem, anno incarnationis dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo primo, sexto idus aprilis, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 15. aprilis 1771. Anno II.

CXVII.

Prohibetur sub pœna excomunicationis, et quoad regulares privationis vocis activæ, et passivæ ne extrahantur scripturæ ex archivio sanctæ Mariæ de Candelaria ordinis prædicatorum insulæ de Tanerifa Canariensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni prior, et fratres ordinis prædicatorum conventus sanctæ Mariæ da Candelaria nuncupat. insulæ de Tanerifa Canariensis diœcesis, quod cum ipsi archivium, in quo diplomata, scripturæ, cæteraque monumenta ad ejusdem conventus fundationem, et statum, illiusque bona mobilia, et immobilia, et sacra supellectilia pertinentia asservantur, non sine gravi impensa tandem compleverint; dicti vero exponentes præmissorum omnium conservationi, et manutentioni a Nobis provideri summopere desiderant.

Concessio gratiæ, cum sanctione pœnali. §. 2. Nos igitur specialem eisdem exponentibus gratiam facere volantes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrarunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis provincialibus, ac dicti conventus prioribus, aliisque fratribus, et personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus, et functuris, et cujuscumque status, gradus, et conditionis, præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore diplomata, monumenta, ac quascumque scripturas, quinterna, et folia cujuscumque generis sint in dicto archivio recondita nunc, et asservata, ac in posterum recondenda, et asservanda ab archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur seu asportentur permittere, aut consentire sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel ingenio ipsi audeant, seu quovis modo præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ, et quoad regulares privationis officii, et vocis activæ, et passive pœnis per contrafacientes eo ipso absque ulla declaratione incurrendis, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod in casu necessitatis scripturæ, aliaque in dicto archivio existentia exscribi, et exemplari tantum valeant, accedente tamen consensu pro tempore existentis prioris dicti conventus, ac præsente eo ex fratribus dicti conventus in archivistam ab illius capitulo designatum, quodque præsentis prohibitionis exemplum in valvis dicti archivii, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo. Derogatio contrariorum, et præceptum de affigendo exemplari ad valvas archivii.

Datum die 28. aprilis 1771. Anno II.

CXVIII.

Indultum consultoribus congregationis s. Officii nunc, et pro tempore existentibus fruendi privilegiis definitorum generalium cælebrandi missam in privato oratorio, et inibi satisfaciendi oneribus missarum ecclesiæ conventus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor concessionis, prout in summa Brevis.

§. 1. Etsi universum Minorum Conventualium ordinem, in quo a teneris usque annis nutriti, et doctrina, ac regularibus disciplinis, et moribus instituti fuimus, affectuosissima charitate complectamur; dignum tamen est, quinimo, et debitum, ut in sacrosancti apostolatus apice, licet immeriti, nunc constituti, ejusdem ordinis alumnos, qui illud idem officium, quo Nos ipsi fungebamur, dum ad cardinalatus honorem assumpti fuimus, consultoris scilicet congregationis venerabilium fratrum Nostrorum in tota republica christiana generalium inquisitorum adversus hæreticam pravitatem, pro tempore obtinent, specialibus, atque uberioribus gratiarum muneribus decoremus. Hinc est, quod Nos motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tam dilecto filio Francisco Angelo Pastrovicchi ejusdem ordinis alumno in sacra thelogia magistro, et dictæ congregationis nunc consultori, quam pro tempore existentibus ejusdem ordinis consultoribus hujusmodi, ut ipsi omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, exemptionibus, honoribus, gratiis, et indultis, ac voce activa, et passiva in capitulis, et congregationis generalibus dicti ordinis, quibus alii definitores generales ordinis hujusmodi tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus. Praeterea eisdem Francisco Angelo nunc, et pro tempore existentibus consultoribus prædictis, ut ipsi in privato suarum mansionum in conventu sanctorum XII. Apostolorum almæ nostræ urbis existante oratorio sacrosanctum missæ sacrificium, paschatis resurrectionis, pentecostes, et nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque solemnioribus anni festis diebus, exceptis, celebrare libere pariter, ac licite possint, et valeant, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus itidem, et indulgemus, nec non facultatem satisfaciendi ad altara ejusdem oratorii oneribus missarum ecclesiæ conventus prædicti ipsis quoque tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; et dicto Francisco Angelo nunc, et pro tempore existentibus consultoribus hujusmodi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sic in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 13 Maii 1771. Anno II.

CXIX.

Divisio eremorum congregationis Eremitarum Camaldulensium nationis Neapolitanæ a congregatione Montis Coronæ, illorumque erectio in novam congregationem.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Ea est humanarum rerum conditio, ut quæ saluberrimo a majoribus instituta fuerunt consilio, aptisque modis ita disposita, atque ordinata, ut nihil iis unquam defuturum esse videretur ad dignitatem substinendam, servandumque amplissimum honoris gradum, ad quem fuerant evectæ, temporum ratione mutata, novisque additis causis, instauratione rursus indigeant, providoque sanctissimarum legum præsidio fulcire iterum debeat atque communiri.

Summa romanorum Pontificum cura erga amplissimum Camaldulensium ordinem memoratur.

§. 2. His merito adducti prædecessores Nostri romani Pontifices, quibus cordi magnopere semper fuit, ut insignis, deque christiana Ecclesia optime meritus Eremitarum Camaldulensium ordo iis legibus regeretur, atque institutis, quæ ad cænobiticæ vitæ splendorem tuendum, amplificandumque maxime conferrent, paterna, qua dictum ordinem fovebant benevolentia, studiosissime curarunt, ut quæ pia intentione, atque laudabili promovendæ monasticæ disciplinæ studio constituta alias fuerant, si pro temporum, locorum, aliorumve ratione minus commode observari posse intelligerent, et detrimento potius esse, quam utilitati animadverterent, ea vel tollerent penitus, vel in melius commutarent. Inter cætera vero, quæ prædecessores Nostri ampliori ordinis Eremitarum Camaldulensium tranquillitati, uberiorique regularis in eo disciplinæ incremento plurimum conducere sapientissime judicarunt, principem sibi locum facile vindicat dissolutio unionis a felicis recordationis Urbano pp. VIII. prædecessore itidem Nostro ex causis tunc adductis alias factæ, et approbatæ congregationum eremitarum nationis Hetruriæ, seu provinciæ Aretinæ, nec non Pedemontanæ nationis, ac demum ejus, quæ Montis Coronæ nuncupatur, quas rec. me. Clemens pp. IX. prædecessor quoque Noster per suas in simili forma Brevis die xxiv. octobris MDCLXVII. expeditas literas a se invicem separavit, atque ad regiminis formam, qua ante unionem respective gubernabantur, singulas reduxit, eamdemque separationem piæ memoriæ Clemens pp. X. prædecessor pariter Noster per alias in eadem forma Brevis die xvii. octobris MDCLXXII. expeditas literas confirmavit non solum, verum etiam gravissimis prohibuit pœnis, ac censuris, ne quis in posterum directe, vel indirecte de prædictarum congregationum, seu nationum unione restituenda consilium inire, aut quovis colore agere præsumeret, ac alias prout in eisdem utriusque Clementis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Laudes insignis congregationis Camaldulensium.

§. 3. Quam felix fuerit, fortunatusque rei exitus, fructusque quam uberes ex hoc dimanaverint, experientia duce, ac magistra compertum satis habemus. Ex quo enim prædicta contigit separatio, dissidiis omnibus, ac contentionibus, quæ eos inter diversarum nationum eremitas exortæ fuerant, atque excitatæ, allatus tandem aliquando fuit finis, pristinus regularis disciplinæ splendor iis in congregationibus restitutus, et auctus, regiminis forma ad cœnobiticæ vitæ rationem magis magisque accommodata, omnia denique ita ordinata, atque composita, ut primævus sui institutoris sanctissimi viri fervor, vehementius pietatis, ac religionis studium in iis revixisse jure meritoque videatur. Quos quidem omnes uberrimos fructus, atque commoda ex eo potissimum repetere non dubitamus, quod separatio prædicta conformis magis sit, magisque accomodata singulari illi vivendi rationi, cui eremitas Camaldulenses vacare est omnino necesse. Illud enim iis esse debet vitæ genus, ut ab humano separati penitus contubernio, spretisque quibusvis sæcularibus curis divinæ contemplationis præsidio ad cœlestis patriæ amorem unice ferantur, hominumque oculis tales se præbeant, quales eremitas Camaldulenses sui ævi descripsit Innocentius episcopus Aretinus, viros scilicet Deo plenos, igne divinæ contemplationis succensos, spiritu ferventes, Domino servientes, superni regis hæredes effectos, qui terrena patrimonia intra sacrarium cælestis aulæ transtulerunt, ac dum se se toto nisu ad superna erigunt, mentis oculos in conditoris desiderio figunt.

Segregatio monasteriorum, et ere-

§. 4. Nos itaque, qui pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii cura,

etis eorum in eremos.

pari studio, paternaque charitate præfatum eremitarum ordinem prosequimur, ejusque bono, tranquilliteti, atque incremento, quantum cum Domino possumus, cupimus prospicere, prædicta omnia animo volventes, eademque spe adducti tutissima, qua prædecessores Nostri Clemens IX., et Clemens X, præmoti fuerunt in prædicta decernenda separatione, quam tam felix exitus est eubsequutus, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine eremos Camaldulenses Neepolitanæ nationis, nempe sancti Salvatoris prope eivitatem Neapolitenam, et Incoronatæ nuncupatæ in montibus Virginianis, ac pertinentiis montis Fueci ad novitiatum peragendum designatas, ac Nolanæ, et Turris del Greco vulgo nuncupetæ, nec non Vicoequensis, atque Advocatæ nuncupatæ, et existentis in monte Falesio supra oppidum civitatem vulgo Masuri nuncupatum cum monasteriis, domibus, membris, aliisque locis ab iis dependentibus, vel ad eas quovis modo spectantibus tenore præsentium perpetuo sejungimus, ac separamus a congregatione eremitarum Camaldulensium montis Coronæ, dictasque eremos nationis Neapolitanæ in peculiarem congregationem erigimus, ac instituimus, propriaque eam uti debere regiminis forma decernimus, ac præcipimus, perinde ac si præfatæ congregetioni montis Coronæ unita numquam fuisset, adnexa, et incorporata.

Speciales providentiæ circa capitulum generale.

§. 5. Etsi vero alias a felicis recordationis prædecessore Nostro Beoedicto pp. XIV. literæ in forma Brevis emanaverint incipientes = Apostolicæ auctoritatis = die xvi. januarii MDCCXLI., quibus congregationi eremitarum Camaldulensium montis Coronæ indultum inter cætera fuit, statutum, atque ordinatum, ut de cætero capitulum generale ejusdem congregationis de quadriennio in quadriennium haberi, ac celebrari deberet, superioresque, qui in capitulo generali eligi solent, in suis respective muneribus quadriennio durare; quoniam tamen causæ tunc adductæ locum emplius habere nequeunt in particulari congregatione eremitarum Camalduleosium nationis Neepolitanæ, hinc emanatas desuper ipsiue Benedicti prædecessoris literas præfatas quoad prædictam tantummodo congregationem Neapolitanæ nationis, et quoad hunc dumtaxat effectum celebrandorum generalium capitulorum, ex nunc tenore præsentium revocantes, dissolventes, irritantes, viribusque, et effectu vacues esse, et fore decernentes, ac declarantes, ut deinceps perpetuis futuris temporibus congregatio prædicta nationis Neapolitanæ capitulum generale de biennio in biennium habere debeat, et celebrare, nec prælaturæ dictæ congregationis ultre biennium durare queant, quemadmodum per constitutiones Camaldulensis ordinis montis Coronæ cautum reperitur, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus, atque statuimus, et mendamue. Primum autem generale capitulum congregationis prædictæ habendum, celebrandumque decernimus in hebdomada, in qua festum sanctissimi Corporis Christi decurrente anno celebratur, ita ut die dominico infra illius octavam supremus congregationis moderator, seu major, ut vocant, ab iis, ad qnos de more spectabit, et servatis, quæ de jure servari oportet, eligi debeat, atque renunciari.

Speciales providentiæ alia pro bono regimine novæ congregationis

§. 6. Interim vero, ut aditum penitus intercludamus difficultatibus quibuslibet, et incommodis, quæ in novæ congregationis regimine occurrere possent, vel ex defectu supremi capitis, seu majoris, si hujus electio ad tempus usque pro generali capitulo superius definitum esset differenda, vel ex ipsa majoris electione, si extra generale capitulum peragenda quam citissime foret, necessarium duximus, maximeque opportunum, virum aliquem ex eadem congregatione nationis Neapolitanæ ad idem munus eligere, ac designare. Itaque de fide, pietate, charitate, doctrina, et religionis zelo dilecti filii Mauri eremitæ Camalduleusis expresse professi plurimum in Domino fiduciam habentes, ideo ipsum Maurum, qui præclaris in sua congregatione functis muneribus eremo nuoc præest, quæ turris prædictæ nuncupatur e quibusvis excommunicationis, et interdicti, eliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes in novæ congregationis Neapolitanæ hujusmodi præsidem, seu mejorem, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus eligimus, ac constituimus cum omnibus facultatibus, et juribus, quæ ratione hujusmodi muneris convenire eidem possunt, ac solent, ita ut quæcumque ad majorem Dei cultum, et gloriam, ad suæ nationis tranquillitatem, ac regularie disciplinæ splendo-

rem quovis modo conducere arbitrabitur, omnia in Domino perficere possit, ac valeat, eodemque in officio tandiu eum perseveraturum decernimus, quamdiu per generale capitulum statuto a Nobis, ut supra, tempore celebrandum novus congregationis præfectus, seu major sufficiatur.

De convocatione capituli generalis, et de electione præfecti, et definitorum.

§. 7. Declarantes insuper Nostram hanc ejusdem Mauri electionem in novæ congregationis præfectum, seu majorem officere minime posse, atque impedimento esse, quominus ille in generali capitulo quamprimum habendo ad idem munus, si iis, ad quos spectabit, visum fuerit, assumi libere possit, et valeat. Ad generale vero capitulum biennio quolibet, ut mox dictum est, celebrandum, præter congregationis præsidem, quem majorem vocant, binosque visitatores, ex quibus supremum congregationis tribunal conflabitur, convenient quoque priores singularum eremorum ejusdem congregationis cum patribus discretis, uti vocant, seu alias cum socio conventuali a capitulo conventuali cujusvis eremi eligendo. Ex his autem simul congregatis per secreta suffragia sex assumentur in definitores, quorum erit unus hebdomadæ spatio, quo omnis illorum facultas circumscribitur, novum congregationis (tribunal eligere, novosque creare eremorum priores suo munere biennio functuros. Quod si infra dictum biennium prælaturam aliquam ejusdem congregationis nationis Neapolitanæ vel mortis, vel renunciationis causa, vel alio quocumque ex capite, et titulo vacare contigerit, tunc ad regulare tribunal prædictæ congregationis pertinebit duos pro suo arbitrio, et prudentia priores ad se vocare, et una cum his per secreta suffragia ad vacantis prælaturæ electionem devenire.

Clausulæ salutares pro plena constitutionis observantia.

§. 8. Decernentes præsentes Nostras literas, et quæcumque in eis contenta, etiamsi præfati eremitæ, et alii quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis sint status, ordinis, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis, aut alias speciali, et individua mentione digni illis minime consenserint, seu ad ea citati, vocati, et auditi minime fuerint, ex quacumque quantumvis legitima, pia et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et totalis læsionis, nullo unqam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etsi magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversus illas aperitionis oria, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, valides, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissima suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Cuilibet judici adimitur aliter judicandi potestas, et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 9. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et dictæ Sedis nuntios, et alios quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis dictarum eremorum, et congregationis eremitarum Camaldulensium statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem eremis Neapolitanæ nationis, earumque personis quibusvis sub quibuscumque verborum formulis, ac quibusvis etiam cum derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio servanda foret, illorum omnium teores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effe-

ctum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CXX.

Datum die 13 Maii 1771 Anno II.

Confirmantur statuta universitatis artis pileorum urbis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. In supremo apostolatus solio divina dispositione, meritis licet imparibus, praesidentes, illa quae pro felici, prosperoque artium, ac universitatum artium almae urbis, eujus commodis peculiari paternae charitatis affectu consulere studemus, regimine provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant apostolici muniminis praesidio, cum id a nobis petitur, libenter constabilimus.

Universitas sua condidit statuta. §. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas et homines artis pileorum artificum de urbe quod ipsi pro felici ejusdem artis dictaeque universitatis directione, et gubernio quaedam statuta condiderunt tenoris qui sequitur videlicet.

Tenor statutorum. §. 3. Statuti dell' università delli fabbricatori de' cappelli di Roma = Proemio = Al nome della ssma Trinità, e di s. Giacomo maggiore, protettore dell' università delli fabbricatori delli cappelli di Roma = Avendo noi uomini dell' arte ed università de' fabbricatori di cappelli di Roma riconosciuto per esperienza, che la mutazione de' tempi viene accompagnata dalla mutazione delle cose, e de' costumi degli uomini, in maniera che quelle disposizioni, che una volta erano opportune, e proporzionate alle regola del buon governo, riescono presentemente, o inutili, o ripugnanti, o manchevoli, e che perciò hanno bisogno di essere corrette, o rinnovate, abbiamo pertanto risoluto di formare, salva l'approvazione, e conferma del nostro sommo pontefice Clemente XIV. felicemente regnante, e dell' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal de Rossi nostro degnissimo protettore, e respettivamente di monsignor illustrissimo, e reverendissimo Carrara vigilantissimo primicerio, di formare, dissi, nuovi statuti colli quali mediante la ripetizione di alcuni registrati ne' primi, la riforma di alcuni altri, e l'aggiunta de' nuovi possa la suddetta nostra università regolarsi, e mantenersi con pace, e tranquillità, e con utile non tanto di ciascun professore, quanto del pubblico commercio. Per il che essendo stata dal nostro mandataro intimata la congregazione generale della nostra università, nel solito oratorio di s. Paolino alla Regola per il dì xiv. gennaro MDCCLXXI. nella quale intervennero tutti li confratri aggregati, ed in essa proposto, o concluso, che si facessero detti nuovi statuti, qual risoluzione era stata anche confermata in altre adunanze generali; perciò avendo a pieni voti li signori Andrea Garinei, Fabbio Rosaro, e Gio. Battista Padroni come persone di piena esperienza, capacità e savìezza, ad effetto che invigilassero, consultassero, e provedessero per il buon proseguimento degli statuti, dopo una lunga, e matura riflessione, siamo condiscesi alli seguenti statuti, ed ordinazioni, quali vogliamo si debbano perpetuamente, ed inviolabilmente eseguire, ed osservare da tutti li professori, ed aggregati all' università de' fabbricatori de' cappelli di Roma, dopo che avranno avute la debite, e legittime approvazioni, e conferme.

CAP. I.

Si rinnovano li presenti statuti sotto la protezione di s. Giacomo maggiore.

Siccome deve essere sempre scopo principale tanto nell' esecuzioni delle opere profane, quanto nella direzione delle opere pie il ricorrere a qualche santo protettore, ed avvocato, acciocchè presenti avanti il tribunale divino tutte le nostre opere, e pensieri, e mediante la di lui santa protezione possino tutte le cose avere un ottimo effetto, quindi è che comunemente eleggono ed invocano prima la beatissima vergine madre di Dio, e poi il santo protettore, ed avvocato il glorioso apostolo s. Giacomo maggiore colla di cui invocazione speriamo unitamente vedare la conservazione, ed avanzamento della nostra professione, e poi ottenere anche la salvezza delle anime nostre, se così piacerà a Dio benedetto principio, e fine di tutte le cose. Protector universitatis eligitur s. Jacobus apostolus, major nuncupatus.

CAP. II.

Del numero degli officiali, e della precedenza fra di loro.

De numero officialium, et praecedentia eisdem tribuenda.

Per ovviare egl' inconvenienti, che talvolta sogliono insorgere nelle adunanze, per causa di precedenze fra gli officieli della nostra università ordiniamo, che in avvenire precede quello, che avrà maggior quantità di voti nella congregazione generale, che resterà convocata per l'elezione degli officiali, e che in eguaglianze di voti il primo eletto precede all'eletto posteriore, sicchè stetuimo, che si osservi in perpetuo una tal regole in tutti gli officj che qui restano denotati secondo la di loro rispettive qualità, cioè: priore, guardiani, camerlengo, sindaci, proveditore, infermieri, sagrestano, procuratore, segretario; esortando per tal fine ciascun eletto secondo il proprio officio, che nelle congregazioni, messe solenni, ed altre ezioni, che sarà per fare la nostra università vadi a porsi ne' luoghi stabiliti senza aspettere di essere comandato, ed evitando qualunque inquietudine, o romore eseguisca il suo dovere.

CAP. III.

Modo di eleggere il priore.

Statuitur modus eligendi priorem, et quid ipse peragere debeat constituitur.

E' troppo giusto, e necessario, che ciascun corpo abbia un capo a cui principalmente incomba il servizio divino, e la conservazione della professione col buon ordine, e disciplina, quindi è che statuimo, ed ordiniamo, che il priore, e guardieni facciano intimare una congregazione generale, dove si proporranno quattro maestri, quali con bussole manderanno a partito, e quello everà più voti favorevoli sarà *priore* per un anno, e se questo non vorrà eccettare, subentrarà il secondo, e così per ordine subentrerà l' altro, quale officio dovrà durare il corso di un enno, avvertendo, che e tel carice non potrà nominarsi veruno, se prima non evrà esercitata la professione in Roma per lo spazio di enni cinque, e che non abbia interessi con la nostra università; e giacchè come capo merita qualche distinzione, vogliamo, che abbia il primo luogo nelle precedenze, nelle congregazioni generali, e secrete, e che quando anderanno a pertito li negozj dell' università abbia duc voti, eccetto nell' elezione degli altri officiali, dove ne dovrà avere uno solo.

Essendo dunque il priore eletto per capo dell' università, in cui tutti gli altri officieli si dovrenno specchiare, dovrà essere sua cnra di essere sollecito, caritatevole colli confratri, diligente nel governo, animare li fratelli, e finalmente coltivare, ed eccrescere la devozione verso il santo protettore, ed altre opere pie, ed in particolare per l'osservanza delli presenti statuti.

Inoltre sarà suo officio di sempre intervenire alle congregazioni sì generali, che secrete, dove dovrà proporre tutti li negozj dell'università esortando ciascuno a dire il proprio parere liberamente, con tutta la dovuta modestia, e rispetto, ed ancora dovrà ordinare, che corra il bussolo perchè ciascuno die il proprio voto secondo la sua coscienza, ed in caso, che per qualche giusta ceusa non potesse il detto priore intervenire alla congregazione, ordiniamo, che il primo delli due guardiani possa supplire le di lui veci, con riferirgli peraltro successivamente tutto quello sarà seguito in detta congregazione.

Come encora nelle discordie seminerà la quiete, e la pace fra confratelli, riterrà presso di se il sigillo dell' università con cui si dovranno segnare tutte le patenti, che devono darsi dall' università, e tutti li mandati diretti per pagarsi dal nostro camerlengo, oltre el dover dare unito colli guardieni la consegna per inventario di tutte le robbe appartenenti all' università tanto per servizio della nostra cappella, quanto di tutt' altro al provveditore, con esiggerne la ricevuta delle consegne suddetta e farsene di poi render conto.

CAP. IV.

Modo di eleggere li guardiani

De electione, et munere guardianorum

Acciocchè la nostre università per divine bontà possa vieppiù conservarsi, il che particolarmente dipende dalla idoneità, ed integrità degli officiali, perciò ordiniamo, che dopo il priore, si venge all' elezione di due guardiani nel seguenta modo.

Intimata la congregazione generale un mese avanti la festa del nostro protattore si debban proporre del priore, o guardiani vecchi, quattro maestri persone rette, ed idonee queli si debbono mendare a partito col solito bus-

solo, e quelli due, che avranno avuto più voti favorevoli resteranno guardiani, annotandosi il tutto dal nostro segretario fedelmente nei libri delle congregazioni, ed in tal carica persisteranno per un anno, restando però sempre in arbitrio della congregazione generale di confermare nella di loro carica quelli tali officiali, che a proporzione delle necessità saranno creduti opportuni, osservandosi però sempre il corso del bussolo perchè non vi cada censura, o contradizione.

Avanti si venga all' elezione tanto del priore, quanto delli guardiani si dovrà fare celebrare una messa in onore dello Spirito Santo, acciò il Signore ispiri a far persone atte, ed idonee nel governare, ed altresì si canti il VENI CREATOR SPIRITUS, con le solite preci, quale elezione seguirà nello stesso giorno in cui viene eletto il priore; a cui incomberà nel fine del suo officio consegnare al nuovo eletto il sigillo, con tutto ciò, cha si ritroverà spettante alla nostra università, colla premessa cautela peraltro, che negli offici non vi siano contemporaneamente padre, e figlio; zio, e nepote; fratelli carnali, e cugini; genero, e suocero.

CAP. V.

Dell' autorità de' guardiani

Quae auctoritas guardianis sit concedenda.

Li guardiani dopo il priore tenghino il primo luogo, ed oltre ad avere ogni preminenza, da ciascheduno dell' università siino da tutti rispettati, e servino di esempio nel ben fare, e nell' osservare le leggi del nostro statuto, ed alli medesimi incomberà il diritto in assenza del priore, nelle generali, e secrete congregazioni di proporre li negozj della stessa nostra università con far correre il bussolo, perchè ognuno dia il voto a seconda della propria coscienza; e siccome devono questi nell' anno del guardianato essere informati dello stato, ed interessi della nostra università, così dovranno essere compresi nel ruolo della congregazione segreta col titolo di consiglieri, ed alli medesimi sia riservato il gius unitamente col priore di nominare il cappellano per il nostro oratorio, senza potersi questo rimuovere senza risoluzione della congregazione segreta, come ancora le patenti da darsi a chi avrà fatto la prova stabilita nel nostro presente statuto, dovranno essere sottoscritte dal priore, guardiani, camerlengo, e segretario, al quale per tal sottoscrizione, a registro si dovrà pagare bajocchi dieci per cadauna patente da quello a cui verrà consegnata, intendendo sempre per quelli, che dopo la prova saranno stati dalla congregazione segreta riconosciuti, ed approvati per idonei.

CAP. VI.

Obblighi del priore, e guardiani

Constituuntur onera prioris, et guardianorum.

La devozione, ed il buon esempio essendo la base fondamentale di chi governa, sulla norma de' quali si contenghino gli altri del corpo, perciò ordiniamo, che il priore, e guardiani intervenghino a tutte e singole congregazioni generali, e secrete, festività, ed altre funzioni, che si faranno dalla nostra università, ed a qualunque di esse mancheranno saranno soggetti al pagamento della pena di paoli sei per ciascheduna volta, ed officiale, purchè non abbino legittima causa di mancare; e poichè il santo timor di Dio e la divozione sono la vera guida alla felicità, così loro sarà la cura di ben spesso communicarsi, ma in particolare nel giorno della festa del nostro santo protettore, per dare il buon esempio alli confratri, come ancora di far celebrare la messa, e l'officio de' morti, in suffragio dell' anima di quel confratre, che ritrovasi aggregato nella nostra università.

CAP. VII.

Dell' elezione del camerlengo, e suo officio.

De electione, et officio camerarii.

Essendo necessario, che per conservazione, e buon governo di questa nostra università vi sia persona idonea, che sostenga l' officio di depositario di tutto il denaro, cha per qualsivoglia mezzo, e tassa possa in qualunque maniera spettare, e pervenire alla nostra università, perciò vogliamo, che venghi eletto col titolo di camerlengo nello stesso giorno in cui saranno aletti gli altri officiali sopradetti nel modo, e forma, che resta in appresso divisata.

Il priore, e guardiani nomineranno uno per uno, purchè avvertino di nominare persona idonea, e sufficiante a reggere un tal peso, ed in particolare, che sappia leggere, e scrivere, di sufficienti, ed onesta qualità per rendersi sempre pronto ad un rendimento de' conti, con annotare il tutto diligan-

temente, ed essere sempre preparato di dar sfogo alli sindici, li quali non solamente dovranno sindicare il priore, e guardiani, ma anche il camerlengo, dovendo e quelli, e questo sottoporsi al di loro giudizio, accettando volontieri quelle pene, che gli saranno imposte.

Quello dunque, che, dopo essera stati tutti a tre mandati a partito, avrà avuti più voti favorevoli resterà eletto all'officio di camerlengo, cura del quale sarà di tenere un libro nel quale scriverà per ordine tutte l'entrate, ed uscite, creditori, e debitori della nostra università, dovendo essere diligente nel riscuotere in modo, che essendovi li morosi nel pagare, debba dara al nostro procuratore la nota, per poterli giudizialmente convenire, e perchè tutti li pagamenti siano doverosamente fatti, non gli sarà lecito sborsare veruna benchè menoma somma di denaro, senza mandato sottoscritto dal priore, o guardiani, o almeno dal priore, ed un guardiano, ed in assenza del priore, da tutti e due li guardiani sigillato col nostro sigillo, e registrato nel libro del nostro segretario, pigliandone ricevuta dietro di esso mandato.

Cura ancora dovrà essere del medesimo camerlengo di convocare per mezzo del mandataro tutte le congregazioni generali, quanto le secrete tutte quelle volte, che gli sarà ordinato dal priore, oppure guardiani, come ancora provvedere unitamente col nostro provveditore tutto ciò, che farà di bisogno per l'oratorio, e le candele nel giorno della Purificazione, e finalmente oltre di dover rendere stretto, e fedele conto alli sindici, terrà il denaro esatto a pura, e libera disposizione della congregazione secreta, a cui spettarà anche il farlo depositare al sacro monte della pietà di Roma, in libero credito della nostra università, da pagarsi con ordini sottoscritti come sopra.

CAP. VIII.

Dell' elezione del segretario, a suo officio.

De electione, et munere a secretis. Il nostro segretario dovrà essere publico notaro, a cui dovranno consegnarsi due libri in uno de' quali noterà li nomi di tutti li patentati sì presenti, che futuri, ed intimato, che sarà dal nostro mandataro, o camerlengo, o altra persona dell' università dovrà intervenire a tutte la adunanze, e congregazioni, con scrivere nell' altro libro tutti li decreti, e risoluzioni, che si prenderanno pro tempore, acciò sempre apparischino, ed occorrendo per causa di lite, ed altro dare qualche fede, o copia di qualche scrittura, concernente l'interesse della nostra università lo debba far gratis, nè possa mai per alcun tempo prendere, nè domandare mercede alcuna sotto qualsivoglia pretesto per il tempo, che avrà servita la detta nostra università, a riserva però di quello è solito darsi per ricognizione, cioè giulj due per qnalsivoglia adunanza, o congregaziona, ed altri scudi quattro annualmente senza potersi questo rimuovere sa non vi saranno legittime cause da riconoscersi dalla congregazione segreta.

CAP. IX.

Dell' elezione de' sindici, e suo officio.

De electione, et munere sindicorum. Ad effetto, che la nostra università non soccomba almen per negligenza a detrimento d' interessi, ed a pregiudizj contro l' ordinazioni del nostro statuto, ordiniamo, cha in ogni anno siano dal priore, guardiani, e camerlengo eletti due sindici, officio de' quali sarà di rivedare li libri, e cooti del camerlengo, ed ogn'altro, che per qualsivoglia titolo, causa, e ragione avrà ammioistrato, o avuto ingerenze negl' interessi, e robbe della nostra università, e particolarmente osservare, se li libri dal nostro segretario saranno tenuti conforme si ordina nelli presenti statuti, e poichè li medesimi sindici avranno compito il proprio officio, ne debbino rendere intesa la congregazione segreta a cui si dovrà esibire il sindicato ad effetto, che l' istessa congregazione ne ordini l' esecuzione in quella maniera, che parará più espediente alla medesima, e questo istesso sindicato si dovrà esattamente leggare in congregazione generale, perchè niuno delli confratri possa restar gravato, e poichè detti sindici debbono esercitare tal carica per un solo anno, sarà anche in arbitrio delli nuovi priore, guardiani, e camerlengo di nominare gli stessi sindici par un altro anno.

CAP. X.

Degl' infermieri, e loro officio.

De curatoribus ægrotorum, eorumque officio. Non dovendo le buone opere essere disgiunte dalla pietà, e misericordia, perciò ordiniamo, che in ogn'anno dalli priori, guardiani, e camerlen-

go eletti che saranno, debbino a loro arbitrio nominare due infermieri, li quali avranno l'incarico, ricevuto l'avviso, di portarsi a visitare quei tali fratelli, che saranno infermi, ed oltre ad esortarli di soffrire la malattia per amor di Dio, resterà in arbitrio di detti infermieri di dare o paoli tre, o pure un pane di zucchero, con aver nel dare siffatta elemosina sempre riguardo alla povertà, qualità, e stato dell'infermo, ed annotando in un libro tutto ciò che in occasione di dette malattie si troveranno aver dispensato, saranno subito reintegrati dal camerlengo senza verun ritardo.

CAP. XI.

Del sagrestano, e suo afficio.

De aedituo, ejusque munere.

Poichè in tutte le cose, è sommamente necessario il buon ordine, così ad oggetto di non commischiare un'officio coll'altro, ordiniamo, che in ogni anno dagl'istessi priore, guardiani, e camerlengo si elegga uno dei confratri più novizio per l'officio di sagrestano, a cui incomberà preparare la banca per gli officiali, e segretario nelle congregazioni tanto generali, che segrete, come anco dopo aver preparato tutto l'occorrente andar con il bussolo in giro raccogliendo li voti.

Inoltre allorquando dalla nostra università si celebrerà la festa, dovrà unitamente col camerlengo provedere, e preparare tutto ciò che occorrerà nella maniera più precisa che gli verrà ordinato dalla congregazione secreta, e finalmente ogni volta, che si celebrerà la santa messa nel nostro altare dovrà preparare quanto occorre, col ricevere però nel principio del suo officio la consegna in scriptis di quello gli appartiene, per poterla coll'istess'ordine passare al suo successore.

CAP. XII.

Della congregazione secreta.

De secreta congregatione.

Non essendovi forse verun tempo in cui accader possino alcune circostanze nella nostra professione, per le quali vi sia bisogna di consiglio, e provisione, perciò ordiniamo, che in ogni mese si faccia la congregazione secreta in quel luogo dove parerà al nostro priore più comodo, ed opportuno, ed essendo riservata l'elezione di quattro consiglieri all'arbitrio del priore, guardiani, e camerlengo resterà la detta congregazione secreta formata dall'infrascritte persone, cioè, priore, guardiani, camerlengo, sindici, infermieri, consiglieri.

Quindi ordiniamo, che la medesima congregazione secreta debba decidere, e determinare qualunque differenza della nostra università, e tutto ciò, che potrà occorrere per l'osservanza delli presenti statuti, ed essendo la medesima congregazione secreta per lo più composta d'uomini savj, intendenti, pratici, e zelanti, che con maggior esattezza, e prudenza maturino le risoluzioni, perciò ordiniamo, che niuna cosa possa proporsi in congregazione generale se prima non sarà stata proposta, e vinta in congregazione secreta, e se in una congregazione non si concludesse, si proponga nell'altra, dopo però il lasso di sei mesi, affinchè quando si dovranno proporre materie nella generale sia di già stata maturata, e discussa nella secreta, la quale dovrà avere ancora tutta la piena facoltà in caso di qualche differenza, o lite di eleggere il procuratore, e di invigilare nelle riscossioni, pagamenti, nomi de debitori, legato, e tutt'altro, in cui per qualsivoglia causa, titolo, e ragione vi avesse o direttamente, o indirettamente interesse la nostra università, ed occorrendo discorrere, o trattare di qualche differenza, o materia concernente l'interesse di uno, o più congregati, oppure de'loro parenti, simili persone ancorchè fossero priore, e guardiani, quando si tratterà del loro interesse debbino uscire dalla congregazione, e trattenersi fuori sin tanto che saranno decise, e che saranno richiamati ad effetto, che ciaschedun congregato possa dir liberamente il suo parere: ordiniamo inoltre, che la suddetta congregazione sia valida allorchè vi saranno due terzi, e che chiunque di quelli di secreta (a riserva degli officiali delli quali si è fissata la pena al cap. VI.) mancherà d'intervenire debba soccombere alla pena di paoli tre per ciascheduna volta che mancherà, e che rifiuterà di votare.

CAP. XIII.

Dello congregazione generole.

De congregatione generali.

Essendo ciaschedun degli aggregati alla nostra università egualmente fratello, quindi sarà pur troppo ragionevole, che a proporzione dell'occorrenze il priore, e guardiani faccino per mezzo del nostro mandataro, o sagre-

etano intimare la congregazione generale per concludere in essa quelli affari, che essendo di già stati proposti nella congregazione secreta, debbonsi partecipare alla generale, come sarebbero compre, vendite, alienazioni, locazioni in perpetuo, fabbriche, derogazioni delli presenti statuti, e capitoli, farne de'nuovi, prendere, o dare denari ad interesse, fare l'elezione del priore, guardiani, e camerlengo, ed in somma qualunque altro interesse nel quale facesse duopo il consenso, e volontà di tutto il corpo dell'università.

Ordiniamo ancora, che la medesima congregazione sia di veron valore in caso, che mancasse il priore, e guardiani, o almeno non essendovi il priore, li due guardiani, li quali dovranno proporre quelle materie per le quali sarà convocata detta congregazione, in cui potrà ogni confratre dire il suo sentimento, non però tumultuariamente, ma un dopo l'altro, con tutto il debito rispetto con far correre il bussolo per riscuotere li voti, bastando per vincere il partito due terzi di detti voti; come ancora ordiniamo, che due terzi de'confratri patentati siano sufficienti per la validità della detta congregazione.

CAP. XIV.

Modo da tenersi nell'elezione de'nuovi officiali.

De ordine tenendo in electione novorum officialium.

Premesso le solite formalità di già divisate nel cap. IV. delli presenti statuti circa l'elezione degli officiali, ordiniamo, che li nuovi officiali subito, che saranno eletti vadino in banca, e li vecchi si portino all'altare ove dopo essersi cantato il Te Deum laudamus si reciterà la consueta orazione dal priore, o uno delli guardiani, e dipoi dalli detti nuovi officiali si nomineranno li sindici, l'infermieri, il segretario, e li quattro consiglieri ne'quali però saranno sempre compresi gli officiali, che sono usciti di banca.

CAP. XV.

Della pena per quelli, che ricuseranno gli offici.

Poena in maneris recusantes decernitur.

Siccome spesse volte puole accadere, che taluno delli confratri ricusasse d'accettare l'officio in cui venisse eletto, per qualche fine politico, o qualche altra causa, per ovviare dunque a simili rifiuti ordiniamo, che quante volte ricuseranno il priore, soccomberà alla pena di scudi due, li guardiani, e camerlengo di scudo uno, gli sindici, e gli altri eletti di paoli sei, con condizione però, che quei tali officiali a quali nello scaduto anno è cessata la carica non possino essere coatretti alla pena per il rifiuto, purchè non restino compresi nel numero de'consiglieri, e con condizione altresì, che il priore dopo compito l'anno del suo officio possa godere due anni di riposo, compresovi in detti due anni quello in cui resterà consigliere.

CAP. XVI.

Modo di venire a nuove constituzioni secondo l'occorrenza.

De novis edendis constitutionibus pro opportunitate.

Essendo, che per la varietà dei tempi, e de'negozj della nostra università potrà facilmente esser necessario riformare li presenti statuti, e capitoli, e derogare o in tutto, o in parte a tempo, o per sempre ad alcuno di essi, così ancora sopra di ciò conviene ordinare quanto si deve fare circa tal derogazione.

Vogliamo dunque in tal caso il priore, e guardiani non proponghino derogazione alcuna delli presenti capitoli, se non che spinti da qualche occasione, che possa risultare in evidente utile della nostra università, e non per suggestione alcuna; e quando detti priore, e guardiani conoscessero in loro coscienza esser bisogno venire a tal derogazione in tutto, o in parte, a tempo, o in perpetuo, vogliamo, che prima se ne faccia parola col nostro eminentissimo protettore, che consentendo in tal caso vogliamo sia intimata una congregazione secreta con bollettini, che dichino *per derogare allo statuto*, e radunata la detta congregazione il priore, ovvero uno delli guardiani il più vecchio nell'officio, esporrà la causa evidente, e l'utile per venire a tal derogazione, e si metterà il partito se si deve derogare, o no, ed accettare la proposizione fatta, e dovrà correre il bussolo, e non altrimenti per la maggior parte de'voti sia vinto il partito, quale dovrà esser notato dal segretario.

Dopo alcuni giorni di nuovo s'intimerà detta congregazione secreta con simili bollettini, ove si esprima *per derogare allo statuto*, e nella medesima congregazione si osservi quanto nella prima; e se in questa congregazione si

vincerà il partito, similmente si dovrà dare ordine di fare la congregazione generale con bollettini coll' istessa dichierazione, acciò tal derogazione venga a notizia a ciascuno dell' istessa università, nella qual congregaziane il priore, o uno delli guardiani esporrà l'occasione, a l'utile evidente dell'università, le deliberazioni fatte nelle due congregazioni secrete antecedenti, e proporranno in detta congregazione generale detta derogazione, accettando la proposizione fatta, nella quale si debba deliberare colle fave, e bussolo, e non altrimenti, vincendosi il partito con due terzi di voti favorevoli, ed allora, e non prima si possa ricorrere all'eminentissimo protettore pro tempore, quale a suo arbitrio moderi, riformi, e deroghi come stimerà opportuno, ed in tal caso tutte quelle ordinazioni, risoluzioni, e capitoli che saranno state fatte premesse le suddette solennità ordiniamo, che abbiano la stessa forza, o vigore come tutti gli altri capitoli del nostro presente statuto.

CAP. XVII.

Che tutti gl'istromenti e scritture debbino farsi per gli atti del nostro segretario.

Quod instrumenta, aliaque scriptura fiant per acta secretarii.

Ad oggetto, che non resti defraudata la nostra università ordiniamo, che tutti i contratti, scritture, istromenti, e tutt'altro dove possa avere interesse la medesima nostra università per qualsivoglia causa, e ragione anche remota debbino farsi, e stipolarsi per gli atti del nostro segretario pro tempore, e particolarmente gl'istromenti, e le apoche private, che in evvenire possonsi fare fra maestri patentati con qualche novizio, poichè oltrechè li suddetti istromenti, apoche e scritture saranno tenute per nulle, casse, ed irrite, non saranno menati buoni al medesimo novizio, o fattore, nel caso volesse esser patentato, quegli anni di fattorato, che averà passato con scrittura, o istromento contrario, a quanto si prescrive nel presente capitolo.

CAP. XVIII.

Del segno, e della festa della nostra università.

De festivitate et signo universitatis.

Poichè questa nostra università ritrovesi fondata sotto l' invocazione di Maria sempre vergine, e di san Giacomo apostolo, ordiniamo, e statuimo, che il segno della medesima sia un'immagine di detto glorioso santo coll'iscrizione « *Università de' fabbricatori de'cappelli di Roma* » ed essendo necessario invocare la sua protezione, conviene eziandio celebrare secondo lo stato dell'università la sua festa, con fare in essa tutti quelli atti di cristiana pietà, che convengono, far celebrare coll'intervento di tutti la santa messa, ed ornare il nostro oratorio con decenza proporzionata allo stato, lasciando perciò l'arbitrio al priore, e guardiani di spendere scudi dieci, purchè la necessità dalla detta nostra università non porti diversamente, c diversamente non sia stato stabilito dalla congregazione secreta.

CAP. XIX.

Della distribuzione delle candele.

De candelarum distributione.

Essendo, che tutte le università abbino in uso il di della Candelora, fare la distribuzione delle candele benedette, statuimo, che eziandio la nostra ponga in esecuzione lo stile comune, e perciò ordiniamo, che il camerlengo avanti detta festa, ricordi in congregazione secreta la provisione, che dovrà farsi delle candele, dalla qual congregazione riceverà l'ordine circa la quantità cioè di libbre tre per l'eminentissimo protettore, di libbre due per monsignor illustrissimo primicerio, per il priore di libbra una, di mezza libbra per gli altri officiali di banca, e procuratore, per il segretario poi, ed altri confratri di once tre per cadauno, in quanto poi alli giovani lavoranti stabiliamo, che debba essere di once due, e di oncia una per li fattori restando però sempre in arbitrio della detta congregazione segreta la sospensione della dette distribuzione, quante volte lo stato della nostra università non lo comportesse; dichiarando però, che le suddetta candele si distribuiranno solamente a quelli, che si ritroveranno presenti nell'atto della distribuzione da farsi il giorno della detta feste nel nostro oratorio, nella qual presenza però, ed intervento non s' intendono compresi quelli, che non sono della nostra professione. Come ancora godino il beneficio della detta distribuzione gli ammalati, a quali ei manderà la detta candela, del peso rispettivamente sopra espresso.

CAP. XX.

Modo da osservarsi inviolabilmente da quelli, che vorranno aprir bottega: le prove, che dovranno fare, e la somma che dovranno sborsare nel ricevere la patente.

De modo servando ab eis qui apothecas extruere satagunt, et retinere.

Perchè troppo interessa, che chi vorrà aprir bottega in qualità di maestro sia bene istrutto della professione ad effetto, che non resti giammai avvilito il credito, ed il decoro della professione; perciò statuimo, ed ordiniamo, che per l'avvenire niuno possa rendersi meritevole di ricevere la patente per essere ammesso alla nostra università se prima essendo romano non giustificherà di aver fatto anni quattro di fattorato presso qualche maestro patentato, e di aver lavorato anni tre in qualità di giovine lavorante, ed essendo forastiere dovrà giustificare di aver lavorato almen tre anni in Roma in qualità di detto giovine lavorante, poichè oltre l'aver giustificato quanto sopra si è detto dovranno prima far l'esperimento della loro abilità nel seguente modo. Saranno questi in obbligo di fare due cappelli di pelo di lepre, cioè: uno di once quattro, di giusta misura, con falda large sei dita, l'altro di once sei similmente di giusta misura, qual fattura, ossia prova dovranno fare in bottega del priore, o pure in quella delli guardiani, ove più piacerà al pretendente fabbricatore, e poscia che detti due cappelli di prova saranno compiti, conservandoli presso di se l'officiale in di cui bottega sarà; e saranno fatti giurare a il priore, o li guardiani nella cui bottega sarà stata fatta la prova di aver veduto fabbricare li suddetti due cappelli dal nuovo pretendente; il che farà, o faranno nella congregazione segreta, che a tal effetto si adunerà nel nostro oratorio ove si porteranno li anzidetti due cappelli per esser veduti, ed esaminati, e quante volte saranno riconosciuti buoni, o perfetti resterà ammesso, nel numero degli altri confratri mediante la patente, che gli sarà concessa, purchè nell'atto, che gli verrà consegnata la detta patente paghi, ed effettivamente sborsi scudi dieci moneta, e non altrimenti; ed essendovi in detta congregazione secreta alcuno di sentimento contrario si dovrà far correre il bussolo, od in tal caso basteranno al fabbricatore pretendente due terzi di voti favorevoli, e così sarà riconosciuto idoneo, ed abile a ricevere la detta patente, poichè in caso contrario non potrà per la seconda volta ritornare a fare lo próve se prima non sarà scorso il tempo di sei mesi, o quante volte presumesse di aprir bottega senza la predetta patente incorra nella pena della perdita di tutti gli stigli, o di tutt'altro, che gli si ritroverà concernente la nostra fabbrica, oltre alla clausura immediata della sua bottega.

CAP. XXI.

Del privilegio delle vedove, e figli de' padroni.

De privilegio viduarum, et orphanorum.

Sarà sempre effetto di cristiana carità, e giustizia, che le vedova de' defonti padroni di botteghe, possino durante la di loro vedovanza continuare a tenere le medesime con dover pria però fare istanza al priore, e guardiani gli sia ammesso un giovane idoneo da domandarsi, a rimuoversi a suo arbitrio, al quale sarà data gratis un'altra patente diversa da quella delli padroni, e lo stesso privilegio competerà alli figli delli suddetti rimasti orfani pria d'aver compito l'età di anni 20, quali volendo proseguire nella professione del padre dovranno anch'essi farsi assegnare un giovane, ossia maestro patentato fintanto che avranno compita l'età suddetta parimenti da domandarsi, e rimuoversi a loro arbitrio.

Non dovrà intendersi però, che se le vedove avranno figliuoli debban perdere il sopradetto privilegio della vedovanza allorchè uno, o più figli avessero passato l'età di anni 20, poichè nell'essersi distinto un privilegio dall'altro, si è inteso provvedere alle circostanze da' figli, che fossero rimasti privi della madre, dopo la morte del padre, o che sopravvivendo passasse la vedova madre ad altre nozze, ovvero morisse avanti, che li medesimi avessero compita l'età di sopra stabilita.

Inoltre quante volte un qualche figlio di padrone volesse aprir bottega vivendo ancora il padre, ordiniamo, che il medesimo possa essere ammesso a far la prova benchè non abbia compito l'età di anni venti, con pagare però in mani del nostro camerlengo il consueto emolumento di scudi dieci. E perchè è ben giusto, che li figli delli padroni, li quali esercitano la stessa professione del padre, godino un qualche privilegio, perciò statuimo, ed ordiniamo, che questi dopo la morte del padre siano esenti dal far le prove, purchè

paghino li scudi dieci, senza essere obbligati a giustificare il fattorato, nè di aver lavorato altrove supponendosi bastantemente instrutti nella professione sotto la direzione del padre, qual privilegio sempre competerà a tutti li figli delli padroni, che eserciteranno la detta nostra professione, evendo anzi un maestro patenteto più figli, uno solamente di questi a beneplacito dello stesso padre potrà godere l'ingresso nel numero de' padroni dopo la di lui morte senza essere obligato nè alla prova, nè al pagamento di scudi dieci, nè a verun altra giustificazione, doveodo gli altri figli soggiacere a quanto si è stabilito di sopra, e poichè resta in arbitrio del padre; qual figlio esercente però potrà godere il suo privilegio con farlo descrivere ancor vivente nel numero delli padroni, acciò se ne approfitti dopo la di lui morte, ordiniamo, che morendo lo stesso padre con più figli esercenti ab intestato, possa il ridetto privilegio godersi dal solo figlio maggiore, intendendosi sempre la condizione purchè sia esercente la professione, altrimenti lo dovrà godere quello, che la eserciterà.

CAP. XXII.

Di quelli, che come porenti, o per eredità succedono all'avvinmento di qualche bottega.

De hæredibus aliisque qui succedunt in exercitio apothecarum.

Item statuimo, ed ordiniamo, che se qualche padrone nell'ultima sua disposizione lasciasse la propria bottega, ed avviamento e qualche parente, o pur per ragione di stretta parentela succedesse come erede al suddetto avviamento, senza essere instrutto nella nostra professione, sia questo tale erede, o testato, o intestato obbligato eleggersi il giovane, o maestro patentato abile ad esercitare la bottega del defonto con presentarlo alla congregazione secreta; e quante volte presentasse un giovine non idoneo, allora, ed in tal caso resterà l'arbitrio dell' elezione alla medesima congregazione secreta, alla quale sempre spetterà di riconoscerlo mediante la concessione della patente, a tal effetto diversa de quella delli padroni; con la legge però, che questo, che resterà chiamato, o che succederà *ministerio legis* dentro il tempo di anni tre debba avere imparato la professione con sottomattersi alle prove stabilite nel cap. xx. e paghi nell'atto della concessione gli scudi dieci, e mancando a quanto sopre si ordina, si procederà alla clausura della detta bottega, rimettendo all' arbitrio della congregazione secreta la proroga per un altr'anno di tempo solamente in beneficio del sopradetto erede, dovendo essere esente dalle giustificazioni del fattorato, e di aver lavorato altrove.

CAP. XXIII.

Che niun padrone possa ritenere più di un fattore, e del modo da osservarsi nel pigliare garzoni, obbligati con altri.

Perchè la moltiplicità de'ragazzi, ossiano allievi il più delle volte genara confusione, e strapazzi nella professione; in modo che anche adulti eccitano in pregiudizio del buon eredito, e direzione dell' arte, delle pretenzioni, quindi è che statuimo, ed ordiniamo, che niun padron di bottega possa ritener più di un fattore, e questo debba per tale ritenerlo per l'intiero corso di anni quattro, con far ciò costare per mezzo di scrittura, o istromento rogato per gli atti del nostro segretario, e contravenendo al suddetto stabilimento pagherà la pena di scudi dieci.

Quod nemo præter unum famulum retinere valeat, nec aliquem recipere alibi inservientem, nisi de consensu prioris domini.

Inoltre ad effetto, che li detti obblighi del fattorato restino adempiti, ordiniamo, che in caso, che detto fattore volesse partire del padrone con cui si trova obbligato per andare da altro padrone, non possa questo riceverlo senza espresso consenso, a dichiaraziona scritta per poterla esibire in congregazione secreta, fatta da quel maestro da cui parte, altrimenti chi lo riceverà soccomba subito alle pena di scudi dieci; ma perchè in simili circostanze molte volte assai gieva la mediazione del priore, e guardiani, parciò sarà loro arbitrio prendersi il pensiere di concordare l'uno, e l'altro padrone, purchè il medesimo fattore non abbia a passare in bottega delli detti officiali, altrimenti soggiaceranno anch'essi alla medesima pena.

CAP. XXIV.

Che nessuno della nostra università possa giudicare cosa appartenente alla nostr' arte, solo che il priore, o guardiani.

Quod unus prior, et guardiani judicium ferre possint de rebus ad artem pertinentibus.

Item statuimo, ed ordiniamo, che nelle stime tanto giudiziali, quanto estragiudiziali (eccettuando la prova come si stabilì al cap. xx.) niuno della nostra università possi giudicare cappelli di qualunque qualità siano, nè

altre materie spettanti alla nostra professione, ma un tal giudizio sia, a s'intenda riserbato solamente al priore, e guardiani, a chiunque contraverrà sarà soggetto alla pena di scudi dieci.

CAP. XXV.

Di quelli, che danno il comodo per fabbricar cappelli.

De iis qui opem praebent pro extractione pileorum.

Essendo giunti all' eccesso gli abusi della nostra professione fino a fabbricarsi cappelli ora in una bottega, ora nell'altra, da quelli che sono soltanto atti a discreditare il mestiere per indi portarli per Roma, e procurarne a vil prezzo la vendita a forza d'imposture, onde desiderando noi togliere siffatti abusi, ordiniamo, e stabiliamo, che per l'avvenire niun maestro patentato possa sotto qualsivoglia pretesto, o finto colore prestare il comodo a veruno per fabbricare cappelli per proprio, o loro conto, altrimenti soggiacerà immediatamente alla pena di scudi venticinqua alla riserva soltanto nel caso, che qualche padrone mandasse da altro padrone secondo l'urgenza propria, poichè essendovi l' intesa di ambedue li padroni non potranno essere soggetti a veruna pena.

CAP. XXVI.

Dell'archivio.

De archivio retinendo.

Essendo troppo necessario, che un giorno, e sempre apparisca lo stato, li decreti, le vertenze litigiose, e tutt'altro concernante la nostra università, perciò ordiniamo, cha il priore pro tempore abbia una chiave di un archivio, ove si debbano riporre tutte le scritture, e che il medesimo invigili presso il procuratore nostro, ad effetto, che il tutto divisamante notato depositi nel medesimo archivio, ed in particolare gli originali con tutte le sue dirisioni, annotazioni, a rubricelle.

CAP. XXVII.

Delli venditori de'cappelli.

De venditoribus pileorum.

Il solo fine per cui sono stati formati li presenti statuti è stato per riparare in parte la nostra cadente professione, a per riacquistare quel credito, che insensibilmente andandosi a perdere, riduceva in breve tempo, e li poveri professori, e la professione stessa annientata, e distrutta, nascendo l'origine dalli abusi introdotti dal far lavori difettosi, e cattivi, per poi a forza d' imposture venderli affidati nel credito delle fabbriche di Roma, e ciò ricadendo per colpa, a frode de'rivenditori, onde desiderando il vantaggio del pubblico, l' ingrandimento, e concetto della professione, ed altresì il sostegno e legittimo vantaggio delli veri professori, statuimo, ed ordiniamo, che tutti li rivenditori delli cappelli di Roma debbino prendere la patente con pagare nell'atto, che la ricevono scudo uno, e bajocchi cinque alla nostra università, e che ciascuno di detti rivenditori abbia nella di lui mostra con caratteri cubitali, e ad ognuno legibile, e visibile l'iscrizione seguente= *Rivenditore di cappelli* =, a differenza di quella delli fabbricatori ove vi sarà l' iscrizione = *Fabbricatore di cappelli* =.

Inoltre per il suddetto buon effetto ordiniamo, che niun rivenditore di cappelli possa ritenere stigli, cappelli bianchi, o verun altra materia spettante alla nostra università, e molto meno far lavorare in qualsivoglia modo cose appartenenti alla nostra professione, ed in caso di contravenzione a quanto si contiene nel presente statuto non solo soggiacerà alla perdita *ipso facto* delli suddetti stigli, e materie, ma anco alla pena di scudi venticinque.

Item per l' istessa ragione, che non essendo detti rivenditori della professione non gli sarà lecito di fare alcuna stima nè giudiziale, nè estragiudiziale tanto delli cappelli, quanto di tutte le altre cose a noi fabbricatori spettanti, e contravenendo pagheranno la pena di scudi dieci per ogni volta, che contraverranno essendosi provveduto nel cap. XXIV.

CAP. XXVIII.

Della visita da farsi dal priore, e guardiani nelle botteghe de' rivenditori.

De visitatione apothecarum a priore, et guardianis facienda

Non essendovi forse verun' altra maniera in cui il pubblico possa restar più facilmente deluso potendosi con piena facilità ricoprire l' intrinseco difetto, coll' estrinseca momentanea apparenza; il che non tanto apporta pregiudizio a quel dato compratore, ma quello è peggio ridonda in sicuro discredito delle fabbriche de'veri professori, perciò desiderando apporvi un qualche rimedio, ordiniamo, e statuimo, che re-

sti a carico delli priore, e guardiani, di usare ogni più esatta diligenza con fare almeno due volte l'anno la visita alle botteghe delli rivenditori, e ritrovandovi li cappelli maliziosamente costrutti, e difettosi multino li rivenditori di essi con fargli pagare paoli tre per ogni cappello, e portino altresì lo stesso cappello, o cappelli sigillati, e contrassegnati alla presenza di due testimonj a fine di evitare le posteriori dispute, all'officio del nostro segretario dove debbano ritenersi per lo spazio di un mese, poichè oltre al doversi stare alla sola cognizione, e giudizio delli nostri priore, e guardiani senza verun altro reclamo, o appellazione, dopo passato il detto mese saranno dati per elemosine alli poveri di santa Galla, per togliere così ogni occasione di farne spaccio.

CAP. XXIX.

Della distanza.

De intervallo servando.

Per ovviare alli pregiudizj, e discordie tra li maestri della nostra università, a talvolta colli rivenditori medesimi de'cappelli nel caso, che qualcuno desiderasse aprir bottega, o spaccio in vicinanza, o dirimpetto a qualche altro professore di già avviato, talmente che per la troppa vicinanza si potassero divertire gli avventori dall'una, e l'altra bottega, perciò statuimo, ed ordiniamo, che in avvenire non passa alcuno nè fabbricatore, nè rivenditore de'cappelli nuovamente aprire, nè trasportare la propria bottega se non vi sarà la distanza di canne sessanta di misura romana da prendersi nel mezzo della soglia dell'altra da aprirsi, o trasportarsi, con girare le misura per strade, e vicoli pubblici più brevi. In caso però, che il padrone fabbricatore fosse costretto a lasciare la bottega in cui ritrovasi, o per causa di risarcimento, o di nuovo edificio, ovvero perchè il padrone volesse accrescere la pigione più di scudi due l'anno rasterà in arbitrio delli priori, e guardiani assegnargliene altra dentro le distanza sopradette, ma però in luogo meno pregiudicevole alle botteghe viciniori, ed in ciò dovrà starsi al giudizio di essi priore, e guardiani; bensì rispetto alle botteghe, che ritrovansi di già incamminate, non s'intende d'innovare alcuna cosa, non però in caso restassero chiuse, poichè non potranno più aprirsi, benchè volessero servirsi del pretesto, che una volta vi fosse ivi la bottega per il medesimo uso; e contro quelli che contravverranno si procederà all'immediata clausura, e soggiaceranno alla perdita degli stigli.

CAP. XXX.

Di quelli, che volessero ritenere più d'una bottega.

De iis qui plures apothecas retinere praesumunt.

Per evitare li pregiudizj, che possono arrecarsi agli altri professori ordiniamo, e statuimo, che niun padrone potentato possa ritenere più d'una sola bottega, e occorrendogli qualche altra bottega, o stanza per fabbricare li cappelli, o altri lavori ad uso della nostra professione possa ritenerle in luogo contiguo alla medesima bottega, o almeno di ragionevole distanza purchè però in questa non tenga al di fuori alcun segno di fabbricatore di cappelli, e molto meno venderli, di modo che abbia da servire per solamente, e nudamente lavorarvi, o farvi lavorare, e contravvenendo alla presente ordinazione sarà subito soggetto alla clausura di questa seconda bottega, e perdita degli stigli in essa esistenti.

CAP. XXXI.

Di quelli, che devono esser soggetti alla nostra università.

De iis qui universitati subjacere debent.

Item statuimo, ed ordiniamo, che tutti quelli, i quali in qualsivoglia modo eserciteranno la nostra professione, o lavoreranno materie immediatamente alla medesima appertenenti, come anche tutti quelli, che rivenderanno nelle botteghe proprie cappelli, siano, e s'intendano compresi nella nostra professione, e soggetti alli nostri statuti; per il che ordiniamo come per lo passato, che tutti li maestri patentati paghino per cadauno bajocchi dieci al mese, e bajocchi cinque per ogni giovine lavorante che avranno nella propria bottega, con ritenersi però li detti bajocchi cinque nel salario di detti giovani in ogni mese.

Inoltre ordiniamo, che ogni, e qualsivoglia rivenditore di cappelli paghi al nostro camerlengo, o esattore bajocchi sessanta ogni anno, altrimenti ognuno soggiacerà alla esecuzione della mano regia come si dirà nel capitolo seguente.

CAP. XXXII.

Della mano regia.

De manu-regia universitati competente.

E siccome tutti li presenti capitoli, ed ordinazioni, si renderebbero affatto o inutili, o disprezzati, ed inefficaci, se contro li trasgressori non si potesse procedere con pronta esecuzione, perciò statuimo, ed ordiniamo, che tutti quelli che sono compresi nelli presenti statuti li debbino esattamente osservare, e contravvenendo, o ritardando di pagare le tasse stabilite premessa una semplice interpellazione, saranno immediatamente soggetti all' esecuzione della mano regia, di modo che per qualsivoglia contravvenzione, o ritardo si eseguirà la mano regia senza potersi più ammettere ricorso, o appellazione, nè dilazione di sorte veruna, e giacchè tutte le tasse, e pene devonsi riscuotere dal nostro camerlengo, così ordiniamo, che le medesime pene esatte che siano restino applicabili o in beneficio del nostro altare, o in quell'uso, che sarà destinato dalla congregazione secreta.

CAP. XXXIII.

Delli cappelli vecchi, che restano nelle botteghe dei padroni.

De pileis derelictis.

E perchè spesse volte accade, che da qualcuno si lasci in bottega di qualche maestro qualche cappello vecchio coll'idea talvolta di non più ripigliarlo, o pure per farlo ritingere, e dimenticandosi di ricuperarlo, ad in questo frattempo tardandosi, vada a mancare, o deteriorarsi, quindi è che per ovviare al danno delli maestri, e delli padroni statuimo, che li medesimi padroni debbino custodire li detti cappelli per lo spazio di sei mesi, e che per questo tempo siano obbligati soddisfare al valore, poichè dopo li suddetti mesi sel non saranno più obbligati a pagare il valore, nè a verun'altra pena, a solo saranno tenuti restituire li cappelli tali quali saranno ridotti.

CAP. XXXIV.

Dell'obbligo dell' università nel difendere li patentati.

De onere universitatis tuendi eos, qui diplomate donati fuere.

Essendo ben giusto, e ragionevole, che ciascuno della nostra università come membro, e figlio della medesima, venghi garantito, e difeso nel caso, che restì gravato contro le leggi, e stabilimenti ordinati nelli presenti capitoli, però statuimo, che occorrendo prendere la difesa a favore di qualche maestro patentato sopra materie già stabilite nelli nostri statuti, spetti alla congregazione segreta di commettere la difesa al nostro procuratore a spese dell' istessa nostra università.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes statuta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta statuta cum omnibus, et singulis in eis contentis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Preces porrectæ pro confirmatione statutorum, quæ elargitur.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, et præinserta statuta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præcipitur observantia constitutionis, cum clausula sublata, decretoque irritante.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, dictæ urbis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis

Derogatio contrariorum.

in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima septima maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 17. Maii 1771. Anno II.

CXXI.

Moniales monasterii s. Mariæ Magdalenæ civitatis Ferreriensis adscribuntur tertio ordini s. Francisci cum omnibus gratiis, indulgentiis, et favoribus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium, et expositio precum a monialibus porrectarum.

§. 1. Sacrarum virginum per vigilias, et orationes Deo in humilitatis spiritu famulantium votis libenter intendimus præsertim cum ad spiritualem ipsarum consolationem, et profectum conducere in Domino arbitramur. Cum itaque sicut dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii sanctæ Mariæ Magdelenæ civitatis Ferrariensis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ, quæ (ut asserunt) sub ordinarii diœcesani, seu pro tempore existentis archiepiscopi Ferreriensis degunt jurisdictione, nuper ab eo petierint indultum sese calendario ordinis sancti Francisci conformari posse, atque ideo debitum diligentiarum examen in ejusdem civitatis ecclesiastico archivio habitum fuerit, nec prodierit exinde, an monasterium hujusmodi sub regula tertii ordinis sancti Francisci erectum fuerit, nec ne; exponentes autem, quæ usquemodo ss. Franciscum de Assisio, et Claram utpote patriarcham suum, et patronam respective recoluerunt, atque in victu, vestitu, et reliquis omnibus nunquam discreparunt, non sine animi dolore acceperint, se nullius esse ordinis, aut instituti. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio aggregationis, et indulgentiarum, et privilegiorum, cum suis reservationibus.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas esse censentes hujusmodi supplicationibus inclinati: exponentes prædictas veras esse religiosas tertii ordinis sancti Francisci auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, eas, aliasque pro tempore existentes enunciati monasterii moniales prædicto tertio ordini ejusdem sancti Francisci pari auctoritate aggregamus, et adscribimus; utque omnibus, et singulis juribus, indulgentiis, et privilegiis eidem ordini quomodolibet concessis, et competentibus, etiam quoad recitationem officii, et celebrationem divinorum frui possint, et debeant, hoc tamen adjecto onere, ut tertiam regulam sancti Francisci servent, ac sub immediata jurisdictione, et guberuio ordinarii diœcesani, sive pro tempore existentis archiepiscopi Ferrariensis prædictorum degant absque ulla dependentia a regularibus ordinis, servatisque de cætero constitutionibus eidem monesterio propositis die xxv. martii MDCCXLIX. a bon. mem. cardinali Crescentio tunc similiter archiepiscopo Ferrariensi, dummodo sacris canonibus, et apostolicis constitutionibus, ac sacri concilii Tridentini decretis non adversentur, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, pariter, et constituimus.

Consulitur instructioni monialium in recitati ne officii divini.

§. 3. Volumus autem, et mandamus, quod pro instruendis iisdem exponentibus in recitatione officii divini, et in aliis usibus tertii ordinis prædictis, dilectus filius moderuus vicarius capitularis metropolitanæ ecclesiæ Ferrariensis hujusmodi utatur opera dilectorum etiam filiorum Dominici Andreæ Zarattini, et Laurentii Altieri ordinis minorum ejusdem sancti Francisci Conventuelium nuncupatorum professorum in sacra theologia magistrorum, et eisdem potestatem faciat accedendi ad monasterium hujusmodi, et cum ejusdem monialibus alloquendi (citra tamen clausuræ ingressum) pro tempore, et vicibus eidem vicario ad hunc effectum benevisis.

Salutares sanctiones, clausulæ subiectæ, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros

effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Datum die 18 maii 1771 Anno II.

CXXII.

Præcipitur ut thesaurarii pro tempore existentes provinciæ Marchiæ thesaurariam, bancum, et ministros retinere debeant in civitate Maceratensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Stylus continuo fuit ut thesaurarii vectigalia, et responsiones colligerent in civitate Maceratensi.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitates, et homines civitatum provinciæ Nostræ Marchiæ, quod pro tempore existentes thesaurarii ejusdem provinciæ quatuor ab hinc sæculis, totius provinciæ hujusmodi commoditati consulendo, vectigalia, ac responsiones quolibet sive anno, sive mense ab eisdem communitatibus cameræ Nostræ apostolicæ debita in civitate Maceratensi recipere, atque exigere semper assueverunt, et ad hujusmodi effectum suos ibidem habuerunt ministros, ac thesaurariæ bancum, retinuerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quemadmodum nuperrime evenit, ita et in posterum dicti exponentes evenire posse vereantur, quod nempe pro tempore existentes thesaurarii dictæ provinciæ, posthabita publica hac utilitate, velint alibi in eadem provincia præmissa omnia peragere; id vero in grave damnum cedat omnium communitatum, et incolarum dictæ provinciæ, quibus præfatæ Maceratensis civitatis locus tamquam in medio ipsius provinciæ positus maximæ eis semper fuit commoditatis. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et innovata consuetudo ad vitam revocatur.

§. 2. Nos igitur, qui civitatum prædictarum utilitatem, ac bonum paterno desideramus affectu, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Guillelmi Pallotta in utraque signatura nostra referendario, et congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super bono regimine communitatum status nostri ecclesiastici præpositorum secretarii, omnibus, et singulis nunc, et pro tempore in posterum quandocumque existentibus thesaurariis dictæ provinciæ Marchiæ, ut ipsi thesaurariam, bancum, et ministros prædictos quemadmodum prius, ita et in futurum, in præfata civitate Maceratensi semper, ac perpetuo retinere, et habere debeant omnino, ac teneantur auctoritate apostolica tenore præsentium præcipimus, injungimus, et mandamus.

Constitutionis observantia sancitur cum clausulis solitis.

§. 3. Decernentes præsentes Nostras literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque ple-

ia, et decreto irritante.

narios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaodocumque spectabit in omnibus, ot per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum polatii apostolici auditores judicari, et definiri debero, ac irritum, et inone si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attontari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non thesonrariæ, ac civitatum prædictarum etiam juromento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscomque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriorum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et oliis decretis in genere, vel in specio, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ot sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris dio decima octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 8. maii 1770 Anno II.

CXXIII.

Separatio provinciæ Romanæ ordinis s. Francisci de Paula a provincia Hetruriæ ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriom.

Memoratur unio facta a Benedicto XIV.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xv. januarii MDCCLI. expeditas literas provinciom Hetruriæ fratrum ordinis minorum sancti Francisci da Paula provinciæ Romonæ ejusdem ordinis apostolica auctoritate univit, et incorporavit, cum conditione tamen, quod si aliquando provinciæ hujusmodi inter se separotæ fuissent, tunc conventus Orbitollensis, et Perusinus, qui ad primodictam provinciam Hetruriæ spectabant alteri provinciæ Romanæ hujusmodi adnecti deberent, et alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Novis tamen supervenientis circumstantiis sacra congregatio indulsit eminentissimo cardinali protectori ordinis, ut pro sua prudentia dismembrationem decernere posset

§. 2. Nuper vero congregationi venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum dilectus filius Alphonsus Pieratti frater expresse professus dicti ordinis, et corrector provincialis in Hetruria, quod cum ipsi, et suis fratribus visum fuerit, ut unio hujusmodi dissolvi potius deberet, supplex idciroo oblatus est libellus in comitiis generalibus ordinis prædicti hobitis Barcinonæ mense maii anterioris anni, et communi omnium vocalium fratrum consensu separatio petita approbari promeruit, nonnullis adiectis conditionibus. Pertractatis itaque per procuratores vicissim constitutis iis, quæ ad negotium hujusmodi pertinebant, separationis pacta, et conditiones statutæ, et a correctore generali ipsius ordinis approbatæ fuerunt, easque per dictam congregationem memoratorum cardinalium confirmari idem Alphonsus desiderabat. Eadem vero congregatio suo rescripto edito die prima præteriti mensis martii commisit dilecto filio nostro Karolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Rezzonico nuncupato dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectori, ut ipsius Alphonsi precibus pro suo arbitrio, et prudentia indulgeret, servata forma capituli generalis. Quocirca idem Karolus cardinolis, et protector rescribendum censuit, juxta tenorem, qui sequitur nempe.

Tenor rescripti editi a cardinali protectore ordinis, super dismembratione certis sub legibus facienda.

§. 3. Utendo facultatibus Nobis concessis in præinserto sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium rescripto, Inspectoque tenore decreti novissimi capituli generalis in eo enunciati, ac literis apostolicis in forma Brevis sanctæ memoriæ Benedicti XIII. sub datum 11. augusti 1728., et sanctæ memoriæ Bonedicti XIV. sub datum 15 jonuarii 1751., ac auditis religiosis deputatis utriusque portis, Romanæ nempe, et Florentinæ, omnibusque rite perpensis, tenore præsentium separamus, sejungimus et segregamus provinciam Florentinam a provincia Romana, et provinciam Romanam a provincia Florentina, ambas-

que reponimus in pristinum statum, quo erant ante unionem decretam a sanctæ memoriæ Benedicto XIV. in dictis suis literis apostolicis in forma Brevis die 15. januarii 1751., eo dumtaxat excepto, quod conventus Perusinus, et Orbitellensis, qui a sanctæ memoriæ Clemente XII. per suas literas apostolicas in forma Brevis die 11. aprilis 1731, sive a correctore generali tunc temporis vigore earumdem literarum incorporati fuerunt provinciæ Florentinæ, assignati, et incorporati remaneant provinciæ Romanæ, quemadmodum eidem provinciæ Romanæ assignati, et incorporati fuerunt in præfatis literis in forma Brevis sanctæ memoriæ Benedicti XIII., ita ut provincia Romana in posterum consistat, ac constare debeat ex conventibus Viterbiensi, Marthæ, Perusino, et Orbitellensi, et ex duobus aliis post memoratas literas sanctæ memoriæ Benedicti XIII. in urbe erectis, scilicet in ecclesia parochiali sancti Salvatoris de Curte nuncupata, et in ecclesia sancti Joannis ante portam Latinam prout in præfatis literis sanctæ memoriæ Benedicti XIV. enunciatur; eosdemque conventus Viterbiensem, Marthæ, Perusinum, Orbitellensem, et duos urbis sancti Salvatoris de Curte, et sancti Joannis ante portam Latinam ut supra dismembratos, disjunctos, et separatos a quacumque unione, et incorporatione cum provincia Romano-Florentina, in novam, et distinctam provinciam Romanam erigimus, et instituimus: et ex reliquis conventibus ad eamdem Romano-Florentinam provinciam spectantibus vigore literarum sanctæ memoriæ Benedicti XIV. novam Florentinam provinciam constare volumus, et declaremus. Pro regimine, et gubernio earumdem provinciarum, quatenus in alterutra capitulum provinciale ob defectum vocalium celebrari nequeat ad formam constitutionum ordinis; committimus, ac injungimus pro hac prima vice patri generali, ut provideat (prout magis in Domino expedire judicaverit) pro electione correctoris provincialis, collegarum, et definitorum ejus provinciæ, in qua capitulum, ut supra celebrari nequiverit, qui in suis officiis permanere debeant ad tempus consuetum, et deinceps capitulum provinciale more solito celebretur. Expensæ vero, quæ pro hac separatione executioni demandanda occurrerint, solvi omnino debeant a conventibus provinciæ Florentinæ, quorum nomine petita fuit separatio, nullimode vero eisdem subjaceant conventus, qui ad provinciam Romanam pertinent, prout a novissimo capitulo generali decretum fuit. Et ita dicimus, decernimus, et declaramus, quibuscumque in contrarium non obstantibus, si tamen sanctissimo Domino Nostro placuerit nostrum hoc decretum per suas literas apostolicas in forma Brevis confirmare.

Datum Romæ die XIV. Maii 1771.

C. card. Rezzonicus protector.

Loco ✠ Signi.

§. 4. Nos igitur ipsum Alphonsum specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ipsius supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Karoli cardinalis, at protectoris rescriptum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis perpetuæ firmitatis robur adiicimus. Rescriptum, et omnia in eo contenta pontificia auctoritate confirmantur.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici, auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus memoratis ejusdem Benedicti prædecessoris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, at provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præ- Derogatio contrariorum.

sentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.

CXXIV.

Datum die 29 Maii 1771 Anno II.

Puellis monasterii sub titulo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ tertii ordinis sancti Francisci de urbe inservientibus, et in eo ad id degentibus conceditur unum subsidium annuum dotale, proveniente ex legato quondam canonici Carcaresi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis imploratæ exponitur.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni deputati, ac dilectæ in Christo filiæ moniales monasterii sub titulo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ in regione Montium de urbe, quod juxta antiqua ejusdem monasterii stabilimenta, seu consuetudines minime in eo admitti solent moniales conversæ, sed nonnullæ puellæ tantum sæculares, quæ eum dicto monasterio præstant famulatum, recipiuntur, ibique permanent quousque in Domino, vel in sæculo nubendi opportuna superveniat occasio. Verum quia dictæ puellæ in servitio hujusmodi præstando florentem ætatem insumunt, aliquod earum laboris præmium vere promerentur, sed illud a monasterio prædicto suppeditari minime potest; quocirca opem, ac subsidium, quod monasterium hujusmodi præbere nequit, haud eis præpediri posse dignoscitur, ut aliunde ex assecutione dotalium subsidiorum, quæ distribui solent a locis piis urbis prædictæ sibi valeant comparare. Pro subsidiis itaque hujusmodi obtinendis cum ipsæ puellæ non tantum consanguineorum, verum etiam extraneorum opera, et auxilio indigeant, illorum propterea frequens accessus ad monasterii crates permittendus omnino est, ideoque religiosam quietem perturbat, ac non sine accuratæ regularis disciplinæ præjudicio incommodum illius monialibus affert. Qua de re, cum dilecti filii capitulum, et canonici basilicæ principis Apostolorum de eadem urbe plura subsidia dotalia puellis, non quidem peculiari jure nominationis pollentibus, sed sorte dumtaxat extrahendis anno quolibet distribuere debeant, hinc deputati, et moniales præfatæ unum ex annuis subsidiis dotalibus ejusmodi puellis dicto monasterio inservientibus juxta distributionem opportune faciendam per eosdem canonicos, et capitulum concedi, et assignari posse plurimum desiderabant.

Quomodo supplicationi jam consultum a capitulo, et canonicis basilicæ principis Apostolorum, recordatur.

§. 2. Nobis idcirco supplicari alias humiliter fecerunt, ut capitulo, et canonicis prædictis necessarias ad id facultates apostolica auctoritate indulgeremus, iisque Nostro rescripto edito die xvi. martii currentis anni illis attributis, præfati canonici in capitulo deinde habito die xxi. aprilis proxime præteriti hujusmodi petitioni annuendo, unum annuum subsidium dotale ex pio legato quondam canonici cognominati Carcaresi testatoris puellis eidem monasterio inservientibus concesserunt, et assignarunt, cum lege interventus puellæ solemni processioni in feria v. octavæ festivitatis corporis Christi de more in eadem basilica peragendæ, ac alias prout in præfata capitulari resolutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, deputati, et moniales prædictæ, concessionem, et assignationem unius annui subsidii dotalis hujusmodi a memoratis canonicis, et capitulo eisdem puellis, ut præfertur, factam per Nos approbari, et confirmari magnopere cupiant; Nobis propterea nuper humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Capitularis concessio, et assignatio cum suis legibus, et oneribus confirmatur

§. 3. Nos igitur eosdem deputatos, et moniales prædictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque, ac ipsarum respective singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos, ac respective absolutas esse censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam assignationem, et concessionem unius annui subsidii do-

talis ex pio legato dicti canonici Carcarasi favore puellarum monasterio prædicto inserviantium a capitulo, et canonicis basilicæ principis Apostolorum de urbe, ut præfertur, factam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illiqui inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus. Mandantes præterea, ut annuum subsidium dotale hujusmodi a nunc, et pro tempore existentibus deputatis dicti monasterii uni ex puellis eidem monasterio inservientibus prudenti eorum arbitrio aligondæ tribuatur, et assignetur: quod si deputati prædicti uni, eidemque puellæ, non tantum unum, sed plura quoque annua subsidia dotalia hujusmodi tribuere, at assignare successiva judicaverint, plenam, et amplam facultatem id peragendi eisdem deputatis auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et impertimur. Volentes etiam, ut in casu, quo puellarum ad subsidia hujusmodi, ut præfertur, jam electarum obitus sequatur, vel puellæ ipsæ subsidio, seu subsidiis dotalibus sibi concessis, et assignatis renunciare voluerint, tunc talia subsidia minime libere ad capitulum prædictum revertantur, sed loco puellarum defunctarum, aut renunciantium dicti deputati aliam, seu alias puellas eidam monasterio pariter inservientes subrogare, et denuo eligere libere, ac licite possint, et valeant.

Et constitutionis observantia decernatur, sublata cuilibet judici aliter judicandi potestate, et derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 4. Ac decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et intagros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab ais respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delagatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus dicti canonici Carcarasi testatoris etiam ultima voluntata, quam quoad præmissa commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno secundo.



CLEMENS XIV.

ANNO TERTIO



Datum die 5. junii 1771. Anno III.

CXXV.

Confirmatio Brevis sanctæ memoriæ Urbani VIII. super expulsione caprarum sive laicorum, sive ecclesiasticorum, sive regularium, sive etiam XI congregationum a toto territorio Mevaniæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor literarum emanatarum ab Urbano Pontif. VIII super expulsione caprarum a territorio Mevaniæ.

§. 1. Alias a fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro emanarunt literæ tenoris sequentis, videlicet = Urbanus pp. VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas, et homines terræ Nostræ Mevaniæ Spoletanæ dioecesis, quod venerabiles fratres Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales super bono regimine communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici deputati, licet alias ex generali mandato super expulsione caprarum ex territorio dictæ terræ dato, terras Gaglioli, et Castri Turris excipi voluissent, attento tamen gravi damno, quod capræ hujusmodi perguletis, olivetis, aliisque ex cultis locis inferunt, decreverunt, quod in eisdem terris pascua ipsarum caprarum prohiberentur, et per dilectum filium dictæ terræ Mevaniæ prætorem mandata desuper necessaria, et opportuna darentur, prout in eorumdem cardinalium decreto desuper emanato plenius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat universitas, et homines terrarum Gaglioli, et Castri Turris prædictarum exceptionem supradictam apostolica auctoritate confirmari obtinuerint, prout in literis apostolicis desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur, et propterea exponentes prædicti plurimum cupiant decretum hujusmodi pro inviolabili illius observatione apostolicæ Nostræ confirmationis robore etiam ut infra, communiri. Nos eosdem universitatem, et homines specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus illorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum prædictum apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac tam juris, quam facti defectus, si qui forsan desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, illudque, ac præsentes literas valida, firma, et efficacia existere, et fore, atque ab omnibus, ad quos spectat, et in futurum spectabit, inviolabiliter observari, et ita per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus literis prædictis, quas ad hunc effectum revocamus, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die 13 augusti 1632 pontificatus Nostri anno decimo.

Literæ hujusmodi confirmantur, et eorum tenor extenditur etiam ad ecclesiasticas personas, et sacras quasque congregationes.

§. 2. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii universitas, et homines dictæ terræ Mevaniæ prohibitionem, aliaque omnia in præinsertis literis ejusdem Urbani prædecessoris contenta, et expressa per Nos confirmari, et approbari, ac ad omnes, et quascumque ecclesiasticas personas

cujusvis status, gradus, dignitatis, et ordinis extendi, et ampliari plurimum desiderent. Nos ipsis exponentibus specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas ejusdem Urbani prædecessoris literas una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, easque ad omnes, et quascumque ecclesiasticas personas sive seculares, sive cujusvis ordinis, et instituti, etiam undecim congregationum regulares cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis existentes, et speciali quoque mentione, ac expressione dignas, quas hic pro expressis, et specificatis haberi volumus, auctoritata, et tenore prædictis extendimus, prorogamus, et ampliamus, ideoque dilecto filio nunc, et pro tempore existenti vicario foraneo dictæ terræ facultatem adversus ecclesiasticas personas hujusmodi dandi, et decernendi necessaria, et opportuna mandata, eisdem auctoritate, et tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in memoratis literis ipsius Urbani prædecessoris concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die v. junii MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno tertio.

CXXVI

Dat. die 9. Junii 1771. Anno III.

Dismembratio, et divisio collegii, seu seminarii s. Francisci de Pachuca, a provincia sancti Didaci ejusdem ordinis in Indiis occidentalibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Sedula romani Pontificis providentia, omnium christifidelium quieti, paci, ac tranquillitati consulere studet, et si inter eos præsertim qui divinis obsequiis mancipati sunt, animorum dissidia, et contentiones suboriantur, pro illis penitus extirpandis, eliminandisque, apostolicæ suæ auctoritatis partes interponit, et catholicorum principum id anhelantium votis libenter annuit, prout in Domino conspicit salubriter expedire.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel de la Vega frater expresse professus ordinis minorum s. Francisci de Observantia nuncupatorum, et commissarius generalis Indiarum, quod alias recolendæ memoriæ Innocentius pp. XI. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die XVI. octobris MDCLXXXVI. expeditas literas, nonnulla decreta, et statuta a Petro Maria Somarne tunc temporis ejusdem ordinis ministro generali pro meliore regimine, ac directione collegiorum, seu seminariorum in provincia ejusdem ordinis in Indiis occidentalibus existantium ad propugnandam catholicam fidem erectorum, apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, prædictaque collegia, seu seminaria juxta eorumdem statutorum, seu decretorum præscriptum, immediatæ jurisdictioni pro tempore existentis ministri generalis dicti ordinis subjecta esse voluit, ac declaravit, et alias prout in ipsius Innocentii prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Continuatio expositionis, in qua memoratur providentia capta pro recto regimine collegiorum.

§. 3. Postmodum vero felicis recordationis Benedicto pp. XIII. prædecessori itidem Nostro, pro parte tunc existentis commissarii generalis curiæ pro ultramontana familia dicti ordinis exposito, quod cum collegia prædicta propter locorum distantiam ab ipsis superioribus generalibus ejusdem ordinis regi, et gubernari facile non possent,

idcirco tunc existentes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales negotiis Propagandæ Fidei præpositi decretum ediderant, quo collegia, et seminaria hujusmodi sive erecta, sive erigenda in provinciis Hispaniæ dominio regis catholici subjectis (aliquibus tamen exceptis) sub obedientia, et regimine ministrorum provincialium reducebantur, decretum hujusmodi idem Benedictus prædecessor per suas in simili forma Brevis die vi. septembris MDCCXXVII. expeditas literas apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, et alias prout in eisdem literis, quarum pariter tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, fusius continetur.

Quas sane pro videntias immutatis circumstantiis emendatas postea fuisse animadvertitur.

§. 4. Subinde tamen instantibus guardiano, ac discretis, et aliis tunc existentibus missionariis collegii, seminarii sancti Spiritus de Monte nuncupati dicti ordinis Valentini, memorati cardinales negotiis Propagandæ Fidei præpositi, quibus expositum fuerat ab instantibus ipsis, quod regiminis methodo immutata per memoratas ejusdem Benedicti prædecessoris literas, non parum languebat missionum fructus, et ipsa regularis observantia, die xii. novembris MDCCXLVI. decreverunt, quod eisdem literis non obstantibus, omnia collegia erecta in regnis Hispaniæ pro missionibus ordinis minorum de Observantia, restituenda essent in pristinum statum ad formam literarum alias, ut præfertur, in forma Brevis a memorato Innocentio prædecessore expeditarum: quod sane decretum piæ memoriæ Benedictus pp. XIV. etiam prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die i. decembris MDCCXLVI. expeditas literas eadem auctoritate apostolica approbavit, et confirmavit, ac alias prout in suis literis hujusmodi, quarum similiter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Concessio tributa erigendi unum collegium in unaquaque provincia.

§. 5. Interea vero ab eodem Benedicto XIII. prædecessore per alias suas in eadem forma Brevis die tertia aprilis MDCCXXVIII. literas expeditas, tributa fuerat facultas fratribus dicti ordinis minorum sancti Francisci discalceatorum, et recollectorum strictioris Observantiæ nuncupator. erigendi unum collegium seu seminarium missionum hujusmodi in unaquaque ex eorum provinciis, cujus facultatis vigore, conventus sancti Francisci de Pachuca in novo regno Mexicano ad provinciam sancti Didaci nuncupatus, et ad eosdem fratres minores excalceatos spectans in collegium, seu seminarium missionum hujusmodi erectus fuit, et hujusmodi erectionem felicis recordationis Clemens pp. XII. prædecessor pariter Noster per suas in simili forma Breyis die iii. julii MDCCXXIII. approbavit, et confirmavit, ac alias prout in eorumdem Benedicti XIII., et Clementis prædecessorum literis, quarum itidem tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Quomodo senium gubernium provinciæ a regulis ordinis deflecterit, et quæ mala inde subhorta fuerint memoratur.

§. 6. Quamvis autem juxta legem in fundatione ejusdem collegii, seu seminarii sancti Francisci præscriptam, illud juxta formam, privilegia, et onera contenta in primodictis memorati Innocentii prædecessoris literis regi, et gubernari deberet, excepta tamen immediata jurisdictione, et electione guardiani, ac receptione novitiorum, quæ intelligenda erant reservata ministris provincialibus dictæ provinciæ sancti Didaci, cum expressa insuper conditione, ut fratres de uno seminario, seu collegio missionum unius provinciæ, ad aliud seminarium, seu collegium hujusmodi alterius provinciæ transire minime possent, atque, ut fratres aliarum provinciarum guardiani locum in iis collegiis, seu seminariis acceptare, et obtinere nequaquam valerent, firmis cæteroquin, et illæsis integre remanentibus omnibus aliis prærogativis, auctoritatibus, et superioritatibus debitis, et competentibus superiori generali dicti ordinis, ac alias prout a Benedicto XIII prædecessore prædicto in suis literis prædictis statutum fuerat; nihilominus collegium, seu seminarium prædictum sancti Francisci de Pachuca ita deinde rectum, gubernatumque non fuit, sed nonnullis arbitrarie exceptis, in reliquis omnibus pariformiter, et æque, ac aliis conventus dictæ provinciæ regi, et gubernari assuevit, in eo designatis aliis ex fratribus pro missionibus et aliis uti tantum conventualibus, ita ut nec esset collegium, seu seminarium quemadmodum oportebat, neque conventus ad instar aliorum ejusdem provinciæ, sed mixtum quoddam de utroque participans, contra expressam fundationis legem præscribentem, ut collegiorum, seu seminariorum hujusmodi fratres, apostolicis missionibus unice incumbere deberent: indeque orta fuerunt innumera mala, contentiones, dissentiones, et scandala tam intra, quam extra dictum collegium, seu se-

minarium sancti Francisci, non solum intra fratres missionarios, et memoratam provinciam sancti Didaci, ac inter ipsos, aliosque religiosos Conventuales ejusdem collegii, sed etiam in christianis populis illarum partium.

Et malis remedium affertur a commissariis generalibus Indiarum opportunas edentibus constitutiones.

§. 7. Ut igitur tot malis prædictis efficax adhibeatur remedium, nonnulli ex missionariis cordis dolore tacti recursum habuerunt ad tunc in humanis agentem Placidum de Pinedo commissarium generalem Indiarum, qui suis literis mandavit, ut guardianus dicti seminarii, seu collegii sancti Francisci de Pachuca semper ex missionariis eligendus esset, aliaque utilia, et opportuna præscribere curavit. Verum præmissa non solum executioni mandata minime fuerunt, sed electus insuper deinde extitit in guardianum collegii prædicti unus ex fratribus, qui neque in eodem collegio morabatur. Vita postmodum functo memorato Placido, dictus Emmanuel exponens ejus in officio commissarii generalis Indiarum successor, ut et ipse quoque necessarium tot malis remedium afferret, dicti Placidi sui prædecessoris literas prædictas confirmavit, atque insuper duos procuratores unum nempe pro collegio, seu seminario hujusmodi, alterum, qui jura provinciæ prædictæ tueretur, cum opportunis facultatibus ad se venire permisit.

Ast cum non satis opportuna experta fuissent remedia proposita fuit divisio, et separatio collegiorum, pro cujus approbatione supplices porriguntur preces ut lites, et dissidia diminuantur.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, auditis omnibus per utrumque procuratorem hujusmodi hinc inde deductis, et allegatis, dictus Emmanuel juxta sensum quoque trium fratrum dicti ordinis prudentia, et in his rebus experientia, ac virtute quoque præstantium, nullum aliud efficacius præmissis malis remedium excogitare, et invenire valuerit, quam illud divisionis, et separationis memorati collegii, seu seminarii sancti Francisci de Pachuca a provincia prædicta sancti Didaci, illiusque superiorum jurisdictione; et ejusdem provinciæ procurator prædictus in casu, quo prædictum collegium, prout prius erat non relinquatur, cuicumque juri super collegio prædicto renunciaverit; hinc ipse Emmanuel, ut litibus, et contentionibus omnibus motis, ac movendis finis omnino imponatur, collegium hujusmodi a prædicta provincia per Nos dividi, ac separari plurimum cupiat, idque etiam carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, ex qua pollet singulari, et vere eximia pietate, quam maxime desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit dictus Emmanuel, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Dismembrationem, et divisionem indulget Pontifex, et unicuique ex collegiis privilegia, et onera tribuit juxta formam Innocentianæ constitutionis.

§. 9. Nos igitur piis ejusdem Karoli regis votis annuere, ipsumque Emmanuelem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, collegium, seu seminarium sancti Francisci de Pachuca prædictum a memorata provincia sancti Didaci, illiusque superiorum jurisdictione auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo dividimus, separamus, et segregamus, idemque collegium, seu seminarium in omnibus, et per omnia ad instar aliorum collegiorum dicti ordinis fratrum minorum sancti Francisci de Observantia, et juxta formam, privilegia, et onera in primodictis ejusdem Innocentii prædecessoris literis contenta, et expressa in posterum perpetuis futuris temporibus regi, et gubernari libere, auctoritate, et tenore prædictis decernimus et mandamus.

Peculiares alias leges, et providentias statuit Pontifex pro meliori ipsius provinciæ gubernio.

§. 10. Præterea volumus, quod tam fratres Hispani, et Europei, quam alii illarum partium Criollos vulgo nuncupati ejusdem collegii, seu seminarii, completo decennio sui apostolici ministerii, possint, si velint, remanere, vel in dicta provincia sancti Didaci incorporari, itaut tamquam veri illius filii deinceps habeantur, eosque aptos ad omnia officia, juxta cujuscumque capacitatem et proportionem, sicuti statutum est in alternativæ legibus pro Indiarum provinciis dicti ordinis, declaramus; qua de causa conditionem in prædicta renunciatione super his a memorata provincia appositam cassamus, annullamus, et irritamus, ac nullius roboris, et momenti esse decernimus, et statuimus. Omnibus insuper ejusdem provinciæ sancti Didaci filiis, qui divino spiritu, et zelo salutis animarum ducti, transire velint ad dictum collegium, seu seminarium ob apostolicum ministerium exercendum plenam, et liberam facultatem ad illud transeundi et decennio ibidem transacto, libere ad provinciam ipsam eodem ferme modo, sicut alii ipsius provinciæ fratres, et non aliter redeundi, auctoritate, et

 U u

tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Declaratur innovationes singulas locum habere debere tantummodo pro collegio s. Francisci de Pachuca.

§. 11. Cæterum per præsentes non intendimus facultati alies ab eodem Benedicto XIII. prædecessore per memoratas suas literas fratribus ejusdem ordinis minorum sancti Francisci discalceetorum, et recollectorum strictioris Observantiæ nuncupatorum erigendi, ut præfertur, in unaquaque ex eorum provinciis unum collegium, seu seminarium missionum, in aliquo esse derogetum; sed facultatem ipsam in suo robore firmam omnino remanere debere, auctoritata, et tenore prædictis sancimus, atque decernimus; ac prætereo volumus, quod omnia per præsentes statuta, ac disposita, et quæcumque derogationes in illis contentæ locum sibi vindicare debeant, et intelligenda tamummodo sint respectu collegii, sen seminarii sancti Francisci da Pachuca prædicti, neque ullo modo protrahi, ac extendi possint ed omnia alia collegia, sen seminaria missionum sive usque adhuc erecta, siva in posterum erigenda in provinciis eorumdem fratrum discalceatorum, et recollectorum in regnis Hispaniæ existentia, quæ quidem collegia, seu seminaria juxta leges a Nostris prædecessoribus præscriptas in posterum quoque regi, et gubernari debere pari auctoritate, et tenore volumus, ac jubemus.

Clausulæ salutares pro plenaria observantia constitutionis.

§. 12. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 13. Sicque in præmissis in omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit ettentari.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ, et seminarii de Pachuca prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effactum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXVII.

Dat. die 9. Julii 1771. Anno III.

Confirmantur capitula super erectione conservatorii pauperum puellarum ab oratore comite Raimundo Santinelli fundati.

Venerabili fratri episcopo Pisaurensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Institutio conservatorii pauperum puellarum in civitate Pisauri.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius comes Raymundus Santinelli nobilis Pisaurensis, quod propter deficientiam illorum piorum operum, quæ licet Deo quemmaxime grata, in civitate tamen Pisaurensi sua patria, vel minime reperiebentur, vel congruis redditibus carebant, ille præ cæteris edhuc desiderabatur locus, ubi pauperes puellæ a miserrimis suis genitoribus ea, qua par est, custodia non detentæ, ac propterea periculis expositæ tuto detineri, ac custodiri valerent. Quapropter idem exponens ex propriis suis facultatibus a cunctorum bonorum largitore Domino sibi concessis capitale scutorum trium millium monetæ fraternitati tuæ cedere, ac assignare constituit, prout re ipsa die xx. januarii MDCCLI. cessit, et assignavit, illudque aliis quingentis scutis ab infrascripta ejus conjuge inde auctum fuit, ad hoc ut ex capitali hujusmodi, ejusque fructibus, qui successive cumularentur, quique ad congruam summam jam pervenissent, nec non ex aliis, quæ

divina favente providentia, concessa fuissent a te, et successoribus tuis episcopis Pisaurensibus in dicta civitate unum erigeretur, ac fundaretur conservatorium, in quo admittendæ essent pauperes illæ puellæ, quæ in majori periculo offensionis divinæ, ac proprii decoris amissionis constitutæ reperirentur; verum quia ex dicto capitali, ut præfertur, augendo, et constituendo pii operis hujusmodi executio ad longum sane tempus protrahenda erat, hinc idem exponens una tecum decrevit, ut supplices porrigerentur preces felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori Nostro ad hoc ut suppressa una ex confraternitatibus ipsius civitatis, ejus capitalia tam pio, ac necessario operi prædicto applicanda essent: interea vero idem exponens, publico instrumento rogato per acta Joannis Hyacinthi Tassini cancellarii episcopalis Pisaurensis, ratam habuit, atque approbavit assignationem trium millium scutorum prædictorum *in capitalibus frugiferis* tot censuum, aliorumque bonorum in eodem instrumento expressorum, et descriptorum, prædicta omnia dando, atque donando tibi, tuisque in perpetuum successoribus episcopis Pisaurensibus ad effectum erigendi unam domum pietatis sub iis legibus, quæ tibi ac successoribus episcopis prædictis, a quibus gubernanda esset, constituere, ac reformare visum fuisset, et alias prout in memorato instrumento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cumque quantitati trium millium scutorum, ut præfertur assignatorum dilecta in Christo filia comitissa Alexandra Ondedei Santinelli ejusdem exponentis conjuga alia scuta quingenta similia superius dicta adjecerit, hinc omnia simul a te cuidam pio, ac ecclesiastico viro consignata deinde fuerunt, qui dicta capitalia ex fructibus paulatim ita accrevit, ut modo secutæ auctiones sortem capitalium hujusmodi æquare videantur. Ne autem in longius protraheretur pii operis hujusmodi executio, dictus exponens propriis suis bonis, etiam absque suppressione unius ex dictis confraternitatibus, illud absolvere decrevit, ac interea, ita exigente aucta in dies pii operis hujusmodi necessitate, quam plures puellas, quas sub periculo existere ipse comperiit, in propria ejus domo recipere, ac curæ quarumdam piarum, at honestarum mulierum eas committere constituit, illasque pluribus ab hinc annis propriis suis sumptibus aluit; sine ulla ope capitalium, ac fructuum in causam erectionis dictæ domus pietatis, ut præfertur, assignatorum. Verum quia idem exponens in admodum provecta ætate, et absque ulla prole modo constitutus reperitur, pii autem operis ab ipso voliti executionem, et effectum longe protrahendum esse cognoscit, et quid tractu temporis quoad illud evenire possit, ignorat; hac itaque de causa ipse decrevit pro omnimoda, ac celeri ejusdem pii operis quam maxime Deo grati constitutione, et executione, illius favore aliud capitale quindecim, seu sexdecim millium scutorum similium applicare. Sed neque id satis esset securæ ipsius pii operis conservationi, quoties leges, et regulæ, quibus illud dirigi, ac gubernari debeat, simul non præscribantur, et una constituatur congregatio ex infra dicendis personis, utque tantum statuatur domus pietatis hujusmodi, comprehensis capitalibus omnibus tam usque adhuc assignatis, eorumque auctionibus, quam alio capitali, ut præfertur, applicando sub directione, et gubernio memoratæ congregationis constituendæ ex duabus principalibus canonicis cathedralis ecclesiæ Pisaurensis, atque ex omnibus sex parochis dictæ civitatis, quibus majores puellarum hujusmodi necessitates, et majora pericula certius ac facilius innotescere solent, et ex ipso exponente; ac fundatore, quoad ipse vixerit, et post ejus obitum ex seniore inter suos hæredes, quibus deficientibus unus ex nobilibus ipsius civitatis prudentia, ac pietate præ cæteris præditus ab ejus consilio eligendus dicti senioris locum obtinebit; omniaque peragantur, conficiantur, et dirigantur juxta capitula legum, et regularum hujusmodi, quorum capitulorum tenor est, qui sequitur nempe

§. 4. Capitoli per la fondazione, e governo del conservatorio da eriggersi in Pesaro per le fanciulle pericolanti di detta città sotto il titolo di figlie della Misericordia = I° Si erigga questo conservatorio con i capitali, che a tale effetto donerà il conte Raimondo Santinelli di Pesaro, e con li scudi tremila romani, che il medesimo fin dal dì 20 gennaro 1751 dieda a monsignore illustrissimo, e reverendissimo vescovo Luigi Radicati de'conti di Cocanaro vescovo vigilantissimo della stessa città di Pesaro, come risulta dall' istromento pubblico stipolato per gli atti di Giovanni

Leges quibus conservatorium regi debet.

Giacinto Tassini sotto il dì 20 giugno 1752, e con li scudi cinquecento simili, che sotto il dì 11 marzo 1754 diede allo stesso monsignor vescovo la contessa Alessandra Ondedei moglie di detto conte Santinelli, con l'intelligenza, e consenso di questo per il medesimo fine con tutti, e singoli loro frutti moltiplicati, e che moltiplicheranno fino al giorno dell'erezione e fondazione.

II. Il conservatorio sotto la superiorità, protezione, e giurisdizione ordinaria di monsignor vescovo pro tempore dovrà essere regolato, e governato da un collegio, o congregazione di nove rettori, e non più, e perciò composto di otto ecclesiastici della città, cioè del preposto della cattedrale, del canonico teologo, de' sei parochi della città stessa, compreso tra questi il vicario curato della cattedrale, ed il conte Santinelli come fondatore, e dopo la di lui morte del più anziano de'suoi eredi, ed in mancanza di questi debbasi dal consiglio generale di questa città deputare uno de'nobili il più maturo di virtù, e saviezza, non ostante qualunque disposizione, promessa, e dichiarazione, e tutt'altro in contrario. E questi rettori forniti del voto definitivo dovranno congregarsi almeno una volta il mese, e più ancora quando fossero intimati dal rettore reggente pro tempore per qualche affare d' importanza: ed acciò il congresso per qualunque risoluzione sia canonico, dovrà esser composto, quando non sia pieno, di sei dei medesimi rettori, e la risoluzione da farsi sempre per voti segreti, dovrà avere due terzi de'medesimi voti.

III. De'suddetti nove rettori uno verrà distinto col titolo di rettore reggente, e verrà ogni anno estratto a sorte, il quale come capo della congregazione per quell'anno, e come rappresentante il collegio, invigilerà più degli altri sopra il conservatorio, e suo regolamento tanto morale, che politico, ed economico, sopra i ministri, e loro incombenze, e durerà nell'officio un'anno, e non più, da terminare col mese di ottobre, dopo avere inoltre fatta la revisione de'conti a tutti i suddetti ministri. Dovrà anche deputarsi uno de'medesimi rettori alla custodia dell' archivio, e questa potrà essere vita durante. Il rettore reggente però non debba estrarsi, che dopo la morte del conte Santinelli, volendosi, che egli qual fondatore debba eseguire, ed ordinare quanto sarà più opportuno al principio ed al progresso dell'opera. Eseguita la di lui morte il rettore reggente non potrà essere nè l'anziano de'suoi eredi, nè in mancanza di questo l'eletto dal consiglio generale, ma debba estrarsi ogni anno dal ceto solo degli otto denominati ecclesiastici.

IV. Spetterà al collegio, e alla definizione de'suoi voti segreti l'ammettere nel conservatorio quelle fanciulle povere della città, che veramente sono pericolanti non maggiori di anni otto di età, preferendo sempre le povere orfane alle non orfane, le più avvistate alle meno avvistate, e le più povere alle meno povere; come anche maggiori di anni otto, quando non siano state pervertite, ed il collegio creda bene di ammetterle, e farle cristianamente educare fino agli anni trenta, qualora più presto non siano passate allo stato o religioso, o conjugale, senza che per la loro ammissione, ingresso, mantenimento debba esiggersi cosa alcuna, neppure a titolo di acconcio, dovendo il conservatorio supplire a tutto il bisognevole di vitto, vestito, e medicinali. Spetterà anche al medesimo collegio, e sue risoluzioni per voti segreti l'elezione de'ministri probi, ed abili, che almeno dovranno essere una priora, una maestra da convivere nel conservatorio per custodire, ed istruire le fanciulle in tutti i doveri, e ne' lavori proporzionati, un priore per l'azienda generale, e cassa, un fattore per prendere il vitto, ed altre occorrenze, secondo le istruzioni, ad ordini del reverendo signor rettore reggente, priore, e priora. E qualora il conservatorio giunga in stato di mantenere un cappellano per la messa, questo ancora dovrà aleggarsi dal collegio, senza mai permettere, che la cappellania sia assegnata in titolo di patrimonio, dovendo e questo e tutti gli altri ministri soggiacere all'annua riforma del collegio da darsi terminato il mese di ottobre.

V. Il collegio prescriverà non solo le incombenze de'ministri, e principalmente della priora, e maestra per l'ottima educazione delle fanciulle, ma anche il tenore di vivere di quella, la forma dell'abito esteriore, sempre uniforme, e modesto, la tassa del vitto sufficiente, e discreto, e sopra tutto l'opere di pietà, nelle quali dovranno le medesime fanciulle esercitarsi. Come anche lo stesso collegio supplicherà monsignor vescovo pro tempore, che deputi uno de'savj confessori, che si degni cambiarlo ogni triennio almeno, e

di destinare ancora il confessore straordinario, quando crederà proprio, e conveniente.

VI. All'aprirsi del conservatorio si farà un libro mastro sul principio del quale si descriveranno tutti i capitali, che donerà, e consegnerà il conte Santinelli fondatore, con la donazione; e successivamante si scriveranno nel medesimo li presenti capitoli, ed altre regole, e risoluzioni per il retto governo del conservatorio. Ma per l'azienda da amministrarsi dal priore si farà un piccolo libro a parte, ma in foglio, che si rinnoverà ogni anno sul fine dell'anno economico, ossia sul fine di ottobre, o questi libri col libro mastro, e tutte, e singole altre carte si conservoranno nell'archivio.

VII. Il priore, che sarà l'economo generale sommioistrerà alla priora tutto quello, che sarà necessario per i lavori, e provisioni delle fanciulle riportandone le debite ricevute: a ogni semestre la priora suddetta dovrà render conto delle cose ricevute, da' lavori fatti, spese, ed erogazioni, e di tutto altro al reggente rettore, ed al priore medesimo.

VIII. Siccome le fanciulle dovranno lavorare a conto, e vantaggio del conservatorio; così per lasciare alle medesime qualche solliavo, si permetterà, che la giornata del sabbato, o altra per ciascuna settimana venga da essa impiegata ne' lavori a tutto loro profitto; di più si ridurrà a tutto loro profitto la quarta parte di tutte le altre loro manifatture fatte pel conservatorio, cioè la quarta parte di quanto valerà la sola opera delle loro mani. Per il qual fine di sei in sei mesi si farà lo scomputo ad il computo di dette manifatture alla presenza del rettore reggente, priore, priora, e maestra.

IX. Nel dimettersi la fanciulla pervenuto agli anni 30 di età qualora nè si faccino religiose, nè si maritino, sia cura del rettore reggente lo invigilare acciò passino ad abitare una casa onesta, dove regni il santo timor di Dio: ed affinchè onestamente possino procacciarsi il sufficiente alimento col consiglio delle loro mani, il collegio potrà provvedere qualle, che saranno riconosciute meritevoli per il buon loro portamento nel conservatorio di qualche istromento da lavoro, e dargli qualche altro sussidio in mobili, grascie, ed altro, ma che in tutto non sorpassi il valore di scudi sei romani, e non più, per una sola volta. E non facendosi nè religiose, nè maritandosi debbano tre volte all'anno, cioè il natale, la pentecoste, e la festa dell'assunzione di Maria sempre vergine portarsi alla chiesa del conservatorio a far la comunione; e avendo la fede del parroco del loro onesto vivere, debba il conservatorio farla ogni volta qualche tenue limosina.

X. Quella poi, cha si volessero monacare, o maritare potranno percepire una porzione di dote, secondo la determinaziona del collegio, la quale si prenderà dal capitale, che nella donazione dol conte Raimondo Santinelli fondatore sarà dichiarato per il detto affetto, e che però sarà sempre amministrato a parte dal priore.

Per tutt'altro il fondatore si rimette al collegio, per la cura, custodia, o ottimo ragolamento dal conservatorio, nel quale collegio molto egli confida.

Pontificia sanctio circa erectionem conservatorii, et approbationem constitutionum conditarum pro illius guberna.

§. 3. Die 6 maii 1771. Sanctissimus Dominus Noster, auditis relationibus episcopi Pisaurensis, atque infrascripti secretarii ex peculiaribus causis supremam Sanctitatis Suæ mentem digne moventibus literas apostolicas in forma Bravis expediri mandavit, quarum vigore committatur eidem episcopo Pisaurensi, ut, veris existentibus narratis ad erectionem conservatorii pro puellis pauperibus, periculis expositis, incustoditis, in omnibus, et per omnia ad tramites piarum dispositionum comitis Raymundi Santinelli gratis devaniat; ad quem effectum Sanctitas Sua, novis capitalibus a prædicto comite Santinelli assignatis omnia capitalia ab ipso, ejusque conjuge ad hunc effectum præcedenter per contractum donationis assignata, una cum multiplico fructuum, atque omnibus, et singulis accessionibus eorumdem, nec non aliud capitale scutorum biscentum triginta trium ab alia pia disponente lagatum, seu quomodolibet relictum una simul cum ejusdem fructibus, atque accessionibus unita, atque incorporata esse voluit, præcedentibus contractibus, assignationibus, et dispositionibus, aliisque omnibus in contrarium minime obstantibus, quibus suprema sua auctoritate etiam motu proprio Sanctitas Sua expresse derogatum voluit. Nec non supradicta capitula, atque ordinationes pro recto regimine conservatorii ejusdem compilatas in forma specifica confirmavit, atque approbavit, et perpetuis futuris temporibus per quoscumque etiam loci Ordinarios servari mandavit, fir-

mis in reliquis dispositionibus sacri concilii Tridentini, nec non constitutionibus apostolicis, et præsertim sanctæ memoriæ Pii V.

Loco ✠ signi.

F. M. card. de Rubeis præf.

F. A. archiep. Petrensis secret.

Preces porrectæ pro confirmatione capitulorum.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius capitula prædicta subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri ipse Raymundus plurimum cupiat, eidemque congregationi potestatem gubernandi pium opus prædictum tam quoad electionem puellarum, et æconomicam administrationem, quam quoad ipsarum directionem juxta præfata capitula per Nos concedi, omniaque capitalia tam consigneta anno MDCCLI. ab ipso exponente, quam deinde ab ejus conjuge tradita, eorumque auctiones, et alia modo ab eodem exponente applicanda, ut præfertur, in unum capitale per Nos simul jungi, ac uniri magnopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor pontificiæ confirmationis, cum suis declarationibus, et providentiis opportunis.

§. 5. Nos igitur ipsum Raymundum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione tua, ac venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut ad erectionem conservatorii pro puellis pauperibus periculis expositis, incustoditis in omnibus, et per omnia ad tramites piarum dispositionum ipsius exponentis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium devenias, et ad hunc effectum novis capitalibus ab eodem exponente assignatis, omnia capitalia ab eo, et sua conjuge prædicta hac de causa præcedenter per contractum donationis assignata, una cum multiplico fructuum, atque omnibus, et singulis accessionibus eorumdem, nec non aliud capitale scutorum biscentum triginta trium ab alia pia disponente legatum, seu quomodolibet relictum una simul cum ejusdem fructibus, et accessionibus unita et incorporata esse volumus, et mandamus, quibuscumque præcedentibus contractibus, assignationibus, et dispositionibus, aliisque omnibus in contrarium minime obstantibus, quibus auctoritate, et tenore prædictis, ac motu etiam proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris derogamus, et pro expresse derogatis haberi præcipimus. Nec non præinserta capitula, atque ordinationes pro recto regimine ejusdem conservatorii compilatas paribus auctoritate, et tenore confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus, easque perpetuis futuris temporibus per quoscumque etiam loci Ordinarios, firmis in reliquis dispositionibus sacri concilii Tridentini, nec non constitutionibus apostolicis, ac præsertim sanctæ memoriæ Pii pp. V. prædecessoris Nostri servari præcipimus, et mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquem quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die nona julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 11. Junii 1771. Anno III.

CXXVIII.

Episcopis Reatis, Asculani, Spoletani, Ripani, et Montis Alti, ac abbatis Farfensis facultas conceditur deputandi unum vicarium generalem, pro locis suarum diœcesum existentibus in regno Neapolitano.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Circumspecta romani Pontificis omnium christifidelium patris, et pastoris providentia sicuti spiritualibus eorum utilitatibus jugi vigilantia consulere studet, ita et temporalibus eorum commodis paterna charitate providere satagit, prout vota præsertim catholicorum principum exposcunt, et conspicit in Domino salubriter expedire.

Utriusque Siciliæ rex expostulat, ut episcopi, et abbates qui ecclesiasticam in suo regno habent jurisdictionem, generalem vicarium mittant in locis subjectis, ne extra regnum, cogantur subditi ecclesiasticum quærere tribunal.

§. 2. Sane pro parte carissimi In Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ, et Hierusalem regis illustris Nobis nuper expositum fuit, quod nonnulli venerabiles fratres episcopi, et dilectus filius abbas monastariorum sanctæ Mariæ Farfensis ordinis sancti Benedicti, ac sancti Salvatoris majoris nuncupati nullius diœcesis in districtu urbis partim habent suas diœceses, et respective nonnullas terras et loca spirituali jurisdictioni ejusdem abbatis subjecta in regno Neapolitano existentia, quamvis eorum cathedrales, ac respectivo monasteriorum hujusmodi ecclesiæ, ac civitates, in quibus cathedrales prædictæ reperiuntur in statu Nostro ecclesiastico sita sint. Et si vero nulla unquam orta fuerit controversia quoad jus visitandi, et exercendi quemcumque actum jurisdictionis in ea parte earum diœcesum, ac respective terrarum, et locorum in regno prædicto existentium; et solum quoad modum, an scilicet ab eisdem episcopis, et prædicto abbate respective retinendus esset, necne in eadem parte vicarius foranens juxta juris canonici regulas, vel potius deputandus foret vicarius generalis, quemadmodum commoditas subditorum postulare videbatur, ne subditi ipsi in re qualibet saltem relevanti, propriam patriam relinquere, et pro agendis litibus ad tribunal ecclesiasticum coram episcopo, ac respective abbate prædicto, seu eorum vicario generali, qui plerumque morari solet in loco, ubi episcopi degunt, se transferre cogerentur. Ut igitur suorum subditorum commoditati consultum sit, hinc idem Ferdinandus rex quam maxime conveniens, justum, et æquum esse duxit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque ipsius Ferdinandi regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, idque quam maxime conveniens, justum, et æquum esse putantes, salva semper, et illæsa manente eorumdem episcoporum, et abbatum respective auctoritate quoad visitationem, et exercitium cujusvis actus eorum jurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticæ in ea parte suarum diœcesum ac respective terrarum, et locorum in regno prædicto existantium, ut in posterum ipsi in parte hujusmodi unum vicarium generalem eidem Ferdinando regi minime suspectum, qui ipsorum episcoporum, et respectivo abbatis nomine, ac jurisdictione eidem vicario ab ipsis attributa, tractare, definire, et judicare debeat omnes, et quascumque causas tam civiles, quam criminales respicientes personas illas, super quibus jus habent judicandi, in posterum deputare possint, et teneantur, apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, et ordinamus.

Indulget Pontifex juxta petita.

§. 4. Volumus autem, quod dicti episcopi, et abbas respectivo in deputatione vicarii generalis hujusmodi ab unoquoque eorum peragenda in dicta parte suarum diœcesum, ac respective terrarum, et locorum in memorato regno consistentium suo utique vicario generali hujusmodi præscribere debeant, ut ipse ad aliquem actum, qui consequentiæ sit, multoque minus ad ullam sententiam criminalem absque eorum respective integra participatione, ac prævio ipsorum assensu procedere minime possit, et valeat; in casu autem contraventionis pœnam excommunicationis majoris ipso facto a vicario hujusmodi, quatenus sacerdos minime sit, incurrendam, et quoties sacerdos existat, suspensionis a divinis pariter ipso facto incurrendam, præter remotionem ab officio, aliasque arbitrio infligendas pœnas, auctoritate, et tenore prædictis imponimus, sancimus, et mandamus.

Mandat ut ordinarii, eorum vicariis generalibus committant, ne in rebus gravibus, et præsertim criminalibus procedant nisi prævio ipsorum consensu.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futu-

Clausula sublata, et decretum irritans.

rum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis prædictæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præceptum episcopis directum pro executione constitutionis. §. 6. Quocirca venerabilibus fratribus episcopis Reatino, Asculano, Spoletano, Ripano, et Montis Alti, et dilecto filio abbati prædictorum monasteriorum sanctæ Mariæ Farfensis, et sancti Salvatoris majoris nunc, et pro tempore respective existentibus in dominio temporali et provinciis eidem Ferdinando regi subjectis jurisdictionem spiritualem in terris, locis, castris, et oppidis intra limites diœcesum prædictarum existentium habentibus, ut ipsi, et unusquisque eorum per se ad omnimodam præsentium Nostrarum literarum exequutionem procedat, illasque, et in eis contenta quæcumque juxta eorumdem præsentium tenorem, et continentiam observari curent, et faciant.

Derogatio contrariorum. §. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, quæ Nostris præsentibus literis adversantur, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima junii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXIX.

Dat. die 18. Julii 1771. Anno III.

Confirmantur constitutiones, et regulæ monasterii sancti Maximini ordinis sancti Benedicti prope Trevirensem civitatem una cum ejus dependentia a Sede apostolica.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ex injuncto Nobis pastoralis officii debito, ea quæ pro felici directione, et gubernio religiosorum virorum vota sua Domino sub suavi Christi jugo reddere satagentium provide, ac prudenter constituta, et ordinata esse dicuntur, ut firma, et inviolata persistant, apostolici muniminis Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur libenter roboramus. Proœmium

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Wilibrordus modernus abbas monasterii sancti Maximini prope civitatem Trevirensem ordinis sancti Benedicti, quod idem monasterium consistoriale sit, ac immediate subjectum huic sanctæ Sedi, a qua illius abbatum electiones confirmantur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat dictus Wilibrordus abbas regulas, constitutiones, et statuta ordinis, et monasterii hujusmodi, illiusque dependentiam a Seda prædicta sartas, tectasque conservare, easque per Nos confirmare plurimum desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Expositio precum.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, regulas, constitutiones, at statuta prædicta, dummodo tamen sint licita, et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus apostolicis non adversentur, una cum ipsius monasterii dependentia a Sede præfata apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Pontificis sanctio.

§. 4. Decernentes easdem præsentes Clausula præservativa; de-

cretum irritans, et derogatio contrariorum.

literas, nec non regulas, constitutiones et statuta hujusmodi firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et spectabit in futurum inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 13 Julii 1771. Anno III.

CXXX.

Inclito almæ urbis populo, ejusque conservatoribus indulgetur, ut quolibet anno possint venerabili basilicæ sanctorum duodecim Apostolorum donum offerre in festo sancti Francisci Assisiensis, valoris scutorum triginta ex bonis cameræ capitolinæ hauriendorum.

Oblatio ex lege a Benedicto XIII. lata fieri consueverat per biennium tantum.

§. 1. Conservatori della Nostra elma città di Roma. Avendoci voi, nella Nostra udienza ammessi li 8 giugno prossimo passato, fra le altre occorrenze della Nostra camera capitolina rappresentato il desiderio, che tiene il magistrato di questa Nostra città, e più precisamente voi stessi, di darci qualche efficace riprova della sua, e vostra figliale riconoscenza alle molte grazie da Noi al detto magistrato benignamente, ed a voi medesimi largamente compartite; e che se Noi non ci fossimo degnati di concorrervi con il Nostro apostolico beneplacito, per voi stessi non avreste potuto compire la pia brama, che nodrite, di poter perpetuamente ogni anno far conseguire all'antichissima chiesa, o sia basilica de' santi XII. Apostoli, l'oblazione del calice con sua patena d'argento dorato, e quattro torce di cera, solito presentarsi alla detta basilica nella ricorrenza della festa del glorioso serafico patriarca san Francesco di Assisi, che presentemente ristretta trovasi all'alternativa di ogni biennio, in esecuzione del Breve della santa memoria di Benedetto pp. XIII. in data li 28. settembre 1725. che a ciò si mosse per ampliarne simile distribuzione ad altre non poche chiese di questa città, e che ciò non ostante dalli Nostri predecessori Benedetto pp. XIV. con suo Breve in data li 12. luglio 1742. sia stata reintegrata la chiesa di san Bernardo alle Terme, e da Clemente pp. XIII. quella delle monache di santa Cecilia in Trastevere con suo particolar rescritto in data li 6. dicembre 1766. Soggette ambedue le dette chiese alla simile alternativa di ogni biennio in esecuzione del suddetto Breve Benedettino, che in oggi però, in virtù delle sopradette grazie godono, e goderanno ogni anno la stessa oblazione in perpetuo, come anche apparisce dalle tabelle delle suddette distribuzioni ordinate, ed indi approvate dalli reverendissimi cardinali vicarj pro tempore, in occasione della variazione delle sopradette oblazioni concesse a varie altre chiese di questa città, con l'istruzione degli obblighi, che tengono quelle stesse chiese, che già godevano, e godono detta oblazione ogni anno, e che praticano verso il sopradetto magistrato romano, ed alcuni officiali del medesimo la divozione della candela benedetta per la festa della Purificazione di Maria santissime, con altre obligazioni espresse nell'accennata tabella, alle quali mancando di pienamente corrispondere alcuna delle suddette chiese, possino dalli conservatori sospendersi le oblazioni, partecipandosi a sommi Pontefici per la surrogazione di altre chiese.

Indulgetur tamen pro singulis annis attentis meritis antiquissimæ basilicæ, et laudabilis religionis fratrum minorum Conventualium, cui ipse Pontifex nomen dederat.

§. 2. Onde Noi colla Nostra paterna clemenza, volendo darvi un contrasegno dal distinto gradimento della vostre sopradette figliali espressioni, a riguardo non meno d'incontrare il predetto vostro pio desiderio, che delli meriti singolari, e speciosi della ridetta basilica antichissima de'santi XII. Apostoli, della quale, mentre eravamo aggregati nel numero del sagro collegio de'cardinali della Santa Romana Chiese fummo titolari, e della cospicua, e non mai abbastanza lodata religione de'minori Conventuali dell'ordine serafico di san Francesco sotto l'esattissima cura de'quali, viene santamente ed esemplarmente regolata detta sagra basilica, o del medesimo sagro abito Noi vestiti, dalla stessa venerabil religione riconosciamo la nostra esaltazione al sublime soglio di sommo Pontefice dell'universo orbe cristiano. Motivi tutti co-

sì forti, e rispettabili, per li quali ci siamo beo volentieri indotti, per l'effetto suddetto a concedervi la grazia, umilmente da voi, come sopra, richiestaci del Nostro apostolico beneplacito, quale pienamente vi concediamo, dandovi inoltre tutte le facoltà necessarie, ed opportune, di poter assegnare dei denari della Nostra camera capitolina l'annua somma di scudi trenta moneta, che vi occorrooo per l'offerta del suddetto calice, e torce, e così anche ristretto dal nominato nostro predecessore Clemente XIII. coo suo special chirografo segnato li 30. settembre 1768. quale così ogni anno farete descrivere da chi si appartiene nella partita delle liste, ossiano cartoni, che si spediscono per simili pagamenti all'appaltatore della dogana, ossia gabella dello studio, ed insieme farete descriverla nella tabella delle sopradette oblazioni fra le altro chiese, che fisse ogni anno godono detta offerta, colle soddette obbligazioni espresse nell'accennate tabelle, ed in specie di corrispondere alli conservatori pro tempore, e ad alcuni loro officiali la candela di cera benedetta solita darsi per la festa della Purificazione di Maria santissima, e di adempire quanto vieo dichiarato in dette tabelle, più volte approvate dalli reverendissimi cardinali vicarj, e mancando alcuna di esse chiese a tali convenienze vi diamo la facoltà di poter loro sospenderne l'oblazione del calice, alla quale, colla partecipazione a Noi, o Nostri successori potrà surrogarsi altra chiesa; esseodo così mente, e volontà Nostra precisa.

Praecipitur plena chirographi executio.

§. 3. Al qual'effetto vogliamo, ed ordiniamo, che il presente Nostro chirografo, colla semplice Nostra sottoscrizione, vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, benchè non registrato in camera, a teoore della Bolla della santa memoria di Pio quarto Nostro predecessore *de registrandis*, bastandoci, che sia registrato nel solito libro del Campidoglio dallo scrittore del Nostro popolo romano, nè contro il presente Nostro chirografo possa mai darsi di surrezione, orrezione, eccesso, o difetto alcuno della Nostra volontà.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. E così, e non altrimenti debba giudicarsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, tanto ordinario, che delegato, dalli reverendissimi cardinali camerlengo, e vicario, e da qualsivoglia altro tribunale, benchè collegiale, della Nostra camera, e rota, togliendo Noi a loro, ed a ciascheduno di essi, fin d'adesso, ogni, e qualunque facoltà di poter giudicare, ed interpretare diversamente da ciò, che abbiamo disposto, ed ordinato nel presente chirografo; benchè non vi siano stati chiamati, nè intesi li sindici del Nostro popolo romano, il procuratore fiscale della detta Nostra camera capitolina, li procuratori delle predette chiese, che godono di detta oblazione, e qualsisia altra persona, che in qualsisia modo potesse avervi interesse.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non ostante la regola della Nostra cancellaria, *de jure quaesito non tollendo*, e qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' sommi Pontefici Nostri predecessori, ed in specie il sopradetto Breve della santa memoria di Beoedetto XIII. sopra l'alternativa di dette chiese, il chirografo segnato dalla santa memoria d'Innocenzo XII. Nostro predecessore li 19 giugno 1694 confermatorio delle regole poste a piè della tabella dell'entrata, ed uscita del Nostro popolo romano, qualsivoglia risoluzione, o decreto della congregazione particolare sopra l'azienda, ed interessi della stessa camera capitolina, deputata dalla santa memoria di Benedetto XIV., e qualunque altre si siano regole, statuti, riforme, usi, stili, e consuetudini che in qualsivoglia modo facessero, o potessero fare in contrario; benchè contenessero derogatorie di derogatorie, e fossero necessarie da esprimersi; delle quali cose tutte, avendone il di loro tenore qui per inserto, e di parola in parola sufficientemente espresso, per questa volta solamente, e per l'effetto suddetto pienamente, ed amplamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico di monte Cavallo questo dì 13 luglio 1771.

Clemens PP. XIV.

Datum die 13 Julii 1771. Anno III.

CXXXI.

Prohibitio extrahendi libros a bibliotheca conventus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium civitatis Messanensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Per excommunicationem latæ sententiæ, et uni summo Pontifici reservatæ, cuilibet adimitur potestas extrahendi libros.

§. 1. Conservationi, et manutentioni librorum bibliothecæ, seu mansionis pro custodia librorum destinatæ conventus sancti Francisci ordinis fratrum minorum ejusdem sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Messanensis, quantum cum Domino possumus benigne consulere, ac dilectos filios guardianum, et fratres dicti conventus specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter porrectis inclinati: ne de cætero quisquam quavis auctoritate, officio, et superioritate fungens, libros, quioterna, folia, sive impressa, sive manuscripta tam hactenus eidem bibliothecæ, seu mansioni donata, et assignata, quam in posterum donanda, et assignanda quibusvis personis commodere, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione e bibliotheca, seu mansione hujusmodi extrahere, et asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, et esportentur permittere ac consentire audeat quovis modo, vel præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda pœna, a qua nemo absolutionis beneficium a quoquam præter quam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur, ut firmius constitutio suam obtineat executionem.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, conventus, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præcipitur quod exemplar prohibitionis ad bibliothecæ valvas continuo retineatur.

3. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, seu mansionis, aut alio loco conspicuo, ut ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 13 Julii 1771. Anno III.

CXXXII.

Prohibitio ne personæ sæculares, seu ejusdem ordinis nisi fratrum de familia consanguinei, vel affines sint in primo, et secundo gradu tantum, vel alterius ordinis regulares in conventu ordinis sancti Francisci Conventualium civitatis Messanensis hospitari valeant.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Graves abusus et incommoda memorantur, quæ ex frequenti hospitio exterorum in conventibus promanabant.

§. 1. Ad ea per quæ regularium domorum utilitati, ac religiosorum in eis degentium tranquillitati, et quieti consulitur libenter intendimus, ac apostolicæ providentiæ partes desuper interponimus prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque sicut dilecti filii moderni guardianus, et fratres conventus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Messanensis nobis nuper exponi fecerunt, ex frequenti hospitio exteris in prædicto conventu præstito graves abusus, et incommoda in ejusdem conventus præjudicium suborta fuerint. Ne igitur conventus, et exponentes prædicti majoribus premantur angustiis opportunum per nos remedium adhiberi

summopere cupiant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Consulitur propterea, denegata facultate recipiendi hospites, qui in primo, et secundo gradu consanguinei, vel affines non fuerint, sub poena excommunicationis latæ sententiæ, et uni summo Pontifici reservatæ.

§. 2. Nos igitur dictorum exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; ut de cætero prædicti conventus superiores, et fratres cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis existant, nullam personam sæcularem etiam ecclesiasticam, aut cujusvis alterius ordinis regularem in dicto conventu pernoctari facere, vel permittere audeant quovis modo, seu præsumant, nisi in primo, et secundo gradu tantum consanguinei, vel affines sint illorum fratrum, quos in conventu hujusmodi nunc, et pro tempore commorari contingat; aut archiepiscopi, et episcopi, vel quavis alia ecclesiastica dignitate pollentes ex eodem ordine existant, sub excommunicationis, et privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, a quibus absolutionis, et rehabilitationis beneficium nemo a quoquam præterquam a nobis, et romano Pontifice pro tempore existente nisi in mortis articulo constitutus,(quoad excommunicationis hujusmodi tantum) valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo interdicimus et prohibemus.

Derogatio contrariorum, et sanctio poenalis.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, supradicti ordinis, et conventus etiam juramento, confirmatione apostolica, val quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in aliquo conspicuo ejusdem conventus loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIII.

Dat die 13. Julii 1771. Anno III.

Decreta condita a bo. mem. Fraogipani visitatori apostolico confirmantur cum nonnullis ordinationibus universitatem textorum urbis respicientibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Memorantur privilegia e summis Pontificibus universitati, et hominibus textorum urbis concessa.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas, et homines artis textorum almæ urbis Nostræ, quæ sane universitas ex quatuor artibus constituitur, eorum nempe qui aut opera linea seu serica, ac aliorum qui fasciculas vulgo trine nuncupatas seu opera ex lana conficiunt, quod alias felicis recordationis Leo pp. X. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xix. augusti MDXVII. expeditas literas ecclesiam tum sancti Marci in Macello, nunc vero sanctæ Mariæ angelorum, et sanctæ Agathæ in Macello martyrum nuncupatam eidem universitati concessit, et elargitus fuit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Universitas certo regitur sub statuto.

§. 2. Pro recto autem ejusdem universitatis gubernio, et regimine, ac in publicum quoque bonum condita deinde fuerunt anno MDLXXI. nonnulla statuta, quæ postmodum tam a tunc existente senatore urbis prædictæ, quam a recolendæ memoriæ Sixto pp. V., et Urbano VIII. prædecessoribus Nostris approbata, et confirmata fuerunt; nec non pro celeri, ac prompta solutione, et executione tam annualium taxarum, quam emolumentorum debitorum pro literis patentibus nuncupatis obtinendis

et accipiendis ab iis, qui prius tamquam tyrunculi vulgo fattori nuncupati artis præcepta didicissent, et prævio exemine, artem ipsam deinde exercere vellent eidem universitati a piæ memoriæ Innocentio pp. XII. prædecessore Nostro enno MDCXCIX., et a rec. me. Clemente pp. XI. prædecessore itidem Nostro anno MDCCXIV. assuetum manus regiæ privilegium concessum fuit, quod successive e fel. record. Benedicto pp. XIII. prædecessore quoque Nostro non solum per sues in forma motus proprii die xxiii. julii MDCCXXVI. expeditas literes confirmatum, extensum et ampliatum fuit, verum etiam idem Benedictus prædecessor ibidem declaravit, ut omnes quocumque privilegio prædíti, et quascumque patentes literas obtinentes, vulgo *patentati*, *e privilegiati* nuncupati qui in hac alma urbe quocumque modo texere voluissent, statutarias leges prædictas observare, ac emolumenta patentium literarum, et annuales taxas universitati hujusmodi persolvere deberent, ac alias prout in eisdem literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Quæ sane emolumenta, et annuales taxæ in sacra pietatis æde deponi solent, ec creditum ecclesiæ ipsius universitetis, et liberam dispositionem pro tempore existentium illius primicerii, et consulum, quorum ordine in celebrationem missarum, et manutentionem ecclesiæ, ac universitatis hujusmodi, ac in solutionem ministrorum, et dimissionem aeris alieni, quibus universitas ipsa reperitur gravata, religiose, ut par est, erogentur, et convertantur.

Statutariis legibus aliquid superadditum fuit ex decreto præsulis Frangipani judicis deputati.

§. 3. Verum quia non obstantibus legibus statutariis prædictis, et generali obligatione omnium ad illas exequendas, atque observandas rec. me. Benedictus pp. XIV. prædecessor quoque Noster intellexit, et agnovit, quod ars textorum in dicta urbe licet admodum utilis, et necessaria in præceps dietim rueret, quodque regulæ in utilitatem tam ipsius artis, quam publicam præscriptæ executioni minime demandarentur; hinc opportunum esse duxit pro eliminandis omnibus inordinationibus, et malis in arte prædicta exortis in apostolicum visitatorem universitatis prædictæ deputare tunc in humanis agentem Petrum Frangipani causarum palatii apostolici auditorem, qui pro recte ejusdem universitatis directione, et gubernio die prima maii MDCCLVII. decretum prius edidit, tenoris, qui sequitur nempe

DECRETO

Pietro Frangipani uditore della sagra Rota, e della chiesa di santa Maria degli Angeli, e università de'tessitori visitatore apostolico.

Tenor decreti ab eodem præsule conditi.

§. 4. Acciocchè sempre più da tessitori si perfezioni la maniera di ben lavorare drappi, e tutti altri lavori sì di seta, che di trina, da cui dipende il meggior aumento, e traffico de'medesimi; e nello stesso tempo non venga defraudata l'università delle solite tasse: inerendo, e confermando i statuti, e decreti altre volte su di ciò da detti corpi d'erte emanati, e particolarmente quelli del 19 marzo 1752 per i tessitori di trina, e delli 24 settemb. 1752 per i tessitori di seta, ordiniamo con il presente decreto, che del primo giugno in avvenire verun maestro tessitore sì di seta, che di trine, possa ritenere a lavorare nelli telari, che ritiene tanto uomini, quanto donne, ancorchè questi, e queste concesse siano dallo statuto, se non avranno la *patentina* sottoscritta da Noi, ed in appresso da monsignor primicerio pro tempore, e dal console della rispettiva arte registrata dal computista, e con la ricevuta a tergo dell'esattore del pagamento della solita tassa; sotto la pena al maestro tessitore, in caso di contravenzione di scudi dieci d'applicarsi a favore di detta università, e sua chiesa per ciascheduna volta; e dopo la terza contravenzione ancorchè ne fosse stato per le antecedenti grazieto, della perdita della patente di non poter tenere più telari in conto alcuno; e rispetto al lavorante di non essere più ammesso in verun modo a lavorare in detta arte.

Ordiniamo ancora, che tutti i suddetti lavoranti sì uomini, che donne debbino sempre sì per la festività di sant'Agata, sì per quella della Madonna santissima degli Angeli pagare la loro tassa in detti tempi per metà ripartita; ed i maestri non possino ritenerli a lavorare nelli loro telari, se non mostrano d'aver pagato la suddetta tassa fino al corrente termine; eltrimenti dopo quindici giorni dopo lo scaduto pegamento di detti tempi non solo il maestro sarà tenuto del proprio a quello resterà debitore di. tassa, o tasse non pagate dal lavorante, ma ben-

sì per pena dello contravenzione dovrà di più pagare scudi due quante volte contraverrà. Per lo che ordiniamo, che le ricevute di pagamento di detta tassa si faccino sempre dall'esattore a tergo di detta patentina ad effetto con l'esibizione delle suddetta possa il maestro riscontrare se il lavorante abbia facoltà di lavorare, e resti debitore di tassa: ed ogni volta sarà intieramente scritta da dette ricevute verrà data a detti lavoranti altra nuova patentina sottoscritta nella maniera sopra espressa, restituita però l'antecedente.

Rispetto poi alli fattori ordiniemo, che li maestri oltre l'osservanza di quello prescrive lo statuto debbeno per quelli, che ritengono presentemente, ottenere di più la licenza in scritto sottoscritta da noi, e dal console della rispettiva arte, e registrata dal computista dovendosi anche di questi ritenere l'elenco in computisteria, e così praticare per gli altri, che in avvenire de medesimi si prenderanno: altrimenti in caso di contravvenzione non solo rimarranno soggetti alla pena su di ciò ordinata dallo statuto; ma ogni volto si ritroverà, che ritenghino fattore senza averne riportata la licenza in scritto, ancorchè avessero adempito a quanto prescrive lo statuto, incorrerà il maestro nella pena di scudi due.

Dato, e pubblicato nella sagrestia di santa Marie degli Angeli questo dì 1. marzo 1757.

Pietro Frangipani visitatore apost.
Francesco Lucioli segr.

Et nova alia lata pariter ad rem facere decreta, pro singulis artibus universitatem constituentibus.

§. 5. Deinde vero idem Petrus visitator apostolicus prædictus re serio perpensa antequam suam visitationem absolverit die 31 septembris ejusdem anni alia decreta tulit respicientia unamquamque ex quatuor artibus, quæ, ut præfertur universitatem ipsam constituunt, quorum tenor est qui sequitur videlicet

Primo per quello riguarda in genere tutti quattro i corpi d'arte

Tenor primi decreti generatim complectentis quamcumque artem in universitate comprehensam.

§. 6. Che non si possi da veruno tanto uomini, che donne alzare, e molto meno ritenere telari se prima non avrà ottenuta la patente nelle debite forme con aver pagato tutto l'intiero, e riportarne a tergo della medesima la ricevuta per saldo dell'esattore sotto la pene della perdita delli telari.

Che quelli, li quali avranno l'intiere patenta potendo ritenere quel numero di telari gli piace, s'intenda però sempre, che quelli vengano ritenuti tutti in una medesima casa, non potendo ritenersi in diversi luoghi sotto la pena di scudi dieci per qualunque contravenzione.

Che detta patente possi da padre in figlio progressivamente, ma non in altre persone ancorchè da zio in nepote, da fratello in fratello, da marito in moglie riportandosi su di ciò rispetto a' tessitori di lino, e lana a quello dispone lo statuto, e riguardo olli altri di seta, e trina ed altro nostro decrato.

Per quello di più riguarda i tessitori di lino avendo questi formati i loro statuti non rimane, che procurarsi l'osservanza de'medesimi, con procurare di aumentare i tessitori specialmente di opera, non ritrovandosi al presente, che pochi di questi, esercitandosi uoe tal professione intieramente da donne, quali non fanno, che lavori lisci, e correnti.

Per l'arte de'tessitori di seta e trina.

Tenor secundi decreti circa artem textorum sericorum operum, et fasciolarum.

Non provvedendo per dette due arti i statuti come si è notato in principio, e non ritrovandosi finora da medesimi formati se non che pochi decreti per il governo, e buon regolamento delle medesime, ed avendo noi in tempo della nostra visita prese delle risoluzioni uniformi anche alle loro determinazioni, e di maggior spiegazione delle medesime, le più rilevanti delle quali esprimiamo nelli presenti decreti, ordinandone un esatta osservanza.

Che non possa dar patente a veruno, se non avrà esercitato cinque anni l'arte di tessitore, e che ne debba perciò fare istenza nella congregazione delli Tredici del rispettivo corpo d'arte, quale dovrà esattamente esaminare se ha tutti li requisiti necessarj per potere essere ammesso all'esame, con formare o tal'effetto un bussolo dal quale dovranno estrarsi gli esaminatori in detta congregazione, e de quelli, che rimarranno estretti alla presenza del console, dovrà essere esaminato; ed approvato che sia, dovrà pagare scudi quindici in mano dell'esattore per la patente, che gli si spedirà nelle solite forme sottoscritte de monsignor primicerio, console, e registrate dal computista, e quelle patenti, che si spediranno non servate le cose suddette, saranno nulle, e resterà soggetto il con-

sole, che le avrà spedite alla pena di scudi venti. Dichiarando, che dette patenti passino da padre in figlio progressivamente, ma non in altre persone ancorchè da zio in nepote, da fratello in fratello, da marito in moglie che resterà vedova di ritenere, e poter ritenere due telari (non lasciando il marito figli) sua vita naturale durante, nei quali casi dovrà soltanto pagarsi il rivolto delle patenti nella somma di uno scudo.

Che non si possa patentare veruna donna, e che soltanto rispetto a quelle, che si ritrovano esercitare l'arte di seta, e che l'abbiano esercitata per cinque anni possa concedersegli una mezza patente, mediante la quale possa ritenere due telari per soli taffettani, e castorini, con pagare la somma di scudi sette e mezzo; e nel caso si abusassero con porre sopra il telaro altri lavori fuori di detta sfera, dovranno per la prima volta pagare la pena di scudi due, e per la seconda di scudi quattro, e ritrovandosi per la terza volta perderà la patente, nè potrà ritenere più telari di sorta alcuna.

Che verun maestro possa andare a lavorare in altri telari, e solo nel caso, che non avesse lavoro sufficiente ne'suoi telari gli sarà permesso, mediante però la licenza da ottenersi da monsignor primicerio, e console da darsi ad tempus, sotto pena al maestro, che lo riterrà di scudi due, e scudo uno a quello, che anderà per lavorante.

Che per li lavoranti, e fattori debba osservarsi quanto si è prescritto nel decreto da noi pubblicato il primo maggio 1757., con dichiarazione, che non possa più ammettersi per lavorante di dette arti veruna donna, eccetto, che la moglie, figlie, sorelle, e nipoti per parte di nomo de'proprj maestri, a seconda anche di quello è stato più volte stabilito, e decretato da detti corpi d'arte.

Per li tessitori dell'arte di lana.

Tenor decreti pro textoribus operum ex lana confectorum.

§. 8. Non essendovi per detta arte se non che pochi decreti, per lo che dal principio della nostra visita credessimo opportuno di pubblicarne alcuni per il miglior regolamento della medesima, ai quali data anche una maggior spiegazione, ed aggiuntovi ciò che abbiamo osservato di maggior vantaggio li comprendiamo ne' seguenti decreti.

Che quelli solamente hanno l'intiera patente possino ritenere più telari.

Che chi avrà soltanto la mezza patente non possa ritenere che un sol telaro.

Che in avvenire non si concedino più quarti di patente, e che quelli si ritrovano averle presentemente non possino lavorare se non insieme ad un altro, che abbia simil quarto di patente.

Che non si possino ritenere fattori se non da quelli che hanno l'intiera patente.

Che li padroni di telari debbino ritenere alli lavoranti, ossiano maestri, che lavorano ne' loro rispettivi telari, come anche alli fattori bajocchi due e mezzo per ciascuna settimana, fino a tanto che saranno arrivati alla somma della tassa statutaria da pagarsi alla detta chiesa, altrimenti saranno obbligati li detti padroni pagare la tassa del proprio. Perciò ordiniamo, che nel solito giro venga distintamente notato il padrone del telaro con quelli vi lavorano, rimanendo il detto padrone obbligato a pagare il termine della tassa per quello sarà stato descritto, che lavorava nel suo telaro, ancorchè correntc detto termine non vi lavorasse più.

Che nessun padrone possa in avvenire prendere alcun lavorante, ossia maestro, che vada per lavorante, se questo non avrà riportato il suo ben servito dal precedente padrone, nè al detto lavorante, o sia maestro sarà lecito di partire dal suo padrone, se prima non avrà terminato il lavoro già incominciato, e intieramente soddisfatto il medesimo di tutto quello gli sarà debitore, compreso il termine della tassa; ed in caso contrario il padrone che prenderà detto lavorante, ossia maestro, resti soggetto alla pena di scudi due, oltre la reintegrazione tanto del debito del lavorante, che de' danni a favore del primo padrone, nella qual pena di scudi due rimarrà soggetto ognuno, che contraverrà a ciascuno de' sopra riferiti decreti.

E venendo il caso, che al detto lavorante, o sia maestro terminato il lavoro, e soddisfatto intieramente il padrone, fosse da questo negatogli il ben servito, allora ricorrerà al console, che riconosciuto non avere il padrone giusto motivo di negarglielo, dovrà esso farlo.

Che non si possa patentare veruno, anche per mezza patente tanto uomini, che donne se non avrà fatto il fattorato di quattro anni presso il maestro, che abbia l'intiera patente mediante l'istromento da rogarsi dal

notaro dell'università, nel qual tempo per morte del padrone, o per altro fatto potesse accadere se non con licenza in iscritto di monsignor primicerio, e console potrà sotto un' altro terminare detto fattorato.

Per li lavoranti sì uomini che donne

Tenor decreti editi circa operarios, qui universitati subjiciuntur.

Rimangono li lavoranti, sì uomini, che donne di quattro corpi di arte in vigore di nostro decreto, che presentamente confermiamo soggetti alla detta chiesa, ed università, pagando la tassa di bajocchi trenta a favore della medesima dovendosi per questi mantenere l'altare del santissimo Crocifisso colla messa, che ivi si dice ogni venerdì, e solennizzando questi la festa dell'esaltazione della santissima Croce alli 14. di settembre si deve per detta festa provvedere l'altare di sei libbre di cera, ed uno scudo per il festarolo, eleggendo anche essa i loro rispettivi guardiani, quali non devono avere altra cura, che implorare l'autorità di monsignor primicerio per l'osservanza dei decreti, e di quello, che a' medesimi riguarda; su di che potranno coll'ordine di detto prelato fare ogni atto necessario, non essendo più presentemente bisogno, che da'medesimi venga fatto il giro, particolarmente rispetto alla seta, e trina per descrivere i detti lavoranti per il pagamento delle tasse, però ordiniamo, cha senza ordine di detto monsignor primicerio non debbino far detto giro.

Dichiarando, che a' medesimi non spetta veruna ingerenza circa l'amministrazione, e versione del denaro di dette tasse, rimanendo questa a comodo di detta chiesa, ed università, e nell'entrate della medesima.

Per quello poi riguarda i lavoranti tessitori sì di seta, che di trina, come anche li fattori di detti due corpi d'arte, abbiamo di più provveduto con il decreto già stampato, pubblicato, ed aseguito sotto il dì primo maggio 1757. che s' inserisce in fine.

Volendo dar fine alla visita, fatta perciò intimare per il giorno 21 settembre la congregazione generale, ci portassimo nella chiesa ova ascoltata prima la santa messa, facessimo di poi leggere la presente visita, e suoi decreti, inculcondone un' esatta osservanza. E rese le dovute grazie al Signore, alla santissima vergine Maria titolare di datta chiesa, alla vergine sant' Agata protettrica di detta università, ci dichiarassimo con il presente atto di porre fine, ed avere per terminata, e chiusa la detta visita.

Data e pubblicata nella chiesa di santo Maria degli Angeli sotto il giorno 21 settembre 1757.

Petrus Frangipani visitator apost.

Memoratur quomodo fraudatis decretis hujusmodi plurimis incommodis surrexerint et abusus inoleverint.

§. 10. Hæc tamen omnia optatum finem minime sunt assecuta; irrepsit namque abusus, quod nonnulli etiam exteri, seu tantummodo laboratores vulgo *lavoranti* nuncupati artem ipsam minime callentes, vel requisitis per statuta, et decreta prædicta volitis ad hoc ut in ea magistri declarentur, nequaquam præditi, obtinere curant patentes literas tamquam bombardarii, seu libratores tormentarii arcis nostræ sancti Angeli de urbe auxiliatores, quarum vigore tamquam magistri publica etiam promptuaria aperiunt, ac parvipensis legibus, ac regulis artis, annuales taxas, ac emolumenta patentium universitati prædictæ minime solvunt, non sine gravissimo damno eorum, qui vere in arte magistri sunt, quique propterea, ut o legibus statutariis, et decretis prædictis se immunes reddant, ac soluti, et ipsi pariter patentes literas bombardariorum, ac auxiliatorum hujusmodi reportare procurant; ita ut undecim modo in textorum arte, qui has patentes obtinent numerentur, ac prætarea ii, qui statutis, et decretis prædictis subjecti sunt eorum executionem non sine quoque litium, ac universitatis dispandio effugere satagunt.

Ut vero malis remedium afferatur expostulatur statutorum, et decretorum confirmatio.

§. 11. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat tot averterentur inordinationes, ac incommoda, quoties statuta, et decreta ajusdem visitatoris apostolici a Nobis approbentur, eaque ab omnibus utcumque bombardariorum hujusmodi patentibus literis prædictis observanda, ac exequenda præcipiantur, simulque nunc, et pro tempore existentibus protectoribus, ac primiceriis ejusdem universitatis privativa jurisdictio summarie, et sine strepitu, ac figura judicii cognoscendi causas dumtaxat respicientes executionem eorumdem statutorum, et decratorum tribuatur. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor apostolicæ sanctionis complectentis statuta, et decreta universa

§. 12. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis cen-

suris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Joannis Constantii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Caracciolo nuncupati ejusdem universitatis apud Nos, et apostolicam Sedem protectoris, præinserta statuta, et decreta adita in visitatione bonæ memoriæ Petri Frangipani cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium in forma specifica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ perpetuæ firmitatis robur adjicimus, eaque perpetuis futuris temporibus servari, et exequi omnino decernimus, et mandamus.

Speciales providentiæ circa numerum, et munera bombardariorum arcis sancti Angeli

§. 13. Præterea volumus, quod ex universitate prædicta duo tantummodo, et non plures nunc, et in posterum ad munus *di bombardiere* nuncupatum hujusmodi pro castro sancti Angeli valeant adsumi, quos duos quidem ab obligatione accipiendi ex ipsa universitate literas patentes, et a certis oneribus, mulctis, et a quacomque erga eamdem universitatem subjectione exemptos esse debere declaramus; ex undecim antem iis, qui ex prædicta universitate desumpti sunt, quique modo in castro sancti Angeli muneri *di bombardiere* hujusmodi sunt addicti, duos solumodo, et quidem antiquiores in munere isto, una cum præmissa exemptione, et privilegiis remanere debere volumus, atque statuimus; reliqui vero novem licet ex speciali gratia removeri a munere ipso non valeant, eos tamen quousque ipsi vivant subjectos esse visitationibus, et mulctis ex parte ejusdem universitatis indicendis declaramus, nec ullam cæteroquin in istorum vicem post eorum mortem subrogationem faciendam esse præscribimus et jubemus.

De alumnis excipiendis, ab eis qui universitati subjecti sunt.

§. 14. Omnes autem comprehensis, nimirum etiam primis duobus, et qui in horum locum omni tempore deinceps erunt subsumendi, ut gaudeant quidem, et fruantur præstare adsciscendi, et faciendi in arte alumnos juxta tamen præscripta statutorum, et decratorum, de quibus supra, et non aliter, nec alio modo statuimus, atque sancimus.

Cardinali protectori Committitur statutorum, et decretorum observantia.

§. 15. Insuper eidem Joanni cardinali nunc, et pro tempore existentibus protectoribus, et primiceriis ejusdem universitatis moderatam facultatem homines universitatis prædictæ in re cæteroquin ad eorumdem statutorum, et decretorum observantiam, ot executionem pertinente coercendi realiter, et mulctandi in alia pœna, et mulcta non excedente tamen summam, et valorem scuti unius, omni recursu, vel reclamatione postpositis auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Decernentes ipsas præsentes literas, et statuta, ac decreta prædicta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus felicis recordationis Clementis pp. XIII. prædecessoris Nostri literis in forma motus proprii expeditis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia julii millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIV.

Dat. die 7. augusti 1771. Anno III.

Excellentissimo magistratui almæ urbis conceditur, ut oblationem ex bonis cameræ capitolinæ præbere possit venerabilibus nonnullis ecclesiis de urbe.

Expositio oblationum peragendarum a populo romano, ex qua concluditur supplicantibus ecclesiis gratiam non posse elargiri, quam per decretum alternativum cum aliis tali donatis privilegio.

§. 1. Conservatori della nostra alma città di Roma. Essendoci state esposte l'umili istanze per parte non meno dei religiosi della chiesa del Gesù e Maria dell' ordine Agostiniano scalzi, quanto per parte dai padri di s. Pantaleo delle Scuole Pie di questa città, come pure per parte del decano generale e confrati della ven. archiconfraternita della chiesa di s. Anna de' parafrenieri in Borgo per poter ottenere in quanto alle predette due chiese del Ge-

sù, e Maria, e di s. Pantaleo dal Nostro senato, e popolo romano l'oblazione consueta del calice, e torce, in quanto a quelle di s. Anna l'oblazione solamente ogni anno di quattro torce da farglisi tenere nelle rispettive ricorrenze delle festività espresse nell'accennate loro suppliche, quali da Noi benignamente accolte a voi furono rimesse per poter in qualche modo provvedere alle indicateci necessità delle sudette chiese alla cura dei supplicanti appoggiate, alle quali avendo voi riguardo, ci avete rappresentato nella nostra udienza delli 13 luglio prossimo passato, che inclinando ancor voi al provvedimento occorrente delle nominate chiese, senza verune esitazione sareste stati solleciti e supplicarci, perchè ei fossimo degnati aggiunger simil peso alla nostra medesima camera capitolina; ma poichè questa presentemente per li fissi assegnamenti e quali ogni anno deve rispondere, anche riguardo alle predette considerabili oblazioni, non è certamente in grado di poterle accrescere; nulla di meno per non rendere affatto frustranee, ed inutili l'istanze predette dell' accennate chiese, ci avete rappresentato, che con restringere ad alcuna delle molte chiese di questa città che godono simile oblazione, o fisse ogni anno, o in ogni biennio, potriesi provedere alle dua dette del Gesù, e Maria, e di s. Pantaleo; e per eseguire tal ristrettiva ci avete poste sotto gli occhi tra le altre, la chiesa di s. Sebastiano in Campo Vaccino, quale benchè poco, o niente frequentata, fosse nulla di meno dalla sa: me: di Urbano VIII. nostro predecessore aggraziata della presentazione del calice, e torce ogni anno, come dal suo Breve in data li 10 gennaro 1632, quale poi dalla sa. me. di Benedetto XIII. con suo particolar Breve in data li 28 settembre 1725 fosse ristretta con non poche altre all'alternativa di ogni biennio, ed a quest'ora abbia goduta detta oblazione oltre il centenario di volte, delle quali potrie stringersi a render conto, se abbia conservati detti calici, o divertiti in altri sagri arredi per uso della medesima. E similmente abbiate osservato, che l'oratorio della santissima Communione generale aggraziato della medesima oblazione in ogni biennio dalla sa. me. di Clemente XIII. nostro predecessore con suo chirografo segnato li 8. novembre 1760 non tiene che un solo altare, e non saggiace a verun obbligo di messe, e per lo più nei giorni feriali dell'anno, la mattina in specie, sta sempre chiuso, benchè nelle sere vi si esercitino opere di somma pietà e religione, onde che abbiate creduto che per l' occorrente bisogno di detto oratorio sia già stato sufficientemente proveduto, quantunque però nè al detto oratorio, nè alla suddetta chiesa di s. Sebastiano in Campo Vaccino togliere stimate affatto dette oblazione, ma questa restringergliela ad ogni quadriennio siccome la godono molte altre chiese di questa città, che sono anche molto più frequentate, ed hanno molti obblighi di messe per le quali hanno il maggior consumo dei calici, e così potriasi far godere alle due supplicanti chiese del Gesù e Maria, e di s. Pantaleo l'oblazione del calice, e torce in ogni quadriennio. Ed in quanto all' istanza dei confreti delle chiesa di sant' Anna condiscendereste e fargli ottenere in ogni biennio l'oblazione di quattro torce, solamente negli anni però, ne'quali non gode l'offerta del calice, e torce nel quadriennio assegnatole. E per poter eseguire quanto sopra ci avete rappresentato, ci avete umilmente supplicato a volerci degnare di concedervi il Nostro apostolico beneplacito, e darvi ancora tutte le opportune e necessarie facoltà di poter voi pienamente adempire quanto, e come sopra ci avete esposto.

§. 2. Onde Noi, che abbiamo sommamente a cuore, che il culto divino, e l' occorrente per il medesimo sia al possibile ripartito alle chiese di questa nostra città, considerando anche la strettezza della nostra camera capitolina, ed insieme gli onesti, e molto giusti provedimenti da voi, come sopra umiliatici, come pure il merito, e la necessità delle dette due chiese del Gesù e Maria, e di s. Panteleo, volendo loro rimostrare gli atti della nostra paterna clemenza siamo ben volontieri condiscesi a concedervi, come in virtù del presente nostro chirografo vi concediamo, il nostro pieno apostolico beneplacito, e colla nostra suprema assoluta pontificia potestà vi diamo tutte le facoltà necessarie, ed opportune di poter restringere, come Noi con il presente chirografo restringiamo, tanto alla suddetta chiesa di s. Sebastiano in Campo Vaccino, quanto al sudetto oratorio della santissima Communione generale l'oblazione che già come sopra godevano in ogni biennio in virtù dell'accennato Breve di Urbano VIII. così ristrettale dalla sa. me. di Benedetto XIII. in quanto alla detta chiesa di san Sebastiano, e del suddotto chirografo di Clemente XIII.

Ideoque alternativa certis sub legibus constituitur.

in quanto all'oratorio suddetto da ora in avvenire ad esserne partecipi ogni quadriennio. E la medesima offerte del calice, e torce le farete godere in avvenire in perpetuo ogni quattro anni inclusive colle consuete formalità, ed obligazioni espresse nelle tabelle di dette distribuzioni, e specialmente enunciate nel nostro chirografo segnato li 13. luglio del presente anno 1771. alle due sopraddette chiese del Gesù e Maria nella ricorrenza della festa del glorioso s. Tommaso di Villanova del medesimo ordine Agostiniano il dì 18 settembre dell'anno 1773 anticipandole questa per la prima volta nel presente anno 1771 e sospenderla nel suddetto anno 1773. Ed a quella di s. Pantaleo de' padri Scolopj l'anticiparete parimente nel presente anno nel dì 27 agosto in cui si solennizza in detta chiesa la festa del glorioso s. Giuseppe Calasanzio fondatore della ven. congregazione delle Scuole Pie esimio benefattore e molto benemerito di questa città, sospendendola questa nell'anno avvenire 1773. facendo all' una, e altra di dette chiese per la seconda volta dett'oblazione nell'an. 1777. E nella festa che si celebre dalla suddetta archiconfraternita li 26. luglio in ogni biennio di sant'Anna le farete tenere l'offerta semplice di quattro torce come si è detto di sopra, e darete tutti gli ordini necessarj per il pagamento delle medesime de' denari della nostra camera capitolina, facendola descrivere colle predette due chiese del Gesù e Maria, e di san Pantaleo nella nuova tabella da formarsi con tutte le necessarie istruzioni dell'obligazioni delle suddette due chiese, e di tutte le altre che godono simili oblazioni per ogni miglior regolamento, quale così formata, sottoscritta che sia dal nostro revereodissimo card. vicario farete darla alle stampe, che per la piena osservanza in avvenire della medesima la farete distribuire a tutte le chiese partecipanti di dette oblazioni con l'obligo di ritenerla affissa nelle loro sagrestie. Essendo così mente, e volontà Nostra precisa.

Clausula salutares pro plena chirographi executione

§. 3. Volendo e decretando, che il presenta Nostro chirografo con la semplice nostra sottoscrizione, vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, benchè non si registri in camera, a tenore della Bolla della sa. me. di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, bastandoci, che sia registrato dallo scrittore del Nostro popolo romano nel solito libro del Campidoglio. Derogando Noi colla nostra suprema assoluta pontificia potestà, non solamente alla predetta Bolla del detto sommo Pontefice Pio IV. *de registrandis*, ma a qualunque altre si siano costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' sommi Pontefici Nostri predecessori, ed in specie alli suddetti Brevi delle sa. me. di Urbano VIII. concernente la concessione ogni anno dell'oblazione suddetta del calice, e torce alla detta chiesa di san Sebastiano; ed il Breve ristrettivo di Benedetto XIII. dell'oblazione suddetta in ogni biennio, che dovrà goderla in avvenire ogni quadriennio; avendo anche Noi considereto più che sufficiente alla detta chiesa tal fissazione, a misura di simil tempo che ne sono partecipi non poche altre chiese di questa città; siccome il chirografo degli 8 novem. 1760 della sa. me. di Clemente XIII. a favore dell'oratorio sudetto della Communion generale, che per li sopraddetti motivi restringiamo a poter godere detta offerta ogni quadriennio; stimando, come sopra, più che sufficiente per il medesimo tal ristrettiva. E così vogliamo, e ordiniamo, che contro il presente nostro chirografo non si possa mai dare veruna eccezzione di surrezzione, orrezzione, eccesso, e difetto alcuno della nostra volontà, benchè non vi siano stati chiamati, citati, nè intesi li superiori, e procuratori della suddetta chiesa di s. Sebastiano, e quelli del suddetto oratorio, il fiscale della nostra camera capitolina, li sindici del nostro popolo romano, e qualsisia altra persona, che vi avesse, o potesse pretendere di avervi qualsivoglia interesse.

Clausula sublata, decretum irritans, et derogatio contrariorum.

§. 4 E così, e non altrimenti debba giudicarsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice tanto ordinario, che delegato, e di qualsisia autorità, e da qualsivoglia tribunale privilegiatissimo della nostra rota, segnatura, e camera, e dalli rmi cardinali camerlengo di s. Chiesa, e dal Nostro vicario, togliendo Noi a loro fin d'adesso, ed a ciascheduno di essi ogni, e qualunque facoltà, che avessero, o potessero avere di poter giudicare, ed interpretare il contrario di quanto abbiamo ordinato, e disposto nel presente nostro chirografo, non ostante la regola della Nostra cancelleria *de jure quæsito non tollendo*; alla quale, siccome ad ogn' altra costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de'sommi Pontefici Nostri predecessori, e a qualsisiano altre regole, e in specie a quelle espresse nella tabella dell'entrata, ed uscita del No-

stro popolo romano benchè confermata dalla sa. me. d' Innocenzo VII. Nostro predecessore con suo chirografo segnato li 19. giugno 1694. e a qualsisia risoluzione, e decreto della congregazione particolare deputata dalla sa. me. di Benedetto XIV. sopra l' azienda e interessi della detta Nostra camera capitolina, a qualsisiano altri statuti, regole, riforme, stili, usi, e consuetudini, e qualsisiano altre cose, benchè contenessero derogatorie di derogatorie, e fossero degne di speciale, ed individua menzione, delle quali cose tutte, e singole, avendone il di loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, per questa volta solamente, a per l'effetto suddetto, espressamente, e pienamente deroghiamo. Data dal nostro palazzo apostolico del Quirinale. Questo di 7. agosto 1771.

CXXXV.

Dat. die 9. augusti 1771. Anno III.

Praeceptum, ut regula usque adhuc observata in administratione eleemosynarum etiam in posterum servetur, pro capitulo, et canonicis collegiatæ ecclesiæ beatæ Mariæ virginis de Annesio diœcesis Gebennensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Vices illius, licet immeriti, gerentes in terris, qui cum in sede majestatis advenerit, singula in pauperes pietatis, et charitatis opera sibi ipsi facta, aut abnegata in æternam electorum retributionem, at perpetuam reproborum pœnam rependet, pastoralis solicitudinis Nostræ partes esse ducimus, christifideles omnes ad pia hæc opera peragenda in pauperum præsertim infirmorum levamen excitare, atque illos, qui ea usque adhuc peregerunt, et zelo domus Dei flagrantes in ecclesiarum quoque decus augendum opem, ac operas suas impenderunt, justis laudibus prosequi, ac in proposita agendi ratione, quoad Nobis integrum est, jugiter confirmare.

Laudatur pietas christifidelium, qui decori consuluerunt collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ nuncupatæ de Annesio.

§. 2. Cum itaque sicut nuper accepimus, jam dudum christifideles non solum diœcesis Gebennensis, sed aliarum quoque circum existentium civitatum, et locorum ad ecclesiam regiam nuncupatam, et collegiatam sub titulo beatæ Mariæ virginis de Annesio memoratæ diœcesis devote confluere soleant, atque pro ipsius ecclesiæ, ejusque fabricæ, et hospitalis pauperum prædictæ ecclesiæ adnexi conservatione, manutentione, et incremento subsidia, ac eleemosynas præstare, aliaque laudabilia christianæ pietatis opera in id exercere assueverint, ac præmissa omnia usque adhuc gesta rite, ac recte administrata simul fuerint, ita ut ejusdem ecclesiæ decori, ac hospitalis prædicti sustentaculo inde provisum fuisse constiterit.

Eidemque in perpetuum eadem administratio conceditur juxta formam, et regulam jam introductam.

§. 3. Hinc est, quod Nos eorumdem christifidelium pietatem, charitatem, ac devotionem plurimum in Domino commendantes, ut ea, quæ usque modo ab ipsis christifidelibus tam pia, ac laudabiliter gesta fuernot, in posterum quoque perpetuo fieri, atque exerceri contingat, per præsentes præcipimus, et mandamus, ut eadem omnino regula, et forma, quæ usque adhuc in administratione, at executione præmissorum omnium recta, ac utiliter observata, et admissa fuit, deinceps quoque perpetuis futuris temporibus observetur, et exequatur, ac propterea omnibus, et singulis cujusvis status, gradus, et conditionis existant, ne aliter sub quovis prætextu, causa, et colore faciant, gerant, et exequantur, ant ab aliis fieri, et exequi permittant, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus omnino, et interdicimus.

Clausulæ salutares, cum decreto irritante

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die nona augusti millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 9. augusti 1771. Anno III.

CXXXVI.

Fratres minores de Observantia provinciarum regni Franciæ, prævia dispensatione a voto perpetuæ obedientiæ suo generali ministro, uniuntur fratribus ordinis minorum Conventualium sancti Francisci, eorumque ministro generali subjiciuntur cum communicatione privilegiorum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Laudes sacræ familiæ minorum de Observantia.

§. 1. Sacram minorum familiam multiplicibus virtutum meritis Nobis acceptissimam, quam uti matrem agnoscimus, ac in visceribus charitatis pia veneratione semper habuimus, et habemus, specialibus gratiarum muneribus prosequendam esse, dignum, quin potius debitum existimamus; ita ut ea omnia, quæ inter illius filios pro feliciori gubernio, tranquillitate, ac pace per unitatis remedium constituta noscuntur, apostolica auctoritate roboremus, et alias in iis pastoralis officii partes favorabiliter intendamus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci tam Conventualium, quam de Observantia respective nuncupatorum omnium provinciarum in regno Franciæ existentium nobis expositum fuit a dilectis itidem filiis Francisco Pouret fratre expresse professo in sacra theologia magistro, et difinitore perpetuo dicti ordinis minorum Conventualium, et Claudio Roberto Hosson ex-difinitore generali ordinis minorum de Observantia prædictorum tamquam ad hoc specialiter, et expresse deputatis a fratribus provinciarum, et ordinum respective hujusmodi, quod cum dudum, ineunte nempe sæculo decimosexto, fratres memorati ordinis minorum sancti Francisci de Observantia in dicto regno degentes a fratribus ordinis minorum ejusdem sancti Francisci Conventualium nuncupatorum separati, ac divisi fuissent; verus pacis, et unionis spiritus deinde effecit, ut pluries actum inter eos fuerit de restituenda antiqua communione, et unitate. Quod autem usque adhuc numquam evenerat, favente Deo, et auspicante carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum rege christianissimo modo summa omnium consensione fauste, feliciterque evenisse conspicitur. Utrinque enim super re hac attente ac summa maturitate, ut par erat, pertractanda, habita consilio fuerunt; primum a fratribus minoribus de Observantia qui ad Parisiensem civitatem tres pro unaquaque provincia deputatos ad id miserunt, deinde vero ab aliis fratribus ordinis minorum Conventualium hujusmodi, qui in civitate Aquensi in provincia provinciæ sua habuerunt comitia de re hac, nec non de constitutionibus, quæ inde observandæ essent, accurate actum fuit, quibus ab utraque parte peractis, demum in dicta civitate Parisiensi, adstantibus venerabilibus fratribus archiepiscopo Arelatensi, et episcopo Ruthenensi, nec non dilecto filio Francisco Gastau in sacra theologia magistro, et ipsius ordinis minorum Conventualium ministro provinciali ac præside, omnes unanimiter statuendum esse censuerunt, quod hinc inde mittendi essent ad hanc sanctam Sedem, et ad tunc proximum capitulum generale præfati ordinis minorum sancti Francisci Conventualium deputati, qui negotium hujusmodi penitus absolverent, atque conficerent.

Unio minorum de Observantia, cum Conventualibus a capitulo generali probata fuit, et decreti confirmatio propterea expostulatur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in eodem generali capitulo die vicesima secunda maji currentis anni MDCCLXXI. propositum fuerit generali definitorio tunc congregato, an, et quomodo unio minorum de Observantia cum Conventualibus præfatis ineunda esset, verboque, ac scripto omnium suffragiis responsum prodierit; affirmativo, quoad primum, et quoad secundum idem definitorium se ad Nos affirmative habuerit: hinc dicti exponentes, et ut præmittitur, ab una, ac altera respective parte ad hoc deputati, Nobis humiliter omnium prædictorum nomine supplicari fecerunt, ut, prævia absolutione, dispensatione et derogatione omnium constitutionum, ac statutorum, etiam voto, aut juramento, seu quocumque alio modo obligantium, quæ fratres minores de Observantia in eodem Franciæ regno degentes professi fuissent; præcipuo vero eorum quæ ad reformationem provinciæ Aquitaniæ antiquioris dicti ordinis spectant, a felicis recordationis Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro approbata et confirmata fuerunt, unionem, adnexionem, et incorporationem eorumdem fratrum minorum Conventualium approbare, et confirmare, necnon modum, juxta quem unio hujusmodi peragenda, et exequenda sit, præscribere, et alias desuper in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Unio Pontificia auctoritate indulgetur.

§. Nos igitur ipsos exponentes, et fratres omnes prædictos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: cum iisdem fratribus minoribus ordinis sancti Francisci de Observantia nuncupatis provinciarum regni Franciæ hujusmodi super voto perpetuæ obedientiæ pro tempore existenti ministro generali ordinis minorum s. Francisci de Observantia præstandæ per eos omisso, auctoritate apostolica tenore præsentium dispensamus, eosque ab omni superioritate, correctione, visitatione, et auctoritate, ac jurisdictione dicti ministri generalis eximimus, et liberamus; nec non fratres minores de Observantia prædictos a constitutionibus, statutis, etiam voto, aut juramento, seu quocumque alio modo per eos professis, præcipue vero ab iis, quæ a memorato Gregorio prædecessore, ad reformationem provinciæ Aquitaniæ antiquioris, ut præfertur, approbata et confirmata fuerunt, eorumque omnium executione, et observantia (tribus votis solemnibus dumtaxat exceptis) auctoritate, et tenore præfatis absolvimus, et pro absolutis, et liberatis haberi volumus, ac mandamus, præfatamque eorumdem fratrum minorum de Observantia provinciarum regni Franciæ hujusmodi cum fratribus ordinis minorum s. Francisci Conventualium prædictorum, unanimi utriusque partis consensione enixe volitam et petitam, ac in præfato capitulo a definitorio generali, ut præmittitur, admissam unionem pari auctoritate, et tenore confirmamus et approbamus, eamque perpetuis futuris temporibus in posterum utrinque servandam, et exequendam esse omnino statuimus, et jubemus.

Præscribitur modus, et forma qua unio intelligatur peracta.

§. 5. Præterea volentes formam, et modum, quo unio hujusmodi peracta intelligatur, et in futurum exequenda sit, statuere, atque præscribere, hinc est, quod Nos omnibus, et singulis fratribus ordinis minorum de Observantia nuncupatis provinciarum regni Franciæ hujusmodi, ut ipsi deinceps eumdem habitum, per fratres ordinis minorum Conventualium gestari solitum, deferre omnino debeant, ac sub uno eodemque ministro generali ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum vivere, eidemque generali ministro dependentiam, ac obedientiam præstare ipsi teneantur, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, atque statuimus; iisdemque fratribus ordinis minorum de Observantia prædictarum provinciarum, ut omnibus, et singulis prærogativis, privilegiis, exemptionibus, gratiis, et indultis, quomodocumque, et qualitercumque fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium usque adhuc quomodolibet concessis, indultis et elargitis, et quibus præfati fratres ordinis Conventualium hujusmodi utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia ipsi æque uti, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore similibus concedimus, et indulgemus.

Mandatur observantia constitutionum, quæ „Urbanæ„ nuncupantur, et respiciunt ordinem antedictum.

§. 6. Omnes vero sic in unum ovile et sub uno pastore redacti, qui sunt, et quandocumque erunt in provinciis regni Franciæ hujusmodi fratres ordinis minorum s. Francisci Conventualium omnino nuncupandi, ut perpetuis futuris temporibus constitutiones juxta tramites aliarum præcedentium constitutionum Urbanarum nuncupatarum jam pridem in dicta civitate Aquensi, ut præfertur, examinatas, et deinde a dilecto filio Aloisio Maria Marzoni ejusdem ordinis fratrum minorum s. Francisci Conventualium nuncupatorum moderno ministro generali jussu nostro revisas, et in aliquibus partibus reformatas, ac moderatas, ac sequenti titulo nuncupatas: *Constitutiones Urbanæ fratrum minorum s. Francisci Conventualium, ad breviorem methodum redactæ, et nuper a Clemente XIV. feliciter regnante confirmatæ, et declaratæ*; adamussim exequi, et perpetuo observari debeant, et teneantur, præcipimus, statuimus, e mandamus: in bonorum omnium largitore Deo firmiter sperantes, quod ex unione, et incorporatione hujusmodi iis omnes, qui una nunc copulantur lege, ac sancta invicem charitate conjuncti sunt, uberes, dignosque fructus in propriam tranquillitatem et pacem, in ordinis minorum Conventualium decus, et demum in catholicæ fidei incrementum, divina faveote gratia, sint allaturi; ipsique fratres sic invicem conjuncti, et simul fraterna charitate se diligentes, bonum et jucundum esse in unum habitare perpetuo agnoscant, et fateantur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes præsentes literas semper et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, at ab eis raspactive inviolabiliter observari; sicque in præmissis omnibus et singulis per quoscumqua judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales atiam de latere legatos, et apostolicæ Sedia præfatæ nuncios, aliosve quoslibet quacumque potestate, et auctoritate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non utriusque ordinis, ac provinciarum præfatarum, earumque conventuum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoqua indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de aliis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generalas idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium singulorum tenorea præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ac plenissime, et latissime derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris di ix. augusti MDCCLXXI. pontificatus nostri anno tertio.

CXXXVII.

Dat. die 10. augusti 1771. Anno III.

Concessio officiorum vacabilium inclyti populi romani, eorumque regaliarum salis.

Januarius da Simone protonotarius apostolicus Sanctissimi Domini Nostri papæ prælatus domesticus, et auditor, judexque commissarius specialiter electus, ac deputatus.

Chirographum auditori Sanctissimi exequendum committitur.

§. 1. Cum Sanctissimus Dominus Noster Clemens, divina providentia papa XIV. supplicationibus illustrissimi, et excellentissimi domini don Caroli Cesi ducis Aquaspartæ benigne inclinatus, chirographum propria manu Sanctitatis Suæ die 10. stantis augusti mensis subsignatum, nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris sequentis, videlicet

Tenor chirographi.

§. 2. Monsignor Gennaro de' Simone Nostro uditore =. Ci ha fatto rappresentere Carlo Cesi duca d'Aquasparta, che nall'anno 1719. esistendo nel giardino, e vigna detta del Monte, il colosso rappresentante Roma trionfanta, colle due statue di pietra di paragone delli due re de' parti d' inestimabil valore, spettanti allora al duca Federico Cesi padre dell'oratore, c provenienti dal fidecommisso del cardinal Aquitanio Cesi, con proibizione di mai venderle, o alienarle; ne mostrò il Nostro predecessore Clemente XI. di fel. mem. il desiderio di avarle, per collocarle nel palazzo di Campidoglio; onde si fece gloria il duca Federico di presentargliale, senza verun' interesse; cosicchè il prelodato Nostro predecessore per rimostrargliene il piano gradimento, e a titolo di magnanima condiscendenza, con special chirografo segnato il dì 8. marzo 1719. benignamente si degnò concedere alli due figli del detto duca Federico sei officj vacabili della Nostra camera capitolina: concedette a Carlo primogenito oratore quello di mastro delle mosse con tre regalia del sale, una per se, o due per due sostituti; l'altro di commissario secondo dell'acqua dal cerchio massimo, ed il terzo di custode secondo delle misure di Campidoglio: e concedette a Federico altro figlio secondogenito l'offizio di agente del popolo romano colla solita regalia del sale; il secondo di computista della gaballa della carne, poscia estinto nel 1743 dalla stessa camera capitolina; ed il ter-

zo di custode primo della statua di Sisto V., con dichiarazione, che tali concessioni, dovessero considerarsi distinte, e separate. E siccome ha cessato di vivere l'anzidetto Federico, e per conseguenza essendo devoluti alla camera li due vacabili ad esso intestati di annua rendita in tutto di sc. 142. 05. ha perciò esso duca Carlo Cesi implorato la Nostra paterna clemenza umilmente supplicandoci, acciò vogliamo degnarci di accordargli la rendita dei detti dua vacabili al defonto Federico intestati, finchè esso naturalmente viverà, ed attese le strettezze, in cui ritrovasi la sua casa, spera da Noi essere esaudito; e Noi inteso avendo le informazioni opportune, desiderando di usare, verso il suddetto duca di Aquasparta gli atti della Nostra munificenza, siamo benignamente condiscesi a fargli, come in appresso, la grazia. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola registrato l'intero tenore di tutto ciò, e quanto è, e sarebbe necessario da esprimersi. Di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, vi ordioiamo, che in nome Nostro permettiate, e concediate, conforme Noi permettiamo, e concediamo la proroga delli suddetti divisati due officj vacabili, uno cioè di agente del popolo romano, e l'altro di custode primo della statua di Sisto V. in persona, e a comodo del predetto duca d'Aquasparta Carlo Cesi supplicante, di lui vita naturale durante, colla percezione de' frutti dal giorno della morte del memorato duca Federico suo fratello, e di più senza l'obbligo della prestazione, o sia pagamento delli frutti di due anni a favore della detta Nostra camera capitolina: commettendone similmente in nome Nostro, siccome Noi ne commettiamo, l'esecuzione alli conservatori di questa Nostra alma città di Roma. Per quello poi che risguarda gli emolumenti, o siano regalie del sale, delle quali già essi conservatori hanno disposto, Noi benignamente per grazia speciale, e per questa volta solamente, ci contentiamo di avere, come in effetto abbiamo per rata, e ferma la già fatta disposiziona delle regalie medasime. Per altro Noi di Nostro moto proprio, certa scienza e pienezza della Nostra suprema potestà, confermiamo, approviamo, ed autorizziamo in forma specifica la risoluzione della congregazione particolare del giorno 19. settembre dell'anno 1703. la quale al seguente dubbio » Se le regalie del sale di quegli offici, che in » sequela del chirografo d' Innocenzo XII. di santa memoria dei 19. giugno 1694. per morte degli officiali rimaneano ipso facto estinti in benefizio della detta camera, spettassero » ai conservatori pro tempore; oppure anche esse regalie rimanessero estinte a benefizio dell'appaltatore del sale, e della camera apostolica = rispose = affermativamenta = ma in caso dal » Papa si venisse alla concessione degli » officj vacanti, o surrogazione di alcuna persona, o luogo, che la dette » regalie spettino a quell' officiale, e » luogo, che sarà surrogato =. Qual risoluzione fu anche confermata con chirografo segnato li 4. giugno 1704. di propria mano del memorato Clemente XI. Nostro predecessore. Per l'effetto poi di questa conferma, e per la più esatta osservanza in avvenire della risoluzione predetta, similmente di Nostro moto proprio vogliamo, ed espressamente = commandiamo, che in qualunque tempo, per lo avvenire succederà la vacanza degli officj vacabili = capitolini, li conservatori pro tempore debbano subito ed in iscritto = dar la notizia della vacanza al sommo Pontefice o direttamente, o mediante il suo uditore, colla distinta = nota del titolo, e degli emolumenti, = e regalie, in qualunque modo annesse, ed annessi agli officj vacanti. Nè = possano, sia d'essi officj, o delli loro annessi, e connessi, o delle loro = regalie, ed emolumenti, in qualunque modo disporne, se non sentito = prima l'oracolo del pontefice circa la = nuova forse voluta concessione, o proroga degli officj. E ciò sotto tutte onninamente quelle pena, le quali altra = volta furno minacciate, e stabilite per = quelli, che contro i precetti, ed ordini pontificj, alienano gli officj vacabili: quale nostra speciale volontà, e = legge intendiamo, e commandiamo, = che si annoti, e si descriva nelle tabelle, e negli altri libri capitolini, a = che si dia alle stampe, e si pablichi = unitamente colle altre ordinazioni pontificie, sulla stessa materia parimenta = publicate nell' anno 1753. E perciò in esecuzione del presente nostro chirografo ne pronunciarate qualunque decreto, e farete tutto altro, che pel totale adempimento, perpetua fermezza, e sussistenza di questa nostra grazia stima-

rete in qualsivoglia modo essere espediente, e necessario; essendo così mente, e volontà nostra espressa.

Clausulæ salutares, et præceptum de judicio ferendo ad tramites illius a quolibet etiam privilegiatissimo judice.

§. 3. Volendo, e decretando, che il presente nostro chirografo, sebbene non esibito, o registrato ne' soliti libri dalla Nostra camera apostolica, abbia, e debba aver sempre, ed in perpetuo il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, colla nostra semplice sottoscrizione, quantunque non vi siano stati citati li stessi conservatori di Roma, ed il fiscale della Nostra camera capitolina, e qualsisieno altre persone, che potessero avervi qualunque interesse; vogliamo similmente, e decretiamo, che contro il presente nostro chirografo, non si possa mai opporre di surrezzione, orrezzione, eccesso, o difetto della Nostra volontà, nè che in alcun tempo si possa opporre eccezzione alcuna; e così in tutto, e per tutto si debba non altrimenti giudicare, definire, ed interpretare da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche da' reverendissimi cardinali, camerlengo di santa Chiesa, tesoriere, ruota, camera, e qualunque altro; togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente nostro chirografo.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non ostanti la bolla di Pio quarto nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsisieno altre costituzioni Nostre, e de' Nostri predecessori; e specialmente in quelle parti però, che possan forse essere contrarj a questa Nostra volontà, e disposizione, e chirografi d'Innocenzo X., Alessandro VII., Clemente X. ed Innocenzo XII. altri Nostri predecessori posti in piè della tabella dell' entrata, ed uscita del nostro popolo romano, lo statuto di Roma, e qualsisiano altre cose necessarie da esprimersi, benchè contenessero derogatorie di derogatorie, e che richiedessero speciale, e specialissima menzione, alle quali tutte, avandone il di loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, per questa sola volta, e per l'effetto suddetto pienamente, ed ampiamente deroghiamo. Dato dal nostro palazzo apostolico di Monte Cavallo questo di 10 agosto 1771.

CLEMENS PP. XIV.

Executio data ipsi pontificio chirographo.

§. 5. Volentes itaque injuncta nobis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa debitæ exequutioni demandare: utendo facultatibus nobis in ipso chirographo tributis, ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ nomine permittimus, et concedimus prorogationem duorum officiorum vacabilium, alterius nempe agentis inclyti populi romani, et alterius custodis primi statuæ Sixti V., in personam, et ad commodum prædicti illustrissimi, et excellentissimi domini ducis Aquaspartæ don Caroli Cesi, ejus vita naturali durante, cum perceptione fructuum a die obitus cl. me. ducis Friderici Cesi sui fratris, atque insuper sine obligatione præstandi, seu solvendi duorum annorum fructus favore excellentissimæ cameræ capitolinæ; committendo similiter pari nomine Sanctitatis Suæ præmissorum exequtionem excellentissimis dd. almæ urbis conservatoribus. Quod vero attinet ad emolumenta, seu ragalias salis, de quibus jam dd. excellentissimi dd. conservatores disposuerunt, ipsius Sanctitatis Suæ nomine, ex speciali gratia, et pro hac tantum vice hujusmodi dispositionem ratam habemus, ac volumus esse firmam; cœterum, motu proprio ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ confirmamus, approbamus, atque authorizamus in forma specifica resolutionem congregationis particularis diei 19 septembris 1703. quæ sequenti dubio = *Se le regalie del sale di quegli officj, che in sequela del chirografo d' Innocenzo XII. di sa. me. dei 19. giugno 1694 per morte degli officioli rimaneano ipso facto estinti in beneficio della detta camera, spettassero ai conservatori pro tempore; oppure anche esse regalie rimanessero estinte a beneficio dell'appaltatore del sale, e della camera apostolica* = respondit= *affirmative* = ma in caso dal Papa si venisse alla concessione degli officj vacanti, o surrogazione » di alcuna persona, o luogo, che le » dette regalie spettino a quell'officiale, » e luogo, che sarà surrogato = Quæ quidem resolutio confirmata etiam fuit mediante chirographo signato die 4 junij 1704 propria manu sa. me. Clementis pp. XI. Pro effectu vero hujusmodi confirmationis, et pro exactiori in posterum observantia resolutionis prædictæ, pari nomine Sanctitatis Suæ volumus,

et expresse præcipimus, quod quandocumque in futurum officiorum vacabilium capitolinorum vacatio » contigerit, » debeant excellentissimi domini pro » tempore conservatores notitiam vaca» tionis ad summum Pontificem vel di» recte, vel mediante ejus r. p. d. au» ditore, statim, et per scripta defer» re, cum distincta adnotatione tituli, » et emolumentorum, ac regaliarum » vacantibus officiis quomodocumque ad» nexorum: Nequeant autem sive de officiis ipsis, sive de illorum adnexis, et connexis sive de eorum regaliis, et emolumentis qualitercumque disponere, nisi audito prius super forte volita nova concessione, aut prorogatione officiorum, oraculo Pontificis: sub iis omnino, in contraventores pœnis, quæ alias in alienantes contra pontificia præcepta, et præscriptiones, officia vacabilia, comminatæ, et statutæ fuerunt; atque hanc specialem Sanctitatis Suæ voluntatem, et legem in tabellis, aliisque libris capitolinis adnotari, et describi Sanctitatis Suæ nomine jubemus: nec non typis mandari, et publicari, una cum aliis hac de re pontificiis ordinationibus anno 1753 pariter vulgatis, juxta, in omnibus, et per omnia, formam, seriem, ac tenorem memorati chirographi: non obstantibus, in iis tamen partibus, quæ forte possint esse contrariæ huic præsenti indulto, constitutionibus apostolicis, et signanter chirographis summorum Pontificum Innocentii X., Alexandri VII., Clementis X., et Innocentii XII. appositis in calce tabellæ introitus, et exitus inclyti populi romani, statuto urbis, et aliis quibuscumque necessario exprimendis, quibus idem Sanctissimus dominus Noster papa in præinserto chirographo derogavit. In quorum fidem etc. Datum Romæ ex palatio apostolico Quirinali, et ex ædibus nostris hac die 13 augusti 1771.



CXXXVIII.

Datum die 13 augusti 1771 Anno III.

Unio, et incorporatio domus sancti Dionysii de urbe, ejusque provinciæ, ordini, ac abbati generali canonicorum regularium ss. Trinitatis et captivorum, cujus alumni in albo canonicorum regularium cum omnibus privilegiis, juribus, et indultis adscribuntur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ex debito pastoralis officii, sicut omnium christifidelium spiritnali progressui vigili cura nitimur prospicere, ita non omittimus paterna charitate providere circa statum religiosorum ordinum prospero dirigendum, ut viri in illis adscripti uberius possint suæ, et aliorum saluti consulere, et ferventiori spiritu Altissimo famulari.

Expositio status ordinis cum suis privilegiis.

§. 2. Cum itaque pro parte tam dilecti filii Caroli Malachane presbyteri expresse professi ordinis canonicorum regularium ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum in sacra theologia magistri, et ejusdem ordinis procuratoris generalis in romana curia commorantis nomine provinciarum sui ordinis in Gallia existentium, quam pro parte dilectorum pariter filiorum Andreæ Perrin a Cruce moderni provincialis, et Angeli a Trinitate respective fratrum reformatorum provinciæ discalceatorum ejusdem ordinis in Gallia ab eorum provinciali capitulo deputatorum, Nobis fuerit humiliter expositum, quod cum alias, videlicet de anno domini MDCXXIX. quidam sui ordinis alumni in Gallia reformationem discalceatam in tribus prædicti ordinis domibus introduxissent, eam inde sub die xii. Septembris dicti anni approbari obtinuerunt per fel. rec. Urbanum pp. VIII. prædecessorem Nostrum, qui domos easdem, et alias in posterum ædificandas, aut acquirendas in unam provinciam, seu congregationem fratrum reformatorum, et discalceatorum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum nuncupandam per suas literas in simili forma Brevis expeditas apostolica auctoritate erexit, prævia tamen dictæ provinciæ, seu congregationis hujusmodi sejunctione, dismembratione, et separatione a quavis alia dicti ordinis provincia, et jurisdictione, illa tantum excepta ministri generalis ejusdem ordinis, cui provinciam sic dismembratam hujusmodi perpetuo subjectam esse voluit,

facultatem insuper tribuendo Sedis apostolicæ nuntio Parisiis commoranti, et deinde archiepiscopo Lugdunensi pro tempore respective existenti, scilicet provinciam sic reformatam, et separatam hujusmodi per unum priorem provincialem ex fratribus ordinis carmelitarum discalceatorum, seu per unum ex aliis ordinibus mendicantibus, et reformatis dasumendum, gubernari, administrari, et visitari faciendi, donec tamen numerus fratrum reformatorum hujusmodi ita in eadem provincia seu congregatione erecta augeretur, et octo saltem domos haberet, in quarum unaquaque duodecim saltem religiosi existere deberent; quo casu dictis fratribus reformatis provincialem, aliosque officiales ex ipsis desumendos seligere, et per ipsos gubernari secundum primitivam dicti ordinis regulam permittebatur, et alias, prout in supradictis, et aliis ejusdem Urbani prædecessoris etiam in forma Brevis expeditis literis, plenius respective dicitur contineri.

Expostulatur dissolutio congregationis, et liberatio ab observantia constitutionum in ea vigentium.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, intento a reformatoribus fine eorum votis minime respondente, provincia sic incepta, et approbata hujusmodi, modo habuerit, modo vero, et plerumque non habuerit præscriptum, tum domorum, tum religiosorum in eis, ut præfertur, commorandorum numerum, et regularis observantia, quæ primum in ea vigeri visa fuit, temporum successu ita cœperit elanguescere, ut ea, propter domorum paupertatem, ac inservientium potissimum paucitatem, ad sexaginta circiter tantum clericos, et laicos ascendentium in solis octo domibus, sive hospitiis quibus tota provincia de præsenti componitur, difficile restaurari valeat, proptereaque dictæ provinciæ professores id serio perpendentes, ac regularis observantiæ hujusmodi restaurandæ difficultatem plane noscentes, in nuperrimo eorum provinciali capitulo per eos sub die xii. maji proxime præteriti in civitate Aquensi habito, cui venerabilis frater episcopus Sistariensis charissimi in Christo filii nostri Ludovici francorum regis christianissimi hac in parte cómmissarius expresse delegatus interfuit, ad modificatam observantiam, a qua sejuncti fuerant, et separati, ut præfertur, prævio tamen Nostro, et hujus sanctæ Sedis beneplacito redire, ejusque regimen, et disciplinam reassumere unanimiter deliberaverint, sese insuper obligantes ad novarum constitutionum a Nobis de mense novembri proxime præterito approbatarum, et confirmatarum pro Galliæ provinciis ejusdem ordinis observantiam, quarum tenor, lectione prævia publice coram prædicto episcopo assistente facta, ab omnibus, et singulis libare acceptatus, et collaudatus fuit (prout ex actu capitulari a dilecto quoque filio officiale venerabilis etiam fratris episcopi Massiliensis recognito, et nobis exhibito uberius continetur) quam quidem deliberationem iidem Carolus, et Andreas, ac Angelus exponentes, una cum ipsis modernis fratribus reformatis prædictis pro illius validitate, et pro disciplinæ regularis observiantia hujusmodi in eorum cordibus restituenda, plurimum inde eam per Sedem apostolicam perpetuo approbari, et confirmari, aliaque infrascripta per Nos fieri cupiant, et propterea iidem nomine suarum respective provinciarum hujusmodi Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur gratia nonnullis sub reservationibus, et cautelis.

§. 4. Nos igitur, qui personas inter ecclesiasticas, præsertim regulares, exactæ disciplinæ observantiam vigere, et fervorem in eis rursum accendi sinceris desideramus affectibus, dictis Carolo, et Andreæ, ac Angelo, necnon professoribus, aliisque dicti ordinis fratribus reformatis hujusmodi specialem gratiam facere volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et audito prius dilecto filio Nostro Joanne Constantio S. R. E. diacono cardinale Caraccioło nuncupato ejusdem ordinis apud Nos, et hanc sanctam Sedem protectore, præfatam reformationem, dictamque domorum hujusmodi in congregationem, seu provinciam erectionem, ut præfertur, factam, apostolica auctoritate prædicta tenore presentium dissolvimus, illisque sic dissolutis, professores prædictos, seu fratres reformatos hujusmodi, necnon dictas domos, et præsertim domum, seu hospitium s. Dionysii de urbe eorumdem ordinis, et congregationis, cum omnibus, et singulis bonis, redditibus, proprietatibus, et juribus in quacunque re consistentibus, et undecumque provenientibus, et ad dictas domus, ut præfertur disso-

lutas quomodolibet spectantibus, et pertinentibus, eisdem provinciis gallicanis dicti ordinis, itaut professores prædicti, aliique ejusdem ordinis fratres reformati prædicti, non amplius ad dictæ reformatæ, ut præfertur, dissolutæ congregationis constitutionum, et regularum, et ad quamcumque aliam ejus observantiam ex nunc in posterum teneantur, sed in habitu, victu, incessu, moribus, ac in omnibus, et per omnia canonicis regularibus ordinis, et provinciarum gallicanarum hujusmodi se conformare, iisdemque privilegiis uti, et gaudere, eorumque novas constitutiones prædictas observare libere, ac licite valeant, et respective teneantur, ac debeant, et uti veri, certi, et indubitati canonici regulares, alumni, ei filii dictarum provinciarum gallicanarum sint, et esse teneantur eo ipso, auctoritate, et tenore præsentis perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus.

Administratio hospitii s. Dionysii de urbe ministro ordinis pro tempore conceditur,

§. 6. Et insuper prædictæ domus, seu hospitii s. Dionysii de urbe omnimodam administrationem, et regimen ministro generali dicti ordinis pro tempore existenti, penes quem sit, quoties ipsi in Domino visum fuerit, dictæ domui, seu hospitio s. Dionysii pro suo arbitrio de bono administratore ab una ex dictis provinciis gallicanis desumendo providere, auctoritate, et tenore similibus de specialis dono gratiæ perpetuo concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 8. Non obstantibus ejusdem Urbani prædecessoris literis prædictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIX.

Dat. die 25. augusti 1771. Anno III.

Uniuntur fratres ordinis minorum sancti Francisci de Observantia custodiæ s. Mauritii in Sabaudia, ordini minorum Conventualium cum subjectione ministro generali hujus ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

§. 1. Felici, ac tranquillo statui illorum, qui divinis obsequiis sub regulari instituto sunt mancipati, pro commisso Nobis coelitus pastoralis officii munere paterna charitate consulere cupientes, ea omnia favorabiliter concedimus, quæ ipsorum quieti, ac tranquillitati fore conspicimus opportuna.

Quantum deceat, ut segregatio peragatur inter professores diversi ordinis, et unio statuatur inter eos qui eamdem regulam sequuntur demonstratur.

§. 2. Nuper siquidem exponi Nobis fecerunt dilecti filii fratres ordinis minorum s. Francisci de Observantia nuncupatorum custodiæ sancti Mauritii in ducatu Sabaudiæ, quod cum ipsi æque ac fratres ordinis minorum s. Francisci Conventualium nuncupatorum bona stabilia in communi ibi possideant, hinc ab aliis fratribus ordinis minorum s. Francisci de Observantia, qui bona hujusmodi minime possident, separari, ac iisdem fratribus minorum Conventualium uniri plurimum exoptant; quocirca, annuente etiam carissimo in Christo filio Nostro Karolo Emmanuale Sardiniæ rege illustri et Sabaudiæ duce, predicti exponentes ad id consensum petierant, et obtinuerant tam a dilecto filio Paschale a Varisio ministro generali prædicti ordinis minorum s. Francisci de Observantia, quam a dilecto itidem filio Aloisio Maria Mazzoni ejusdem ordinis minorum Conventualium ministro generali, qui ambo propter

uniformitatem inter utriusque ordinis professores illic vigentem, separationem hujusmodi, ac respective exoptatam unionem in omnium utilitatem, oc pacem cessurem esse unanimi consensione censuerunt.

Expostulatur dispensatio ab emissis votis, ut seperatio, et respective unio suum consequatur effectum.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut seperatio, ac respective unio hujusmodi suum consequantur effectum, dicti exponentes dispensatiooem, et absolutionem ab omnibus oneribus prædicto ordini minorum s. Francisci de Observantia adnexis ex professione regulari per eos emissa, out etiam juramento inductis, exceptis tribus votis solemnibus, per Nos sibi concedi, eosque ab obedientia suorum respective superiorum dicti ordinis minorum s. Francisci de Observantia eximi, ac liberari, et regulæ, constitutionibus, ac legibus prædicti ordinis minorum s. Francisci Conventualium, aorumque generali, ac provinciali respective ministro subiici, eorumque privilegiis uti posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportuna providere, et ut infra iudulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Dispensationem indulget Pontifex, novamque obedientiam decernit, cum suis privilegiis, honoribus, et oneribus.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quos forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolututos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; cum iisdem fratribus ordinis minorum s. Francisci de Observantia nuncupatorum dictæ custodiæ s. Mauritii in Sabaudia super voto perpetuæ obedientiæ pro tempore existenti ministro generali ordinis minorum s. Francisci de Observantia præstandæ per eos emisso, auctoritate apostolica tenore præsentium dispensamus, eosque ab omnibus oneribus eidem ordini minorum de Observantia adnexis, et regulari professione per ipsos amisso, aut etiam juramento inductis (exceptis tribus votis solemnibus) auctoritate, et tenore prædictis absolvimus, atque ab omni superioritate, correctione, visitatione, auctoritate, et jurisdictione ministri generalis ejusdem ordinis minorum de Observantia eximimus, et liberamus, ipsosque sic, ut præfertur, ab omnibus præmissis absolutos, exemptos, et liberatos, regulæ, constitutionibus, et legibus prædicti ordinis minorum s. Francisci Conventualiom, ejusque pro tempore tam generali, quam provinciali respective ministro perpetuo subiicimus, ac subjectos fore, et esse volumus, at declaramus, ac eisdem habitu, nuncupatione, privilegiis, prærogativis, gratiis, et indultis, quibus fratres Conventuales prædicti quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ae uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeont pari ouctoritate, et tenore decernimus, atque statuimus.

Delegat vero apostolicum commissarium, ut optata separatio, et respective unio suum reipsa consequatur effectum.

§. 5. Ut autem reate, ac facilius separatio, ac unio hujusmodi suum reipsa consequantur effectum, et de doctrina, prudentia, pietate, charitate, religionis zelo dilecti filii Angeli Francisci Salietti de monte Calerio fratris expresse professi, ac in socra theologia magistri, et definitoris perpetui ejusdem ordinis minorum Conventualium plurimum in Domino confisi, ipsum Angelum Franciscum in comissarium, et visitatorem opostolicum omnium conventuum ordinis minorum iam Conventualium, quam de Observantia in ducatu Sobaudiæ existentium, cum facultatibus necessariis, et opportunis, auctoritate, et tenore prædictis eligimus, et constituimus, ac deputamus, ad hoc præsertim, ut conventus eorumdem fratrum minorum de Observantia in ducatu Sabaudiæ hujusmodi existentes; nempe s. Mariæ Ægyptiacæ Chambery, sancti Francisci Anecy, sancti Francisci Aquiani vulgo Evian nuncupati, sancti Michaelis apud forum Claudii vulgo pariter Moutiers nuncupati, sanctæ Mariæ Miani, et sancti Francisci opud Scalas vulgo Ecchelles auctoritate Nostra apostolica visitare, eorumque status, capitalia, jura, et bona inquirere possit, ac valeat.

Eidem commissario committitur, ut de consensu regis Sabaudiæ agestati conventus, prout melius cuosuerit providest.

§. 6. Quoniam vero prædicti conventus paupertate, et ægestate, sicut accepimus, premuntur, hinc eidem Angelo Francisco commissario, ac visitatori a Nobis, ut præfertur costituto, facultatem super omnes conventus tam minorum Conventualium, quam minorum de Observantia ducatus Sabaudiæ prædicti, eos nempe ad quemlibet minorem numerum, prout opus erit, redigendi, nec non cum consensu tamen ejusdem Karoli Emmanuelis regis, eorum bona vendendi, alienandi, transferendi, commutandi, ac ea omnia investiendi, quæ transferri, vendi, seu commutari, aut investiri rationabiliter de-

bent, simulque, singula distribuendi, atque applicandi superstitibus conventibus, juxta datam sibi a Domino prudentiam, et prout magis expedire judicabit, pari auctoritate, tenore præsentium, concedimus, et impertimur.

Episcopo Gebennensi conceduntur conventus et ecclesia s. Francisci Anecy, revocata qualibet regularitatis qualitate.

§. 7. Præterea cum, sicut etiam accepimus, commoditas incolatus venerabili fratri episcopo Gebannensi deficiat, et adhuc desideretur ecclesia, in qua tum ipse, tum etiam dilecti filii capitulum, et canonici sacras functiones peragere, divinaque officia eo, quo par est, decora celebrare possint, ac valeant; hinc est, quod Nos tam gravi ipsorum omnium necessitati paterna charitate consulere volentes, conventum, et ecclesiam sancti Francisci Anecy motu-proprio, eisdemque auctoritate, et tenore perpetuo supprimimus, ac quamcumque regularitatis qualitatem ab eis tollimus, et amovemus, eumdemque conventum cum suis omnibus adnexis, connexis, domibus, si quæ sint, et ab eo dependentibus, pro commoda, ac necessaria habitatione pro tempore existentis episcopi Gebennensis concedimus, et assignamus, ecclesiamque prædictam cum omnibus sacris illius supellectilibus eidem episcopo, et capitulo tam quoad proprietatem, quam quoad usum pro peragendis ibidem sacris functionibus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo tribuimus, et applicamus; ita tamen, ut bona tam mobilia, quam stabilia prædicti etiam conventus Anecy ad fratres Conventuales prædictos tam quoad possessionem, quam quoad dispositionem spectent, atque pertineant.

Directio monialium in ducatu Sabaudiæ existentium committitur fratribus Conventualibus; illisque deficientibus unis locorum episcopis reservatur.

§. 8. Volumus autem, quod monasteria dilectarum in Christo filiarum monialium in eodem ducatu Sabaudiæ existentium, quarum spiritualis directio modo penes eosdem fratres ordinis minorum sancti Francisci de Observantia residet, in posterum conservato omnino illarum instituto, apud fratres ipsos in Conventuales redactos, ubi eorum conventus etiam in posterum subsistent, ac reperiantur, semper permaneat; quod si conventus illorum locorum, in quibus monasteria monialium hujusmodi existunt, auferantur (ut præfertur) vel supprimantur, tum omnimodam spiritualem quoque eorum directionem ad episcopos, seu ordinarios locorum pertinere debere statuimus, atque mandamus.

Clausulæ salutares.

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decreto irritante.

§. 10 Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinum, conventuum, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die XXIV. augusti millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 26. augusti 1771. Anno III.

CXL.

Facultas custodibus confraternitatis sanctorum Bartholomæi, et Alexandri nationis Bergomensis de urbe denegandi adolescentibus ejusdem nationis admissionem ad collegium Cerasoli, certis non adimpletis conditionibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur qui bus legibus suum collegium in urbe erigi curaverit pius sacerdos Flaminius Cerasoli.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni custodes confraternitatis, seu societatis sanctorum Bartholomæi, et Alexandri nationis Bergomensis de urbe, quod alias tum in humanis agens quondam canonicus Flaminius Cerasoli in suo ultimo testamento condito die x. novembris MDCXL. per acta Salvetti mandavit, ut unum erigeretur collegium in urbe prædicta pro adolescentibus nobilibus ejusdem nationis Bergomensis, in quo eædem servandæ essent leges, atque statuta, quæ servabantur in alio collegio Matthæi nuncupato in præfata urbe erecto; voliti autem collegii hujusmodi administrationem, atque jus nominandi adolescentes in eo admittendos idem testator reliquit custodibus pro tempore existentibus prædictæ confraternitatis sanctorum Bartholomæi, et Alexandri.

Inter cætera quæ collegiales tenentur quarto, vel quinto studiorum anno lauream doctoralem sumere, sub poena solvendi alimenta recepta.

§. 2. Quia vero inter cætera præscripta in statutis prædicti collegii Matthæi, ad quæ ipse testator se retulit, cautum reperitur, ut collegiales in quarto, seu quinto anno suorum studiorum sumere debeant lauream doctoralem in sacra theologia, vel in alia scientia, quæ ad acquirendam hujusmodi facultatem perducat, sub pœna solvendi in casu deficientiæ eidem collegio alimenta præstita per totum, ac integrum tempus, quo quisque ex eis ibidem commoratus fuisset, imposito ad hunc effectum onere præstandi cautionem; hinc pro tempore existentes custodes dictæ confraternitatis nunquam adolescentes memoratæ nationis in collegio Cerasoli hujusmodi admiserunt, nisi emissa prius obligatione, ac præstita idonea cautione, assumendi lauream doctoralem in sacra theologia, aut in jure canonico, et civili, antequam a dicto collegio ipsi discedant; adhibitæ tamen cautiones, ac diligentiæ hujusmodi plerumque effectu vacuæ remanent, quippe quia modo ex una, modo vero ex alia causa adolescentes admissi ab eodem collegio discedunt, absque eo, quod obtinuerint, vel assequi curaverint doctoralem lauream in aliqua ex facultatibus prædictis, ac ita inanem reddunt ipsius pii testatoris mentem, et intentionem, qui certe certius ex superaddita hac lauréæ doctoralis sumendæ obligatione id potissimum præ oculis habuit, ut collegiales hujusmodi serio, ac utiliter iis facultatibus, et scientiis operam darent, in quibus lauream doctoralem assumere obstringebantur.

Postulatur propterea, ut adigantur collegiales ad deponendam in æde sacra summam pro assequenda laurea necessariam, antequam in collegio recipiantur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes ne amplius ulla ab eisdem collegialibus proponi valeat causa, propter quam ipsi onus sumendi lauream doctoralem, antequam a præfato collegio discedant, effugere usque adhuc assueverunt, facultatem denegandi admissionem ad collegium hujusmodi nobilibus adolescentibus nationis prædictæ illam petentibus, quoties ipsi præter obligationem sumendi prædictam lauream doctoralem, et cautionem solvendi omnia alimenta præstita in casu deficientiæ, summam quoque in sacra pietatis aede urbis prædictæ non deposuerint, quæ prompta requiritur in assequenda una, seu altera laurea doctorali hujusmodi, quæque in casu inadimplementi in utilitatem ejusdem collegii una cum jure repetendi præstita alimenta cedere debeat, sibi per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex annuit juxta preces, jubetque, ut summa deposita cedat in comodum collegii nisi lauream doctoralem adolescentes consequantur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratias absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus custodibus dictæ confraternitatis petitam facultatem denegandi admissionem ad collegium Cerasoli hujusmodi prædictis adolescentibus memoratæ nationis, nisi prius ipsi obligationem emittant sumendi camdem lauream doctoralem, ac idoneam præstent fideiussionem solvendi in casu deficientiæ omnia alimenta percepta, ac præterea deponant quoque in dicta pietatis aede quantitatem illam pecuniarum, quæ pro assecutione unius, vel

alterius laureæ doctoralis hujusmodi necessaria sit, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Volumus autem, ut in casu, quo lauream hanc doctoralem dicti adolescentes non assequantur, quantitas hujusmodi, ut præfertur, deposita, sine præjudicio juris repetendi etiam præstita alimenta joxta præscriptum statutorum, et ordinationum collegii Matthæi prædicti, in utilitatem ipsius collegii Cerasoli omnino cedat, et erogetur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, et dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisquæ contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die vicesima sexta augusti millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus nostri anno tertio.

Datum die 2 septemb. 1771. Anno III.

CXLI.

Prohibitio extraendi sacra supellectilia ex ecclesia, et monasterio ordinis s. Benedicti civitatis Alatrinæ

Clemens pp. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio Brevis, in quo extractio supellectilium prohibetur sub poena excommunicationis latæ sententiæ, prævia enumeratione rerum omnium quæ supellectilium nomine continentur.

§. 1. Conservationi, et manutentioni ornamentorum, ac paramentorum ecclesiæ monasterii monialium Annuntiationis beatæ Mariæ virginis immaculatæ in sancto Stephano nuncupat. ordinis sancti Benedicti civitatis Alatrinæ, quantum cum Domino possumus benigne consulere, et dilectas in Christo filias abbatissam, seu priorissam, et moniales dicti monasterii specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine nobis humiliter porrectis inclinati: ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica ex auro, vel argento, aut alia quavis alia materia confecta, nec non aliam quamcumque supellectilem sacram ad ecclesiam, et monasterium hujusmodi nunc, et pro tempore quomodolibet spectandam (casulis tamen, aliisque sacerdotalibus vestibus, et supellectilibus linteis tantum exceptis) aliis ecclesiis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodare, vel sub quovis quæsito colore, causa, vel ingenio ex ecclesia, et monasterio hujusmodi extrahere, et asportare, seu ut commodentur, et asportentur permittere, aut consentire audeat, quovis modo, seu præsumat sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium præter quam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, apostolica auctoritate, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum, et ordo retinendi exemplar prohibitionis in loco ubi ab omnibus legi possit.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, vel illius sacristiæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, assidue affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda septembris millesimo septingentesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 4. septemb. 1771 Anno III.

CXLII.

Commissio super exemptione monialium tertii ordinis s. Francisci monasterii oppidi de Arbois Bisuntinæ diœcesis a jurisdictione fratrum ejusdem ordinis, et earum subjectione Ordinario pro tempore existenti.

Dilecto filio Nostro Antonio Claimelo S. R.E. presbytero cardinali de Choiseul Beaupre nuncupat. metropolitanæ ecclesiæ Bisuntinæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli.

Clemens pp. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Exponitur status monasterii, et ratio quæ Pontificis animum movet indulgendæ exemptionis.

§. 1. Cum sicut accepimus in oppido civitate nuncupat. vulgo de Arbois istius diœcesis Bisuntinæ unum reperiatur monasterium dilectarum in Christo filiarum monialium tertii ordinis sancti Francisci sub immediato gubernio fratrum superiorum ejusdem tertii ordinis, ac provinciæ; cui quidem monasterio opus omnino sit, non solum præsentem ejus statum, ac conditionem custodire, sed illam meliorem quoque reddere ea opera, iisque auxiliis, quæ a regularibus superioribus prædictis suppeditari minime valent; quo circa pro tua pietate, charitate, ac religionis zelo onus hoc assumere, et pastoralis tuæ solicitudinis partes in id quoque conferre intendas.

Memorantur apostolicæ literæ, quæ obstarent, ne expostulatæ exemptioni fieret locus.

§. 2. Verum quia per alias felicis recordationis Leonis pp. X. prædecessoris Nostri die x. januarii MDXXI. ac Urbani pp. VIII. itidem prædecessoris Nostri die xiv. martii MDCXXXVI. expeditas literas præscriptum reperitur, ut hujusmodi moniales tertii ordinis sancti Francisci de Observantia sub titulo sanctæ Elisebeth omnimodæ, ac integræ jurisdictioni, obedientiæ, et correctioni regularium superiorum dicti tertii ordinis, seu congregationis perpetuo, ac privative subjectæ esse debeant; hinc præmissa omnia exequi, et adimplere nequis, nisi ad hoc Nostra tibi suffragetur licentia, atque facultas.

Conceditur facultas episcopo pro tempore monasterium visitandi, et omnia in eo præcipiendi juxta regulas, et sacrorum canonum dispositionem.

§. 3. Nos igitur opem, auxiliumque, et assiduam vigilantiam tuam, ac pro tempore existentium archiepiscoporum Bisuntinorum in maximam ejusdem monasterii utilitatem cessuram esse in Domino plurimum sperantes, circumspectio ii tuæ per præsentes injungimus, ut dictum monasterium monialium tertii ordinis sancti Francisci oppidi, seu civitatis nuncupat. de Arbois hujusmodi semel tantum auctoritate Nostra apostolica visites, cum facultate illius statum, regulas, instituta, regimen, statuta, et consuetudines inquirendi, et quæ correctione, emendatione, et reformatione indigere cognoveris, juxta sacrorum canonum dispositionem, et apostolicas constitutiones, ac regularia ejusdem ordinis, seu congregationis statuta auctoritate apostolica confirmata, corrigendi, emendandi, reformandi, mutandi, ac etiam de novo condendi.

Indulgetur æque, ut monialibus per secreta suffragia, maxima in parte consentientibus etiam jurisdictio universa in episcopis resideat.

§. 4. Quod si, seorsim prius auditis monialibus omnibus præfati monasterii, ipsas ab jurisdictione, et obedientia regularium superiorum dicti tertii ordinis, seu congregationis sub qua usque adhuc vixerunt, ad immediatam ordinariam jurisdictionem tuam, et pro tempore existentium archiepiscoporum Bisuntinorum transire velle compereris, facultatem eisdem monialibus deinde capitulariter congregatis, ut ad id consensum suum per secreta suffragia præstare libere, et licite ipsæ possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; nec non quoties majoris earum partis consensus, sicuti præmittitur, per secreta suffragia desuper accesserit, tibi, ut easdem nunc, et pro tempore existentes moniales dicti monasterii sub tua, ac tuorum in archiepiscopatu hujusmodi Bisuntino successorum jurisdictione, obedientia, correctione, et visitatione recipere, et habere libere pariter, ac licite possis, et valeas plenam, et amplam potestatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Reservatur tamen monialibus dissentientibus arbitrium obtinendæ translationis in aliud monasterium ordinariæ jurisdictioni minime subjectum.

§. 5. Volumus autem atque decernimus, ut in casu, quo aliqua ex monialibus hujusmodi potius quam ed dictam ordinariam jurisdictionem transire malit ad aliquod ex monasteriis dicti ordinis, seu congregationis, sive ejusdem diœcesis Bisuntinæ, seu aliarum diœcesum se conferre, id ipsa a te petere; tu vero, servatis iis, quæ in translationibus monialium servanda sunt, ei auctoritate Nostra apostolica concedere libere pariter ac licite possit et respective possis, ac valeas; ita tamen, ut monasterium ejusdem oppidi civitatis nuncupat. de Arbois solam dotem in ingressu persolutam restituere, minime vero totum id, quod eidem monasterio ab ipsis monialibus exemptibus, seu ab aliis earum causa oblatum, ac donatum sit, reddere teneatur.

Clausulæ salutares.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus eorumdem Leonis, et Urbani prædecessoris literis, prædictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLIII.

Dat. die 7. septemb 1771 Anno III.

Facultas priori generali ordinis fratrum eremitarum s. Augustini super dimissione parvorum conventuum in regnis Hispaniarum, et Americæ partibus existentium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur status conventuum supprimendorum, ne regularis observantia detrimentum sentiat.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Xaverius Vasquez prior generalis ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, quod in provinciis ejusdem ordinis in regnis Hispaniarum, et in partibus Americæ existentibus nonnulli reperiuntur ita parvi conventus, ut in eis unus, aut duo tantum ejusdem ordinis fratres vivere possint. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regularis observantiæ vigor in conventibus prædictis propter tam exiguum eorumdem fratrum numerum sperari minime valeat; dictus exponens facultatem præfatos conventus dimittendi, eorumque bona aliis conventibus ejusdem ordinis, cum onere tamen missarum, aliorumque legatorum piorum, applicandi per Nos concedi plurimum desiderat.

Preces porrectæ pro opportuno remedio, quod indulgetur, deputatis commissariis qui ad suppressionem deveniant.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem exponenti, ut ipse in unaquaque ex provinciis ejusdem ordinis in regnis prædictis, et Americæ partibus existentibus, ad præmissorum effectum, vel priorem provincialem cujusque respective provinciæ, vel alium præfati ordinis professorem religionis zelo, doctrina, pietate, et charitate præstantem eligere, ac deputare libere possit, ac valeat, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ipsis vero sic, ut præfertur, ab eodem exponente electis, et deputatis facultatem tribuimus super dimissione conventuum hujusmodi cum Ordinariis locorum, in quibus dicti con-

ventus respective existunt, juxta datam sibi a Domino prudentiam agendi, tractandi, et conventus ipsos, eorumque ecclesias dimittendi, ita tamen, ut ecclesiæ ejusmodi debitis non fraudentur obsequiis, et onera infixa eisdem ecclesiis, vel ex jurepatronatus, vel alia legitima causa ibidem in posterum quoque remanere debeant, et adimplenda sint.

Consulitur distributioni onerum impositorum super bonis conventuum supprimendorum.

§. 3. Reliqua vero onera quæ super bonis tantum dictorum conventuum imposita esse comperiantur, una cum bonis ipsis ad alios ejusdem ordinis conventus, quos vel attenta locorum proximitate, vel eorum paupertate, prædicti electi, ac ut præfertur, deputati judicabunt in Domino opportuniores pertranseant. Nos enim ipsis prioribus provincialibus, seu electis, ac deputatis hujusmodi facultatem eadem bona juxta præmissa una cum suis oneribus aliis conventibus prædictis assignandi, et applicandi pari auctoritate, et tenore concedimus, et impertimur.

Preceptum servandi literas apostolicas.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula qua omnibus aliter judicandi adimitur potestas.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et conventuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLIV.

Dat. die 19. septemb. 1771. Anno III.

Ampliatio privilegiorum concessorum basilicæ Assisiensi beato patriarchæ Francisco confessori dicatæ, et cum concessione officii, et missæ dedicationis qualibet dominica decimaquinta post pascha sub ritu duplicis majoris celebrandæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoriam dedicationis ecclesiæ exoptat Pontifex perpetuam reddere qui ordinem ipsum professus fuerat.

§. 1. Assisiensem fratrum minorum Conventualium ecclesiam beato patriarchæ Francisco confessori dicatam, ac tot, tantisque privilegiis, et gratiis summa romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum liberalitate merito insignitam quam maxime decet, ut Nos, qui ordinem ipsum professi fuimus, eumque singulari sane charitate complectimur, novis etiam pontificiæ benignitatis argumentis decoremus, illiusque dedicationis memoriam ea, qua par est, annua celebritate recolendam præcipiamus.

Enumerantur concessiones factæ ipsi ecclesiæ ab aliis Pontificibus.

§. 2. Id sane exigit non solum peculiaris noster obsequii, et devotionis affectus in eundem beatum patriarcham Franciscum, cujus corpus in Ecclesia prædicta requiescit, sed etiam ejusdem ecclesiæ qualitas, ac dignitas pene singularis; ipsa enim mater, et caput omnibus aliis ecclesiis ordinis minorum præcellit, et pontificia manu incæpta simul atque absoluta fuit. Primum siquidem ejus lapidem imposuit san. mem. Gregorius pp. IX. prædecessor Noster, eam vero sollemni ritu dedicavit Innocentius pp. IV. itidem Noster prædecessor: et postquam nonnulli alii romani Pontifices omnis generis pontificalia sacra in

ea celebrare assueverunt, ecclesiam hujusmodi basilicam patriarchalem, et cappellam papalem esse rec. mem. Benedictus pp. XIV. prædecessor quoque Noster constituit, et declaravit. Quo circa dignum omnino est, simulque ac debitum, ut omnes ipsius sancti patriarchæ filii sub suis vexillis militantes dedicationis hujus ecclesiæ diem annuæ celebritatis veneratione prosequantur.

Præcipitur missa et officium dedicationis omnibus utriusque sexus sub seraphico instituto militantibus.

§. 3. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine missam, et officium dedicationis ejusdem Assisiensis ecclesiæ dominica quinta post pascha sub ritu duplicis majoris cum lectionibus secundi nocturni propriis pro præfato ordine minorum Conventualium alias a Sede apostolica approbatis ab omnibus, et singulis utriusque sexus tam minorum ordinum, quam sanctæ Claræ, tertii ordinis, et quibusvis aliis regularibus personis quomodolibet sub ejusdem seraphici patris instituto militantibus, et ad officii divini recitationem obstrictis in quibuscumque provinciis, conventibus, monasteriis, et locis tam citra, quam ultra montes, et maria in universo orbe, et sub quorumlibet cura degentibus sub pœnis de non satisfaciendo ea die præcepto recitandi officium, aliisque in constitutione san. mem. Pii pp. V. prædecessoris Nostri contentis sub eodem ritu duplicis majoris, et iisdem lectionibus secundi nocturni propriis in perpetuum celebrari, et recitari districte præcipimus.

Constitutionis observantia decernitur.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis prædictæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xi. septembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo pontificatus Nostri anno tertio.

CXLV.

Datum die 25. septemb. 1771. Anno III.

Imminutio festorum in civitate, et diœcesi Portalegrensi.

Venerabili fratri episcopo Portalegrensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in bis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos christifideles benignitate quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Ratio concessionis.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Portalegrensi adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime coguntur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mecanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum.

Preces porrectæ pro gratia obtinenda.

§. 3. Ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui christifidelibus, quaotum cum Domino possumus, salutare

remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati.

Episcopo committitur dispensandi ob observantia festorum exceptis nonnullis nominatim indigitatis, et reservato onere audiendi sacrum.

§. 4. Fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus earumdem civitatis, et diœcesis Portalegrensis existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, et sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium Sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virgini immacolatæ scilicet, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris dictæ civitatis, ac cujuslibet loci diœcesis hujusmodi pro hominibus civitatis, et cujuslibet loci prædictorum dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedam præceptis, sive per synodales earumdem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumqoe alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLVI.

Datum die 19 septemb. 1771 Anno III.

Erectio episcopatus græci ritus in ecclesia cathedrali Munkaesiensi.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Eximia regalium principum erga catholicam fidem sinceritas, et devotio qua ipsi in apostolici ovili unionem, et firmitatem etiam cum proprii peculii impendio enixe procurant, ita urget cor nostrum ut ad ea quæ ab iis pie religioseque petuntur utpote ad divini cultus incrementum tendentia, aures nostras ad exauditionis gratiam declinare non possimus, quin imo protinus apostolica dignitate prosequimur prout tantorum principum id exigunt preces, et apostolicæ Sedi ad illas gratas habendas convenit inclinatio.

Necessitas erectionis evincitur.

§. 2. Cum itaque alias sicut Nobis innotuit in diœcesi Agriensi ob Ruthenorum græci ritus uniti fraquentiam ibidem cum latinis commorantium a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris vicarius apostolicus ejusdem ritus apostolica auctoritate fuisset designatus, qui in oppido Munkaes dictæ diœcesis degens, ac episcopali titulo ecclesiæ in partibus infidelium consistens insignitus sacros ordines græcis unitis conferre aliasque sui episcopalis ministerii partes juxta græ-

corum unitorum hujusmodi consuetudinem, privilegia, et indulta eidem vicario a Sede apostolica concessa obire posset. Cumque Deo dante illius gentis numerus schisma deserentis adeo succreverit, ut ipsi a catholico sui ritus antistite regi, et gubernari ac proprii pastoris solatio frui, et præsidio tueri adversus schismaticorum versutias qui e s. matris Ecclesiæ sinu eos divellere, et in suos errores traducera sæpe numero adnituntur maxime desiderent.

Hungariæ, et Boemiæ regina eamdem erectionem anxie exoptavit.

§. 3. Et proinde obarissima in Christo filia nostra Maria Theresia Hungarlæ, et Bohemiæ regina apostolica, cujus temporali ditioni iidem subsunt, pio religionis in dies augendæ studio in censa et solicita, ut ipsi orthodoxæ fidei firmius inhæreant, ac schimatici ad eam amplectendam facilius allioiantur loco, et vice vicariatus apostolici hujusmodi in eodem oppido Munkaes episcopatum græci ritus uniti per nos pari apostolica auctoritate erigendum vehementer exoptet quemadmodum ipsa Maria Theresia regina apostolica regiis suis literis ad id nobis datis luculentius exposnerit.

Post maturam deliberationem erectio indulgetur, ejusque committitur nuntio apostolico.

§. 4. Nos matura prius deliberatione habita dictæ Mariæ Tharesiæ reginæ apostolicæ precibus indulgere, ac rutbenorum græci ritus uniti nationem quantum in Domino licet specialibus favoribus, et gratiis prosequi, tum eorum spirituali bono animarumque saluti prospicere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine officium vicariatus apostolici ejusdem ritus alias in dicto oppido Munkaes dicta apostolica auctoritate, ut præfertur, designatum, eadem apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus ac prædictum oppidum juxta canonicas sanctiones civitatis episcopali titulo, et honore diota apostolica auctoritate etiam perpetuo decoramus, ac ecclesiam inibi sitam, et a dilecto filio nostro, et Sedis apostolicæ nuntio Viennensi designandam in ecclesiam cathadralem Munkaesiensem græci ritus uniti nuncupandam pro uoo episcopo Munkaesiensi, ejusdem græci ritus uniti etiam nuncupando, qui omnibus episcopalibus insignis, et privilegiis eisdem modo, et forma quibus cæteri episcopi græci ritus uniti perfruuntur, et gaudent cum omnimoda jurisdictione episcopali in græcos omnes unitos in prescripta civitate Munkaesiensi aliisque locis, et terris dictæ diœcesis Agriensis existentes etiam perfruuntur, et gaudient, apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo erigimus, et instituimus.

Providetur ecclesia episcopalis dote quinquemillium florenorum, et abitatio decens pro episcopo.

§. 5. Et pro dictæ eoclesiæ episcopalis Munkaesiensis dote, et ad episcopalem dignitatem decenter tuendam summam quinque millium florenorum monetæ illarum partium a dicta Maria Theresia regina apostolica constitutam annuatim perpetuo absque ulla diminutione persolvendam. Ita tamen ut semper et quandocumque ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ in Hungariæ regno successores pro tempore existentibus episcopis Munkaesiensibus, græci ritus uniti de hujusmodi summa integre providere, vel eis equivalentes fundos assignare teneantur eadem apostolica auctoritate perpetuo quoqua constituimus, et assignamus, ac quod in prædicta civitate Munkaesiensi per Nos episcopali titulo ut præfertur decorata domus pro decenti pro tempore existentis episcopi Munkaesiensis græci ritus uniti hujusmodi habitatione, nec non quod in dicta ecclesia cathedrali Munkaesiensi per Nos, ut præfertur, erecta presbyteri seculares, seu monachi ejusdem græci ritus uniti dummodo ad præsens non adsint qui inibi capituli, et canonicorum aliorum eidem ecclesiæ cathedraii Munkaesiensi per Nos ut prefertur erectæ in divinis inservientium invicem impleant, olficioque fungantur, instituantur dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo statuimus, et decernimus.

Ipsi reginæ conceditur jus nominandi episcopum a s. Sede approbandum.

§. 6. Et nominationem a dicta Maria Theresia regina apostolica Nobis de persona ad dictam ecclesiam cathedralem Munkaesiensem per Nos ut præfertur erectam a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi ut petitur vacantem factam, et ad illam per Nos propediem dicta apostolica auctoritate promovendam prout etiam nominationemque ab ejus in prædicto Hungariæ regno successoribus prædictis romano Pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure præfixum de persona idonea ad dictam ecclesiam episcopalem Munkaesiensem per Nos ut petitur erectam, et pro tempore vacantem fieri debebit pari prorsus modo quo ad nominationem hujusmodi episcopi aliarum cathedralium ecclesiarum in dicto regno existentium a Sede apostolica præfata præfici consneverunt eadem apostolica auctoritate nunc, ac etiam perpetuo admittimus; cum ea tamen lege quod tam episcopus in diota ecclesia cathedrali Munkaesiensi per Nos ut præfertur erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi ut præfertur vacante primo instituendus quam ejus in ecclesia

cathedrali per Nos ut præfertur erecta hujusmodi successores omnes nullo umquam tempore ordinariæ jurisdictioni venerabilis fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis episcopi Agriensis præjudicium aliquod inferre præsumunt.

Præfinitur jurisdictio novi episcopi.

§. 7. Sed jurisdictionem suam ordinariam in clerum dumtaxat, et populum Ruthenorum græci ritus uniti, aliosque qui eosdem ritus, et unionem sequuntur, et degunt tam in civitate Munkaesiensi prædicta per Nos episcopali titulo, ut præfertur, decorata, quam in aliis prædictæ Agriensis diœcesis partibus simpliciter exercere valeant, exacte servantes, et adimplentes decreta omnia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium de propaganda Fide hacteous edita, vel edenda quoad græcos, qui cum latinis immixti vivunt, quique huic novæ provisioni non obstent. Et insuper non solum in dicta ecclesia cathedrali Munkaesiensi, per Nos ut præfertur erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi vacante primo,ut præfertur, instituendum episcopum, verum etiam omnes alios ad eamdem ecclesiam Munkaesiensem græci ritus uniti hujusmodi per Nos, ut præfertur, erectam dicta apostolica auctoritate ad nominationem hujusmodi promovendos, tam in eorum institutione, quam in singulis quibusvis annis vita comite fidei professionem a fel. rec. Urbano pp. VIII. etiam prædecessore Nostro pro græcis unitis præscripta emittere coram personis sui cleri, aut capituli in dignitate ecclesiastica insigniori constitutis, eamque scriptis traditam, propriæque manus earumdem personarum subscriptione, et sigillo munitam ad pro tempore existentem Viennæ nuntium apostolicum transmittere omnino teneri; quamque sic emissam ipse nuntius apostolicus ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. cardinalium rebus consistorialibus propositam præferri curabit eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo statuimus, et decernimus.

Reservatio jurium archiepiscopi Strigoniensis, præcipiturque observantia erectionis modis, et clausulis efficacissimis, ac amplissimis adhibitis derogationibus.

§. 8. Ac demum pro tempore existentibus archiepiscopis Strigoniensibus ut ipsi jurisdictionem omnem quo jure metropolitico in ecclesias suffraganeas illius provinciæ eis competit in dictam ecclesiam cathedralem quoque Munkaesiensem dicti græci ritus uniti per Nos ut præfertur erectam plenarie exerceant cum facultate etiam toties quoties eis placuerit ea inquirendi cognoscendique quæ ad fidei puritatem animarumque spirituale bonum noverint pertinere apostolica auctoritate prædicta, similiter perpetuo committimus, et mandamus. Decernimus præsentes semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac ullo umquam tempore ex quocumque capite, et qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invalidationis vitio, aut intentionis Nostræ, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirante defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis eorumque aliquo solemnitatis, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex eo quocumque alio capite, jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissima, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa etiam quantumvis juxta, rationabili, legittima, juridica, pia, privilegiata etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti seu se juvari in judicio, vel extra illud numquam posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum romanorum Pontifi-

cum ad summi apostolatus apicem ut motu, scientia, et potestatis plenitudine, similibus etiam consistorialis ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de iisdem præsentibus earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, ut in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, at quoties ille emanabunt toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque, et non alias per quoscumque judices, ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio at in quacumque instantia judicari, et definiri debere irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum, et sanctio poenalis.

§. 10. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, vel ordinibus apostolicis, privilegiis quocumque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua non autem per clausolas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, at inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, constitutionis, assignationis, statuti, decreti, admissionis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis millesimo septingentesimo septuagesimo primo tertiodecimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLVII.

Datum die 23. septemb. 1771 Anno III.

Puellis Sancti Spiritus in Saxia de urbe conceditur usus viridarii, in loco existente intra archiospitale.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Benedict. XIV jam locum concesserat ad usum viridarii apposito quoque lapide in memoriam concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ puellæ conservatorii archiospitalis sancti Spiritus in Saxia de urbe, quod alias felicis recordationis Benedictus PP. XIV. earum commodo, ac valetudini paterna charitate prospicere volens in loco intra archiospitale prædictum existente, ac diverso prorsus usui destinato hortum, seu viridarium, ut ipsæ exponentes, quæ vix aliqua anni die ab earum conservatorio exire solent ad illud tamquam ad apertum cœlum propriæ salutis tuendæ causa se se possent conferre constituit, eisque horti, seu viridarii hujusmodi usum concessit, et assignavit, suæque voluntatis hujusmodi perpetuum monumentum in lapide super ejusdem viridarii janua imposito, etiam reliquit.

Expostulatur propterea confirmatio concessionis, ne

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut concessio, et assignatio horti, seu viridarii hujusmo-

revocari in dubium posset.

di sicuti præfertur, secuta firmiter subsistat, neve quisque alius illo uti, ac frui, seu ad alium, quam ad horti, vel viridarii usum convertere, aut commutare valeat, dictæ exponentes eamdem concessionem et assignationem per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderent, idque etiam dilectus filius magister Romualdus Guido modernus ejusdem archiospitalis præceptor, seu commendatarius, pro eo, quo erga ipsas exponentes pollet charitatis zelo quam maxime cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur gratia, prohibita quavis alia ejusdem loci destinatione.

§. 3. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati concessionem, seu assignationem usus horti, seu viridarii prædicti a memorato Benedicto prædecessore eisdem exponentibus factam, ut præfertur, auctoritata apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac omnibus, et singulis cujusvis qualitatis, et dignitatis existant, ne exponentes prædictas ab usu horti, seu viridarii hujusmodi amovere, aut illud in quemcumque alium quam horti, et viridarii statum convertere, aut commutare, sub quavis causa, prætextu, et colore, audeant, seu præsumant, auctoritata, et tenore prædictis interdicimus, et prohibemus.

Clausulæ præservativæ, et salutares.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et iisdem exponentibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam sacri palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti archiospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia septembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLVIII.

Dat. die 16. octobr. 1771. Anno III.

Concessio paramentorum pontificalium pro capitulo cathedralis ecclesiæ Ariminis in præfinitis diebus festis, et cum suis legibus, at declarationibus.

Dilectis filiis dignitatibus, et canonicis ecclesiæ cathedralis Ariminensis.

Clemens PP. XIV.

Laudes civitatis, et cleri Ariminensis.

§. 1. Dilecti filii salutem etc. Peculiari studio, et charitate complectimur, dilecti filii, ecclesiam Ariminensem, in cujus gremio nati sumus, civitatemque istam, in qua tamquam altera patria Nostra primos ætatis annos usque ad seraphici ordinis ingressum transactos a Nobis fuisse jucundissime recordamur; neque Nobis animo excidere umquam potest, qua tum virtutum laude floreret in populi ædificationem clerus, atque illa præcipua cleri pars, collegium nempe vestrum, cujus in vita pie sancteque ducenda præclarum erat specimen ceteris, ac in persolvendis præsertim divini cultus officiis multa præfulgebat sacro cum decore, ac dignitate conjuncta devotio. Hoc virtutis ac pietatis exemplum transmissum ad vos tamquam per successionem esse, ac nunc maxime in vobis vigere, præclare novimus, dilecti filii, ac summopere lætamur.

Preces porrectæ a capitulo

§. 2. Tanto itaque propensiore ani-

pro aliquo clementiæ pignore obtinendo.

mo excipimus preces vestras, quas exposuistis Nobis per dilectum filium Josephum Garampium intimum nostrum cubicularium, ac in arcanis epistolis Nostris a secretis, amantissimum civem vestrum, cujus perhonorifico de vobis et testimonio, et studio plurimum tribuimus, ut scilicet aliquod daremus Nostræ in vos clementiæ, et charitatis pignus, quod arbitraremur vobis, posterisque vestris ut ornamento ad laudem, ita etiam ampliori fore ad pietatem ac virtutem incitamento. Quapropter mature perpensis vestris postulatis, facile Nos in eam deliberationem venimus, ut magis Nostris in collegium vestrum studiis, quam desideriis vestris obsequeremur, eaque erga vos liberalitate uteremur, quæ modestiæ vestræ fines, ac fortasse etiam vota, expectationemque vestram transgressa videretur.

Præfiniuntur dies in quibus uti liceat mitra ex simplici tela linea præsente episcopo.

§. 3. Nos igitur vos specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, vestris supplicationibus inclinati, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione vobis, dilecti filii, præposito, archidiacono, et capitulo, vestrisque successoribus, ut in diebus festis infra annum solemnioribus, nempe in nativitate Domini, in dominica resurrectionis, ac pentecostes cum duobus sequentibus respective diebus; in festis circumcisionis, epiphaniæ, ascensionis, et corporis Domini Nostri Jesu Christi; in feria quinta cœnæ Domini, feria sexta in parasceve, et sabbato sancto; dominica in Albis, et dominica sanctissimæ Trinitatis; in festivitatibus conceptionis, nativitatis, annunciationis, purificationis, et assumptionis beatæ Mariæ virginis; omnium sanctorum, nativitatis sancti Joannis Baptistæ, sanctorum Petri, et Pauli, sancti Gaudentii episcopi, et martyris, et sanctæ Columbæ virginis, et martyris; in die anniversario dedicationis vestræ cathedralis ecclesiæ, ac in commemoratione omnium fidelium defunctorum; dummodo iisdem diebus episcopus solemniter, et pontificaliter celebret; sicuti etiam aliis diebus, in quibus episcopus æque solemniter, et pontificaliter celebrare voluerit, et canonici juxta præscriptum cæremonialis episcoporum sacra paramenta assumere debeant, singuli vestrum, vestrique successores in vesperis, et missis sollemniter decantandis, nec non in processionibus, seu aliis hujusmodi functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, tam in dicta cathedrali, quam in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ejus ecclesiis, in quibus ad sacra solemniter peragenda tam episcopus quam capitulum collegialiter accedere consueverint, vel in futurum contingeret, mitra simplici ex tela linea (præsente etiam S. R. E. cardinali, et de latere, nec non provinciæ Romandiolæ legato) uti libere et licite possitis et valeatis, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Absente episcopo conceditur usus mitræ ex tela aurea, vel argentea

§. 4. Quod si episcopus in enunciatis festivitatibus, ac respective diebus absens fuerit, vel præsens pontificaliter non celebret, sicut etiam in processionibus litaniarum tum majorum, tum minorum, quas idem episcopus per seipsum non peragit, dignitati, seu canonico tantum hujusmodi functiones peragenti, ut indumenta pontificalia sacris actionibus respective convenientia, nempe mitram simplicem ex tela aurea, absente episcopo, ex tela vero linea, præsente episcopo, vel S. R. E. cardinali; crucem pectoralem sine gemmis, annulum cum unica gemma; sandalia et caligas ex holoserico; chirothecas, tunicellam et dalmaticam, nec non faldistorium ligneum holoserico currentis coloris, non autem ex tela aurea, vel argentea coopertum, et ministrum de candela, seu palmatoria inservientem habere licite, et libere possit, et valeat, tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ceteris canonicis usu mitræ, quotiescumque episcopus pontificaliter per seipsum non celebret, et sacra paramenta ab ipsis assumi non debeant, penitus interdicto.

Conceditur quoque usus paramentorum pontificalium de consensu episcopi.

§. 5. Præterea contingere cum possit, ut festum aliquod ultra supra expressa, in cathedrali, vel in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ecclesiis, in quibus vel præsente, vel absente episcopo, capitulum collegialiter conveniat, peragatur, dignitati, seu canonico in missa, et vesperis, sive etiam processionibus celebrantis munus explenti pariter indulgemus, ut mitra, et respective convenientibus indumentis pontificalibus supra enunciatis uti possit, dummodo licentiam singulis vicibus ab

episcopo obtinuerit. In exequiis vero defunctorum, in quibus juxta pontificalis romani parte III. tit. de officio, quod post missam solemnem pro defunctis agitur; et cæremonialis episcoporum lib. 2. cap. II. dispositionem convaniens, ut fiant absolutiones, tam ab ipso episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor episcopis, vel prælatis, si adsint, vel in defectum episcoporum e quatuor primis dignitatibus, vel canonicis, ut hujusmodi quatnor sive dignitates, sive canonici absolventes in actu tantum absolutionum prædictarum mitra simili uti possint, facultatem tribuimus, et impertimur.

Prohibetur ne paramenta assumantur ad altare, aut in choro, neve pontificalis benedictio impertiatur.

§. 6. Inhærentes autem sacrorum rituum congregationis decreto die xxix. januarii anni MDCCLI. edito, et a sa. mem. Benedicto XIV. prædecessore Nostro suis literis apostolicis tertio kalendas martii ejusdem anni confirmato, volumus, ac districte præcipiendo mandamus, ne dignitas, aut canonicus celebrans præsumat ullo modo vel pontificalibus indumentis ad altare, aut in choro indui, vel populum trina benedictione benedicere, vel cum formula episcopali *pax vobis* salutare, vel pastorali baculo uti.

In festo corporis Christi, usus mitræ interdicitur.

§. 7. Nullus vero sive canonicus, sive dignitas in processione corporis Christi mitram in capite gestare, aut mitra in aliis præterquam in supradictis collegialibus functionibus uti unquam valeat. Insuper vobis singulis vestrumque successoribus, ut in propriis armis et insigniis mitram sine pileo apponi facere, et addere possitis, licentiam impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Ac in uberius paternæ benevolentiæ argumentum vobis, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in arce Gandulphi Albanensis diœcesis sub annulo piscatoris die xvi. octobris MDCCLXXI. pontificatus Nostri anno tertio.



CXLIX.

Datum die 8. novemb. 1771 Anno III.

Confirmantur regulæ, seu constitutiones congregationis presbyterorum sæcularium operariorum evangelicorum civitatis Januensis.

Venerabili fratri archiepiscopo Januensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum pro approbatione regularum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri seculares congregationis operariorum evangelicorum nuncupatæ civitatis Januensis quod novissimis temporibus eadem congregatio in dicta civitate canonice (ut asseritur) erecta, atque instituta fuit, non solum ut inde viri in ea adscripti ope spiritualium exercitationum, ac literarum accademiis, studiisque probi, et idonei ecclesiastici efficerentur, verum quoque ad hoc ut æterna christifidelium salus sacramentorum administratione, oratoriis, aliisque piis operibus promovenda, et procuranda esset. Pro recto itaque ejusdem congregationis regimine, ac gubernio nonnullis præscriptis regulis ac constitutionibus eas non solum bo. me. Joseph Saporiti tunc archiepiscopus Januensis approbavit, sed etiam regulæ, et constitutiones hujusmodi a te quoque die xxix. januarii MDCCLXVIII. confirmari, ac denuo approbari promeruerunt. Harum igitur regularum tenor est qui sequitur, videlicet.

Tenor constitutionum.

§. 2. Regulæ congregationis sacerdotum sæcularium sub titulo operariorum evangelicorum erectæ Genuæ in aede præpositurali sancti Donati sub auspiciis Virginis immaculatæ, et sancti Francisci Salesii.

CAPUT I.

De fine Congregationis

Finis congregationis est gloria Dei, et incrementum pietatis.

§. 3. Congregatio operariorum evangelicorum in præcipuum finem sibi propositum habeat majorem Dei gloriam, et pietatis incrementum in promovenda scilicet primum cleri disciplina, riteque formandis atque jugiter excolendis in vinea Domini operariis per accademias scientiarum, theologiæ potissimum dogmaticæ, et moralis, sacrorum rituum, et cæremoniarum, nec non per

frequentes collationes de rebus ad pietatem, et ecclesiasticam perfectionem spectantibus; tum præsertim exercitationem in cathechizando, prædicando, sacramentis pœnitentiæ, et eucharistiæ probe administrandis omnino cuilibet ecclesiastico necessariam; hinc in populo, et iis maxime cætibus, qui rudiores sunt de rebus fidei, et morum instruendis, atque santificandis per cathechesim, assiduas pias adhortationes, spiritualia exercitia, ac demum sacramentorum pœnitentiæ, et eucharistiæ laudabilem frequentationem.

CAPUT II.

De congregationis ordinibus.

Sacerdotes congregationis in duos ordines distribuuntur.

§. 4. Coogregationis sacerdotes in duos ordines distributi habeantur. Qui primum ordinem constituunt, operarii evangelici: qui alterum, operarii coadjutores nuncupantur. Hic autem operariorum coadjutorum ordo, veluti quidem permanentiæ status censeatur, propterea quod sunt vera coogregationis membra. Quocirca unusquisque coadjutorum ita parato animo semper erit, ut ad operariorum evangelicorum numerum libenter transitum faciat, quotiescumque ad ipsum eligatur. Nemini vero licebit commendatione aliqua, vel industria uti, ut sibi hujusmodi promotionem acquirat.

Operarii evangelici teneantur semper talarem habitum gerere in civitate, non ita coadjutores, quamquam, et ut ipsi usu talaris habitus in urbe speciali quadam ratione distinguerentur, congregatio maxime cuperet.

Tum operarii, tum coadjutores officialibus congregationis se subjiciant neque abnuant illud munus, quod sibi commendatum fuerit suscipere, neque contra ulli se muneri intermisceant, cui consilium, idest consulta non addixerit.

CAPUT III.

De consilio secreto, seu consulta.

Consulta explicat quidquid in constitutione relatum est, dirigit functiones, et congregationis operas moderatur.

§. 5. Seni ex ordine primo sacerdotes congregationi universæ regendæ, gubernandæque destinantur. Qui principem inter eos locum obtinet, præses, qui vero præsidis, si forte desit, aut absit, vices gerit, propræses appelletur. Utrique, dum vivent, suum gradum obtineant. Corpus hoc legitime congregatum consilium, decretum, sive consulta dicatur.

Consultæ munus, atque onus esto explicere, et explanare, quidquid in hisce regulis obscurius fortasse, aut strictius expressum fuisset, et quodcumque dubium circa ipsas quovis tempore suboriri posset; caveant tamen, ne regulis eisdem quantum ad rem ipsam, et naturam pertinet, quidquam obsint, aut lædant. Curent propterea ut quidquid explicatum fuerit, in majorem semper congregationis, et proximiorum utilitatem redundet.

Penes ipsam esto etiam facultas functiones dirigere, et directorias tantum pro iisdem functionibus præstare normas, quæ vim suam habeant, et observandæ omnino sunt, nec non super qualitatibus, et conditionibus tum operariorum, et coadjutorum, tum officialium, et vocalium congregationis decernere.

Item moderandis operibus omnibus congregationis, tum quæ huc usque suscepta sunt, tum quæ forent in posterum suscipienda, eleemosynis etiam, expensis, capitalibus, redditibus, omnino præsit consulta; hac tamen lege, ut quandocumque agatur de explicatione, declaratione, et interpretatione regularum, item de extraordinariis expensis quæ excedant summam scutorum centum romanorum, itemque de novis operibus suscipiendis, nisi tamen a præside nomine proprio suscipiantur, teneantur in pleno numero congregari, adscitis sex aliis sacerdotibus ex ordine operariorum, eorumque consilium audire.

CAPUT IV.

De generali congregatione.

Congregatio generalis constat ex omnibus operariis, et coadjutoribus.

§. 6. Generalis congregatio ex omnium tum operariorum, quam coadjutorum numero constabit, qui in operibus, et functionibus congregationis se se exerceant. Legitimi habeantur omnes, et singuli congregationis generalis conventus, quibus interfuerint saltem duodecim congregati, inclusa consulta.

In operibus, et functionibus congregationis actu operantibus accenseri fas sit eos tantum, quos consulta quotannis declaraverit secundum ipsorum in dictis operibus frequentiam et labores. Qui vero sive ut operarii, sive ut coadjutores ad integrum decennium in prælaudatis operibus laboraverint, et ad ætatem quadraginta annorum jam pervenerint, pro actu operantibus habeantur.

CAPUT V.

De novi præsidis eligendi ratione.

Præses eligitur per secretas schedas, concessa prælatione si qui fuerit a præside defuncto nominatus.

§. 7. Cum præses obiarit, vel cesserit officio, generalem congregationem quam citissime (autumnalibus vacationibus exceptis, nisi necessitas urgeat) convocet consulta. Unusquisque separatim in quadam chartula operarium unum, vel duos, quos valit scribat, chartulam secreto in urna, aut capsula superius aliquantulum parforata, seu aperta ipse reponat; quo facto generalis congregatio dimittatur.

Consulta legitimo numero congregata factas nominationes restringat ad tres, et iterum generalis convocetur, cui tres ex ordine nominatos in medium proferat. Deinde si quam chartulam præses vita defunctus obsignatam reliquerit, in qua operarios ad id officium eligendos nominaverit, eam chartulam consulta resignet, et ex nominatis in dicta chartula primos duos, quos hujusmodi munere dignos, et idoneos censeat consulta, generalis congregationis suffragiis subjiciat, quorum alteruter, si duas suffragiorum partes sortitus fuerit, præses declaretur; sin minus generali rursus ambo proponantur; quod si forte neuter in utraque suffragiorum collatione illum, quem diximus, calculorum numerum obtinuerit, dicti duo a præside, et tres itidem a consulta nominati suffragiis subjiciantur, quique ex prædictis duas suffragiorum tertias partes consequutus fuerit, electus habeatur. Si secus in hac quarta, vel si chartula comperta non fuarit in secunda collatione, qui majorem quam sui competitores partem retulerit præses esto.

Quod si electus aut curas, quibus detineretur, deponere, aut officium capere recusaret, in ejus locum alium consulta nominandum sufficiat: generalis vero congregatio ex omnibus eisdem nominatis, quem velit, eligat eadem suffragiorum ratione habita, ut postremo loco constitutum est.

CAPUT VI.

De consultoribus, eorumque electione.

Consultores in quadriennium eliguntur et singuli singulis annis ab officio cessent.

§. 8. Consultores in quadriennium in suo gradu perdurent, exceptis præside, et propræside, de quibus supra. Non omnes tamen simul ab officio cessent, sed singuli, singulis annis. Ad novum ergo consultorem eligendum convocetur generalis congregatio infra octavam sancti Francisci Salesii, nisi tamen necessitas urgeat rem subito conficere; quod faciendum, quotiescumque officium consultoris vacabit ante completum quadriennium quacumque ex causa; tum enim citius, quoad fieri potest, consultor eligatur pro reliquo tempore generali congregationi operarios tres consulta proponat. Debent autem operarii proponendi ex eorum numaro esse, qui in operibus, et functionibus congregationis actu adlaborant per biennium saltem, debentque trigesimum ætatis annum attigisse; et ille pro electo habeatur, qui majoram partem retulerit favorabilium suffragiorum.

CAPUT VII.

De consultæ substitutis, deque ejus secretario, eorumque electione.

Substituti ad annum eliguntur, et secretarius consultæ inter consultores eligitur.

§. 9. Si forte desit, aut absit aliquis consultor, ejus vices gerat ex substitutis aliquis. Nominationibus, et suffragiis substitutos hosce eligat ad annum consulta eo numero, quo ipsa velit. Sint substituti iisdem dotibus, quæ ad electionem consultorum requiruntur præditi, atque ornati.

Consulta eum, qui sit a secretis, sive secretarius, ex suis consultoribus eligat; et in officio erit, quo usque ipsa velit. Si contingat secretarium abesse, aut morbo, aut alio quovis impedimento detineri, junior ex congregatis legitime consultoribus hujusmodi officio fungatur.

CAPUT. VIII.

De ascribendis respectivis congregationis ordinibus.

Sine ordine congregationis nemo adscribi potest in quovis ordine ipsius congregationis.

§. 10. Nullus sacerdos inter coadjutores operarios cooptetur nisi prius consulta alicui congregationis operi, aut functioni addixerit. Hinc elapso aliquo notabili tempore ipsius consultæ judicio, et arbitrio, congregationi generali proponatur.

Clerici in sacris ordinibus constituti (hi vero tantum, qui diu, et laudabiliter in operibus congregationis sese exercuerint) albo coadjutorum adscribi possint.

Evangelici operarii ex classe coadjutorum assumantur, minori tamen, quam fieri possit, numero, eoque solum, quo opus sit, et sufficiat ut eorumdem operariorum ordo servetur et vigeat. Quare neminem ex coadjutori-

bus accersiri liceat operariis evangelicis nisi cum necessitas congregationis, vel utilitas postulabit.

CAPUT POSTREMUM

De quibusdam ex præcipuis congregationis functionibus, deque eorumdem regimine.

Describuntur functiones peragendæ in congregatione, et ordo in illis servandus indigitatur.

§. 11. Singulis congregationis operibus rector, sive director constituatur atque etiam protector, si ita consultæ visum fuerit, quæ arbitratu suo ex alterutra classe utrumque deligat. Rector in iis, quæ ad operam suæ curæ commissam pertinent, quam diligentissime invigilet, atque incumbat, simulque caveat, ne res novæ vel pravi usus in sodalitium, sive in ipsas functiones irrepant. Idque demum etiam atque etiam studeat, ut hæc disciplina perpetua sit, nullaque in parte labefactetur, neve maturo sine consultæ judicio quidquam immutetur.

Academia moralis theologiæ, autumnalibus vacationibus ad duos menses exceptis, singulis operariis diebus habeatur, nisi die meditationi assignato impediatur. In hac autem rector unum aliquem ex probatioribus tutioribusque auctorem explanandum sumat; posteroque die per ipsum, vel per aliquos ex academicis ea repetantur, quæ superiori die explanata fuerint. Difficultates, quæ in explanatione objicierentur, vel a rectore potius proponerentur, ab eodem diluantur, atque etiam explanatæ materiæ casus, et quæstiones dissolvantur. Aliæ scientiarum, atque linguarum accademiæ prout res, tempusque postulaverit, ut haotenus a pluribus annis fieri consueverunt, habeantur.

Semel in hebdomada, idque plerumque die jovis primo mane solemne sacrum, sive missa cum sacris ministris peragatur ad ritum Gregorianum. Solis ecclesiasticis detur ingressus qui superpelliceo amicti, quot capi possunt ante aram, hoc est in presbyterio, eidem sacro intersint. A diacono, dicto evangelio, celebrans sacerdos ex dominicæ superioris evangelio desumptum, et ad ecclesiasticos mores pertinentem sermonem fere ad horam habeat, et alloquio ad affectus movendos concludat. Hierophantes, hoc est magister ohori, et cæremoniarum ante, et post sacrum in ipso sacrario aliquid de cæremoniis doceat, atque admoneat. Superiori autem vespere alia itidem pia exercitatio pro solis ecclesiasticis de more suscipiatur, in qua lectio ad dimidiam horam præcedat. Hinc rector ex eadem lectione excerpta puncta ad aliam dimidiam meditanda proponat, in quibus unusquisque se expendat, atque inflammet; inde consequatur aliqua breviuscula ad profectum congregationis vocalis precatio. Et rursus ad dimidiam ex iis nonnulli a rectore rogati ad cæterorum utilitatem demissa aperiant ea, quæ ex habita meditatione perceperint, qua super re ipse etiam rector, quid senserit, exponat.

Singulis sacellis, sive congregationis operibus sacerdotes sive ad confessiones excipiendas, sive ad alia munia obeunda a consulta quotannis assignentur. Ad ingressum tertia pars rosarii recitetur, indeque actus theologarum virtutum, atque principia christianæ doctrinæ scitu necessaria alta voce dicantur, et de verbo, ad verbum a populo repetantur. Interim sacrum sive missa celebretur. Hinc cathechismus ad integram horam habeatur, et a digniore ad quadrantem spiritualia monita, et adhortationes ad nostras functiones, et ad sacramenta rite frequentanda familiariter adjungantur. Denique facta a populo communione et impertita sanctissimi Sacramenti in pyxide conditi benedictione, alterum sacrum functioni finem imponat. Eadem fere ratio vigeat diebus operariis in iis etiam sacellis, quæ ioopes frequentant.

Puerorum sodalitium, sive congregatio perpetuo regatur ita ut hactenus a pluribus lustris recta est. Hi ubi ingressi fuerint, distribuantur in classes, rudimentaque fidei catholicæ congruenter libello interrogationum, et responsionum ab ecclesiasticis hominibus, vel magistris etiam secularibus integram ad minus horam interrogentur, atque eadem memoriæ tradere jubeantur; unde unusquisque, quæ adhuo ignorat, instenter addiscat, et de classe in classem translatus in omnibus optime imbuatur. Sic ad doctrinam probe instructi, ad evangelicam perfectionem, virtutesque efformandi, ad postremam classem provehantur, in qua a præfecto presbytero familiari allocutione proficiantur. Classium completo tempore ad rectoris audiendam currentis diei, vel festi evangelicam explanationem omnes confluant. Cantata inde aliqua oratione sacrum peragatur. Interim meditandum aliquid ex habita explanatione depromptum rector pueris pro eorum captu proponat, et panem eucharisti-

cum sumentibus pios affectus, dum sumunt, excitare conetur. Tandem admonitiones agentur, et post actionem gratiarum præmia distribuantur.

Sodalitium virorum, sive congregatio eodem utatur instituto, quo uti solent scholastici adolescentes, modo sermonis loco explanetur evangelium diei, vel festi currentis et super dicta explanatione meditatio exhibeatur.

In singulis sodalitiis, sive congregationis sacellis, vel oratoriis, et in sodalitio, sive congregatione virorum, quibus puerorum cura demandata fuerit, singulis annis ad octo, decemve dies habeantur exercitia spiritualia, quibus interesse unicuique sit facultas.

Quotannis celebretur festum s. Francisci Salesii cum missa cantata ad ritum Gregorianum, et cum oratione panegirica. In omnibus sacellis, sive oratoriis, et in omnibus sodalitiis sive congregationibus Christi corpus universim sumatur, sive fiat communio generalis eadem die, vel in dominica infra octavam, aliqua addendo ad excitandam fovendamque pietatem in tam eximium patronum.

Hæc omnia observentur, et vigeant ad cleri institutionem, et sanctificationem ad spiritualem proximorum omnium salutem, ut in omnibus glorificetur Jesus Christus, qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivit, et regnat in sæcula sæculorum; ita tamen ut congregatio ita erecta per adprobationem, et confirmationem hujusmodi regularum a sancta Sede humiliter petendam, atque obtinendam nullatenus censeatur exempta ab ordinarii jurisdictione, cui libentissime se subjectam profitetur.

Confirmatio apostolica pro validiori observantia regularum, et constitutionum.

§. 12. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat regulæ, et constitutiones hujusmodi quo firmius subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes per nos confirmari, et approbari plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum qui relationem tuam super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, ac votum dilecti filii Nostri Andreæ S. R. E. cardinalis Corsini nuncupati ad hujusmodi negotium examinandum ab ipsis deputati perpenderunt consilio, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, præinsertas regulas seu constitutiones dictæ congregationis presbyterorum secularium operariorum evangelicorum nuncupatorum, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tuo arbitrio, et conscientia gratis approbes, atque confirmes, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicias, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decreto irritante.

§. 13. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis pro quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus, constitutionibus et ordinationibus nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum ac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava novembris millesimo septingentesimo septua-

gesimo primo pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 21 novemb. 1772 Anno III

CL.

De nativitate pueri Caroli Clementis, catholici regis nepote publicæ gratiarum actiones Deo peragendæ præcipiuntur.

Clemens PP. XIV.

Borboniæ gentis laudes retexentur, ut justum esse gaudium, pro diuturna stirpis propagatione, evincatur.

§. 1. Cum magnopere ad rempublicam pertinere, tum Ecclesiæ ipsius plurimum interesse arbitrati semper sumus, venerabiles fratres, ut amplissimæ regum familiæ sanctissimis religionis institutis jamdiu fundatæ ac stabilitæ diuturna stirpis propagatione similem veræ ac solidæ pietatis gloriam remotissimæ posteritati transmittant. Verum hujus utilitatis magnitudo Nobis potissimum obversabatur animo, cum de carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici liberis ac successione cogitaremus, ejusque ac majorum illius innumerabiles laudes atque in Ecclesiam merita recenseremus. Ad has publicas commodorum rationes accedebant peculiares Nostri in illum amoris causæ, mutua officiorum inter Nos consuetudine magis in dies confirmatæ, quibus fit, ut quæcumque ad illum pertineant, ad Nos æque attinere existimemus. Quare cum eadem, qua ille, solicitudine, et maximo desiderio successuri in tantam regnorum spem ejus nepotis teneremur, facile intueri potestis, venerabiles fratres, immensam a Nobis perceptam jucunditatem, cum primum expletam studii Nostri expectationem vidimus. Optatissimum hunc nuncium ex regis ipsius literis accepimus, quibus lætitiæ suæ vi Nostrum in sinum effusa, Nos in gaudii sui societatem vocabat, et nepote se auctum, atque eundem Nostro suoque nomine de sacro regenerationis fonte jam a se susceptum esse afferebat. Una itaque natum illum esse regno, regi, Nobis, Ecclesiæ, ac Deo ipsi intelleximus, ac secundissima omnia in illum auspicia e cælo collata esse agnovimus.

Virtus commemoratur regiæ principissæ Aloisiæ Mariæ, quæ ordini Carmelitarum virginum nomen dedit.

§. 2. Hunc Nostræ jucunditatis sensum magnopere amplificavit, quod eodem plane die hæc ad Nos essent allata, quo die dilectissima in Christo filia Nostra Aloisia Maria regia Galliarum principissa relicto paternæ ac regalis aulæ splendore in Carmelitarum virginum ordine Christi paupertatem atque humilitatem complexa, fide data se religiosæ vitæ legibus obstringebat, Deoque devovebat. Propterea Nos inclytam illam, ac prope divinam, Deique munere inditam virtutem tunc præcipue animo volvebamus, ac Nos ipsi huic ac omnibus seculis memorandæ celebritati interesse, eaque vota ac sponsiones in manus Nostras coram excipera videbamur. Dum defixi in hac jucundissima cogitatione essemus, et novam hanc præclaram laudem Borbonio nomini, ac præsertim carissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo accedere lætaremur, ille ex Hispania nuncius paternum animum Nostrum ad aliam Borboniæ item gentis felicitatem, et uberrimam Nobis inde perfruendam lætitiam convertit.

Cælestes benedictiones super puerum implorantur.

§. 3. Summas atque immortales ex templo regum regi, ac regnorum largitori et conservatori Deo gratias persolvimus, cujus singulari et communibus votis jamdiu implorato beneficio pulcherrimas has gaudii causas Nobis esse datas videmus. Quam multæ enim fuerunt, quam assiduæ Nostræ, et catholici regis propterea fusæ ad Deum preces; quæ vota et in Hispaniæ regnis, et hujus urbis Nostræ templis suscepta! Nos potissimum Nostram hanc sanctorum duodecim apostolorum basilicam festo beati Josephi a Cupertino die, quem natalis pueri dies statim est consecutus, adivimus, ibique a seraphico Patre beato Francisco, unaque a beato Josepho, quorum præsens erga Nos apud Deum patrocinium semper experti sumus, ut adesso Nobis tanta in re vellent, enixe flagitavimus; eisque porro opis Nobis præstitæ memores, cum festus beati Francisci ageretur dies, in seraphica eius nominis atque ordinis basilica, magnaque hominum frequentia gratissimum animum Nostrum publice, ut debuimus, testati sumus. Quem igitur Deus optimus maximus impertitus Nobis est atque Ecclesiæ dilectissimum in Christo filium, regi nepotem, Hispaniæ delicias, ac spem mansuræ felicitatis, eundem servare ut salvum item ac incolumem velit, atque in illo avitæ, et paternæ pietatis, æquitatis, clementiæ, cæterarumque regiarum virtutum exempla renovare, omnino confidimus. Nos certe, quantum studio et pontificia charitate conniti et contendere possumus, ut maximus hic cumulus divinis beneficiis adjungatur, deprecando obsecrandoque præstabimus. Quapropter Deo omnipotenti commendamus egregium

puerum Carolum Clementem a Nobis una cum catholico rege in sacra regeneratione susceptum, atque idcirco tanquam novum atque illustre summi inter Nos amoris ac necessitudinis pignus futurum: beatissimo item Petro, cujus apostolicam dignitatem in infirmitate Nostra retinemus, cuique idcirco studia Nostra acceptissima fore scimus, tuendum eundem et custodiendum tradimus. Atque hæc vobis, venerabiles fratres, communicanda esse duximus, ut pro ea, quam in Ecclesia habetis parte, vota vestra Nobiscum conjungatis, et publicis lætitiæ significationibus declaretis animorum vestrorum sensus in his faustissimis regiæ catholicæ domus incrementis, in quibus maxima rei Christianæ, atque hujus apostolicæ Sedis præsidia et ornamenta contineri cognoscitis.

Datum die 18 novemb. 1771 Anno III.

CLI.

Prohibitio extrahendi libros ex archivio metropolitanæ ecclesiæ Compostellanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ pro obtinendo remedio ne libri, et scripturæ ad ecclesiam pertinentes disperdantur.

§. 1. Cum sicut dilecti filii capitulum, et canonici metropolitanæ ecclesiæ Compostellanæ, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi conservationi, et manutentioni librorum, et scripturarum in archivio, et ratiocinatoria metropolitanæ ecclesiæ hujusmodi nunc et pro tempore existentium opportune a Nobis provideri, et ut infra, indulgeri plurimum desiderent.

Prohibetur extractio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ uni sanctæ Sedi reservatæ.

§. 2. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam cujusvis status, gradus, qualitatis, conditionis, præeminentiæ vel dignitatis, etiamsi de gremio ejusdem capituli, aut etiam quocumque munere, aut officio, vel jurisdictione fungens, seu alias etiam speciali mentione, et expressione dignus libros quinterna, folia, sive impresse, sive manuscripta, aliaque quæcumque instrumenta, et documenta in archivio, seu ratiocinatoria prædictis nunc, et pro tempore quandocumque existentia exinde sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, occasione, vel ingenio in totum, vel pro parte etiam minima, absque expressa prædictorum capituli, et canonicorum, seu eorum majoris partis, et si expediens visum fuerit, etiam per secreta suffragia præstanda licentia, et consensu extrahere, vel asportare, aut ut extrahantur, vel asportentur, mandare, vel curare, aut permittere audeat quovis modo, seu præsumat sub excommunicationis pœna per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo per quemcumque nisi per Nos, seu romanum Pontificem pro tempore existentem (præter quam in mortis articulo constitutus) absolvi possit; et quoties per capitulum, et canonicos prædictos licentia hujusmodi concedi contingat, ut præfertur, toties in libro ad hoc destinato nomen personæ, seu personarum, quibus licentia hujusmodi concessa fuerit, nec non dies, mensis, et annus; ac libri, seu folia extracta describantur, atque in eodem archivio, seu ratiocinatoria, eorum usu finito, reportentur, et reponantur sub eadem excommunicatione, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus, ac respective præcipimus, et mandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ metropolitanæ ecclesiæ, ejusdemque capituli, et canonicorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præ-

sentis prohibitionis exemplum in valvis dicti archivii, et ratiocinatoriæ, vel alio loco conspicuo, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidue remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava novembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 2. decemb. 1771. Anno III.

CLII.

Confirmatio jurisdictionis cumulativæ in causis fraudum et capitulorum artium civitatis Ripanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna, quam de omnibus christifidelibus, eisque præsertim, qui etiam quoad temporalia Nostri, et apostolicæ Sedis subditi sunt, auctore Domino gerimus cura, quam maxime urget, ut juxta ipsorum sinceram, ac majorem in Nos, et Sedem prædictam devotionem, et fidem liberalioribus gratiarum muneribus eos prosaquamur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Ripanæ, quod ipsi, præter alia privilegia, gratias, et indulta sibi a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, et Sede prædicta, eorumque legatis, vice-legatis, et præsidibus concessa, cumulativa quoque fruuntur jurisdictione, qua publicus magistratus, et commissarii pro tempore existentes dictæ civitatis in causis tantum fraudum, quæ contra tenorem, ac dispositionem capitulorum publicos proventus concernentium committuntur, una simul procedunt. Hanc enim cumulativam jurisdictionem anno MDCXCII bonæ memoriæ Marcellinus Albergotti tunc temporis præses civitatis montis Alti, prius perpensis juribus hinc inde deductis, approbavit, et confirmavit, suisque literis ad magistratum prædictum conscriptis injunxit, ut in posterum cumulative quoque in eisdem causis adversus delinquentes procedendum esset, his adjectis conditionibus, nempe, quod sive commissarius dictæ civitatis Ripanæ, sive idem magistratus in fraudibus inveniendis alterum respective prævenisset, tunc processus conficiendus quidem esset a proprio cancellario illius, qui prior in præveniendo fuisset, sed is ad absolutionem, seu condemnationem reorum minime procedere valeret, absque præsentia, et voto alterius, qui quartæ partis pœnarum exigendarum particeps esse deberet, detractis prius expensis processus, aliisque ad cancellariam pertinentibus semper pro medietate dividendis inter cancellarium commissarii, et respective secretarium communitatis hujusmodi; atque insuper mandavit, ut quoad reliquas tres partes, id, quod antea fieri consueverat, in posterum quoque esset peragendum; ac alias prout in ipsius Marcellini præsidis literis prædictis die xiii. martii ejusdem anni MDCXCII. scriptis, quarum tenorem præsentibus pro pleno, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Deinde vero prædicta omnia sic, ut præfertur, a memorato Marcellino præside constituta, atque præscripta anno MDCCXXVI. a tunc existentibus S. R. E. cardinalibus consultationibus negotiorum ditionis temporalis ejusdem S. R. E. præpositis per literas die xxxi. augusti anni prædicti ad locumtenentem civitatis montis Alti transmissas exequenda esse, responsum fuit, ac alias prout in eisdem literis, quarum pariter tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, tam præmissa omnia in duabus literis prædictis, sicuti præmittitur, disposita, et constituta, quam etiam capitula artis tam ruralis, quam fabrorum ferrariorum, et sutorum alias per felicis recordationis Nicolaum pp. V. prædecessorem Nostrum, ac bonæ memoriæ S. R. E. cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, et a tunc existentibus ejusdem S. R. E. cardinalibus præfatis consultationibus præpositis sub diversis respectiva temporibus approbata per Nos una cum earumdem artium exemptione ab onere solvendi communitativam gabellam introductionis, extractionis, et passus approbari, et confirmari plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Expostulatur apostolica adprobatio statutorum, et literarum apostolicarum.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, Conceditur gratia ad tramites præexistentis consuetudinis, quæ integra servari præcipitur.

sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis super præmissis informationibus opportunis, jurisdictionem cumulativam prædictam publici magistratus, et commissarii pro tempore existentis ejusdem civitatis Ripanæ in causis tantum fraudum, quas committi contigerit, contra tenorem, ac dispositionem capitulorum publicos proventus concernentium secundum distintiones, et conditiones, ac præscripta expressa in dicta epistola ipsius Marcellini præsidis data sub die xiii. martii MDCXCII, ac, ut præfertur, approbata ab alia epistola memoratorum cardinalium consultationibus negotiorum ditionis temporalis ipsius S. R. E. præpositorum die xxxi. augusti MDCCXXVI. auctoritate Nostre apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus; ac præterea tam capitula artis ruralis approbata a præfato cardinali Aldobrandino sub anno MDXLVII. et a tunc existantibus prædictis cardinalibus consultationibus eorumdem negotiorum ditionis temporalis hujusmodi præpositis sub enno 1547 quam capitula artium fabrorum ferrariorum, et sutorum item per alias in simili forma brevis ejusdem Nicolai prædecessoris anno MCCCCLII. expeditas literas approbata, cum prædictarum artium exemptione ab onere solvendi communitativam gabellam introductionis, extractionis, et passus prout in publicis libris continetur, auctoritate, et tenore prædictis confirmamus pariter, et approbamus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tampore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Aliter judicandi potestas sin gulis eripitur.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLIII.

Dat. die 11. decemb. 1771 Anno III.

Indulgentiæ plenariæ, et remissionis peccatorum beneficium conceditur iis, qui ecclesies s. Pauli decollati die 23 aprilis cujusvis anni visitaverint.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Concessio sub certis legibus.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis clericorum regularium congregationis s. Pauli decollati Barnabitarum nuncupatæ ubicumque existentibus die vicesima tertia mensis aprilis a primis vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus

perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu procuratoris generalis dictæ congregationis subscriptis, et sigillo ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die xi. decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 18. decemb. 1771. Anno III.

CLIV.

Concessio favore catholicorum armenorum Anciræ indulgentiæ plenariæ, et remissionis peccatorum aliquibus annualibus præcipuis festivis diebus consequendæ.

Dilecto filio Malachiæ Seniserchis sacerdoti armeno.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Quæ sint præstanda præfini tur, ut gratia consequatur, et dies describuntur in quibus concessio suas exercere vires debeat.

§. 1. Libenter intelleximus, dilecte fili, quæ ad nostram hanc congregationem de Propaganda fide nuper scripsisti de apostolicis laboribus tuis, quos in excolenda istic vinea Domini, Deo incrementa dante, sedulo, assiduaque opera impendis, ac de ea præsertim fidelium utilitate, quam universalis jubilæi istic promulgati opportunitas intulit, Deoque ipsi propterea plurimas egimus gratias, cujus benignitate fructus prodierunt uberrimi, tibique eas dedimus laudes, quæ egregio muneri, quo fungeris, convenire maxime debeant, cum in eo exercendo evangelicum animarum zelum, ac in proximum charitatem cum prudentia, doctrinaque coniunxeris. Quapropter deesse Nobis videremur, si novas istic exercendæ operæ tuæ, ac inflammandæ in isto fideli populo pietatis opportunitates non suppeditaremus. Itaque per hasce nostras in forma Brevis literas, quas ad te, dilecte fili, transmittimus, plenariam peccatorum indulgentiam sollemnioribus per annum diebus, videlicet resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, pentecostes, epiphaniæ, assumptionis beatæ Mariæ Virginis, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac seraphici patris s. Francisci lucrandam ab omnibus armenis Anciræ catholicis, quicumque prius confessi, ac sacra communione refecti pro exaltatione Ecclesiæ, pro infidelium conversione, ac pro hæresum extirpatione Deum oraverint, ad septennium duraturam apostolica auctoritate concedimus. Deum vero ipsum Nos precamur, ut consilium hoc nostrum ad suam magis magisque augendam gloriam conversum suæ bonitatis ubertate fæcundet, tibique ut ad eam curandam majori divinæ gratiæ incremento confirmeris, cælestis benedictionis auspicem apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xviii. decembris MDCCLXXI, pontificatus Nostri anno tertio

CLV.

Dat. die 20. novemb. 1771 Anno III.

Statuta, et literæ apostolicæ prohibentes esum carnium monachis Carthusiensibus confirmantur, et plenam executionem habere debere statuitur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Sanctas, ac primævas regularium ordinum institutiones tanta cum spirituali utilitate ab eorum professoribus per sæculorum spatia adamussim executas, et a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris non semel etiam confirmatas apostolicæ quoque auctoritatis Nostræ præsidio libenter denuo communimus, dum id a Nobis petitur, et in Domino conspicimus expedire. Proœmium.

Ordinis describitur usus circa esum carnium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius de Maisons monachus capresse professus, et procurator generalis ordinis Carthusiensis, quod ab exordio usque dicti sui ordinis, nempe ab anno circiter MLXXXIV. abstinentiam ab esu carnium servandam ordo ipse sibi constituit, eamque omnes primi illius monachi religiose ita servarunt, ut anno MCXV. Gingo quintus illius prior generalis tam laudabilis consuetudinis executionem inter cætera statuti ejusdem ordinis capita apposuit, atque ad illam in capit. xxxix. §. iii. de cura infirmorum obligatos voluit infirmos, piscium esum in infirmitatibus

eis tantum permittendo. Hanc vero abstinentiam ab esu carnium confirmarunt postea resolutiones capitulorum generalium ipsius ordinis, quæ a fel. rec. Alexandro pp. III. prædecessore Nostro anno MCLXXVIII. approbatæ fuerunt; ac rursus, dum idem ordo anno MCCLXIX. suorum statutorum exactiorem compilationem explevit in cap. XLIV. §. IV. præscripsit, ut esus carnium, cui ordo renuntiavit, nulli concedatur, etiamsi sit leprosus. Quoniam autem tempore rec. mem. Pauli pp. V. itidem prædecessoris Nostri aliqui ex professoribus dicti ordinis sub colore nonnullarum causarum dispensationem super hac re ab officio pœnitentiariæ apostolicæ obtinuerant, idem Paulus prædecessor nullas, ac irritas illas declaravit, eisque uti sub pœna excommunicationis prohibuit. Deindeque idem ordo, ut abstinentia ab esu carnium in ipso magis, magisque firma redderetur, omnisque spes cuicumque dispensationem ab ea obtinendi sublata penitus foret, in ultima ejus statutorum collectione quo ad illam sui animi sensum clarius aperuit, ut liquet ex cap. X. primæ partis §. XXIV., cujus tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor statutorum ordinis hac super re.

§. 3. Quia secundum sanctissimam Nostri ordinis consuetudinem a sanctis patribus Nostris introductam omnem esum, et sumptionem carnium, et omnium, quæcumque ex carnibus quomodolibet constant, sive per modum cibi, sive per modum potionis, aut sorbitionis sumantur, a Nostro proposito abjecimus; statuimus, ut quicumque Nostri ordinis professus hujus tam laudabilis institutionis transgressor extiterit, carnes videlicet comedendo, seu alicui personæ ordinis ministrando, aut comedentibus, vel ministrantibus consentiendo, vel non prohibendo, cum potuerit prohibere, vel qui infra domus suæ clausuram quibuscumque personis carnes ministraverit seu ab aliis permiserit ministrari, nec prohibuerit, prohibere cum valebit, si prior, vel vicarius, aut procurator hoc fecerit, ipso facto tanquam ipsius sui instituti calumniator, et transgressor obedientiam perdat, et vocibus, ac locis debitis, et cæteris obedientiis ordinis careat in æternum. Si vero simplex monachus, aut alia quævis persona ordinis extiterit, voce, loco, et obedientia carens perpetuo ad capituli generalis voluntatem carceri mancipetur.

Statutum fuit confirmatum.

§. 4. Quod sane statutum piæ mem. Innocentius pp. XI. prædecessor itidem Noster per alias suas in simili forma Brevis die XXVII. martii MDCLXXXVIII. expeditas literas approbavit, et confirmavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, plenius continetur. Præterea rec. mem. Clemens pp. XI. prædecessor quoque Noster per suas in pari forma Brevis die II. maii MDCCXII. expeditas literas sub excommunicationis, aliisque per statuta dicti ordinis inflictis pœnis expresse prohibuit, ne quispiam quavis præeminentia, potestate, vel dignitate præditus in monasteriis ordinis hujusmodi carnibus uti, ac vesci permittere auderet, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis prædictis, quarum tenor est sequens, nempe.

Clemens XI. firmius statutum servandum esse præcepit.

§. 5. Clemens pp. XI. ad perpetuam rei memoriam. Ex juncto nobis cælitus apostolicæ servitutis munere in eam præcipue curam solicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter religiosos viros, qui a sæculi turbis longe remoti vota sua Altissimo mente quieta, et ad Deum per contemplationis sublimitatem reddere student, quantum Nobis ex alto conceditur tueri, atque conservare satagamus. Supplicationibus itaque dilecti filii Nostri Annibalis S. R. E. diaconi cardinalis Albani nuncupati Nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, ordinis Carthusiensis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quispiam monasteriorum dicti ordinis superior, vel alius ejusdem ordinis monachus, seu alia quælibet persona, quemcumque sive ecclesiasticum sæcularem, vel regularem quavis mundana, vel ecclesiastica præeminentia, potestate, vel dignitate, etiam cardinalitia fungentem carnibus in monasteriis ordinis hujusmodi adversus illius antiquam, et laudabilem consuetudinem, sive publice, sive secreto uti, et vesci permittere audeat quovis modo, seu præsumat sub excommunicationis latæ sententiæ, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, aliisque per statuta memorati ordinis auctoritate apostolica confirmata inflictis pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis dicta auctoritate tenore præsentium interdicimus, et prohibemus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis ad quos

spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia et potestate fungentes, et functuros sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno priori generali dicti ordinis harum serie committimus, et mandamus, ut ipsas præsentes literas in omnibus, et singulis ordinis prædicti provinciis, et monasteriis quemprimum publicari curet, ne quispiam illarum ignorantiam allegare possit. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dicti ordinis, ejusque provinciarum, et monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, et ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 11 maii MDCCXII pontificatus Nostri anno XII.
F. Oliverius.

Preces porrectæ pro confirmatione prohibitionis.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ignatius regulam hanc abstinentiæ prædictæ in suo ordine præcipuam, atque a tot sæculis observatam, ac diligenter executam in posterum quoque observari, et exequi; ideoque memoratas prædecessorum Nostrorum, ac præsertim ipsius Clementis prædecessoris literas per Nos confirmari, et approbari, omnesque dispensationes, quæ contra præmissorum omnium formam, et dispositionem vel a Nobis, vel a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessæ usque adhuc sint, revocari, et annullari plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Nos igitur ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratas eorumdem prædecessorum Nostrorum, ac potissimum dicti Clementis præinsertas literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque et singulas dispensationes ex quavis causa, et quomodolibet contra præmissorum formam, et dispositionem a quibusvis ejusdem ordinis professoribus obtentas, et per Nos, sive alios romanos pontifices prædecessores Nostros concessas, indultas, et elargitas auctoritate, et tenore prædictis revocamus, annullamus, easque nullius roboris, et momenti esse volumus, et declaramus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis

in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 23. decemb. 1771, Anno III.

CLVI.

In magno conventu Parisiensi ordinis minorum s. Francisci Conventualium viginti tantum loca seu paternitates domus statuuntur, et cuique provinciæ sua respective loca assignantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum porrectarum pro obtinenda declaratione quantitatis locorum paternitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum provinciarum regni Franciæ, quod cum Nos per alias nostras in simili forma Brevis die ix. superioris mensis augusti expeditas literas unionem inter ipsos, ac fratres Ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatos, et in eodem regno existentes auctoritate apostolica confirmaverimus, et approbaverimus; ac nuper, seu hodie pariter alias Nostras in eadem forma Brevis expeditas literas quantitatem, ac numerum provinciarum ordinis minorum Conventualium regni hujusmodi decreverimus, et statuerimus, hinc dicti exponentes octo provinciis a Nobis, ut præfertur, constitutis jus ad gradus, et paternitates domus vocalium nomine nuncupatas relative ad magnum conventum civitatis Parisiensis dicti ordinis per Nos tribui, et assignari, aliaque pro recto ejusdem conventus regimine, et gubernio constitui plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

In civitate Parisiensi viginti constituuntur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, in magno conventu dictæ civitatis Parisiensis, ac ejusdem ordinis viginti tantum loca, seu paternitates domus vocalium nomine nuncupatas auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo erigimus, ac instituimus. Ex his autem viginti locis, seu paternitatibus quatuor provinciæ Franciæ, tria cuilibet ex provinciis, Turoniæ nempe, Aquitaniæ, et sancti Bonaventuræ, duo vero cuique ex provinciis Clementinæ scilicet, sancti Ludovici, ac Massiliensi, et unum provinciæ Lotharingiæ auctoritate, et tenore prædictis pariter perpetuo concedimus, et assignamus.

Statuitur qui admitti possint ad loca, seu paternitates.

§. 3. Non alios tamen ad loca, seu paternitates hujusmodi in dicto conventu admittendos esse volumus, nisi eos, qui vel provincialis munus obierint, vel definitores perpetui sint, aut baccalaureatus honore, et gradu fruantur, itaut, eveniente obitu unius illorum, a provincia ejusdem defuncti quatuor nominari debeant, ex quibus pro tempore existens minister generalis dicti ordinis minorum Conventualium successorem eligere, ac deputare possit, et teneatur.

Conventum Parisiense subjicitur ministro generali ordinis.

§. 4. Ut igitur quietius, ac commodius præmissa omnia exequi valeant, magnum conventum prædictum civitatis Parisiensis, et ordinis minorum Conventualium hujusmodi omnimodæ subjectioni, et jurisdictioni nunc, et pro tempore existentis ministri generalis prædicti pari auctoritate, et tenore supponimus, atque subjicimus dictumque conventum omnibus, et singulis juribus spiritualibus, quibus antea fruebatur, potiebatur, et gaudebat, in posterum quoque pari modo, et absque ulla prorsus differentia frui, potiri, et gaudere debere decernimus, et declaramus.

Alumni provinciarum in eo recipi debent.

§. 5. Præterea, ut unaquæque ex octo provinciis prædictis suos respective alumnos, qui studiis operam dare velint, ad magnum conventum prædictum mittere valeant eos juxte majorem, vel respective minorem fratrum cujusque provinciæ numerum proportionabiliter mittendos esse volumus, atque statuimus.

Electio guardiani reservatur ministro generali.

§. 6. Electionem vero guardiani ejusdem magni conventus ad nunc, et pro tempore existentem ministrum ge-

neralem memorati ordinis spectare, et pertinere decernimus, et quemadmodum in cæteris ipsius ordinis conventibus, qui immediatæ jurisdictioni illius ministri generalis prædicti subsunt, confirmatio illorum respective officialium in capitulo conventuali electorum ab eodem ministro generali peragitur, ita et postquam officiales memorati magni conventus, ejusque studii a capitulo illius conventuali electi fuerint, ipsorum sic electorum confirmationem, et approbationem ad eumdem ministrum generalem spectare pariter, et pertinere volumus, atque declaramus.

Deputatur executor literarum apostolicarum.

§. 7. Præmissa itaque omnia a Nobis per præsentes, sicuti præfertur, disposita et constituta, ut rectius, ac uberius suum consequantur effectum in earumdem præsentium Nostrarum literarum executorem venerabilem fratrem Joannem Josephum archiepiscopum Arelatensem auctoritate, et tenore prædictis eligimus, et deputamus, ipsique Joanni archiepiscopo, et executori, ut eo celeriori, ac promptiori, quem rerum circumstantiæ nunc postulant, modo, tam guardianus, quam patres domus, seu vocales dicti magni conventus, ac studentes, et alii illius officiales eligantur, facultatem pro hac prima vice tantum guardianum, et patres, seu vocales prædictos, regentes, procuratorem, sacristam, et studentes, ac ipsorum studentium magistrum eligendi, ac nominandi; nec non ea etiam, quæ bonum, ac rectum ejusdem magni conventus regimen, et temporalem illius bonorum administrationem respiciunt, pro sua pietate, doctrina, prudentia, charitate, et religionis zelo statuendi, ac ordinandi pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis provinciarum, et conventus hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVII.

Datum die 25 decemb. 1771 Anno III.

Constitutio numeri provinciarum fratrum sancti Francisci Conventualium in regno Franciæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quo modo jam sub certis modo, et forma unio omnium provinciarum in regno Franciæ existentium decreta fuerit.

§. 1. Alias Nos ad preces dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci tam Conventualium, quam de Observantia respective nuncupatorum provinciarum omnium in regno Franciæ existentium, unionem eorumdem fratrum minorum de Observantia cum fratribus minoribus Conventualibus prædictis unanimi utriusque partis consensione enixe volitam, et petitam sub certis modo, et forma tunc expressis, auctoritate apostolica approbavimus, et confirmavimus, et alias, prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die IX. augusti currentis anni expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro unione duarum aliarum provinciarum nuncupatarum sancti Benedicti.

§. 2. Nuper autem pro parte eorumdem fratrum sic, ut præfertur, unitorum expositum Nobis fuit, quod cum ante unionem hujusmodi unde-

cim essent provinelæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia, et respective Conventualium in dicto regno, ec illarum duæ eodem nomine sancti Bonaventuræ nuncuparentur, admodum vero utile, ec conveniens iu capitulo jampridem hebito in civitate Parisiensi mense septembris MDCCLXX. visum fuerit, ut post secutem unionem hujusmodi, ex undecim provinciis prædictis, octo tantum provinciæ constituendæ essent, et ex duabus provinciis, quæ uno eodem nomine sancti Bonaventuræ prius appellabentur, una in posterum ex eis Clementinæ nomine esset nuncnpanda, atque unicuique ex provineiis, sieut præmittitur, noviter constitutis, peculiares custodiæ, et conventus assignari deberent. Quocirce dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut earumdem provinciarum novam constitutionem, ac respective nuncnpationem, una cum adscriptione custodiarum, et conventuum hujusmodi confirmare, et super præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nomina statuuntur, quibus singulæ provinciæ nuncupari debeant, et quibus constare custodiis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas e quibusvis oxcommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuria, sententiis, et pœnia quovis modu, et quacumque do causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes, hujusmodi supplicetionibus inclinati: ex undecim provinciis hujusmodi ordinis jampridem fratrum minorum sancti Francisci de Observantia, et respective Conventuelium in regno Franciæ existentibus, octo duntaxat provincias euctoritete apostolica tenore præsentium efficimus, et constituimus, easque nuncupandas esse decernimus sequenti modo; nempe. 1.° Provinciam Franciæ. 2.° Provinciam Turoniæ. 3.° Provinciam Aquitaniæ. 4.° Provinciem sancti Bonaventuræ. 5.° Provinciam Clementinam. 6.° Provinciam sancti Ludovici. 7.° Provinciam Massiliæ. 8.° Provinciam Lotharingiæ. Unicuique autem ex provinciis prædictis sequentes custodias, et respective conventus tribuimus, et assignamus; provinciæ nempe Franciæ sex custodias, et quinquaginta duos conventus, videlicet. 1.° Custodiam Picardiæ, cum conventibus Ambianensi, Abavillensi, Bellovacensi, Noviomensi, Quintinopolitano, Peronensi, Reugensi, Gardensi, Blangensi, Dulendiensi, Maliacensi ad Vidulam, et sancti Richarii. 2.° Custodiem Remensem, cum conventibus Remensi, Cetaleuuensi, Laudunensi, Suessiooensi, et Compendiensi. 3.° Custodiam Normaudiæ cum conventibus Cadomensi, Vernoniensi, Ebroicensi, Falesensi, Bajocensi, Vernoliensi, et Bernaseusi. 4.° Custodiam Parisionsem cum conventibus Nannetensi, Sylvanectensi, Meldensi, Carnotensi, Stamparum, Alnetensi, et Nucetensi. 5.° Custodiam Campaniæ cum conventibus Trecensi, Senonensi, Antissiodorensi, Senzanensi, Proveniensi, Versiliacensi, Junvillensi, et Arcisiensi. 6.° Custodiem Rothomagensem cum conventibns Rothomagensi, Pontiserensi, Ave Mariæ Parisiorum, Malesherbensi, Castri Theodorici, Magniacensi, Leonensi, Boloniensi, pontis Audomari, Valoniarum, Viriensi, Sasionsi, et magnæ Villæ. Provinciæ voro Turoniæ sex custodias, et quadragintanovem conventus tribuimus, videlicet. 1.° Custodiam Turoniæ cum conventibus Turonensi, Andegavensi, Salmuriensi, Lochiensi, Castrodunensi, Angelorum, Vindociensi, Ambecicnsi, et Bleerum. 2.° Custodiam Britanniæ cum conventibus Rhedonensi, Cenomanensi, Duriogensi, Lavaliensi, Dinentri Armoricorum, Feliciteriarum, Corisopitensi, Quincampensi, ac Briconiensi. 3. Custodiam Nannetensem cum convontibus Nannetensi, Andenusiensi, Savenajensi, Elisoniensi, Burgi Novi, Bodelisiensi, ec sancti Martini Tellierii. 4.° Custodiam Pictaviensem, cum conventibus Picteviensi, Tugeriensi, Castri Heraldi, Juliodunensi, Partinsacensi, Tovarsiensi, Castri Redulphi, Mirabellensi, et Argentomegensi. 5.° Custodiam Alnetensis Trectus, cum conventibus Rupellensi, Niortiensi, Fontonei comitis, Bessuircnsi, Cholotensi, Robincerensi, Olonensi, et sancti Maxentii. 6.° Custodiam Santoni Mediolani, cum conventibus Santoni Medioleni, Verrauliensi, Engolismensi, sancti Joannis Angeriaci, Ponticnsi, Conniacensi, ac Barbesillensi. Provinciæ autem Aquitaniæ decem custodies, et sexaginta duos conventus edscribimus nimirum 1.° Custodiem Aquiteniæ cum conventibus Tolosano, Apamiensi, Murellensi, Mirapicensi, Insulæ Jordanis, Sammateniensi, sancti Antonii Salinerum, et Rivensi. 2.° Custodiam Auxitenam, cum conventibus Auxitano, Mirandensi, Tarbensi, Nogarollensi, Bellomontensi, montis Martiani, et Fidentiensi. 3. Custodiam Navarræ inferioris cum conventibus Bajonensi, Ituronensi, Palensi, Tartasiensi, Orthesiensi, Morlanensi, et Aquarum Tarbellicarum. 4.° Cu-

stodiam Burdegalensem cum conventibus Burdegalensi sancti Andreæ de Cuzasco, Liburniensi, Vasatensi, Castri Gelossi, Sparrensi, sancti Macarii, et Reontiensi. 5.° Custodiam Agennensem cum conventibus Agennensi, Condomiensi, Villæ novæ, Marmandensi, Neracensi, Lectorensi, et Regulensi. 6.° Custodiam Cadurcini pagi cum conventibus Cadurcensi, montis Albanensis, Montiscutiensi, Gordoniensi, ac Figeacensi. 7.° Custodiam Albiensem cum conventibus Albiensi, Raptistani, Castrensi, Castri novi Arii, et Vauriensi. 8.° Custodiam Rhutenensem cum conventibus Rhutenensi, Aureliacensi, sancti Flori, sancti Africani, et sancti Projecti. 9. Custodiam Petragoricensem, cum conventibus Petragoricensi, Montiniacensi, Exidoliensi, Sarlatensi, ac Bergeracensi. 10.° Custodiam denique Lemovicensem cum conventibus Lemovicensi, sancti Juniani, Mentroniensi, Brivæ Curretiæ, et Martelliensi. Provinciæ vero sancti Bonaventuræ quatuor custodias, et triginta quinque conventus assignamus 1.° quidem custodiam Lugdunensem cum conventibus sancti Bonaventuræ Lugduni, Nostræ Dominæ prope Lugdunum, villæ Franciæ, Matisconensi, montis Brisonis, Viennensi, Romaniensi, pontis Vitelli, Turnoniensi, et Lozeinciensi. 2.° Custodiam Burgundiæ Æduorum cum conventibus Divionensi, Cabillonensi, Castellianensi, Belnensi, Barri ad Albulam Augustodunensi, Taulajensi, et Alessiensi. 3.° Custodiam Alverniæ cum conventibus Claromontensi, Ricomagensi, montis Ferrati, Brivatiensi, montis Luzzonis, sancti Gotioni Castri, Campegniensi, Vici Comitis, et Cellulensi. 4.° Custodiam comitatus Burgundiæ cum conventibus Dolensi, Ledonis Solinarii, Nucilliensi, Cellierensi, Rubrimontensi, Charierensi, Provencharensi, atque Thonensi. Provinciæ autem Clementinæ quatuor custodias, et viginti duos conventus adnumeramus, idest 1.° custodiam Occitaniæ, cum conventibus Alesiensi, Albinariensi, Marengiensi, sancti Chelii, Podiensi, et Annoniacensi. 2.° Custodiam Delphinatus cum conventibus Gratianopolitano, Valentinensi, Moireniensi, montis Ademarii, Crestensi, et Diensi. 3.° Custodiam comitatus Burgundiæ cum conventibus Bisuntino, Salinarum, Graciensi, Burgensi, Cari Lori, ac sancti Galmierii. 4.° Custodiam Algatiæ cum conventibus Tauniensi, Sarræ pontis, sanctæ Mariæ, et Selestadii, qui, nempe quatuor ultimodicti conventus, ab extera Argentinensi provincia distrahuntur, ex eo quod (ut asseritur) in locis temporali dominio christianissimi regis subjectis existunt. Provinciæ vero sancti Ludovici tres custodias, et decem, ac septem conventus assignamus. 1.° Enim custodiam Aquarum Sextiarum, cum conventibus Aquarum Sextiarum, Saloniensi, Aptensi, Briniolensi, Olbiensi, et Grassensi. 2.° Custodiam Avenionis cum conventibus Avenionensi, Insulensi, Carumbiensi, Valreaciensi, Vapincensi, et Ebredunensi. 3.° Custodiam Arelatensem, cum conventibus Arelatensi, Tarasciensi, Billoquadrensi, Sommeriarum, ac Uceticensi. Porro Massiliensi provinciæ tres custodias, et viginti octo conventus tribuimus. Ac 1.° Custodiam Massiliæ cum conventibus Massiliensi, Aquarum, sancti Hieronymi, Albiniensi, Ollioullensi, Tourvarum, Carcerum, sanctæ Catharinæ, Draguiquiani, Forojoliensi, et Antipoliensi. 2.° Custodiam Narbonensem cum conventibus Narbonensi, Perpiniani, Insularum, Limasiensi, Carcassonensi, Pesenacensi, Azillejensi, Montispessulansi, et Lunatensi. 3.° Custodiam Tarasci, cum conventibus Tarasciensi, s. Remigii, s. Petri Canonei, Avenionensi, Carpenctoratensi, Barbantanensi, Reillianensi, et Manoscensi. Denique provinciæ Lotharingiæ tres custodias, ac tredecim conventus concedimus, videlicet 1.° custodiam Nanceii, cum conventibus Nancejensi, Tullensi, Rosentiarum, Vicensi, et Briniensi. 2.° Custodiam Barleducensem, cum conventibus Lignejensi, Rembersicuriensi, Vareniensi, et Cassinæ Ducensi. Ac 3.° custodiam Vosaqui saltus cum conventibus Mirecuriensi, Neocumiensi, Rauniensi, atque sanctæ Mariæ ad Fodinas. Per hujusmodi autem prædictarum octo provinciarum erectionem, et constitutionem, spiritualibus gratiis, indulgentiis, juribus, jurisdictionibus, ac privilegiis, quibus antea quæcumque memoratæ provinciæ, earumque conventus, et fratres, prout etiam monasteria, et moniales regimini, et gubernio conventuum hujusmodi eorumve superiorum subjectæ, tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet usi, gavisi, et potiti sunt, nullo modo præjudicatum esse volumus, imo iisdem omnibus, et singulis etiam, et in posterum pari modo, at absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, et gaudere debere statuimus, et declaramus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et Clausula sublata, et decretum irritans

efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, subleta eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinum, provinciarum, et conventuum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo primo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVIII.

Dat. die 23. decemb. 1771. Anno III.

Reformatur Breve Benedicti XIV. extinctionem conservatorii tertiariarum sancti Francisci loci, seu terræ Lojani Bononiensis diœcesis præscribens, cum lege clausuræ in posterum servandæ

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur tenor Brevis Benedicti XIV.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die prima februarii MDCCXLV. expeditas literas conservatorium sub invocatione sancti Antonii tertiariarum sancti Francisci in terra Lojani Bononiensis diœcesis fundatum, ac subjectum curæ, regimini, et gubernio pro tempore existentis guardiani conventus sub titulo Annuntiationis beatæ Mariæ virginis civitatis Bononiensis ordinis minorum sancti Francisci de Observantia, quod idem Benedictus prædecessor cum in minoribus constitutus metropolitanæ ecclesiæ Bononiensi præesset, occasione peractæ sacræ visitationis inspexerat, tum quia in alpestri, ac fere inhabitato loco positum, ac perditorum hominum incursis obnoxium reperiebatur, cum propter dissentiones ortas inter fratres dicti ordinis et tunc existentem rectorem parochialis ecclesiæ ejusdem terræ, malamque redditnum ejusdem conservatorii administrationem, ac inter tertiarias hujusmodi discordias, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine a regimine, administrationeque pro tempore existentis guardiani prædicti exemit, et liberavit, ac conservatorium, et tertiarias hujusmodi curæ, regimini, gubernio, et jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus archiepiscopi Bononiensis, ac pro tempore existentis vicarii monialium subjecit, et præterea, ut conservatorium prædictum paulatim suo tempore deficeret, prohibuit, ne ullus puellam quamcumque ad habitum per tertiarias hujusmodi gestari solitum, vel locum in dicto conservatorio habendum admitteret, imo voluit, et mandavit, ut si quæ tunc in dicto conservatorio educandæ, sive convictrices reperirentur, essent ejiciendæ, unde memoratum conservatorium, vitam cum morte commutantibus omnibus, et singulis tertiariis in eo tunc existentibus, finem haberet, ejusque fabrica,

excepta ecclesia, alicui confraternitati, vel pio loco concedenda ad usus prophanos non tamen sordidos reduceretur, ac ulterius potestatem concessit eisdem tertiariis, ut ipsæ a dicto conservatorio de licentia præfati vicarii monialium egredi, et ad conservatoria civitatis Bononiensis, vel ad propriam domum pertransire valerent, tribula quoque facultate, tam eidem vicario ex causis sibi notis ejiciendi aliquas ex tertiariis hujusmodi n conservatorio prædicto, quam congregationi ad hoc in civitate ejusmodi ab eodem Benedicto prædecessore deputatæ alienandi bona ejusdem conservatorii pro dotibus restituendis ipsis tertiariis, reservata tantummodo ea quantitate, quæ responderet capitali bonorum ex testamentaria dispositione a quondam Maria Catharina Clarelli condita die VII. decembris MDCLXIX. eidem conservatorio relictorum, quæ ad alia loca pia in casu illius extinctionis transire deberent. Secuta vero memorati conservatorii totali extinctione, ipse Benedictus prædecessor mandavit, ut bona, sicuti præfertur, reservanda assignarentur locis piis substitutis, et si quæ reliqua fuissent, vel in casu, quo loca pia hujusmodi sub injunctis oneribus prædicta bona acceptare recusassent, ea omnia collegio seminarii ecclesiæ Bononiensis pro augmento majoris numeri alumnorum perpetuo applicavit, et assignavit, ac alias prout in ipsius Benedicti prædecessoris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Plurima incomoda enumerantur, quæ ob venirent ab executione Brevis illius, quæ plurimorum annorum spatio suspensa mansit.

§. 2 Nuper autem exponi Nobis fecerunt dilectæ in Christo filiæ modo superexistentes tertiariæ sancti Francisci conservatorii prædicti nomine etiam dilectorum filiorum parochorum, et incolarum circum adjacentium locorum, quod cum postmodum, ne una quidem ex viginti sex tertiariis, quæ in dicto conservatorio tempore, quo memoratæ literæ emanarunt, reperiebantur, ad alia conservatoria, vel ad proprias domos transire cogitaverit, sed usque ad supremum vitæ spiritum quotquot adhuc defunctæ sunt in eo permanere omnino voluerint, ac quinque ex eis modo etiam superstites in spiritu charitatis, et pacis ibidem quoque permanserunt, ac permanent, hinc demandata, ut præfertur, hujusmodi conservatorii suppressio, ac extinctio suspensa nunc quoque reperitur; maximum vero damnum, ac præjudicium obveniret omnibus tam incolis dictæ terræ, quam finitimis populis, quoties suppressio, ac extinctio conservatorii hujusmodi in posterum sequatur; quippe quia eorum natæ neque locum inter tertiarias prædictas ab eadem Maria Catharina testatrice absque solutione dotis puellis comitatus Bononiensis in certo, ac designato casu relictum assequi possent, neque alibi recte, ac pie propter majores expensas, cœlique diversitatem educari valerent. Quocirca conservatorium prædictum, in quo nulla postmodum inter memoratos fratres, ac rectorem amplius orta fuit controversia, nulla inter tertiarias ipsas vignit discordia, nullumque propter loci qualitatem scandalum, aut periculum evenit, in ejusdem terræ, et proximorum locorum commoditatem, ac utilitatem perpetuo servari posse etiam sub strictioris clausuræ legibus plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Præcipitur ut suppressio locum amplius non habeat.

§. 3. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratias absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, et audita super præmissis informatione, ac voto dilecti filii Nostri Vincentii S.R.E. presbyteri cardinalis Malvetii nuncupati metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis prædictæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis, nec non ex aliis circumstantiis Nobis notis, atque de speciali gratia, memoratas ipsius Benedicti prædecessoris literas die prima februarii MDCCXLV. ut præmittitur, expeditas in ea parte, qua suppressio conservatorii sub invocatione sancti Antonii tertiariarum nuncupatarum s. Francisci terræ Lojani Bononiensis diœcesis una cum assignatione, et applicatione bonorum a dicta Maria Catharina testatrice relictorum locis piis ab ea substitutis, vel collegio seminarii ejusdem ecclesiæ Bononiensis, ut præfertur, præscripta, ac demandata, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium reformamus, et revocamus, et ad eamdem suppressionem, et extinctionem minime deveniendum esse ex causis etiam nobis notis decernimus, atque statuimus.

Lex tamen imponitur de suscipiendo conservatorio archiepiscopo Bononiensi.

§. 4. In reliquis vero praefatum conservatorium in omnibus, et per omnia eidem nunc, et pro tempore existenti archiepiscopo Bononiensi subjectum esse volumus, eidem omnimodam facultatem eligandi, ac deputandi confessarium ex ordine tamen fratrum minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum prius examinatum, et idoneum repertum, vitae ac morum honestate laudabilem juxta ejusdem piae testatricis, ac fundatricis mentem tribuimus, et impertimur. Praeterea idem conservatorium in futurum perfectae clausurae legibus omnino subiici auctoritate, et tenore praedictis praecipimus, et mandamus. Quocirca ipsosmet clausurae terminos, quos tertiariae hujusmodi sponte hactenus, religioseque servarunt, ex voto deinceps ab eis servandos esse statuimus, atque decernimus; seclusisque propterea viris, praeterquam in casibus ab apostolicis constitutionibus permissis, facultatem tantum eisdem nunc, et pro tempore existentibus tertiariis recipiendi ad educationem puellas, et scholas exercendi, ac veluti ad sacrum recessum ad convivendum postulantes optimae famaa mulieres admittendi, nec non, januis exterioribus per confessarium prius clausis, ecclesiam a parte interiori, ut eam custodire ipsae valeant, ingrediendi, pari auctoritate, et tenore tribuimus, et impertimur.

Clausula salutares.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinera, ac illis, ad quos spactat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observeri; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus praedictis ipsius Benedicti praedecessoris litaris, quibus quoad praemissa sufficienter, ac expresse derogamus, nec non Nostra, et cancellariae apostolicae regula de Jure quaasito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majoram sub annulo piscatoris, die xxiii. decembris MDCCLXXI. pontificatus Nostri aono tertio.

CLIX.

Dat. die 8. januarii 1772. Anno III.

Innovatio quarumdam indulgentiarum, alias ordini monialium Visitationis B. M. V. immaculatæ, sub instituto sancti Francisci Salesii ad septennium concessarum.

Clemens PP. XIV.

Dilectis in Christo filiabus abbatissis, seu priorissis, et monialibus quorumcumque monasteriorum ordinis Visitationis beatæ Mariæ virginis immacnlatæ, sub instituto sancti Francisci Salesii, salutem, et apostolicam benedictionem.

Describuntur indulgentiæ concessæ, et præfiniuntur opera præstanda pro earum consecutione.

§. 1. Ad augendam vestram devotionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitata intenti, ac supplicationibus venerabilis fratris Nostri Henrici Banedicti episcopi Tusculani S. R. E. cardinalis ducis Eboracensis nuncupati, earumdem monialium apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vobis omnibus, et singulis, ac aliis in vestris monasteriis respective existentibus, vere pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, quæ, præter cappellam, seu altare, vel oratorium intra claustra monasteriorum hujusmodi situm, per Ordinarios respective locorum designandum, ecclesiam publicam exteriorem e cratibus monasteriorum hujusmodi, in una ex feriis sextis quadragesimæ, per dictos Ordinarios etiam respective designanda, ab ortu usque ad occasum solis feriæ hujusmodi, necnon in primo, et ultimo ex novem diebus immediate antecedentibus festum nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, singulis annis, devote visitaveritis, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderitis, quo die ac feria hujusmodi id egeritis, plenariam omnium peccatorum vestrorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In cæteris vero feriis sextis prædictæ quadragesimæ, ac in reliquis ex supradictis novem diebus antecedentibus festum nativitatis dominicæ, vobis omnibus, et singulis, aliisque præfatis, etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refactis, cappellam, seu altare, vel oratorium hujusmodi, ac ecclesiam publicam ex-

teriorem ut supra visitantibus, et ibidem, ut præfertur, orantibus, quo die, ac feria ex præfatis id egeritis, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis vobis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Indulgetur modus consequendi indulgentias quæ lucrantur ab eis qui visitant septem almæ urbis ecclesias, et scalam sanctam.

§. 2. Insuper vobis omnibus, aliisque præfatis vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, quæ altare majus vestrarum ecclesiarum, respectiva pariter e cratibus ut supra, ac sex cappellas, seu altaria, vel oratoria intra claustra monasteriorum hujusmodi per dictos Ordinarios designanda sita, ter in anno devote visitaveritis, vel scalam intra eadem claustra sitam, orationi tantum destinatam, quater in anno, flexis genibus, pie ascenderitis, et ibi ut supra oraveritis, qua vice præfatarum id egeritis, ut eas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini, si septem almæ urbis Nostræ, tam intra, quam extra illius muros sitas ecclesias ad id designatas, personaliter et devote visitaretis, vel scalam sanctam de eadem Urbe etiam personaliter, et devote, flexis genibus, ascenderetis. Ac pariter vobis omnibus, aliisque supradictis, quæ septem altaria (comprehensis altaribus existentibus in qualibet ex ecclesiis hujusmodi respective e cratibus eorumdem monasteriorum per vos visitandis) seu cappellas, vel oratoria intra claustra hujusmodi sita, per dictos Ordinarios specificanda, duodecim vicibus pro quolibet anno, ut supra visitaveritis, et ut præfertur oraveritis, qua vice præfatarum similiter id egeritis, ut eas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes itidem consequamini, quas consequeremini, si septem altaria in basilica principis apostolorum de Urbe sita ad id designata personaliter, et devote visitaretis, apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut dicta scala aliis usibus non inserviat, utque si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Cæterum volumus pariter, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava januarii millesimi septingentesimi septuagesimi secundi pontificatus nostri anno tertio.

CLX.

Datum die 10. januarii 1772. Anno III.

Præscriptio pœnæ tam a tironibus quam a magistris artis sartoriæ solvendæ in casu quo tirones ipsi summam confraternitati debitam juxta ejus statuta minime persolverint.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Summa constitutionis confraternitatis tironum artis sartoriæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii custodes, et officiales confraternitatis tironum artis sartoriæ sub titulo sanctæ Crucis in ecclesia sancti Homoboni de Urbe, quod annuus introitus ejusdem confraternitatis unice residet in solutione obulorum quindecim, quam quisque ex tironibus, sive operariis tam masculis, quam fœminis quolibet semestri peragere, et solutionis schedulam impressam bollettino vulgo nuncupatam obtinere debet; et quamvis vetitum sit magistris sive masculis, sive fœminis artem sartoriam, ei da' ginpponari pariter exercentibus, ne ipsi, et ipsæ penes se retineant operarios, ac operarias schedulam impressam hujusmodi minime habentes, sub pœna eisdem magistris imposita de proprio solvendi prædictos quindecim obulos.

Exponitur abusus introductus non solvendi semestralem taxam.

§. 2. Nihilominus præfata confraternitas nonnullis ab hinc annis ex unico ejus introitu prædicto parum, aut nihil consequitur; quippequia pauci sunt illi, qui memoratam schedulam sponte obtinere curant, et quindecim obulos prædictos persolvunt, idque contigere solet, ex quo magistri, et magistræ hujusmodi penitus propter suam exiguitatem despicientes pœnam solvendi de proprio obulos quindecim sibi, ut præfertur, inflictam, parvi pendunt memoratam prohibitionem; laboratores vero, qui peragenda ab eis opera jam invenerunt omnem obtinendæ præfatæ schedulæ cogitationem deponunt. Præ-

terea multi tam magistri, quam etiam plures magistræ hujusmodi, qui vel literas patentes nuncupatas Castri sancti Angeli, vel neophytorum, aliaque similia privilegia respective obtinent, exemptionem suam ad operarios quoque, et operarias suas protendere adnituntur; ita ut tam propter operariorum ac operariarum repugnantiam in solvenda adeo tenui quantitate, quam ob nimiam indulgentiam magistrorum, et magistrarum illos, et illas detinentium sine schedula prædicta; ac propter extensionem privilegiorum ad magistros, et magistras hujusmodi pertinentium, exactio prædictorum obulorum quindecim ad eum exiguitatis statum redacta conspiciatur, ut quidquid ex ea annuatim percipitur, vix suppleat tertiæ parti expensarum, quæ necessariæ sunt conservationi confraternitatis, hoc deficiente introitu, dubio procul perituræ.

Preces porrectæ pro obtinenda constitutione pœnæ in casu contraventionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tuta, ac facilis redderetur hujusmodi exactio, quoties in casu contraventionis major aliqua pœna tam magistris, quam operariis utriusque sexus in dictæ confraternitatis beneficium cessura, illius quoque intimatione præmissa, indicatur. Hinc dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pœna constituitur in scutis quatuor.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati audita super præmissis informatione, et voto dilectorum filiorum Nostrorum Alexandri, et Dominici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconorum cardinalium Albani, et Ursini respective nuncupatorum universitatis sartorum de urbe, et dictæ confraternitatis apud Nos, et Sedem apostolicam respectivo pariter protectorum, nec non dilecti filii magistri Alexandri Mariscotti Castri sancti Angeli præfecti, pœnam nempe duorum scutorum favore confraternitatis dictorum exponentium applicandam contra operarios, et operarias, seu laboratores utriusque sexus (si tamen non gaudeant privilegio neophytorum, et respective adscriptorum servitio, sive patentatorum Castri sancti Angeli prædicti, neque æquivalenti privilegio muniantur (qui prædictam artem de' sarti, e giupponari vulgo nuncupati exercuerint, sine memorata schedula impressa, seu bollecteno nuncupata auctoritate apostolica tenore præsentium indicimus, imponimus, et constituimus. Præterea pœnam quoque scutorum quatuor similium ejusdem confraternitatis beneficio pariter applicandam, ut præfertur, contra magistros, et magistras ejusdem artis) etiamsi ajusmodi neophytorum et patentatorum, vel alio quocumque privilegio fruantur (qui in suis apothecis, vel penes se ad laborandum retinuerint operarios, et operarias ejusmodi privilegio destitutos, ac destitutas, et schedulam, seu bollectenum prædictum non habentes, auctoritate, et tenore prædictis sancimus, atque decernimus; ita tamen, ut istius pœnæ executio manu regia facienda, iisdem magistris, et operariis triduo antea intimari debeat, ad hoc ut illam intra dictum tempus valeant evitare; operarii scilicet, et operariæ dictam impressam schedulam, seu bollectenum accipiendo; magistri vero, et magistræ illos, illasve dimittendo, quatenus schedulam, seu bollectenum hujusmodi minime accipiant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, universitatis, et confraternitatis hujusmodi aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores

præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliasin suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima Januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXI.

Datum die 23. januarii 1772. Anno III.

Fratribus ordinis minorum sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum provinciæ Cathalauniæ indulgetur, ut una tantum missa pro uno quoque eorum conventu celebrata juxta intentionem quam habuit Christus Dominus in cruce pendens, alias missas celebrare, et applicare possint juxta mentem eleemosynas offerentium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ex statuto ordinis omnes missæ celebrandæ juxta mentem quam habuit Christus Dominus in cruce pendens.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Gerardus Rovira minister provincialis provinciæ Cathalauniæ ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, et Michael de Prades definitor fratrum ejusdem ordinis Recollectorum Discalceatorum nuncupatorum provinciæ prædictæ, quod juxta constitutiones pro gubernio conventuum eorumdem recollectorum a felicis recordationis Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro per alias suas in simili forma Brevis die xviii. decembris MDCXXV. expeditas literas confirmatas, et approbatas, omnes fratres in eisdem conventibus commorantes missas omnes celebrare debent juxta intentionem, quam habuit Christus Dominus in cruce pendens, et alias prout in constitutionibus, ac literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Ratio commutationis regulæ hac in parte.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, frigescente modo fidelium charitate, ac propter varias temporum vices gratuitæ omnino eleemosynæ ita imminutæ sint, ut superiores dictorum conventuum minime possint earum ope fratrum necessitatibus consulere, hinc missas per eos in posterum celebrandas juxta mentem eleemosynas offerentium applicare posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ cum suis limitationibus, et cauthelis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis informatione, et voto dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Torrigiani nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, eisdem nunc, et pro tempore existentibus fratribus conventuum prædictorum provinciæ hujusmodi, ut ipsi dummodo unam missam pro unoquoque conventu juxta intentionem, quam habuit Christus Dominus in cruce pendens ad formam earumdem constitutionum, et literarum quotidie celebrent, reliquas omnes missas juxta mentem eis offerentium eleemosynas celebrare, et applicare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac cum eis desuper quoad executionem, et observantiam earumdem constitutionum, et literarum circa volitam ab eis applicationem missarum hujusmodi gratiose dispensamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delagatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus ejusdem Urbani prædecessoris literis prædictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; pri-

vilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 13. januarii 1772. Anno III.

CLXII.

Applicatio hæreditatis quondam Alberti Penna ferrariensis, universitati et collegio reformatorum studii generalis ejusdem Ferrariensis civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quibus gratiis universitas ferrariensis donata a Pontificibus fuerit, enumeratur.

§. 1. Ferrariensem studii generalis universitatem dudum a felicis recordationis Bonifacio pp. IX. prædecessore Nostro erectam, et institutam, ac per alias Nostras sub plumbo sexto idus aprilis superioris anni amplioribus etiam gratiarum, et privilegiorum muneribus insignitam ulterioribus quoque in dies commodis ornare cupientes, in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponere non prætermittimus prout, omnibus maturo perpensis, magis in Domino conspicimus expedire.

Summa testamenti Alberti Pennæ nobilis ferrariensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii reformatores almi studii universitatis prædictæ novissime a Nobis electi, nominati, atque insigniis collegii jure donati, quod alias tunc in humanis agens Albertus Panna nobilis ferrariensis in suo, eum quo anno MDCLXXXVIII. decessit ultimo testamento, hæredem universalem instituit communitatem ejusdem civitatis Ferrariæ cum onere erigendi, seu fundandi unum collegium sub cura, ac directione presbyterorum regularium societatis Jesu, ut ibidem tot adolescentes, sive cives, sive ex ejusdem civitatis districtu, qui eorum ætatis annum agerent duodecimum usque ad vicesimum literas condiscerent, optimisque moribus, et disciplinis erudirentur, quot ex redditibus suæ hæreditatis ali potuissent. Ipse vero Albertus testator animo recogitans, quod iidem presbyteri regulares, vel usque ab initio futuri collegii fortasse administrationem minime suscepissent, vel illam jam susceptam tractu temporis deinde reliquissent, hinc in utroque casu expresse prohibuit, ne suum uniri posset aliis collegiis, quæ sub directione eorumdem presbyterorum regularium minime existerent, idque adeo cordi ipse habuit, et commendatum enixe reliquit, ut in hac parte nequaquam commutandam esse præceperit ejus voluntatem, cujus alioquin plenariam executionem congregationi constitutæ ex judice, et magistratu sapientum, nec non reformatoribus studii, et rectore collegii eorumdem presbyterorum regularium dictæ civitatis idem testator commisit, et alias prout in ipsius Alberti testamento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Describitur status collegii Pennæ et quibus subjecerit vicissitudinibus.

§. 3. Erecto itaque anno MDCXCII. collegio hujusmodi, illud una cum tota hæreditate Alberti testatoris traditum fuit directioni, ac gubernationi eorumdem presbyterorum regularium, qui solemni adhibita stipulatione, se obligarunt, in eodem collegio detinere, ac educare duodecim alumnos a civitate prædicta nominandos juxta ultimam ipsius Alberti testatoris voluntatem. Vix autem elapsis decem annis, tum ob redditaum tenuitatem, cum propter æs alienum contractum, iidem presbyteri regulares petierunt, atque a bo: me: Fulvio, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Astalli nuncupato tunc in civitate, et ducatu Ferrariensi Sedis apostolicæ de latere legato obtinuerunt, ut numerus duodecim alumnorum, ad decem tantum esset redigendus, et in hoc statu collegium Penna prædictum ab anno MDCCII. permansit usque ad annum MDCCXXVII. quo tempore cum illud magis magisque æri alieno obnoxium reperiretur, simulque immineret amissio majoris partis ejus redditaum ob litem promotam a Joanne Panna, qui sui favore duas sententias jam obtinuerat; hinc a re sua putarunt dicti presbyteri regulares ab onere administrationis hujusmodi se liberare, quousque contracta de-

blta demissa fuissent, et lis prædicta penitus deficeret. Cumque id tam consilium centumvirale Ferrariæ, quam memorata congregatio eis permittendum esse censuerit, hinc idem collegium clausum postea semper fuit, neque ab eo tempore præfati presbyteri regulares usque adhuc unquam institerunt pro recuperando illius gubernio, licet omne æs alienum solutum sit, et lis prædicta anno MDCCXLIII. transactionis ope dudum extincta reperiatur; quæ sane agendi methodus tota tribuenda videtur tenuitati redditnum hæreditatis prædictæ, quippe quia deductis oneribus, aliisque, quibus gravata existit, etiam modo annui redditus hujusmodi summam quadrigentorum circiter scutorum monetæ, seu alterius verioris summæ minime excedit; quæ sane quantitas impar omnino dignoscitur ad subeundas tot necessarias impensas, pro conservatione, ac manutentione unius collegii omnino requisitas.

Preces porrectæ pro collatione bonorum Pennæ universitati Ferrariensi.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfati Alberti testatoris voluntas juxta formam ab ipso præscriptam executioni committi minime valeat, tum quia modus deficit, ut præfertur, quo volitum collegium detineri, et conservari possit, cum etiam quia unio illius cum altero collegio eorumdem presbyterorum regularium dictæ societatis Jesu nullum neque convictus locum in memorata civitate habentium æque difficilis aperte dignoscitur; e contra vero præcipuus finis a testatore volitus optimis moribus, et disciplinis erudiendi adolescentes tam cives suos, quam discrictus Ferrariensis uberius suum assequeretur effectum, quoties tributa per Nos administratione hæreditatis ipsius Alberti testatoris collegio pro tempore existentium reformatorum almi studii Ferrariensis, omnia ejusdem hæreditatis bona, actiones, jura, et pecuniæ sive usque adhuc exactæ, ac etiam depositæ, sive in posterum exigendæ, aliaque omnia quocumque modo ad hæreditatem prædictam spectantia eidem universitati studii generalis in ejus subventionem, et auxilium perpetuo uniantur, assignentur, et applicentur. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio juxta preces.

§. 5. Nos igitur, plenissime andito super his dilecto filio Nostro Hieronymo tituli sanctæ Balbinæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Spinola nuncupato, tamquam ejusdem universitatis Nostro, et apostolicæ Sedis delegato, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memorati Alberti testatoris ultimam voluntatem præsentibus pro plene, et sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta habentes, ejusdemque universitatis indigentiis, et adolescentium prædictorum tam civium, quam ducatus Ferrariensis bono, ac utilitati paterna charitate magis magisque consulere cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, administrationem hæreditatis ipsius Alberti testatoris, ejus ultima voluntate minime obstante, illaque per præsentes commutata, ad collegium pro tempore existentium reformatorum dicti almi studii in posterum, privative ad quoscumque alios perpetuo spectare, et pertinere auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, et declaramus; et hæreditatem prædictam, omniaque ejus bona, jura, actiones, pecuniasque, tam usque nunc exactas, ac etiam depositas in summa circiter millium, et octuaginta octo scutorum monetæ, ac obulorum septuaginta quatuor, et duorum denariorum, quam in futurum exigendas, itemque nomina debitorum, nec non substitutiones, aliasque hæreditates, et legata quocumque titulo, et causa ad ipsius Alberti testatoris hæreditatem quomodolibet spectantia, et pertinentia eidem universitati studii generalis Ferrariensis in ejus subventionem, et auxilium, ac ut restaurationi illius fabricæ, lectorum stipendio, aliisque suis indigentiis, usibus consultum sit, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter assignamus, unimus, et applicamus, eamdemquo universitatem, et collegium prædictorum reformatorum in omnibus, et per omnia in locum, et personam dicti Alberti testatoris quoad actiones, et jura omnia sive præterita, sive præsentia, ac futura generaliter, et universaliter pari auctoritate, et tenore supponimus, et subrogamus. Quocirca eidem collegio reformatorum hujusmodi, ut per suum legitimum procuratorem ad id, quatenus opus sit, adhibita auctoritate judicis privativi ipsius universitatis, veram, realem, et actualem, et corporalem possessionem omnium bono-

runi, rerum, et peculiorum hæreditariarum dicti Alberti testatoris, una cum eorumdem bonorum juribus, et pertinentiis annexis, et connexis, ac ab eis quomodolibet dependentibus apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate, et tenore similibus, concedimus, et indulgemus.

Derogatio jurium cujuscumque etiam quæsitorum super bonis Pennæ.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas etiam ex eo, quod moderni hæreditatis ipsius Alberti testatoris administratores, et dicti presbyteri regulares societatis Jesu, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet jus, et interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consensarint, aut vocati, seu auditi non fuerint, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus ejusdem Alberti testatoris etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac, quatenus opus sit, civitatis, societatis Jesu, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores de verbo ad verbum pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIII.

Datum die 23. januarii 1772. Anno III.

Assignatio unius loci in collegio Montalto Bononiæ pro uno cive nobili Urbinatensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Quo major in collegiis ad juventutem erudiendam salubriter institutis adolescentium numerus reperitur, eo uberiores fructus inde obventuros esse in publicum bonum, ac utilitatem, benedicente Domino, merito putantes, ad ea, quæ majorem eorum frequentiam respiciunt, solicitis studiis paterna charitate intendimus, atque in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponimus quemadmodum in Domino conspicimus expedire.

Descriptio status collegii.

§. 2. Nuper siquidem Nobis exposuit dilectus filius Noster Alexander Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Albanus nuncupatus, et collegii Montalto nuncupati civitatis Nostræ Bononiensis apud Nos, et Sedem apostolicam protector, quod, licet eidem collegio dudum a recolendæ memoriæ Sixto papa V prædecessore Nostro erecto, et instituto tot in sui primordio assignata fuerint bona, ut ex eorum fructibus quinquaginta adolescentes a pro tempore existente ejusdem collegii protectore, et a nonnullis civitatibus, terris, ac locis provinciæ Nostræ Marchiæ respective nominandi ibique detineri alique possent; nihilominus cum felicis recordationis Urbanus pp. VIII itidem prædecessor Noster nonnulla ex bonis prædictis ab eodem collegio divisa, ac seperata esse voluerit, per separationem, ac dismembrationem hujusmodi, diminuta quantitate reddituum, ejusdem collegii numerum quoque adolescentium ibidem commorantium pariter minuere oportuit. Novissime autem ab anno nempe MDCCLXVII ad hæc usque tempora cum dicti collegii œconomica administratio ita directa fuerit, ut ex superextantibus redditibus illius triginta et ultra loca montium Be-

nedictina nuncupata, et in dicta civitate Bononiensi erecta ejus favore acquisita comperiantur, ennuique propterea illius redditus in scutis nonaginta circiter ancti modo sint.

Concessio loci favore adolescentis nobilis civitatis Urbini

§. 3. Nos, attento redditnum hujusmodi incremento, majori adolescentium frequentiæ prospicere, ac bono, et utilitati civitatis Nostræ Urbinatensis, quam singulari paternæ cheritatis affectu diligimus, consulere volentes, locum unum in collegio Montalto prædicto pro uno adolescente cive nobili Urbinatensi auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus; ejusdem vero adolescentis nominationem, et electionem primum ipsi Alexandro cardinali, et protectori, quoad vixerit, deinde vero civitati prædictæ Urbinatensi perpetuo itidem concedimus, et indulgemus, ita tamen, ut ii, qui tempore vacationis loci præfati magistratus officium ibidem exercuerint, unum civem nobilem ipsius civitatis nominare ac eligere omnino debeant, et teneantur.

Clausulæ salutares

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, oc illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti collegii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quovis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIV.

Dat. die 26. januarii 1772. Anno III.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca monasterii ordinis Præmonstratensis Lucensis in Moravia.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio constitutionis, quæ extractionem librorum a bibliotheca prohibet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et uni summo Pontifici reservatæ.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Gregorius Lambeck canonicus regularis ordinis Præmonstratensis, ac obbas monasterii Lucensis nuncupati ad Znoymam in Moravia Nobis nuper exponi fecit in prædicto monasterio nobilissima, et copiosissima existat bibliotheca, vereatur autem ne tractu temporis libros hinc inde asportando depereat contingat; idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque exponentem specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacunque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus, et functuris, et cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, aut in posterum donanda, et assignata, e bibliotheca hujusmodi præterquam de ipsius exponentis, vel suorum successorum abbatum dicti monasterii pro tempore existentium, vel eorum, quibus ipse, vel ipsi potestatem eam concedendi commiserit licentia, extrahere, commodare, seu asportare permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio, quoquomodo audeant, seu præsumant sub

excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, et quoad regulares etiam privationis vocis activæ, et passivæ pœnis auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni, et legi possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 29. januarii 1772. Anno III.

CLXV.

Episcopi Vintimiliensis jurisdictio in oppidis Mentone, et Roccabruna nuncupatis reintegrari satagitur.

Dilecto filio nobili viro principi Monæci

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili nobilis vir salutem, et apostolicam benedictionem.

Pietas principis Monæcensis, illiusque in s. Sedem reverentia laudatur.

§. 1. Reddidit Nobis dilectus filius Leopoldus Mazzoni diligens tuorum negotiorum gestor literas nobilitatis tuæ erga Nos pietatis, ac observantiæ plenissimas, quæque in iis continebantur pro natalitiorum festorum opportunitate luculenta tuorum de Nobis votorum officia, eadem ille tuis verbis coram abunde cumulavit. Majorem in modum gaudemus, dilecte fili nobilis vir, uberrimis hisce tuis erga Nos animi indiciis, omniaque invicem pontificiæ charitatis in te studia conferentes Deum O. M. enixe precamur, ut qui omnem tibi veræ felicitatis cumulum optamus, Nos semper voti compotes sua benignitate reddat. Id itaque tibi verissime persuaseris, si Nos studiosissimos tui esse Nostræque paternæ benevolentiæ fructus tibi semper fore paratissimos existimaveris. Nos vero jam nunc eam percipimus de tua, quam Nobis ex animo defers, pietate fiduciam, ut eamdem a te adhuc magis confirmatum iri ea re, quam maxime cupimus, non dubitemus.

Desiderium Pontificis exprimitur, ut episcopus suam libere exercere valeat jurisdictionem in oppidis sub diœcesi Vintimiliensi comprehensis.

§. 2. Proinde, dilecte fili nobilis vir, et declaramus tibi desiderium Nostrum, et tuam idcirco operam etiam atque etiam flagitamus, ut scilicet venerabilis frater Angelus Aloisius episcopus Vintimiliensis pastoralem curam in antiquis suæ diœcesis oppidis Mentone et Roccabruna, quæ tuæ temporalis ditionis sunt, jam ab anno MDCCLV., ut nosti, intermissam, libere, ac sine ullo impedimento exercere incipiat. Illas jampridem desiisse agnoscimus caussas, quæ sa. me. Benedictum XIV. prædecessorem Nostrum ad id, quod tum pro tempore egit, induxerunt; atque idcirco jam a Nostri pontificatus initio maxime Nobis cordi fuit, ut illa ecclesia in pristinum sui juris, ac ministerii statum restitueretur. Cum id a Nobis animarum, quæ consequetur utilitas vehementer postulet, atque hoc tempore facta peropportunum esse videatur, ita te certiorem hujusce Nostri consilii facimus, ut valde Nobis pollicemur præsto futuram esse operam tuam, qua adjutore perficiamus illud, quod ad æternam populorum salutem, Deique gloriam potissimum conducat.

Laudes episcopi Vintimiliensis.

§. 3. Facile etiam ingredimur in hanc spem in ipsum intuentes, qui nunc est, episcopum Vintimiliensem, cujus quam æquus et moderatus sit, quamque tui studiosus animus non ignoramus. Ille præterea Nostri observantissimus, neque non accuratissime idcirco secuturus eas, quas ipsi proposituri pro Nostra auctoritate, et commendaturi vehementer sumus, optime curandæ regendæque diœcesis rationes. Cum hac re nihil sit, quod a te magis cupiamus, dilecte fili nobilis vir, nihil etiam esse potest, quo magis ipse tuam erga Nos pietatem revera comprobes, nostræque egregiæ de te charitati respondeas, ac, quod maxime interest, propitium habeas tibi, cujus ita sectatus gloriam fueris, Deum. Quamprimum igitur nuncium a te Nobis expectamus, quæ reipsa eximiam pontificio animo jucunditatem, tibique plurimam laudem allatura sint, ac interim in Nostræ singularis erga te voluntatis argumentum apostolicam benedictionem nobilitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris

die vicesimanona januarii MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXVI.

Datum die 5. februarii 1772, Anno III.

Confirmantur privilegia fratrum ordinis Cellitarum, seu Alexianorum nuncupatorum alias a Sixto IV., et Julio II. concessa.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum, et enumeratio privilegiorum ordini tributorum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Jodocus Verbeleu frater expresse professus, et minister provincialis provinciæ Barbantiæ ordinis fratrum Cellitarum, seu Alexianorum nuncupatorum, quod ii, qui ordinem prædictum profitentur infirmis quovis modo etiam peste laborantibus ministrare debent, fatuos, seu mentecaptos custodire, furibondos refrænare, ecclesiasticas personas correctionis causa, jubente episcopo, penes se retinere, ac mortuos, cum opus sit, sepelire tenentur; ipsi præterea habitum religiosum gerunt, novitiatus annum peragunt, et sub regula sancti Augustini viventes tria vota paupertatis, castitatis, et obedientiæ solemniter emittunt, ac licet clericatu insigniti non sint, tamen preces in suis constitutionibus præscriptas, potissime vero officium sanctæ Crucis recitare, unamque saltem missam singulis diebus audire sunt obstricti. Huic itaque ordini non solum recolendæ memoriæ Sixtus pp. IV. prædecessor Noster, sed etiam felicis recordationis Julius pp. II. itidem Noster prædecessor per alias suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ MDVI. duodecimo kalendas julii expeditas literas nonnulla privilegia, gratias, et prærogativas concessit, ac indulsit, et alias prout in ipsius Julii prædecessoris literis hujusmodi, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Petitio porrecta pro confirmatione privilegiorum.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius gratiæ, prærogativæ, ac privilegia a memoratis Sixto, et Julio prædecessoribus, ut præfertur concessa, et indulta subsistant, ac serventur exactius, dictus exponens apostolicæ quoque confirmationis Nostræ patrocinio ea communiri, prædictumque ordinem vere regularem esse per Nos declarari plurimum desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem tam venerabilis fratris Nostri Fabritii episcopi Albanensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Serbelloni nuncupati, quam venerabilis fratris Thomæ Mariæ archiepiscopi Rhodiensis in provinciis Belgicis Nostri, et apostolicæ Sedis nuntii ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, et jam provisum esse per constitutionem, seu literas prædictas ipsius Julii prædecessoris rescripserunt, consilio, memoratas ejusdem Julii prædecessoris literas anno MDVI. duodecimo kalendas julii, ut præfertur, expeditas, ac privilegia omnia, gratias, et prærogativas in eis contenta, et expressa, aliaque a dicto Sixto prædecessore concessa, et indulta, dummodo sint in usu, et sacris canonibus, apostolicis constitutionibus, ac concilii Tridentini decretis minime adversentur, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus; nec non ordinem prædictum vere regularem, ac modernos, et pro tempore existentes ipsius ordinis professores juxta illius constitutiones vota, et professionem emittentes vere religiosos, ac in statu regulari æque ac alios religiosos, ac regulares esse, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et de-

§. 5. Sicque in præmissis per quos-

cretum irritans.

cumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis prædictæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 24. februarii 1772. Anno III.

CLXVII.

Confirmatur epistola secretariæ status, qua fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium conventus civitatis Veliternensis concessa fuit liberatio a jure pascendi pro rubris sexdecim.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pro compensatione damnorum a conventu passorum in occupatione ecclesiæ, et conventus pro hospitale militari, communitas indulsit remissionem juris pascendi super sexdecim rubris terrarum.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori Nostro pro parte tunc exsistantium guardiani, et fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Veliternensis exposito, quod gravia damna ipsi passi fuerant in eorum ecclesia, et conventu ad summam circiter scutorum mille monetæ juxta tunc deductas probationes, et peritorum relationes ascendentia, non alia sane de causa, nisi quia a communitate dictæ civitatis ecclesia, et conventus hujusmodi pro hospitali militarium copiarum neapolitanarum destinata fuerunt. Idem Benedictus prædecessor licet petitam desuper reintegrationem, seu liberationem a damnis, sicut præfertur, passis eisdem fratribus debitam esse agnovisset, misertus tamen angustiarum, in quibus communitas prædicta versabatur, nil super hac re tunc constituit; sed deinde fratres conventus prædicti, qui æque publicas calamitates probe noscebant, unice passa damna hujusmodi compensanda esse putarunt, cum condonatione herbarum, seu juris pascendi vulgo *pascipascolo* nuncupati ad ipsam communitatem pertinentis pro rubris sexdecim terrarum, quæ in proprietate spectant ad conventum prædictum, et sita sunt in territorio ejusdem civitatis, et in contrada vulgo *Parati* nuncupata.

Benedict. XIV. concessionem adprobandam censuit per epistolam secretariæ status.

§. 2. Petioni hujusmodi, quæ communitati prædictæ sensim tantum officiabat, ipse Benedictus prædecessor annuendum esse duxit, ideoque par epistolam secretariæ status die xiv. julii MDCCLI. vice-gubernatori ejusdem civitatis conscriptam jussit, ac mandavit, ut idem vice-gubernator certiorem redderet magistratum dictæ civitatis, quod in compensationem, et omnimodam satisfactionem quorumcumque jurium ad fratres prædictos adversus eamdem communitatem pertinentium liberanda essent prædicta rubra sexdecim terrarum ejusdem conventus a jure pascendi, seu *dell' erbaggio, e pascipascolo* vulgo nuncupato pro futuro tempore, expressa tamen adjecta conditione, ne id in exemplum pro quocumque alio, aut consimili casu transire deberet, ac alias prout in eadem epistola, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Pro firmiori observantia concessionis impetrantur literæ apostolicæ.

§. 3. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres memorati conventus, ipsi, quo firmius compensatio, ac satisfactio cum liberatione a jure pascendi hujusmodi ab eodem Benedicto prædecessore, ut præfertur, demandata, et præscripta, ac usque nunc executa subsistat, ac in posterum quandocumque exactius servetur, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, eamdemque compensationem, satisfactionem, ac liberationem etiam quoad

jus simul pascendi, seu *composcolo* vulgo nuncupatum ad cives agricolas, seu agrorum cultores *campieri* vulgo pariter nuncupatos quomodolibet spectantem, et pertinentem eisdem exponentibus suffragari debere per Nos decerni, et declarari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceduntur literæ, et inviolabilis robur prædictæ concessioni adjicitur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictas compensationem, et satisfactionem, simulque liberationem a jure pascendi herbarum, seu *pascipascolo* pro rubris sexdecim terrarum ad conventum hujusmodi in territorio, et contrata prædictis spectantium ab eodem Benedicto prædecessore per memoratam epistolam secretariæ status, ut præfertur, demandatas, atque præscriptas auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, nec non ab omnibus in posterum eas observandas semper volumus, et jubemus. Ac præterea compensationem, satisfactionem, et liberationem hujusmodi eisdem nunc, et pro tempore existentibus fratribus memorati conventus etiam quoad jus simul pascendi, seu *compascolo* nuncupatum ad cives agricolas, seu agrorum cultores prædictos quovis modo spectantem, et pertinentem suffragari debere auctoritate, et tenore similibus statuimus, et declaramus.

Apponuntur ad hoc clausulæ præservativæ.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Item clausula sublata, et decretum irritans

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXVIII.

Datum die 7. Martii 1772. Anno III.

Providetur alimentis eorum, qui impares ad necessaria vitæ comparanda jure vel sanguinis, vel actionis ab aliis alendi sunt, et privilegiatum tribunal constituitur pro diremptione causarum alimenta prædicta respicientium.

CHIROGRAFO

Della santità di Nostro signore papa Clemente XIV. felicemente regnante concesso al tribunale del vicariato di Roma.

Alius chirographus ad rem jam datus fuerat.

§. 1. Reverendissimo card. Colonna vicario. Nell' averci rammemorato, che Noi intenti al sollievo delle povere, e miserabili persone sin dal principio del Nostro pontificato segnassimo in data del dì 5 agosto 1769 un chirografo di Nostro moto proprio a voi stesso diretto del seguente tenore.

Tenor chirographi.

§. 2. Reverendissimo card. Colonna vicario. Avendoci voi rappresentato, che frequentissimi, e quotidiani sono li ricorsi, che vi si avanzano da persone dell' uno, e dell' altro sesso, le quali costituite in estrema miseria, e

non potendosi da per se stesse sostentare, o perchè avanzate in età, impedite, ed oppresse da malattie, o perchè trovandosi in età pupillare non hanno ricovero di veruna sorte, e vengono discacciate da quei parenti, che per ogni diritto sarebbero in obbligo di riceverle, sostentarle, a custodirle, e perciò domandano di esser sovvenute da quelli, li quali sono de jure obbligati a ciò fare, sopra di che voi non mancate d'addopraryi economicamente per quanto potete in loro sollievo, con far chiamare col mezzo de' vostri ministri detti parenti più prossimi, ai quali si procura di ridurre a memoria l'obbligo che hanno per ogni legge di somministrare il ricercato ajuto; ma che ciò pochissimo giovi, mentre li medesimi ricusano per lo più di addossarsi un tal carico, e di voler somministrare qualunque benchè minima cosa a dette miserabili persone, anzi per sfuggire qualunque ulteriore vessazione citano subito avanti la Segnatura, per far dichiarare che tali cause spettino al giudice civile; dal che ne nasce, che li miserabili ricorrenti non avendo commodo, nè assistenza per rispondere, e stare in giudizio rimangano in tal forma defraudati, e non possono ottenere quel tanto, che de jure dovrebbe competergli, onde credevate che dovesse porsi qualche rimedio a tal disordine, e provvedersi nello stesso tempo all' indigenze di tante genti nella forma che si credesse da Noi più giusta, ed adattata a tal bisogno.

Emus card. vicarius de urbe privative cognoscit causas alimentorum.

§. 3. Noi pertanto considerando ben ragionevole la vostra istanza, e che l'affare ha veramente necessità di provvedimento; con il presente chirografo segnato di Nostra mano, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra assoluta podestà economica, che de jure possa competervi, e come vescovo, e come giudice ordinario, e quando faccia di bisogno, vi rinoviamo, e concediamo di nuovo il libero, e pieno esercizio di questa podestà in modo speciale per le cause che ci avete rappresentato, nella cognizione delle quali vogliamo, che d'ora innanzi pel sollecito bisogno delle medesime, ed in sollievo de' poveri facciate tenere il seguente metodo.

Praefinitur methodus servanda in tractatione causarum hujusmodi.

§. 4. Dovranno in primo luogo li ricorrenti far costare o con attestato del proprio parroco, o colle fedi di due testimonj la loro estrema povertà, ed in conseguenza la necessità, che hanno di essere ajutati, e contemporaneamente con altri consimili attestati far anche costare, che i parenti dai quali domandeno l'ajuto sieno in grado, ed in stato tale, che de jure debbino, e respettivamente possino somministrarglielo.

Praemittenda est interpellatio extrajudicialis, judiciali taxationi.

§. 5. Avutasi questa prova sommaria, stragiudiziale doverassi stragiudizialmente far chiamare quel tale, che si sarà conosciuto essere in obbligo di prestare il ricercato ajuto, e quando riesca di farlo con buon accordo indurlo ad un mensuale assegnamento maggiore, o minore, secondo la di lui possibilità in favore del supplicante, e quando non riesca di far ciò d'accordo, tassare, e decretare la somma da doversi pagare, quale poi se il pulsato non vorrà soddisfare ordinare economicamente, senza strepito, e figura di giudizio l'esecuzione reale per la somma tassata, con mandato da spedirsi gratis.

Nullus recursus admittitur ad supremum Signaturae tribunal.

§. 6. Affine poi, che tali decreti stragiudiziali, ed esecuzioni reali non debbano essere impedite, o trattenute de citazioni, ricorsi, o appel lazioni solite farsi ad altri tribunali superiori, e di Nostra assoluta podestà, vogliamo, ed ordiniamo, che non si dia ricorso, o appellazione di veruna sorte agli economici, e stragiudiziali decreti, ed esecuzioni, che si faranno in tali cause per ordine vostro, e de' vostri ministri.

Adjunguntur alii judices ex iis tamen solum qui partem constituunt tribunalis eminentissimi card. vicarii.

§. 7. E che giudici di tali cause dobbiate esser voi, monsignor vicegerente, e monsignor vostro luogotenente civile, ed il vostro, e loro respettivi uditori; derogando per tale effetto, e per la cognizione di tali cause a qualunque pratica, o stile, che vi sia in contrario, mentre la Nostra determinata volontà è, che si servi onninamente il prescritto metodo, volendo altresì, e decretando, che al presente Nostro chirografo, non possa opporsi vizio di orrezione, o difetto di Nostra volontà, e che segnato solamente di Nostra mano abbia il suo pieno vigore, come se fosse stato registrato in camera, non ostante la bolla della felice memoria di Pio IV. *de registrandis*, le regole della cancellaria, ed ogni altra cosa, che facesse in contrario, alle quali tutte, e singole in questo caso, ed a quest' effetto deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì cinque agosto mille settecento sessantanove.

Clemens PP. XIV.

Nihilominus chirographus exequi aliquando nequibat, attentis privilegiis, et exemptione a foro ecclesiastico.

§. 8. Ci avete rappresentato al presente, che alcune di esse persone miserabili ignorando la disposizione di detto chirografo abbino con loro dispendio giudizialmente agito in altri tribunali contro di quelli, che de jure erano tenuti, ed obbligati a prestargli l'alimenti, o in casa, o fuori di essa, e per lo più han dovuto cedere alla lite per non poterla sostenere a cagione della loro miseria. Ed altresì ci avete rappresentato le difficoltà che spesso s' incontrano nell' esecuzione della mano regia, che sommariamente, e gratis si rilascia contro di alcuni de jure tenuti alla somministrazione degli alimenti a motivo de' lor pretesi privilegj di privativa, o esenzione dal vostro foro, o di officio di familiarità, o lettere patenti di personaggi, congregazioni, ed anche de' cardinali.

Hinc derogatur omnibus privilegiis, et indiscriminatim omnes uni jurisdictioni eminentissimi vicarii pro hisce causis subjiciuntur.

§. 9. Quindi è, che per ovviare simile disordine, e sempre più giovare a dette persone miserabili per la pronta sommaria, ed estragiudiziale somministrazione degli alimenti, confermando in primo luogo detto Nostro moto proprio come sopra trascritto, e quante volte faccia di bisogno nuovamente approvandolo, e sottoscrivendolo ora con simile Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema autorità, stabiliamo, dichiariamo, e decretiamo, che in avvenire voi, e li vostri successori pro tempore, monsignor vicegerente, monsignor vostro luogotenente civile, ed il vostro, e loro respettivi uditori sieno i giudici privativi per la cognizione sommaria di tali cause, in maniera che possiate anche avocare ex integro, come Noi avochiamo tali cause da qualsivoglia tribunale, e avanti qualsivoglia giudice benchè privilegiato, e privilegiatissimo per procedere in esso sommariamente a tenore di detto Nostro chirografo privativamente ad ogni altro giudice, e tribunale, rimosso qualunque ricorso, o appellazione, quali non dovranno in alcun modo attendersi.

Conceditur jus procedendi cum privilegio manus regiae in executione mandatorum.

§. 10. E per le mano regie, che da voi si rilasceranno a favore di tali persone miserabili per gli alimenti da darsi in casa, o fuor di casa, contro di quelli, che de jure sono tenuti, e per la somma da voi arbitrata, e tassata, vi concediamo piena, ed ampla facoltà di poter far eseguire detta mano regia, senza attendere qualunque inibizione, benchè fosse dotale, preteso privilegio, esenzione, variazione di foro, familiarità, e lettere patenti di qualsivoglia personaggio, benchè cardinale, e trattandosi di alimenti, che *venter non patitur dilationem*, concediamo anche ampla facoltà di poter procedere, quando faccia di bisogno, al sequestro dell' annue rendite, e alle mercedi menstrue, e diurna, che conseguiranno per qualunque arte, professione, o servizio, che eserciteranno, o presteranno con rilasciarne gli opportuni mandati, e quelli fare eseguire, il tutto sommariamente, *manu regia*, *et gratis*, derogando per tale effetto a qualunque pratica, o stile, cho vi sia in contrario, mentre Nostra determinata volontà è, che si osservi onninamente il prescritto metodo.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Vogliamo altresì, e decretiamo, che a questo nostro chirografo non possa opporsi vizio di orrezione, o difetto di Nostra volontà, e che segnato solamente di Nostra mano abbia il suo pieno vigore, come se fosse stato registrato in camera, non ostante la bolla della fel. mem. di Pio IV. *De registrandis*, la regole della cancellaria, ed ogni altra cosa, che facesse in contrario; alle quali tutte, e singole in questo caso, ed a questo effetto deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo di sette marzo mille settecento settantadue.

CLXIX.

Dat. die 30. martii 1772. Anno III.

Deputatio novi vicarii generalis in dioecesi Vintimiliensi, qui causas civiles, criminales, et mixtas dirimat pro episcopo Vintimiliensi in oppidis subjectis laicali poteatati.

Dilecto filio nobili viro Honorato principi Monaeci.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili nobilis vir salutem, et apostolicam benedictionem

Laudes principis Honorati, qui indulsit redire ad jurisdictionem episcopi oppida Mentonem, et Roccambrunam.

§. 1. Dupliciter confirmasti Nobis tuos erga nos devotionis sensus et per literas die XVII. februarii datas, quibus in iis, quae maxime a tua pietate expectabamus, satisfactum Nobis esse vidimus, et per dilectum filium Leopoldum Mazzonum, qui dum eas redderet, plurima qua solet diligentia et fide summa Nobis tui amoris, atque observantiae officia detulit. Delectati ve-

hementer sumus ea a te Nobis præstita reipse esse cognoscere, tantoque magis, quem singulariter diligendum suscepimus, diligendi teipsum rationes eum, quem maxime optabamus in modum Nobis cumulatas esse gaudemus. Ex quo vides, dilecte fili nobilis vir, quam jucunda Nobis acciderit animi tui significatio, quo pias justasque agnoscis pontificias curas de venerabilis fratris Angeli Aloisii episcopi Vintimiliensis jurisdictione in antiqua tuæ temporalis ditionis, suæ vero diœcesis oppida Mentonem, et Roccambrunam restituenda, et quo paratissimum te ostendis, ut desiderium id Nostrum quam primum ad exitum perducatur. Luculenter sane respondisti fiduciæ de te Nostræ, ac pontificia idcirco magis magisque inflammasti erga te studia, ut tuum postulatum de constituendo in iis oppidis novo vicario generali, qui diversus a Vintimiliensi sit, Nostra auctoritate ratum efficere statim decreverimus.

Et ideo promeruit ut in dictis oppidis novus, et distinctus vicarius generalis eligeretur.

§. 2. Itaque per has ipsas in forma Brevis literas apostolica benignitate tuam petitionem prosequimur, tibique, quemadmodum postulas, concedimus, atque significamus, eodem hoc tempore, Nobis ita mandantibus, a dilecto filio Nostro Ferdinando Maria S.R.E. presbitero cardinali de Rubeis præfecto Nostræ congregationis Tridentini concilii interpretis perscribi ad ipsum venerabilem fratrem episcopum Vintimiliensem, ut in ea parte diœcesis Vintimiliensis, quæ dominio temporali nobilitatis tuæ subest, unum vicarium in spiritualibus generalem, qui tibi, tuisque in ejusmodi dominio successoribus minime suspectus sit, constituat, atque deputet, ad hoc ut dictus vicarius generalis inibi suo nomine et auctoritate per ipsum tribuenda et impertienda quascumque causas civiles et criminales, et mixtas tuorum subditorum in temporalibus, ac ejus diœcesis illic degentium, ad ejus forum ecclesiasticum quomodolibet spectantes cognoscat, definiat, expediat, fineque debito terminet; salva tamen semper, et illæsa in omnibus, et per omnia remanente ejus auctoritate, potestate, et superioritate etiam in ea parte ejus diœcesis circa visitationem, et exercitium cujuscumque actus ejus spiritualis, et ecclesiasticæ jurisdictionis.

Sub poena excommunicationis prohibetur tamen vicarius, ne in gravibus negociis procedat nisi exquisito, et recepto voto episcopi.

§. 3. Ne autem ex hujusmodi deputatione vicarii generalis per eum, sicut præmittitur, facienda aliquod ei, ejusque dignitati, et potestati damnum, seu præjudicium enascatur, aut exinde

sua jurisdictione eum abdicasse se, sive expoliasse a quoquam dici, censeri, vel prætendi possit, volumus, eidemque episcopo harum serie præcipitur, et mandatur, ut in deputatione ipsius vicarii generalis per eum pro tempore facienda eidem expresse prohibeat, ne ad ullum actum alicujus gravis, seu notabilis momenti, multoque minus ad prolationem sententiæ in criminalibus procedere audeat, seu præsumat; nisi prius de re universa, de qua agi contingat, episcopum certiorem reddiderit, aut plane docuerit, ejusque desuper assensum obtinuerit, idque sub excommunicationis majoris, si in sacro presbyteratus ordine minime constitutus, ac suspensionis a divinis, si presbyter fuerit, per eum ipso facto, absque alia declaratione incurrenda pœna, ultra remotionem ab officio vicarii generalis hujusmodi, et quamlibet aliam pœnam, quam pro modo, et qualitate culpæ et transgressionis condignam in Domino judicaverit. Atque hic ipse est similis indulti tenor alias ab apostolica Sede concessi tam pro civitate Sospelli, quam pro nonnullis regni Neapolitani oppidis. Dum hæc igitur idem dilectus filius Noster ad ipsum episcopum Vintimiliensem diligenter perscribet, illud etiam accuratissime suo more præstabit quod eidem faciendum mandavimus, ut ipsum venerabilem fratrem iis prudentiæ rationibus instructum reddat, quibus inter sacerdotium, et imperium concordia, et conjunctio, quæ maxime ad divinam gloriam, ac salutem animarum faciat, constare semper, ac retineri possit.

Benevolentiæ, et charitatis argumenta confirmantur.

§. 4. Minime dubium Nobis esse nunc potest, dilecte fili nobilis vir, quin hic Noster in tanta re curanda, peragendaque consensus plurimas in posterum jucunditatis causas utrisque sit allaturus. Quod a Deo Opt. Max. vehementer petimus, eumque precamur, ut consilia, atque operam hanc Nostram sua ipse ope, ac præsidio consequatur, tibique pro tuo pietatis ac religionis studio propitius in omnibus, ac benignus sit, suæque benedictionis pondus adjungat apostolicæ benedictioni, quam in uberius paternæ singularis erga te benevolentiæ argumentum nobilitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ die 30 martii 1772 pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 1. aprilis 1772. Anno III.

CLXX.

Confirmatio juris deputandi viales pro comunitate s. Archangeli diœcesis Ariminensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Suam erga patriam charitatem explicat Pontifex.

§. 1. Etsi civitatum omnium, oppidorum, et locorum, quæ etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi subdita sunt, felici, prosperoque regimini, pro commisso Nobis divinitus summæ procurationis officio solicitis studiis prospicere jugiter satagamus; utilitati tamen, et commoditati civium, et incolarum oppidi Nostri sancti Archangeli Ariminensis diœcesis, in quo nati sumus, propensiori paternæ charitatis studio consulere non prætermittimus, atque in id apostolicæ auctoritatis partes libenter interponimus, quemadmodum, omnibus mature perpensis, in Domino conspicimus expedire.

Officium vialium explicatur.

§. 2. Exponi siquidam Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines ejusdem oppidi sancti Archangeli, quod ipsi probe noscentes publicarum viarum curam quam maxime necessariam esse, hinc in more perpetuo habuerunt deputandi in consilio generali dicti oppidi duos consiliarios officiales, seu viales nuncupatos, ad quos præcipue pertinet, publicis viis præesse, diligenterque curare ut eædem viæ conserventur, ac reparentur. Quocirca in antiquissimo ejusdem oppidi statuto libro primo rubrica XIII. præscriptum reperitur, ut a dicto generali consilio eligantur duo officiales super reparatione viarum, pontium, et aquarum cursus curiæ, et districtus, qui solicite, et fideliter attendere debeant, et vacare circa reparationem viarum, pontium, et cloacarum, ac fovearum, atque habeant liberum arbitrium, et potestatem præcipiendi, mandandi, et compellendi singulares personas ad facienda, quæ eis circa prædicta incubuerint sub pœnis contentis, et expressis in eodem statuto, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor statuti super officio vialium.

§. 3. De officio superstitum viarum, pontium, et cursuum aquarum, terræ sancti Archangeli rubr. XIII. lib. 1. Ad conservationem viarum, et pontium, ac aquarum cursus districtus, et comitatus terræ sancti Archangeli statuimus, et ordinamus, quod in consilio generali dictæ terræ eligantur duo officiales super reparatione viarum, pontium, et aquarum cursus curiæ, et districtus dictæ terræ, qui solicite, et fideliter attendere debeant, et vacare circa reparationem viarum, pontium, cloacarum, et fovearum renovantium, ac cursus aquarum in locis consuetis, et necessariis, ac etiam de novo conficiendorum, et aliorum laboreriorum publico utilium, et ad officium spectantium, in quibus *habeant dicti officiales liberum arbitrium, potestatem, et baliam præcipiendi, et mandandi, ac compellendi singulares personas ad faciendum, quæ eis circa prædicta incubuerint.*

Jura officialium, et munera quibus facere satis teneantur.

§. 4. Qui officiales possint, et teneantur ex debito eorum officii quandocumque singulares personas compellere ad ea facienda, excepto tempore hyemali, videlicet a kalendis decembris usque, et per totum mensem februarii inclusive, exceptis temporibus recollectus grani, et vindemiarum, et tempore guerrarum. Et teneantur dicti officiales singulis anni temporibus supra non prohibitis præconizari facere per dictam terram sancti Archangeli, villas, et districtus dictæ curiæ notificari facere per syndicos ipsarum villarum publice, quod prædicta fieri debeant, ut supra infra terminum decem dierum, vel plus, vel minus arbitrio dictorum officialium superstitum in dicta grida, et banno exprimendorum sub infrascripta pœna in præsenti statuto contenta; post quem terminum officiales prædicti teneantur ire per districtum, et comitatum ad videndum si quæ fieri debuerint, facta sint, et pro tunc, et pro quolibet inobediente accipere possint pro ejus inobedientia *duos bononenos*, et pro quolibet inobediente, et pro quolibet defectu, cujus pœna sit dictorum officialium, et notarii dividenda inter ipsos. Et nihilominus iterum, et de novo præcipiant, et præcipere debeant iis, qui contumaces fuerint, ut faciant, quæ eis incubuerint, et in prædictis, et quolibet prædictorum necessaria fuerint pro reparatione supradictorum infra alios decem dies, post quos iterum, et de novo officiales prædicti per districtum, et comitatum, sive curiam vadant ad videndum si paruerint præceptis, et eis incumbentibus circa prædicta, a quibus inobedientibus pro eorum inobedientia, et contemptu accipere possint a quolibet inobediente, et pro quolibet defectu *solidos duos* dividendos inter

ipsos officiales, ut supra dictum est pro rata. Et nihilominus prædictis inobedientibus præcipiant, quatenus infra alios decem dies prædicta executioni mandasse debuerint; post quos decem dies iterum, et de novo per curiam, comitatum, et districtum vadant, et culpabiles, ac inobedientes *puniant*, *ut supra*, et inter se dividant, ut supra dictum est; nec non omnes, et singulos inobedientes compellant de facto ad faciendum eis incumbentia super prædictis cogendo eos *realiter*, *et personaliter*, et si opus fuerit illa faciendo fieri expensis prædictorum inobedientium, et nihilominus inobedientes, qui post tertiam monitionem fuerint inobedientes in solidos decem denariorum condemnentur dividendos pro dimidio communitati terræ sancti Archangeli, et pro alio dimidio dividendos inter dictos officiales, et notarium, ut supra, de facto exigendos, et duret prædictorum superstitum, et officialium, et notarii officium per annum, et non ultra. Et ultra prædicta emolumenta nihil accipere possint ab aliqua singula persona, sub pœna quadrupli ejus, quod receperint, et privatione ejus officii.

Pœnæ subjiciuntur a potestate imponendæ, si eorum muneri diligenter non faciunt satis.

§. 5. Et si quis eorum negligens fuerit, vel ambo neglexerint in officio possint puniri pœna arbitrio domini potestatis imponenda, et pro qualibet vice, qua denunciati fuerint dicto domino potestati. Et teneatur potestas dictis officialibus in prædictis circa prædicta, et quælibet prædictorum præbere auxilium, consilium, et favorem, et dare eis unum platiarium, quoties illum requisierint pro eorum officio exercendo tam in curia, quam in toto districtu, et vicariatu ejusdem sub pœna decem librarum dicto potestati tempore syndicatus auferenda. Et quando platiarius curiæ haberi non possit, liceat dictis officialibus unum platiarium admittere, et accipere ad dictum effectum exercendum specialiter deputatum eum provisione, quæ eis videbitur, solvenda de bonis, et pœnis contrafacientium in prædictis, quæ in commune devenerint.

Jus habent publicandi edicta visitandi, pœnas irrogandi, privative ad quemcumque alium superiorem.

§. 6. Hujus igitur statuti vigore dicti officiales, seu viales jus habent publicandi edicta, visitandi, pœnas irrogandi, inobedientes puniendi, et in re hac plenam, ac omnimodam jurisdictionem privative ad quemcumque alium superiorem localem exercendi; itaut quemadmodum communitas ejusdem oppidi in quasi possessione deputandi duos officiales prædictos viarum curatores permansit, ita et officiales ad hujusmodi effectum deputati in quasi possessione perrexerunt jurisdictionis ad ipsos spectantis privative quoad gubernatorem, aliumque localem superiorem, qui invigilare tantum modo debet, ut iidem officiales, seu viales muneris sui partes diligenter impleant, et in casu recursus, seu appellationis a decretis, et facto vialium hujusmodi cumulativam obtinent jurisdictionem una cum ejusdem oppidi magistratu.

Quicumque eos turbare ausit in possessione juris hujusmodi, in officio revocatus fuit.

§. 7. Quamquam vero pro tempore existentes gubernatores dicti oppidi quasi possessionem hanc, qua semper communitas, et officiales, seu viales prædicti usi, et potiti fuerunt, aliquando turbari curaverint, inutiliter tamen id evenit, quippe quia tam bonæ memoriæ Franciscus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Barberinus nuncupatus jam in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Sedis apostolicæ legatus decretum a semetipso editum in peracta visitatione ejusdem oppidi, quo ipse mandaverat, ne dicti viales, seu officiales visitare possent vias sine assistentia gubernatoria, circumscripsit, illudque nullum declaravit, ac solitum in hoc servandum esse injunxit, et alias prout in suis literis die xxiv octobris MDCXCVI ad eumdem gubernatorem conscriptis, quarum tenorem præsentibus pro plane, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur; quam etiam dilectus filius Noster Vitalianus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Borromæus nuncupatus in eadem provincia, et exarchatu Noster, et dictæ Sedis legatus serio perpensis juribus hinc inde deductis, gubernatori prædicto injunxit, ne ipsis vialibus, seu officialibus ordinariam visitationem viarum præpediret, ac alias prout in literis ab eodem Vitaliano cardinali, et legato die ii junii MDCCLXX ad præfatum gubernatorem transmissis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione hujus statuti, et privilegii.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes vereantur, ne longa, et constans hæc consuetudo solamnibus cardinalium, et legatorum provinciæ, et exarchatus hujusmodi definitionibus confirmata denuo in dubium revocari contingat; ipsi vero communitatem prædictam a quibuscumque litibus, quæstionibus, et controversiis immunem perpetuo reddere quam maxime cupiant; quocirca jus ejusdem

communitatis deputandi nempe in generali consilio officiales, seu viales prædictos, et privativam eorum jurisdictionem, nec non statuta de hujusmodi re disponentia, et longam, ac constantem consuetudinem, definitionesque a cardinalibus legatis provinciæ, et exarchatus hujusmodi, præsertim vero Barbarino, et Borromæo prædictis desuper editas per Nos confirmari, et approbari, ac quatenus opus sit, denuo eidem communitati concedi jus deputandi in consilio generali dictos officiales, qui viis tam intra, quam extra oppidum hujusmodi præesse, ac omnimodam jurisdictionem privative etiam ad gubernatorem localem, obtinere debeant, et edicta in re hac publicare, viasque ipsas pro eorum libito visitare, et quæ opportuna sint decernere, ac demandare, pœnasque irrogare possint, et valeant, ac modum quoad ecclesiasticos, sive eorum colonos servandum per Nos præscribi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, at ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Amplissima confirmatio, cum suis declarationibus, et reservationibus salutaribus

§. 9. Nos igitur eamdem patriem Nostram, quam nunc ut carissimam filiam complectimur, et exponentes prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ipsorumque exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis primum informationibus opportunis, jus, et prærogativam dictæ communitatis oppidi sancti Archangeli pro deputatione eorumdem vialium, horumque specialem, privetivamque jurisdictionem auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, atque statuta desuper favorabiliter disponentia, ac potissimum præinsertam rubricam xiii libri primi, nec non peculiaras leges, sive capitulationes pro vialibus anno MDCXXII editas, longamque consuetudinem, nac non definitiones Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium ejusdem provinciæ, et exarchatus legatorum, Barberini præcipue, ac Borromæi prædictorum auctoritate, et tenore prædictis approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Declarantes insuper expresse, quod eadem communitas jus habeat eligendi, publico mediante consilio duos officiales, ut præfertur, viales nuncupatos ad prævidendum, seu superintendendum viis existentibus tam intra prædictum oppidum, quam in ejus territorio, quodque hi amplissima, et privativa potiantur jurisdictione in exclusionem quoque gubernatoris, alteriusve localis superioris, et valeant ideo propria, ac peculiari auctoritate publicare edicta rem, materiamque viarum concernentia, illasque visitare, nac non adversus transgressores pœnas comminari, et exequi, ac cætera demum curare, et facere consentanee ad plenam jurisdictionem, et adhæsive ad dispositiones statuarias, atque capitulationes pro vialibus editas, pluriesque a legitimis superioribus confirmatas, veteremque, ac longam, ut præfertur, consuetudinem, et favorabiles cardinalium legatorum, aliorumque provinciæ hujusmodi præsidentium, ac superiorum definitiones.

Consuliter bonis et personis ecclesiasticorum.

§. 10. Volumus autem, ac pari auctoritate decernimus, ut quatenus in visitatione viarum, omnibusque consentaneis actis præsens interveniat ecclesiasticus vel a clero, vel a vicario foraneo dicti oppidi deputatus, aut quatenus resolutiones, aut decreta vialium afficere forte possint bona, colonos, et personas ecclesiasticas, tunc hujusmodi acta, decreta, et resolutiones non aliem prorsus obtinare valeant vim, et exequutionem, nisi quam vicarius foraneus in prima, et episcopus respective in secunda, eademqua ultima instantia formiter attribuerint, et præfiniverint. Cæterum in casu recursus, aut appellationis a decreto, et facto eorumdem vialium cumulativam jurisdictionem magistratus, et gubernatoris pro tempore dicti oppidi, quoad laicos firmam remanere debere pari auctoritate, et tenore statuimus, atque sancimus.

Clausulæ salutares pro plenaria observantia constitutionis.

§. 11. Decernentes ipsas præsentes litaras, et omnia in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et intagros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Eccle-

siæ cardinales in provincia, et exarchatu prædictis pro tempore existentes a latere legatos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressa derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus nostri anno tertio.

Datum die 8. aprilis 1772. Anno III.

CLXXI.

Prohibitio extrahendi libros a bibliotheca Perusina.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Bibliotheca legata fuerat per testamentum a Domenichinum in publicam commoditatem.

§. 1. Cum, sicut dilecti filii beneficiati nuncupati cathedralis ecclesiæ Perusinæ Nobis nuper exponi fecerunt, alias quondam cognominatus Domenichini eorum, et publicæ commoditati prospicere volens, quamdam bibliothecam testamento eis reliquerit; exponentes vero prædicti, qui, (ut asserunt) de ipsius bibliothecæ augumento, et manutentione soliciti præter duas personas ad hoc specialiter deputatas, bibliothecarium quoque cum stipendio constituerunt, plurimum cupiant, ejusdem bibliothecæ conservationi, et manutentioni per Nos provideri.

Pro illius conservatione imploratur prohibitio extractionis, quæ tribuitur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ani Pontifici reservatæ.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis auctoritate, officio, et superioritate fungens, libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta, tam hactenus eidem bibliothecæ donata, et assignata, quam in posterum donanda, et assignanda quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione e bibliotheca prædicta extrahere, et asportare, seu ut commodentur, extrahantur, et asportentur, permittere, ac consentire audeat quovis modo, vel præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendæ pœna, a qua nemo absolutionis beneficium a quoquam præter quam a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere, et quoad regulares privationis vocis activæ, et passivæ pœnis, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Soli episcopi pro tempore Perusini ab interdictione excluduntur.

§. 3. Permittimus autem moderno, et pro tempore existentibus episcopis Perusinis, ut ipsi, libros, quinterna, sive folia hujusmodi e prædicta bibliotheca proprii usus gratia extrahere, et apud se per aliquot dies retinere, juxta etiam prædicti testatoris assertam dispositionem, libere, et licite valeant, dummodo tamen in libro ad hoc destinato eorum nomen, nec non diem, mensem, et annum describant, ac finito usu hujusmodi, illa in prædictam bibliothecam reportent, in eaque remanant sub eadem excommunicatione.

Derogatio contrariorum, et lex de exemplari ad valvas bibliothecæ affigendo.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, aut alio loco conspicuo, ut ab omnibus cerni, et legi possit, affixum assidua remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava aprilis MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 25. aprilis 1772. Anno III.

CLXXII.

Facultas episcopo Assisiensi supprimendi quinque, vel sex confraternitates dictæ civitatis et applicandi eorum bona seminario ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Seminariorum conservationi, et incremento pro divinitus Nobis commissi pastoralis officii munere providere cupientes, in id apostolicæ auctoritatis partes interponere non prætermittimus, prout omnibus mature perpensis, in Domino salubriter conspicimus expedire.

Refertur status seminarii Assisiensis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod seminarium civitatis Nostræ Assisiensis in eo reperiatur statu, ut ex illius redditibus vix decem adolescentes ali possint, nec propter ejus egestatem præceptores idonei, ac ministri diligentes facile inveniuntur; illius propterea domus admodum angusta non solum reparationem, sed ampliationem quoque expostulat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, propter exiguum beneficiorum simplicium in dicta civitate, ejusque diœcesi existentium numerum eorum bonorum applicatio seminario prædicto haud facili modo, prout exigit necessitas, fieri valeat; undecim vero numerentur societates, seu confraternitates laicorum in dicta civitate; hinc facultatem nonnullas ex dictis confraternitatibus supprimendi, illarumque bona eidem seminario assignandi per Nos tibi concedi plurimum desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur episcopo facultas supprimendi quinque, aut sex confraternitates laicales

§. 3. Nos igitur piis tuis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia, absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis super præmissis opportunis informationibus, ut de laicalibus omnibus confraternitatibus prædictis in memorata civitate existentibus aliquas usque ad numerum quinque, aut sex pro tuo arbitrio, et prudentia omnino supprimere, et abolere libere, ac licite possis, et valeas cum auctoritate visitatoris apostolici facultatem omnem necessariam, et opportunam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Imponitur lex applicandi eorum bona ipsi seminario, et consulitur celebrationi missarum, aliisque legatis super ipsis bonis impositis.

§. 4. Volumus autem, ut supprimendarum, et abolendarum confraternitatum hujusmodi redditus, et proventus una cum suis sortibus seu capitalibus uno, eodemque actu applicentur, et addicantur ipsius civitatis seminario prædicto; earumdem vero confraternitatum ecclesiæ, si quæ sunt, conserventur, et exerceantur, aut in favorem alterius loci pii permutationis, seu alienationis, sive alio quocumque titulo transferrentur, et assignentur. Missas insuper, quæ in ecclesiis hujusmodi celebrandæ sint, utique in posterum celebrandas esse partim in ipsis ecclesiis in die festo sancti earum titularis, aliisque solemnibus diebus, et pro cappellaniis inibi erectis, una cum anniversariis, vel sacris officiis, seu officiaturis ibidem institutis, et addictis, partim vero juxta æquam, justamque repartitionem a te peragendam in ejusdem seminarii oratorio, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, atque sancimus.

Commutantur onera ecclesiarum, et confraternitatum supprimendarum.

§. 5. Quoad alia autem onera earumdem ecclesiarum, seu confraternitatum, piasque earum consuetudines, veluti orationes, visitationes, seu processiones, facultatem eas convertendi, et commutandi in unam, seu plures missas pro tuo arbitrio, et pietate, vel in ecclesiis ipsarum confraternitatum, vel in oratorio dicti seminarii, ut præfertur, celebrandas, auctoritate, et tenore similibus tibi pariter concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decreto irritante.

§. 6. Decernentes præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 7. Non obstantibus quorumvis testatorum, ac piorum largitorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum con-

fraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIII.

Dat. die 12. aprilis 1772. Anno III.

Confirmatio concordiæ initæ inter communitatem Ravennæ, et quatuor abbatias ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Justitiæ, ac pacis simul cultores supra universum dominicum agrum a cœlesti patre familias nullo meritorum Nostrorum suffragio divinus constituti, quæstiones, et controversiæ, inter præsertim ecclesiasticas personas, ac Nostros, et apostolicæ Sedis, etiam quoad temporalia subditos exortæ, ut matura disquisitione jus suum unicuique tribuendo, definiantur, et absolvantur, paterna solicitudine indesinenter curare adnitimur. Quod si eas divina inspirante gratia, ac partium communi optatæ pacis, et concordiæ studio penitus dirimere feliciter contingat, omnia hac de re inter partes ipsas provide disposita, atque conventa apostolicæ auctoritatis nostræ patrocinio, dum id a Nobis petitur, libenti animo communimus, sicuti ad ecclesiasticarum personarum hujusmodi perennem tranquillitatem, et ad eorumdem subditorum perpetuam quietem in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio quæstionum subortarum inter abbates, et communitatem.

§. 2. Cum itaque, sicut jam pridem accepimus, a dilectis filiis communitate, et hominibus civitatis nostræ Ravennatensis propter inundationes, ac superiorum annorum penurias, et caritatas, aliaque infortunia novissimis hisce temporibus passa, quæ omnia difficiliorem reddiderant publicorum onerum solutionem, complures promotæ fuerint quæstiones, et controversiæ adversus dilectos quoque filios modernos abbates quatuor abbatiarum, Portus nempe, s. Vitalis, Classis, et s. Joannis Evangelistæ respective nuncupatarum, ejusdem civitatis, tam super eorumdem onerum quantitate, qualitate, et distributione, atque præterito tempore decursorum exactione, quam super pinetis, arborumque ibidem existentium incisione, aliisque damnis, quæ eis illata asserebantur.

Rei cognitio commissa fuit congregationi specialiter deputatæ.

§. 3. Nos prædicta omnia, quemadmodum rei gravitas postulabat, disquirenda, et serio examinanda commisimus particulari congregationi ex dilecto filio nostro Andrea S. R. E. cardinali Nigrono nuncupato, ac nonnullis romanæ curiæ prælatis constitutæ. Deductis itaque ex parte prædictæ communitatis iis omnibus juribus, quæ in re hac sibi competere autumabat, in congregatione habita die ix. septembris superioris anni MDCCLXXI. suspensa tunc causæ resolutione, rescriptum fuit, ut citatis omnibus interesse habentibus, intra sex menses denuo causa hujusmodi proponenda esset.

Legatus a latere quæstiones omnes componere sategit.

§. 4. Verum spectata, atque eximia dilecti itidem filii nostri Vitaliani S. R. E. cardinalis Borromæi nuncupati in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Nostri, et apostolicæ Sedis de latere legati pietas, zelus, atque in rebus agendis peritia, et integritas interim effecit, ut remotis animorum dissidiis, sublatoque ulteriori magno partium dispendio, lis, quæ gravissima erat, felici pacis, et concordiæ exitu penitus cessaret. Propositis namque ab eodem Vitaliano cardinali et legato iis rationibus, quibus res hujusmodi amicabiliter componi posset, tanta in iisdem abbatibus quatuor abbatiarum prædictarum adinventa fuit ad tuendam, fovendamque pacem voluntas, et ad ineundam concordiam facilitas, tantus in civitatem ipsam ab oneribus sublevandam compertus eorum animus, ut pari facilitate, ac deputatorum ejusdem communitatis assensu inita desuper transactio fuerit, cujus quidem vi abbates prædicti, posthabita suorum jurium, ac

privilegiorum tutela, necnon deposita omni cura defensionis, qua pro certo habebant se vindicare facile posse ab omnibus sibi oppositis criminationibus, et demonstrare coram prædicta congregatione, nihil in pinetis prædictis contra formam literarum alias favore abbatiarum prædictarum a fel. rec. Sixto pp. V. prædecessore Nostro diebus xvi. aprilis, ac xvi. maii MDXC. in simili forma Brevis expediterum a se actum, seu gestum fuisse, damnaque pinetis illata partim propter glacies, et inundationes obvenisse, partim ex magna vi procellarum ac ventorum processisse, ea, qua viros ecclesiasticos decet moderatione, ac tuendæ pacis desiderio non levem onerum partem sibi imponere potius voluerunt, eamdem transactionem ineundo, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor initæ transactionis.

§. 5. » Essendo che per le inondazioni, e carestie, e mortalità ed altre molte disgrazie degli ultimi anni, che aveano maggiormente difficoltato a' ravegnani la soddisfazione de' pubblici gravissimi pesi, si fosse ridotto il pubblico di Ravenna a riassumere molte pretensioni, ed altre eccitarne di nuovo contro le quattro abbazie coll' intraprenderne lite formale, che ora pende in Roma avanti una sagra congregazione particolare da Nostro Signore deputata: essendo gravissime, e di molto rilievo queste pretensioni, giacchè fra le altre cose richiedeva il pubblico di Ravenna un sussidio ecclesiastico dalle quattro abbazie, richiedeva un notabile aumento d' imposizioni sopra i loro beni per il sussidio triennale, e quarto aggiunto, a norma d'una pretese antica concordia, altro aumento per i pesi camerali, e per le scuopriture camerali, che il pubblico pretendeva provenire da mancanza d' entrata della foglietta, archivio, e danno dato; e finalmente per i pesi camerali, e privilegiati imposti su' dazj, che il pubblico pretendea esigere sulle terre, oltre una considerabile quantità d'arretrati, e di altre pretensioni; ed al contrario le quattro abbazie opponevano una pretesa osservanza, che non si giustificassero sufficientemente i titoli della comunità; i privilegi delle undici congregazioni, ed anche esse pretendevano di essere state pregiudicate in diverse imposizioni, specialmente per la differenza della moneta vecchia nella corrente, e perciò pretendevano de' rimborsi, e bonifici, oltre a varie altre pretensioni: che perciò l'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Borromeo legato di Ravenna, volendo accrescere altre beneficenze alle molte già compartite alla suddetta città col procurare un amichevole accomodamento, e una perpetua, e stabile concordia fra il pubblico di Ravenna, e le suddette quattro abbazie, si è preso tutto il pensiero di persuadere le due parti a venire a questa tanto necessaria concordia, facendo lor vedere il dubbio evento delle liti, la gravezza delle spese, e molti altri gravissimi pregiudizj; ed avendo ritrovato ne' deputati della città, e ne' superiori delle quattro abbazie tutta la facilità, e disposizione, dopo molti congressi, e riflessioni gli è riuscito d' effettuare questa concordia co' seguenti patti, e condizioni, la quale per maggior cautela sarà approvata dalli rispettivi deputati, dal generale consiglio, dalli capitoli de' sopradetti monasterj, e convalidata espressamente colle facoltà di sua eminenza legato, e con quelle più particolari, che a questo oggetto otterrà da Nostro Signore.

CAPITOLI

Di accordo tra l' illmo pubblico di questa città di Ravenna, e le quattro rme abbazie di essa città.

I.

Onera imposita abbatibus.

§. 6. » Che sieno le quattro reverendissime abbazie gravate in due terzi d'estimo dominicale della loro possidenza, come tutti i laici della stessa città, di modo che tra gli uni, e le altre per questi due terzi non corra le minima differenza per le infrascritte contribuzioni, che si esigono sotto i seguenti titoli delle terre, cioè tre bajocchi, dieci denari, e due quinti per staro d'estimo sotto titolo di sussidio triennale, un bajocco, cinque denari, e due quinti sotto titolo di pesi camerali, un denaro per la paglia, e due bajocchi, e nove denari sotto titolo di supplemento allo smaneo d'entrate camerale.

II.

Modus facilioris exactionis onerum impositorum.

§. 7. » E perchè non nasca difficoltà sopra il quarto aggiunto di sopra nominato, che da' laici si paga

» per la loro tangente sopra la macina, e dagli ecclesiastici, e forastieri » sopra il terratico, si conviene, che » le quattro abbazie per seguitare la » proporzione co' laici paghino in avvenire quella imposizione, che corre » sotto nome di quarto aggiunto per la » somma d'un bajocco, cinque denari, » e due quinti sopra ciascheduno staro » d'estimo di due terzi del loro estimo » dominicale.

III.

Concessiones correspectivæ favore abbatum.

§. 8. » In correspettività poi di tale » stabilimento sopra i pesi imposti sulle » terre, l'illustrissimo pubblico usando » di quel riguardo, che ha sempre dimostrato alli beni ecclesiastici, non » dissente d'accordare a dette quattro » reverendissime abbazie per l'altro terzo di estimo di possidanza dominicale ogni, e qualunque esenzione da » tutti, e singoli pesi imposti, e da » imporsi, fuori che nel caso di speciale determinazione pontificia, e » fuorchè dal privilegiatissimo di fuste, » e contagio; al qual peso dovranno concorrere le quattro abbazie per l'avvenire sopra tutto l'intiero estimo dominicale, come gli altri possidenti » laici, ed ecclesiastici. Per l'aggravio » del bollo estinto di cinque danari per » staro d'estimo, sebbene anch'esso » privilegiatissimo, nè controverso, e » sempre pagato dalle quattro abbazie, » si conviene a contemplazione di questa concordia, che in avvenire debbano pagarlo sopra i due soli terzi » del loro estimo dominicale, vale a » dire, debbano godere anche di questo l'esenzione del terzo, come sopra » tutti gli altri pesi imposti, e da imporsi colla riserva come sopra.

IV.

Pro expensis necessariis ad lites agendas abbates in tertia parte eximuntur.

§. 9. » Per la colletta liti, si conviene, che per le spese, che si dovranno fare in avvenire per le liti debbansi questa levare dalle rispettive » casse, che ne sentono comodo, o » incomodo, riservandosi però di continuare il metodo presente per le spese, e funzioni sin ad ora seguite per » le diverse liti di questo pubblico, a » condizione però, che nel ripartimento che si farà nel modo, e maniera » che si è praticato sino al presente, » cioè sopra la lira d'estimo in generale, le quattro reverendissime abbazie debbano godere l'esenzione del » terzo, come sopra degli altri pesi.

V.

Item pro expensis necessariis pro conservatione viarum

§. 10. » Per l'imposizione della » tassa per le spese del riattamento, e » mantenimento delle strade consolari, » e pubbliche, e de' ponti si conviene, che le quattro abbazie debbano » in avvenire essere gravate solamente » per due terzi di tutto il loro generale » estimo dominicale.

VI.

Nulla conceditur exoneratio pro gabellis cameralibus.

§. 11. » Quanto poi a tutti li dazj » applicati al camerale, diversione de' » fiumi, nuove imposizioni, o sia marabottina, canale naviglio concorreranno le quattro abbazie, come tutti » gli altri laici, ed ecclesiastici, quali » dazj applicati alle suddette cause, » secondo la tabella dell'anno 1770 » sono le seguenti, cioè tutti li dazj ec.; » riguardo poi agli altri dazj comunitativi risultanti dalla tabella dell'anno 1770 e che in avvenire si potessero imporre, che sono li seguenti, » festa, vetri ec. questi si dovranno interamente godere dalle quattro reverendissime abbazie, come hanno sempre goduto, e che de jure devono » godere.

VII.

Imminuitur taxa super piscibus.

§. 12. » Si accorda alle quattro reverendissime abbazie monastiche l'esenzione d'una parte del dazio del » pesce intitolato: *Tre dazi della pescaria, e due quattrini a libbra di* » *pesce che si estrae*, cioè de' soli due » quattrini a libbra per l'astrazione del » loro pesce, giacchè per il rimanente » di questo dazio, e per gli altri due » dazj del pesce dovranno interamente » pagarli, come gli altri, ecclesiastici, e secolari.

VIII.

Item alia imposita super domibus, et epothecis.

§. 13. » Si dichiara, e si conviene » che per i pesi imposti sopra gli affitti di case, e magazzeni debbano » pagare le quattro abbazie due terzi » solamente di questa imposizione, a » riserva dell'altra imposizione imposta » sopra gli affitti di case, e magazzeni » per fuste, e contagio che debbano » pagarla interamente.

IX.

Confirmatur exemptio a taxa lignorum.

§. 14. » Per il dazio del legname si conviene, che quantunque fino al giorno d'oggi si sia goduto dalle quattro ebbazie, ciò non ostante colla presente si accorda anche per patto alle medeme la generala esenzione di tutti i loro legnami che estrarranno, o da per loro, o per mezzo del primo compratore, quando anche detti legnami fossero lavorati, oppure ridotti in carbone, purchè però sempre l'estrazione si faccia dal primo compratore, e purchè sia riservato il solito dazio del canale, e cha detti legnami sieno levati dai proprj beni di dette abbazie.

X.

Pro taxis extraordinariis nulla immunitas tribuitur.

§. 15. » Caso che per la diversione de' fiumi occorressero gravi spese, e fosse necessario imporre una tassa sopra le terre di tutto il territorio, debbano le quattro abbazie in tal caso pagare la detta tassa sopra tutte le sue stara d'estimo come gli altri possidenti.

XI.

Idem super bona rustica.

§. 16. » Che l'estimo rusticale delle quattro abbazie debba essere gravato di tutte le tasse, ad imposizioni, come quello degli altri ecclesiastici e laici.

XII.

Consulitur casui incramenti vel diminutionis aestimationis bonorum.

§. 17. » Si dichiera, che tanto per li due terzi da gravarsi, quanto par l'altro terzo da rimanere esente, debbasi continuare lo stesso sistema in caso di qualunque accrescimento, o diminuzione degli estimi, risultante però unicamente, o per nuovi boitici o per compra di nuovi fondi, o per partite che fossero di presente mancanti in catastro: per quel di più che venisse aumentato, dovrassi sempre regolare colla proporzione de' due terzi da aggravarsi, ed un terzo da esentarsi, e nel caso contrario d'alienaziona, o deterioramento d'estimo per cagione di rotte, o d'altro, si dovranno sgravare affatto.

XIII.

Reservatio curando inscriptionis bonorum abbatum in cathastro nondum relatorum.

§. 18. » Si riserva l'illustrissimo pubblico di potar fare descrivere a catastro, e gravare come sopra, se vi sono, partite di terra delle quattro abbazie che non sieno descritte nel catastro corrente, e non comprese nella nota, o sia assegna data dalle abbazie in questa cancellaria arcivescovile di Ravenna l'anno 1741 sopra il fruttato de' quali terreni ha già fatto il suo laudo l'eminentissimo Fantuzzi, sopra delle quali non abbia a promoversene dall' illustrissima comunità più alcuna controversia, e trovendosi partite da accatastrarsi, queste dovranno aggravarsi nel modo, e forma, come si è detto di sopra, obbligandosi però l'illustrissimo pubblico di fare l'istesse diligenze sopra i beni possednti dai laici per ritrovare, e rinvenire se hanno beni, che non siano accatastrati, e caso che ne venissero ritrovati beni possednti dai laici della natura di quelli che si pretendono accatastrarsi dagli ecclesiastici, farli descrivere nel catastro, ed aggravarli, coma restano aggravati tutti i beni degli altri laici.

XIV.

Expensae pro confectione cathastri relinquuntur ad onus abbatum.

§. 19. » Che si debba, al più presto che sarà possibile, venire alla confezione tanto necessaria del nuovo catastro, e che per le spese, cha potranno occorrere per il medemo, debbano le quattro abbazie concorrere per tutta la loro possidenza come gli altri ecclesiastici, e laici, a riserva però delle pignete, staggi, valli, ed eltro compresi nel laudo del detto eminentissimo Fantuzzi, per i quali non intendono concorrere.

XV.

Declaratio quoad bona s. Vitale.

§. 20. » Che nel presente accordo non s'intendano compresi i beni della reverendissima abbazia di s. Vitale, cha possiede nella bonificazione Gregoriana, sopra i quali cadono altre ispezioni.

XVI.

Acceptatio laudorum ab eminentissimo Fantuzzi emissorum.

§. 21. « Che espressamente s'intendano accettati dalle quattro abbazie i due laudi dell'eminentissimo Fantuzzi, e che le suddette abbazie debbano entro il termine di tre anni, ogni anno una rata, cominciando dal presente anno 1772 aver pagato in mano del depositario il loro debito, a cui nell'ultimo laudo sono condan-

» nate, perchè dalla comunità se ne » possa e debba estinguere tanti debiti.

XVII.

Revocatur datium impositum super carnibus.

§. 22. » E perchè sia tolta qualunque difficoltà nell'esigenza del dazio » della carne, ed anche per dare qualche sollievo agli aggravati poveri, e » che anch'essi possano sentir subito » il vantaggio di questo accomodamento, si conviene, che il pubblico levi, » ed estingua il dazio sopra la carne » d'annua rendita di scudi 349 applicati al sagro numero, e che a questa » spesa, finito il presente appalto, debba contribuire l'illustrissimo pubblico con effetti della cassa comunitativa.

XVIII.

Cuique liti renunciatur.

§. 23. » Che s'intenda dalle parti » rinunziato a qualunque pretensione » d'arretrati per qualunque titolo potessero essersi formati, e qualunque » altra pretensione, e pendenza di lite » fin'ora mossa in corrispettività del » presente accordo, e nuovo sistema da » incominciare in questo corrente anno 1772 intendendosi che qualunque » sia l'esito della causa delle undici congregazioni colle comunità dello stato » ecclesiastico, non si debba punto mutare il presente sistema, o sia convenzione.

XIX.

Quoad pignetum revocatur ad observantiam bullæ Sixti V.

§. 24. » Rispetto alle pignete, si » debba stare in tutto, e per tutto alle » disposizioni della bolla Sistina, e sue » dichiarazioni fatte fino al principio » della pendente controversia ultima, » lasciando ciascheduna abbazia in quel » possesso che si trova rispetto al *jus* » *pascendi*, *et lignandi*, e che le abbazie diano mano sempre più al ristauramento delle suddette pignete, » e a tenerne lontani tutti i pregiudizj.

XX.

Indulgetur jus dividendi ecclesiasticas ab secularibus capsulis.

§. 25. » Volendo le suddette quattro » reverendissime abbazie con il clero di questa città dividere la casse, » cioè la loro da quella de' laici, si » accorda di poterlo fare colle necessarie però ispezioni, e cautele, che » in tal caso dovranno farsi. Si conviene parimenti, che resti confermata, » e nel suo vigore la visita Farsetti in » tutto ciò, che non osta alla presente » capitolazione.

XXI.

Reservantur jura competentia undecim congregationibus.

§. 26. Intendono però le quattro » reverendissime abbazie, che questa » convenzione sia a contemplazione del » totale del presente accordo, non intendendo di far pregiudizio ai diritti » e privilegi delle XI. congregazioni contro chiunque, i quali, fuori della » presente convenzione coll'illustrissima comunità di Ravenna, e della » corrispettività di quanto *hinc inde* si » accorda, rimangono nel totale loro » vigore.

» D. Marco Castelli abbate di Porto affermo, e mi obbligo a quanto sopra mano propria.
» D Gio: Benedetto Bianchi abbate del monastero di s. Vitale affermo, e mi obbligo a quanto sopra mano propria.
» D. Giovanni Antonio Siboni abbate di Classe affermo, e mi » obbligo a quanto sopra mano » propria.
» D. Gio: Battista Guaccimanni abbate di s. Gio: Evangelista affermo, e mi obbligo a quanto » sopra mano propria.
» Marco Conte Fantuzzi deputato » dall'illmo magistrato affermo, e » mi obbligo a quanto sopra mano propria.
» Demofonte Lovatelli deputato affermo, e mi obbligo a quanto sopra mano propria.
» Lodovico Preti Pompilj deputato affermo, e mi obbligo a » quanto sopra mano propria.

Preces porrectæ pro confirmatione concordiæ.

§. 27. Nuper autem exponi Nobis fecerunt tam communitas, et homines dictæ civitatis, quam moderni abbates earumdem abbatiarum quod ipsi, ut concordia, seu transactio hujusmodi firmius, ac in perpetuum subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur concordia, et suppletur cuique defectus.

§. 28. Nos igitur ipsius Vitalieni cardinalis, et legati zelum, dexteritatem, pietatem, ac in pace inter partes hujusmodi procuranda solertiem maxime in Domino commendantes, eorum-

demque abbatum quatuor abbatiarum prædictarum, aliis etiam ex causis de civitate prædicta jam benemeritarum, æquitatem, docilitatem, et facilitatem, et in ea sublevanda studium, simulque eorumdem deputatorum, aliorumque consiliariorum dictæ communitatis æquala pacis, et concordiæ, ac publicæ utilitatis desiderium plurimum collaudantes, ipsorum exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam transactionem, seu concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Declaratur transactionem, nullum inferre debere detrimentum juribus eorum, qui in transactione non fuerunt comprehensi.

§. 29. Per præsentes tamen, cum omnibus, et singulis in dicta transactione, seu concordia statutis, et expressis, nullum jus auctum, aut imminutum, nec ullum præjudicium quomodolibet illatum esse intelligimus, et declaramus omnibus aliis communitatibus status Nostri ecclesiastici, ac respective omnibus aliis monasteriis, et abbatiis XI. congregationum nuncupatarum tam in causis usque adhuc, sive coram congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. bono regimini communitatum, et civitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum, sive coram aliis judicibus quibuscumque promotis, et pendentibus, quam in posterum quandocumque promovendis, sed eorum respective jura prædicta salva, et illæsa permanere debere statuimus, atque præscribimus.

Clausulæ salutares.

§. 30. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 31. Sicque in præmissis pro quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 32. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictarum abbatiarum, earumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xi. aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIV.

Dat. die 14. aprilis 1772. Anno III.

Erectio domus, seu conventus de Charenton ordinis Carmelitarum excalceatorum pro primæva instituti observantia.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Pia christifidelium sub suavi religionis jugo divinis obsequiis mancipatorum vota, quibus ipsi ferventius Deo inservire, et ad pristinam proprii eorum regularis instituti normam arctioris vitæ zelo ducti redire satagunt, non solum pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii munere confovere studemus, sed etiam ubi potissimum sublimium personarum pietas, et devotio id exposcant singularibus favoribus, et gratiis copiose prosequimur.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte nonnullorum fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum in regno Franciæ existentium Nobis expositum fuit, quod ipsi, juxta primævas regulas eorum instituti vivere omnino intendunt. Verum quia pium sane, ac nimis laudabile desiderium hujusmodi haud facile volitum effectum assequeretur, quoties dicti exponentes etiam in posterum una cum aliis ejusdem ordinis professoribus sibi ipsis a proposita hac vivendi ratione alienis, simul permanere deberent, hinc domum, seu conventum de Charenton vulgo nuncupatum ejusdem ordinis Parisiensis diœcesis, in qua, seu quo dicti primævi instituti regula perpetuo servanda sit, ad hunc effectum per Nos assignari, et constitui plurimum cupiunt, idque etiam carissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum rex christianissimus, ac dilectissima in Christo filia Aloisia Maria regia Galliarum principissa pro eximia, qua pollet pietate, ac salutis animarum zelo enixe desiderent.

Erectio domus cum generalibus privilegiis.

§. 3. Nos igitur laudabilibus, ac regio animo vere dignis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere, ac prædictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam domum, seu conventum de Charenton ejusdem ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum Parisiensis diœcesis, in qua, seu quo perpetuis futuris temporibus benedicente Domino, primævæ regulæ, et institutiones dicti ordinis cum antiquo vigore amplecti, exequi, ac sectari omnino debeant, auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et assignamus.

Omnibus ordinis professoribus tribuitur potestas ibidem commorandi, et vivendi ad tramites institutionis ipsius ordinis.

§. 4. Nec non omnibus, et singulis dicti ordinis professoribus in regno Franciæ hujusmodi existentibus, qui ad dictam domum, seu conventum, accedente consensu fratrum ejusdem domus, sive conventus, se conferre, ibique, ut ferventius Deo inserviant, juxta primitivum dicti ordinis institutum simul vivere cupiant facultatem ad illam, seu illum transeundi, itaut a nemine quavis auctoritate, et dignitate fungente, vel functuro, professores prædicti impediri possint, et valeant, concedimus, et indulgemus.

Conceditur jus eligendi priores, magistros, aliosque officiales.

§. 5. Iisdem vero fratribus in dicta domo, seu conventu pro tempore existentibus, jus sibi eligendi in priores, subpriores, magistros novitiorum, aliosque officiales ex eorum gremio, quos ad id magis idoneos in Domino ipsi judicaverint, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur; eosdemque priores, subpriores, magistros, et officiales sic, ut præfertur, ab eis electos a nullo ipsius ordinis superiore, ne eorumdem eligentium quies turbetur, et zelus perfectioris vitæ minuatur, confirmandos esse volumus, ac jubemus.

Item eligendi, et admittendi novitios.

§. 6. Insuper potestatem fratribus prædictis in eorum domum, seu conventum hujusmodi admittendi, atque ab ea, sive eo respective ejiciendi illos novitios, quos juxta datam sibi ipsis a Domino prudentiam, admissione, et respective ejectione dignos ipsi censuerint, absque eo, quod aliorum exterorum dicti ordinis superiorum ad id assensus accedat, et sine ulla ab ipsis superioribus dependentia, concedimus pariter, et impertimur; ita ut pro tempore existentes fratres dictæ domus, seu conventus cogi ullo modo possint ad recipiendum, et admittendum eorum superiorum ullum, aut aliquem dicti ordinis professorem, sive etiam novitium, quos ipsi minime sibi convenire putaverint, ac respective neque ejusdem ordinis superiores aliquem ex fratribus prædictis in domo, seu conventu hujusmodi existentibus, sine eorumdem fratrum consensu ab ea, sive eo amovere, atque ad aliam domum, seu conventum mittere possint, et valeant; sed eamdem præterea domum, seu conventum de Charenton a visitatione, et jurisdictione tam pro tempore existentis provincialis suæ provinciæ, quam capituli provincialis, immunem omnino, auctoritate, et tenore prædicto decernimus, atque sancimus.

Reservatur in omnibus submissio s. Sedi.

§. 7. In omnibus tamen præmissis Nostram, et sanctæ Sedis, ac pro tempore existentium dicti ordinis præpositorum generalium, auctoritatem, et jurisdictionem sive per se, sive per alios a Nobis, et ab eis respective delegandos, et deputandos perfectioris vitæ hujusmodi cultores, et fautores exercendam, salvam, et illæsam esse volumus, et declaramus.

Clausulæ salutares.

§. 8. Decernentes easdem præsen-

tes literas samper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fora, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus at per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici anditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata els, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facoltate, et auctoritate judicari, et definiri debero, ac irritum, et inane sl secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ, et conventus bujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, ot sufficienter expressis, ac da verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore parmansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta aprilis 1772., pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXV.

Datum die 19. aprilis 1772. Anno III.

Dismambratlo oppidi Hispelli ex diœcesl Spoletana, ejusquo unio, et incorporatio diœcesl Fulginatensi.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Super spacula militantis Ecclesiæ nullis Nostris suffragantibus meritis, divina dispositione constituti, vigilis more pastoris mentis Nostræ oculos circa fructuosam agri Domlnici culturam paterna charitata dirigimus, atque christifidelium spirituali commoditati consulere non prætermittimus, pront, rerum, et locorum qualitatibus debita pensatis, in Domino conspicimus expedire.

Ratio constitutionis, et dismembrationis, as respectivæ incorporationis oppidi » Spellum » nuncupati.

§. 2. Sane cum Nobis cognitum plana, compertumqua sit, Nostrum Hispelli oppidum Spello vulgo nuncupatum Spoletanæ diœcesi usque adhuc subjectum non solum satis esse dissitum a civitate Spoletana, verum etiam oo loci positum, constitutumque reperiri, ut civitatem Fulginatensem, ejusque diœcesim toties prætergredi, ac veluti peragrare nocessarium pene sit, quoties vel visitatio sacra institui, vel quid aliud ad munus episcopale pertinens paragi in eo dabeat, vel denique illius incolis episcopum suum coram adire, et alloqui necesse sit, non sine evidenti perturbatione confinium utriusquo diœcesis, ac episcoporum incommodo, et habitantium præsertim pauperum dispendio, spiritualique animarum detrimento: omnibus autem malis hujusmodi aptius, et uberius consuli minime possit, quam per dismembrationem dicti oppidi Hispelli, ejusque territorii a magis dissita diœcesi Spoletana (cujus ecclesia nunc vacat per obitum bonæ memoriæ Vincentii Aqua ultimi illius episcopi) et incorporationem, ac unionem alteri diœcesi Fulginatensi magis vicinæ, atque conterminæ.

Motu proprio dismembratio præcipitur pro meliori animarum bono.

§. 3. Hinc est, quod Nos pro pastoralis Nostri officii munere, spirituali illorum populorum meliori bono, et tranquillitati prospicere volentes, motu proprio, atque ax certa scientia Nostris, dequa apostolicæ potestatis planitudine, præfatum oppidum Hispelli, Spello vulgo nuncupatum cum suo territorio, a dicta Spoletana diœcesi, cui in spiritualibus subjectum est, perpetuo dismembramus, atque separamus, illudque, et eorum incolas, et habitatores cum omnibus et singulis ecclesiis, paræciis, beneficiis,

monesteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in memorato oppido, ejusque territorio existentibus, et commorantibus, sic dismembratum, et separetum, ac respective dismembrata, et separate eidem diœcesi Fulginatensi similiter perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, ita ut idem oppidum, illiusque territorium cum omnibus, et singulis prædictis in posterum subiiectum sit nunc, et pro tempore existenti episcopo Fulginatensi, prout hactenus subjectum fuit episcopo Spoletano.

Nullum tamen irrogatur præjudicium quoad canones, et bona.

§. 4. Per præsentem tamen dismembrationem, et respective unionem nullum præjudicium quoed prædia, canones, et bona hujusmodi, si quæ in prædicto oppido, vel territorio sunt, mensæ episcopali spectantia illatum esse volumus, etque statuimus. Quocirca venerabili fratri episcopo Fulginatensi per præsentes committimus, et mandamus, ut ad carumdem præsentium executionem deveniat, ad quem effectum ipsi omnes facultates necessarias, et opportunas tribuimus, et impertimur.

Clausula salutares.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas, et omnia in eis contenta quæcumque nulla unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu etiam ex eo, quod causæ propter quas præmisse emanarunt, coram Nobis, vel alibi verificatæ, et approbatæ, ac dilecti filii capitulum, et canonici ecclesiæ cathedralis Spoletanæ, et quicumque alii in præmissis interesse habentes, vel hebere prætendentes, vocati, citati, et auditi non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad viem, et terminos juris reduci, seu adversus eas quodcumque aliud gratiæ, justitiæ, vel facti remedium impetrari, semperque validas, et efficaces existere, suosque plenarioe, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffrageri.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, ec honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eornm cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes, vocetis quorum interest, et Lateranensis concilii novissimo celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, ac quibusvis eliis apostolicis, et synodalibus, provincialibusque, et generalibns, vel specielibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis epostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ec eum quibusvis etiam derogetoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, an eliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specifica, et expresse mentio habenda foret, tenores hujusmodi pro plene, et sufficienter expressis habentes, specialiter, et expresse harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ epud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima nona eprilis millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVI.

Datum die 9 maii 1772. Anno III.

Prohibitio sub pœna excommunicationis extrahendi paramenta e cappelle monasterii monialium ordinis s. Dominici villæ de Abrantes Castri Albi diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda inhibitione extractionis.

§. 1. Cum sicut dilecta in Christo filie Aloisia, seu Ludovice Theresia de Gracia monialis expresse professa ordinis sencti Dominici monasterii beatæ Mariæ virginis delle Grazia nuncupati villæ de Abrantes Castri Albi diœ-

cesis Nobis nuper exponi fecit, ipsa, quæ (ut asserit), cappellæ sub invocationa beatæ Mariæ de Gratia sitæ supra chorum altum etiam nuncupatum prædicti monasterii confundatrix, et domina existit, plurimum cupiat conservationi, et manutentioni paramentorum, aliarumque supellectilium prædictæ cappellæ per Nos provideri.

Impartitio gratiæ imploratæ.

§. 2. Nos igitur ipsam exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica ex aureo, vel argento, aut alia quavis materia confecta, nec non aliam quamcumque supellectilem sacram ad dictam cappellam nunc, et pro tempore spectandam aliis ecclesiis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodara, vel sub quovis quæsito colore, causa, vel ingenio e prædicta cappella extrahere, et asportara, seu, ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat quovis modo, seu præsumat, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præter quam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica tenere præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ cappellæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit assidue affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVII.

Datum die 11. maii 1772. Anno III.

Erectio monasterii monialium Nostræ Dominæ de Pietate ordinis Prædicatorum villæ de Lepe Hispalensis diœcesis a jurisdictiona superioris generalis dicti ordinis, et earum subjectio ordinario Hispalensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Vicissitudines memorantur quæ novæ monasterii erectioni causam præbuere.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ priorissa, et moniales monasterii Nostræ Dominæ de Pietate nuncupatæ ordinis Prædicatorum villæ de Lepe diœcesis Hispalensis, quod idem monasterium erectum, constructum, ac dotatum fuit a marchionibus de Ayamonte, ea expresse adjecta lege, ac conditiona, ut tam ipsi fundatores, quam eorum successores dicti monasterii juspatronatus cum facultate nominandi omnes, quæ habitum per moniales dicti ordinis gestari solitum ibidem suscipera, et professionem regularem per eas emitti consuetam expresse in eo emittere vellent, in perpetuum obtinere deberent, ac præterea statutus fuit numerus earumdem monialium ad vigintiduas tantum cohibitus, cum respectiva obligatione per dictos fundatores, eorumque successores assumpta, quotannis contribuendi pro ejusdem monasterii conservatione quatuorcentum, et octo frumenti mensuras fanghe vulgo nuncupatas, ac tria millia quingenta viginti regalia de vellon monetæ illarum partium, et illius fabricam conservandi, et restaurandi. Pro tempore itaque existentes marchiones de Ayamonte semper in pacifica possessione extiterunt dicti jurispatronatus, et nominandi puellas in eodem monasterio regularem habitum assumere volentes, prout reipsa, quacumque eveniente vacatione, cujuscumque loci ex dictis viginti duo monialibus, peregerunt, atque e contra annuam assignationem prædictam prompte suppeditarunt; quocirca defuncta anno MDCCLXIII. una ex dictis monialibus nempe quondam Maria de Flualba, dilectus filius nobilis vir Bonaventura Ossorio de Moscoso unus ex magnatibus Hispaniarum, ac modernus marchio de Astorga, et de Ayamonte tamquam patronus dicti monasterii in defunctæ locum nominavit dilectam in Christo filiam Emmanuelam

Salgado, et Orbe, quam dictæ exponentes admittere renuerunt, quippe quia dilectus quoque filius modernus magister generalis dicti ordinis eisdem prohibuerat, ne cuique traderent habitum regularem absque præcedenti ipsius permissione, quam tunc concedere noluit ea ductus ratione, quod scilicet in præfato monasterio tot reperiebantur moniales professæ, ut numerum in ejus fundatione præscriptum excederent. Hæc autem ratio minime arrisit eidem marchioni patrono, qui suum jus, ac possessionem nominandi dimetiebatur a lege fundationis, et a correspectivo contractu, sicut præfertur, inito, cui præjudicium inferre nequibat factum voluntarium monialium, ac pro tempore existentium provincialium dicti ordinis, a quibus admissus fuerat ad suscipiendum habitum regularem, et professionem emittendam numerus major monialium ultra præscriptum in dicta fundatione sine scientia, et consensu patronorum ipsius monasterii; qua de re suspendendam esse censuit subministrationem præfatæ annuæ correspectivæ assignationis; et quamvis eo tempore, quo memoratus magister generalis dicti ordinis in Hispaniarum regnis morabatur, de hac re componenda actum fuerit, re tamen ipsa infecta discessit; quo circa idem marchio adiit tribunal nunciaturæ apostolicæ, coram quo nomine earumdem exponentium se opposuit tunc existens provincialis dicti ordinis, atque de prohibitione ab eodem magistro generali, ut præfertur, indicta excepit; dum vero lis hæc agebatur præfatæ exponentes ad miserum, atque deplorandum statum redactæ die xxix. junii MDCCLXVII. regularem habitum tradiderunt memoratæ Emmanuelæ, ac deinde super hujusmodi traditione miserunt authenticum monumentum ad idem tribunal nunciaturæ, a quo recte, ac legitime eam factam fuisse declaratum est, ac simul injunctum, ut suspensa lite, ac deficiente illius ratione, seu fundamento idem marchio persolveret annuam assignationem usque tunc decursam, et non solutam, pro ut reipsa prompte peregit, atque hoc modo earumdem exponentium angustiæ aliquod levamen obtinuerunt; sed, adveniente tempore, quo dicta Emmanuela regularem professionem emittere debebat, perplexæ magis evaserunt ipsæ exponentes, quæ ad id neque ab eodem magistro generali, neque a tunc tempore existente provinciali facultatem, ac permissionem obtinere valuerant, ac redactæ ad extremam angustiam, miseriamque propter deficientiam integræ annuæ assignationis, quæ in causa fuit, ut proprias, ac minutas etiam res ipsæ alienaverint, eleemosynasque petere debuerint, ac ruinam quoque minante ejusdem monasterii fabrica, non sine gravissimo earum dolore, consilium ceperunt relinquendi clausuram, prout re ipsa, elevata cruce die xxix. decembris MDCCLXIX. peregerunt, et simul se ad eremum, et cappellam Nostræ Dominæ Solitudinis nuncupatæ se contulerunt, ibique implorato auxilio, et auctoritate superiorum ecclesiasticorum, ac venerabilis fratris archiepiscopi Hispalensis die xxx. ejusdem mensis publicum, et solemne instrumentum confecerunt, quo unanimi consensu se in omnibus, et per omnia subjecerunt eidem archiepiscopo, qui eas sub sua protectione interim recepit, illisque injunxit, ut ad clausuram ejusdem monasterii redire deberent, idque statim executioni demandatum fuit, ita ut ab eo tempore usque adhuc ibidem tranquille permaneant sub directione ejusdem archiepiscopi, illis omnia necessaria suppeditando memorato marchione patrono, qui præterea dicti monasterii fabricam restaurare curavit, quidquam non opponentibus dicti ordinis superioribus.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica, et exemptione a jurisdictione superiorum regularium ordinis.

§. 2. Cum itaque dictæ exponentes in capta jam resolutione permaneant, se perpetuo subiiciendi jurisdictioni, ac directioni nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Hispalensis, hinc resolutionem hujusmodi per Nos approbari, et confirmari, easque ab jurisdictione, et directione regularium superiorum dicti ordinis eximi, ac integre, et perpetuo subiici jurisdictioni, et directioni ejusdem archiepiscopi Hispalensis, plurimum desiderent. Nos illarum preces desuper porrectas remisimus congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum cum facultatibus necessariis, et opportunis; eadem vero congregatio die xx. septembris superioris anni decretum edidit, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

Resolutio sac. congregationis episcoporum, et regularium, quæ translationem approbandam censuit.

§. 3. Sacra congregatio eminentissimorum, ac reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita, referente eminentissimo Caracciolo de Santo Bono ponente, re mature perpensa, benigne

rescripsit, ac decrevit attenta renunciatione patris magistri generalis nomine etiam totius ordinis Prædicatorum, attentisque precibus monialium, ac patroni consensu, utendo facultatibus a Sanctissimo concessis sub die 3o julii mox præteriti, prædictas moniales a jurisdictione, et gubernio prædicti patris generalis, ejusque ordinis, ad jurisdictionem, et gubernium eminentissimi Ordinarii Hispalensis esse transferendas cum omnibus derogationibus necessariis, et opportunis. Romæ 20. septembris 1771.

C. card. Cavalchini

Loco ✠ Signi

F. A. Pattarum secretarius.

Confirmatio resolutionis ante dictæ, vi cujus nova erectio fuit approbata.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, et servetur exactius, per Nos confirmari, et approbari dictæ exponentes plurimum cupiant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis perpetuæ firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis provinciæ, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die undecima maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVIII.

Datum die 13. maii 1772. Anno III.

Beatificatio servi Dei Pauli Buralis da Aretio cardinalis s. Pudentianæ, episcopi Placentiæ, et archiepiscopi neapolitani.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium, et laudes ven. servi Dei.

§. 1. Cum æquum sit, ac debitum religionis officium viros gloriosos, eos præsertim, qui pastorali munere pie, sancteque functi sunt, in Ecclesia laudari, eorumque sapientiam a populis onorari, Nos, quorum humilitatem unigenitus Dei filius, nullo licet meritorum Nostrorum suffragio, Ecclesiæ suæ sanctæ præficere dignatus est, ejus bonitatis divitias cum in servi Dei Pauli Buralis de Aretio cardinalis, Placentiæ primum, deinde Neapolis antistitis, virtutibus suspicimus, admirantes, qua integritate, animique candore, qua justitia, quave humilitate, abstinentia, suique abnegatione, qua prudentia, dilectione, vigilantia, vitæque sanctitate in causarum patrociniis in foro agendis, in judiciis, regiique consiliarii munere sustinendo, in clericorum regularium, quos vocant Theatinos, severio-

ris disciplinæ instituto profitendo, in ovibus sibi commendatis instruendis, vitæ curriculum exergerit, ut a bonorum omnium largitore Deo æternæ beatitudinis bravium accepisse non dubitemus, illius honorem, ac venerationem ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæque decus, catholicæque fidei præsidium, ac spiritualem fidelium ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere constituimus.

Testimonium de vitæ sanctitate, de virtutibus theologicis, et moralibus, et de miraculis.

§. 2. Cum itaque mature, diligenterque discussis, atque perpensis per congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum processibus de apostolicæ Sedis licentia confectis super vitæ sanctitate, et virtutibus tam theologicis, quam moralibus in gradu heroico, quibus idem servus Dei Paulus Buralis de Aretio multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, et ad manifestandam hominibus ipsius sanctitatem patrata fuisse asserebantur, eadem congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum servum Dei beatum declarari, cum consuetis indultis.

Preces porrectæ a congregatione clericorum regularium Theatinorum, aliisque episcopis, et christifidelibus pro illius beatificatione, quæ indicitur cum recitatione officii, et missæ de communi confessorum.

§. 3. Hinc est, quod Nos, piis, atque enixis venerabilium fratrum archiepiscoporum, et episcoporum, populorum, atque totius insuper antedictæ congregationis Clericorum Regularium Theatinorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, de supradictæ congregationis consilio, et assensu, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus, ut idem Dei servus Paulus Buralis de Aretio in posterum beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, et reliquiæ venerationi fidelium non tamen in processionibus circumferendæ, exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo quotannis die xvii. junii recitentur officium, et missa de comuni confessoris pontificis juxta rubricam breviarii, et missalis romani. Porro recitationem officii, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in universa congregatione eorumdem Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, in oppido Itrii, ubi natus, ac in diœcesibus tam Placentina, quam Neapolitana, quibus episcopus præfuit, et in civitate Aretii, unde, ut traditur, originem duxit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, et quantum ad missas attinet, ab omnibus sacerdotibus ad ecclesias, in quibus festum peragitur confluentibus.

§. 4. Præterea primo dumtaxat anno a datis hisce literis, et quoad Indias a die, quo eædem literæ illuc pervenerint, incohando, in ecclesiis congregationis, oppidi, diœcesum, et civitatis antedictarum solemnia beatificationis ipsius servi Dei cum officio, et missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinariis respective constituta, post quam in basilica Nostra sancti Petri in Vaticano de urbe celebrata fuerint eadem solemnia die viii. junii currentis anni MDCCLXXII. pariter celebrandi facimus potestatem.

Primo anno a datis literis solemnia beatificationis celebranda esse præcipitur.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, at impressis manu secretarii dictæ congregationis cardinalium subscriptis, et sigillo præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem fides ab omnibus, et ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia maii, millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

CLXXIX.

Datum die 13. maii 1772. Anno III.

Confraternitati Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis civitatis Senogalliensis conceditur facultas liberandi quotannis unum reum ad triremes etiam in perpetuum damnatum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Laudes confraternitatis.

§. 1. Pias christifidelium confraternitates ad charitatis, pietatisque opera exercenda institutas, ut in eorumdem operum charitatis, et pietatis exercitio magis confoveantur, spiritualibus favoribus, et gratiis prosequimur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Exponi siquidem Nobis fecerunt

dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis civitatis Nostræ Senogalliensis, quod confraternitas prædicta ab anno MDLXXXV. archiconfraternitati sancti Joannis Decollati de urbe jamdudum aggregata reperitur, ejus vero confratres quamplurima pietatis, et charitatis opera semper exercuerunt, et modo quoque exercere pergunt; nam reis ad mortem damnatis, et in durissima tantæ necessitatis hora constitutis opitulantur, ac præsto sunt, eosque comitantur, ac in hora ipsorum mortis augustissimum Eucharistiæ sacramentum publicæ venerationi exponunt, pluresque missas celebrare faciunt, ac non solum damnatorum hujusmodi cadavera, sed etiam alia eorum, qui mersi sunt in mare, vel in agris decesserunt, ecclesiasticæ tradunt sepulturæ; prætarea pauperes quoque sive in dicta civitate, sive in illius suburbiis defuncti ab eis cum luminaribus adsociantur ad ecclesiam usque, in qua sepeliendi sunt; plures insuper eleemosynæ, sive in levamen domus orphanorum, et hospitalis dictæ civitatis, nec non peregrinis redeuntibus ab ecclesia sancti Jacobi de Compostella, sive honestis familiis in miseriam delapsis, aliisque pauperibus caritatis præsertim, ac penuriæ tempore ab eadem confraternitate suppeditantur. Pro iis insuper, qui in carceribus detenti sint dicti confratres quolibet die fasto eleemosynas petunt, ac quærunt per civitatem hujusmodi, eis sacramenta administrant, ac in solemnioribus anni festis diebus sacrosanctum missæ sacrificium celebrare facere curant in privato carcerum hujusmodi oratorio, quod cum modo parum conveniens sit, hinc confraternitas ipsa illud magis decens, ac ornatum reddere non prætermittet. Ut igitur hujusmodi pietatis, et charitatis eximia opera in posterum quoque alacrius dicti confratres exercere valeant, facultatem singulis annis liberandi unum reum ad triremes etiam in perpetuum damnatum per Nos sibi concedi plurimum desiderant.

Privilegium liberandi reum indulgetur, ut alacrius confratres pietatis et charitatis eximia opera exerceant.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Paschalis Aquaviva in Urbinatensi, Eugubinansi, Pisaurensi, et reliquis civitatibus, et oppidis apostolicæ incorporationis decreto comprehensis, et ad Sedem apostolicam devolutis præsidis, eidem confraternitati Mortis sub invocatione sancti Antonii abbatis, et pro ea modernis, et pro tempora existentibus illius officialibus, et confratribus, ut ipsi donec, et quousqua præmissa pietatis, et charitatis opera expleverint, parpetuis futuris temporibus, singulis annis unum reum ad pœnam triremis sive ad tempus, sive ad ejus vitam a dicto nunc, et pro tempore existente præside damnatum, ac sive in carceribus dictæ civitatis, siva in aliis carceribus alibi detentum, quem ab ipso præside petierint, et obtinuarint, habita prius pace, seu consensu partis offensæ, et sine ullo fisci præjudicio, liberare, et absolvere possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et irritantes pro validiori concessionis firmitate

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictæ confraternitati in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumqua judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attantari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXX.

Datum die 16. Maii 1772. Anno III.

Commissio nuntio apostolico Florentino super cognitione causæ executionis literarum apostolicarum commendæ monasterii sancti Januarii de Capolona Aretinæ diœcesis.

Venerabili fratri Joanni Octavio archiepiscopo Theodosiensi in civitate Florentina, ac dominio dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi archiducis Austriæ Etruriæ sibi subjectæ magni ducis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Provisio rectoris facta abbatiæ s. Januarii per expeditas apostolicas literas.

§. 1. Cum alias monasterium abbatia nuncupatum sancti Januarii de Capolona ordinis sancti Benedicti Aretinæ diœcesis, quod quondam magister Cajetanus Forti clericus in commendam ex concessione apostolica, dum viveret, obtinebat, illius commenda per obitum dicti Cajetani, qui in Romana curia diem clauserat extremum, cessare, eo, quo ante commendam ipsam vacabat modo, tunc vacans dignosceretur. Nos eidem monasterio de gubernatore utili, ac idoneo providere volentes, dilecto filio magistro Bernardino de Vecchis cameræ Nostræ apostolicæ clerico decano monasterium prædictum, cum illis forsan annexis, ac omnibus juribus, et pertinentiis suis, per ipsum, quoad viveret, tenendum, regendum, et gubernandum, ita quod dicto Bernardino liceret, debitis, et consuetis ejusdem monasterii deductis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibusque, et proventibus disponere, et ordinare, apostolica auctoritate sub certis modo, et forma tunc expressis, commendavimus, et curam, regimen, et administrationem præfati monasterii ipsi in spiritualibus, et temporalibus plenarie commisimus, ac alias prout in Nostris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Oppositio offensa in executione literarum ex parte patronorum.

§. 2. Verum quia earumdem literarum executioni sese opposuerunt dilecti quoque filii moderni marchiones da Stufa, et Corsi asserentes juspatronatus ejusdem monasterii, seu abbatiæ ad se ipsos vigore quarumdam literarum felicis recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri spectare, et pertinere.

Electio judicis privativi, qui jura cognosceret patronorum, causamque definiret cum omnibus facultatibus.

§. 3. Hinc est, quod Nos statum, et merita causæ, seu causarum hujusmodi pro expressis habentes, ac votis dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi archiducis Austriæ Etruriæ sibi subjectæ magni ducis annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, fraternitati tuæ, de cujus fide, prudentia, integritate, dexteritate, rerum agendarum peritia, ac religionis zelo plurimum in Domino confidimus, causam, et causas hujusmodi una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, totoque negotio principali audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum facultate tam citandi, et inhibendi quos, quibus, quoties, ubi, et quando opus fuerit, quam eligendi, quatenus id a partibus collitigantibus petatur, ac deputandi duos assessores eisdem partibus non suspectos, atque cum omnibus aliis facultatibus necessariis, et opportunis committimus, et mandamus.

Prohibetur ne obreptionis, vel subreptionis vitium adversus literas hujusmodi excipiatur.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec vocati, auditi fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut alio quovis defectu notari, impugnari, et invalidari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, ac respective ab eis inviolabiliter observari.

Et cuique judici aliter judicandi aufertur potestas.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur singulis in contrarium facientibus.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Nostra, et cancelleriæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ali-

isque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, monasterii, seu abbatiæ hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 30. maii 1772. Anno III.

CLXXXI.

Novæ constitutiones fratrum ordinis Carmelitarum provinciarum Franciæ confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Ineffabili Dei bonitate in supremo apostolatus solio præsidentes inter pastoralis officii Nostri curas, illam potissima a Nobis amplectendam esse putamus, per quam christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium felici directioni, ac guberonio consulitur, at quæ in id pie, prudentarque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis præsidio roboramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Albertus Ximenes prior generalis ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod cum novissime in comitiis generalibus provinciarum omnium dicti ordinis in regno Franciæ existentium absolutum sit opus recentiorum constitutionum, quibus ea omnia, quæ in antiquis illarum statutis inspecto præsenti rerum statu, mutatione, aut correctione indigere deprehensum fuerat, quæque ratione temporum, et circumstantiarum perfectæ ejusdem ordinis uniformitati minime conveniebant, ita correcta, et emendata sunt, ut nil quidquam a regula, et instituti substantia detractum, imo vero priscum Carmeli decus restitutum, et auctum dignoscatur, hinc, ut recentiores constitutiones prædictæ firmæ subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri idem exponens plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum et regularium præpositorum, qui relationem tam venerabilis fratris Nostri Joannis Francisci episcopi Prænestini ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Stuppani nuncupati quam venerabilis itidem fratris Nostri Friderici episcopi Portuensis ipsius S. R. E. cardinalis Lanti pariter nuncupati dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris attenderunt, et dilectum quoque filium modernum ordinis hujusmodi procuratorem generalem audiverunt, consilio, recentiores constitutiones prædictas in comitiis generalibus earumdem provinciarum regni Franciæ pro iisdem provinciis, ut præfertur, editas, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos

etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesima maii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 1. junii 1772. Anno III.

CLXXII.

Erectio episcopalis sedis Bugellensis cum dismembratione a diœcesi Vercellensi

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium

§. 1. Præcipua demandati Nobis pastoralis officii cura diligentiorem Nostram requirens solicitudinem, ea profecto est qua apostolorum prædecessorumque nostrorum vestigia regentes christiano gregi providere pro necessitate, et opportunitate satagimus. Nonnullos ideo vigilum pastorum ordines quasi per gradus constitutos in variis amplissimi orbis terrarum partibus augere magnopere exoptamus, ut gregi sibi concredito propius hærentes se ipsos præbeant exemplum bonorum operum sedulo opitulentur, æternæque animarum saluti, quam facile valeant prospicere, eamque singulis impartimur potestatem, quæ ad apostolicum illis demandatum munus utiliter obeundum, et ad meliorem frugem in agro Dominico excitandam, excolendamque opportuna dignoscitur.

Descriptio diœcesis Vercellensis in regno Pedemontii.

§. 2. Cum alias ad Nos nomine carissimi in Christo filii nostri Caroli Emanuelis Sardiniæ regis illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Rivera magnæ crucis equitem, ac perpetuum commendatarium incliti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium delatum fuerit diœcesim, quæ in spiritualibus episcopo Vercellensi paret, modo Bugellæ quoque provinciam complectentem, etiam post factam illius dismembrationem adhuc fore unam ex diœcesibus amplioribus, latiusque patentibus, quæ in regiis dominiis dicti Caroli Emanuelis regis uti Pedemontii principis existunt; Vercellensis enim diœcesis præter propriam late patentem provinciam, quæ ab urbe ubi sedes episcopalis manet denominatur, ad marchionatum quoque Crepacorii, et principatum Massarani, variasque terras aliarum circum extantium provinciarum longius protenditur.

Descriptio provinciæ Bugellæ in eodem regno extantis.

§. 3. Bugellæ vero provincia constans ex octoginta pene castris, seu communitatibus, ultra primarium oppidum civitatem nuncupatum provinciæ caput nonaginta circiter millia continens habitatorum, sub nonaginta circiter parochialibus ecclesiis, qua ad septentrionem vergit sita est in sinu montium Oropa, qui vallibus inferioribus Augustæ Prætoriæ, et montium Andurni, et Moxi, qui valli Siccidæ diœcesis Novariensis contermini sunt, et qua ad meridiem a provincia Vercellensi circumdatur, ab oriente vero usque ad Caxapieii diœcesis Ipporegiensis vallium, et collium confinia, ac demum ab occidente ad marchionatum Crepacorii, et principatum Massarani pertingit, cumque a duobus amnibus per integram fere provinciam fluentibus, qui hyemali præsertim tempore tumentes absque gravi vitæ discrimine transitum vetant ab aliis regionibus, ac etiam a Vercellensi civitate magna ex parte segregatur, illiusque provinciæ solum montanum adeo sit atque asperum, ut mitiori etiam anni tempore incommoda reddat itinera, hincque inclois difficilis admodum ad Vercellæ civitatem pateat accessus, nec pastorali Vercellensium episcoporum curæ

dari frequenter potuerit eu n perlustrare, nec facile iidem valde auctem fidelium multitudinem in amplo regionum embitu a Vercellensi civitate dissito regere possent.

Civitatis Bugellæ excellentia describitur.

§. 4. Hujus provinciæ princeps est Bugellæ oppidum civitas nuncupatum non minus entiquitate, quem populi solertis piique frequentia ad septem millium animarum numerum, nobiliumque familiarum copie, et ædificiis tem publicis, quem privatis plurimis eleganter constructis, eliisque multis nominibus ornatum, et commendatum. In eo resident regii administri, et megistratus, qui civiteti, et provinciæ universæ præsunt, ac jura populis ibi degentibus reddunt. In eo constitute entiquitus insignis collegiata ecclesie sub titulo s. Stephani prothomartyris, quæ constat quatuor dignitatibus, nempe præpositure, thesaurariatu, majoretu, et principatu, nec non aliis septemdecim canonicis, qui cappis mognis ex concessione apostolica utuntur, Deoque assidue inserviunt. Idem præterea oppidum civitas, ut præfertur, nuncupetum quadreginta circiter sacris ædibus decoratur inter quas eminet templum beatæ Mariæ majoris nuncupatum in solo plano situm, et collegiatæ s. Stepheni unitum, in quo jamdudum ipsius capitulum divine officia, aliasque functiones persolvendas frequens per annum se conferre consuevit. Parum eb ipsa abest ecclesia seminarium ecclesiasticum adhuc tamen exiquis dotatum redditibus, et si nuperrima duodecim millium librarum largitione donetum fuisse ecceperimus, et mœniis auctum. Præterea ad omnium commodum qui scientiis, et liberalibus disciplinis vacare intendunt vegia munificentia gymnasium, ed egenorum levamen, et indemnitatem mons pietatis, ad pauperum ægrotantium, ad infirmorum peregrinorum, etque ad infantium expositorum confugium distincta hospitia, et nosocomie assidue patent. Demum in ea existunt plura cœnobie diversorum ordinum regularium senctimonialium, Cistercensium monasterium, congregationesque sæcularium, et regularium; et ed divinum cultum augendum, promovendumque plures tum virorum, tum mulierum piæ sodalitetes.

Templorum amplitudo, et magnificentia commendatur.

§. 5. Eorum autem quæ oppido Bugellæ civitete, ut supra nuncupato, decora sunt splendor augetur si alia quoque subjectæ provinciæ ornamento spectentur, quæ ad religionem fovendam maxime conducunt, quoniam in castro Saluziole præsbyterorum collegium laudes Deo quotidio persolvit, et in eo Andurni denominato fretres ordinis s. Francisci Cappucinorum nuncupatorum, ac plures sanctimoniales sub regula Cisterciensium in claustro collectæ regularem observantiam præcipuo cultu providentur. Ad tria insuper templa quæ sanctuaria vocantur, unum scilicet s. Joanni præcursori ad Vallisandurnii confinium, alterum bmæ virgini Mariæ supre montes de Graglia, reliquum vero pervetustum, ac celebrius in vertice asperorum montium de Oropa eidem Deiparæ diceta, ubi a quampluribus sacerdotibus opportunis prædítis facultetibus divina sagramenta ministrentur, christifideles a remotissimis etiam regionibus frequenter eccedunt.

Regis vota comprehensa declarantur.

§. 6. Iden ex his Nobis significatis dicti Ceroli Emanuelis regis vote eo tendere compertum habuimus, ut e diœcesi Vercellensi Bugellæ oppido civitate nuncupato, et provincia disjunctis, illud in civitatem episcopalem cum catbedrali ecclesia erigere, finitimaque loca in diœcesim ei tribuere dignaremur.

Ex processu confecto constitit optime jure ibi episcopatum erigi posse nemine ex interesse habentibus refragante.

§. 7. Negotium itaque hoc ad juridica ut moris est conficiendi acta dilecto filio Nostro Carolo Victorio Amedæo tituli s. Praxedis S. R. E. presbytero cerdinali a Laicis nuncupeto, qui euditis omnibus interesse habentibus opportunum processum conficeret commisimus. Quo rite peracto una cum autographo consensuum tam venerobilis fratris Nostri Caioteni Costa de Avignano episcopi Vercellensis, quam dilectorum filiorum cepituli, et canonicorum majoris ecclesiæ Vercellensis ad Nos remisso, plenam totius rei relationem a dilecto pariter filio mogistratu Petro Nigrono congregationis consistorielis, et venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium collegii a secretis Nobie factam excepimus, omnibusque mature perpensis in eamdem demum venimus sententiam valde fore opportunum, divinique cultus incremento, et christifidelium ædificationi, et spiritnali consoletioni profuturum, si eam provinciam novo proprioque pastore doneremus.

Dismembratio bonorum a mensa episcopali Vercellensi operatur ipso episcopo, ac rege probante.

§. 8. Nos igitur perspectam habentes eximiam dicti Caroli Emanuelis regis pietetem, religionem, vigilemque curem, quam profitetur, ut quos rex regum ei in subditos tradit spiritualibus quoque abundent subsidiis ipsius, vobis quam libenter obsecundare studemus. Quæque prius mente statuenda prospeximus, modo de apostolicæ potestatis plenitudine exequi volentes, Bugellæ oppidum prædictum cum infrascri-

ptis locis ab illius provincia comprehensis prout a dicto Carolo Victorio Amadæo cardinali specialiter ad hoc, ut præfertur, delegato assiguata, et Nobis proposita fuere cnm omnibus terminis, confinibusque præscriptis, nec non omnes omnina redditus, emalumenta, jura, census, afictus, proventus, responsiones, proprietates, jurisdictiones, investituras, et bona omnia, quæ usque modo in provincia Bugellensi supradicta, et oppidis eiusdam infra exprimendis, ejusque finibus consistentia ad ecclasiam Varcellensem, tam videlicet ad mensam episcopalem, quam ad capitulum, et canonicos dictæ majoris ecclesiæ quomodolibet pertinentia qnaliacumque, et cujuscumque generis sint cum omnibus juribus, et pertinentiis præsentium tenore ab eadem mensa episcopali, et ecclesia Vercellensi de ejusdem Caroli Emanuelis regis, dictique episcopi, nec non capituli, et canonicorum cathedralis ecclasiæ Vercellensis censensu, apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus separamus, dismembramus, segregamus, ac dividimus, atque oppidum Bugellæ civitatem nnncupatum, at loca prædicta cum terminis, ut præfertnr, præscriptis a venerabilis etiam fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Mediolanansis metropolitico jure, ejns qnoque speciali, et expresso ad id accedente, nobisque remisso consensu subducimus, et absolvimus.

Enumerantur bona destinata pro nova dioecesi.

§. 9. Loca autem quæ dictus Carolus Victorius Amadæus cardinalis præter oppidum Bugellæ civitatem nuncupatum, quad est caput provinciæ, ejusque suburbia Paviniani, et Vandurni dismembranda proposuit, et nt supra in novam diœcesim sunt destinata, nt sequitur nominautur, et enumerantur.

1. Andurnum Pacciorna, et in ipsa valle = 2. Campilia cum = 3. Sancto Paulo et = 4. Qnitengo = 5. = Pescaballi cum mnnte Asinario = 6. = Salianum = 7. = Silva cnm Riali Mori = 8. = S. Joseph Seci Serenum = 9. = Tavilianum et = 10. = Miaglianum = Item = 11 = Bena = 12. Betulinm sanctæ Mariæ = 13. = Bonana = 14. Calabiana = 15. = Camandona = 16. = Cambursianum = 17. = Candelum = 18. = Carisinm = 19. = Castellengum = 20 Caballiaca = 21. = Carretum - 22. = Ceridonnm cum Magnonevola, et Vergniasco = 23. = Clavaria = 24. = Caggiola = 25. = Pratum Coggiola = 26 Cossatum = 27. = Coffila = 28. = Donatum cum Ceresito = 29. = Dorzannm = 30. = Galianicum = 31. = Gralia = 32. Lexona = 33. = Mugnanum = 34. Illaxaxia = 35. = et Villanova Maxaxiæ = 36. = Mangrandum = 37. = Moniliengum seu Cssapinta = et ibidem = 38. = Crosa = 39. = Mezzana = 40. = Pistolesa = 41. = Soprana = 42. = Strona = item = 43. = Moxum sanctæ Mariæ = 44. = Vallis superior Moxi = 45. = Vallis inferior = 46. = et sanctæ Crucis Moxi = Item = 47. = Motta alciatorum = 48. = Mutianum = 49. = Nebbionum = 50. = Netrum = 51. = Pettinengum - 52. = Plattum = 53. = Pollonum = 54. = Ponderanum = 55. = Portula = 56. = Pratum Congum = 57. Quarenia = 58. = Roncum, = et 59. = Znmasia = 60. = Ropolum = 61. = Sala = 62. Salntiola cum Aro, et Vicelio = 63. = Sardiliannm = 64. = S. Damianum = 65. Surdevolum = 66. = Tornengum = 67. = Tollinium = 68. = Triverium cum prato Triveni, et Bulliana = 69. = Vallansengum = 70. Valdengum = 71. = Vallis s. Nicolai = 72. = Velium = 73. = Verronum = 74. = Vilianum = 75. Vironum = 76. = Ucleppnm superius = 77. Ucleppum inferius = 78. = Ximanum et 79. = Zublena = et hæc omnia oppida, seu commnnitates cum suis respective parochialibus ecclesiis, et pertinentiis quibnscumque.

Bugellæ oppidum in civitatem episcopalem erigitur, cum suis privilegiis.

§. 10. Quibus sane præmissis oppidum Bugellæ civitatem nuncupatum in civitatem episcopalem Bugellensem nuncupandam cum omnibus juribus bonoribus, et prærogativis quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ, earumque cives ntantur, frunntur, potinntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum; dictam vero s. Mariæ majoris ecclesiam in catbedralem sub invocationc s. Stephani prothomartyris, et sanctæ Mariæ majoris nuncupandam, ac in ea sedem episcopalem pro uno episcopn Bugellensi etiam nuncupando, qui ipsi ecclesiæ, illique civitati, et diœcesi Bugelleosi nt infra assignandæ præsit, atque omnem episcopalem ordinariam jurisdictionem supra loca, res, personas, nec non abates inferiores, et prælatos omnia etiam, ac singula jura, officia, et munia episcopalia habere, et exercere libere, ac licite possit, et valeat cum suis capitulo, sigilla, arca, mensa episcopali, ac pontificalibus insignis, nec non jnribus, jurisdictionibus facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, ac mixtis quibus aliæ cathedrales ecclesiæ, earumqne præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex

indulto, aut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam perpetuis, futuris temporibus apostolica auctoritate harum serie erigimus, et instituimus.

Destinatio ecclesiæ cathedralis.

§. 11. Ad ipsam vero novam cathedralem ecclesiam in ampliori, et aptiori civitatis prædictæ templo, mox erectam, prævia extinctione collegialitatis in dicta ecclesia s. Stephani, quæ tamen cathedrali ecclesiæ unita maneat, salvis favore capituli, et civitatis conditionibus, et pactis inter eos initis, quæ utpote ad majorem animarum conjunctionem, tranquillitatemque magis tuendam conservandamque, accomodata benigne approbamus, prout etiam a dicto Carolo Emanuele rege approbata fuisse dignovimus, ejusdem ecclesiæ s. Stephani dignitates, præposituram, capitulum, ac canonicos una cum illorum vicario actualem curam animarum parochiæ annexæ perpetuo exercente, beneficiatos, ac ministros, ita quod præpositura post pontificalem major, thesaurariatus secunda, maioratus tertia, ac primiceriatus quarta dignitates inibi, et canonici non amplius illius collegiatæ, sed cathedralis ecclesiæ Bugellensis capitulum existant, et constituant, et apud eam chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur cum iisdem insignis, nec non omnibus, et singulis mensæ capitularis, singularumque præbendarum bonis, fructibus, redditibus, et proventibus, ac emolumentis quibuscumque eidem mensæ capitulari, singulisque personis competentibus ipsarum tenore præsentium trasferimus, et traducimus.

Erectio diœcesis, et ordinariæ jurisdictionis episcopi Bugellensis.

§. 12. Præterea novo episcopatui Bugellensi civitatem ipsam, et omne territorium, et loca, ut præfertur, denominata, et recensita cum præscriptis terminis, ac confinibus juxta assignationem a dicto Carolo Victorio Amadæo cardinale, et delegato Nostro factam in diœcesim, in quibus sane civitate, et diœcesi novus, et pro tempore existens Bugellensis episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam sæculares, quam ecclesiasticas, et ad formam decretorum concilii Tridentini apostolicarumque constitutionum etiam regulares, nec non in ecclesias, monasteria, et loca pia quæcumque, prout aliis episcopis competit libere, et absolute exercere valeat, ac exerceat, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Bugellensi, tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destituta in episcopum apostolica auctoritate præficiendæ per se, vel per alium, seu alios ejus nomina veram, realem, actualem, et corporalem possessionem omnimodi juris diœcesani in dicto oppido in civitatem episcopalem erecto, ac in locis in diœcesim assignatis vigore literarum apostolicarum provisionis de sua persona in episcopum Bugellensem libere apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere dicti episcopi Vercellensis, vel cujusvis alterius licentia maxime requisita, prout hactenus ipsi episcopo Vercellensi subjecta fuere pari auctoritate concedimus, attribuimus, et assignamus, ac respective subponimus, atque subjicimus. Eidemque episcopo Bugellensi pro tempore existenti quæcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica quomodolibet nuncupata, etiam canonicatus, et præbendas, ac dignitates, non tamen post pontificalem majorem, in dicta cathedrali ecclasia in civitate, et diœcesi Bugellensi consistentia iisdem modo, et forma prout illorum collatio ad episcopum Vercellensem antea pertinebat, occurrentibus quovis modo illorum vacationibus, dummodo tamen beneficia prædicta Sedis apostolicæ dispositioni reservata, vel affecta non fuerint, personis idoneis pleno jure conferendi, et de illis providendi auctoritatem, et potestatem concedimus, et impertimur. Ipsam insuper ecclesiam Bugellensem suffraganeam venerabilis quoque fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Taurinensis, illiusque metropolitico juri subjectam fore, et asse decernimus, et statuimus.

Assignatio dotis mensæ episcopalis.

§. 13. Quo vero ad mensæ episcopalis Bugellensis nuper erectæ dotem in cujus causam idem Carolus Emanuel rex summam annuam duodecim millium librarum monetæ illarum partium perpetuo applicandam, et impendendam fore intendit, quum ea hactenus præ temporis angustia constitui non poterit, ideo in partem perpetuo mensæ episcopalis Bugellensis dotis omnes omnino redditus, emolumenta, jura, et bona omnia in provincia Bugellensi prædicta, a Nobis ut supra dismembrata, ex quibus redditus duo millium quadringentarum librarum monetæ illarum partium annis singulis, ut accepimus, proveniunt istarum literarum Nostrarum vi

perpetuo applicamus, et appropriamus.

Temporaneæ assignationes ne erectio episcopatus diutius protrahatur.

§. 14. Et ne ob dotis defectum novi episcopatus erectio protrahatur pro nunc, et donec alias ajusdem mensæ episcopalis Bugellensis redditibus, et episcopo congruæ substentationi consultum fuerit infrascriptas temporaneas assignationes, quas ratas habemus in singulos annos, et sex menses, id est mensibus julio, et decembri paribus solutionibus persolvendas ipsi mensæ attribuimus, et impertimur: unam nimirum a dilectis similiter filiis communitatibus, ac populo totius provinciæ Bugellæ in annua summa mille librarum enunciatæ monetæ, ad quam illi da prædicti Caroli Emanuelis regis consensu sese ultro obstinxerunt; et binas alias ex redditibus dictarum ecclesiarum de Graglia, et de Oropa in summa trium millium librarum similium mille videlicet, et quingentarum ex unaquaque persolvendas.

Reservatio pensionis, et ipsius collatio favore episcopi Bugellensis.

§. 15. Cumque in actu promotionis dicti Victorii Cajetani episcopi ad ecclesiam Vercellensem a Nobis factæ super mensæ apiscopalis Vercellensis fructibus, redditibus, et proventibus pensionem annuam octo millium librarum ejusdem monetæ pro persona, seu personis dicto Carolo Emanueli regi gratis, et acceptis, a Nobis quandocumqua nominandis, ad quam persona aliqua nondum nominata fuit reservaverimus, ad hoc ut ex nunc novus futurus episcopus paribus gaudeat redditibus, quos post integram mensæ episcopalis dotationem percepturus erit per præsentes quoque statuimus, quod interea episcopus Varcellensis prædictus summam annuam quinque millium sexcentarum librarum monetæ illarum partium detrahendam a dicta pensiono annis singulis in præmissis mensibus novo futuro episcopo Bugellensi persolvere teneatur.

Præfinitur, ut temporaneæ assignationes cessare debeant absoluta integra ejusdem mensæ dotatione.

§. 16. Integra tandem ejusdem mensæ dotatio postquam fuerit absoluta, tunc præmissæ temporariæ assignationes penitus extinguantur. Illarum autem cessationem infrascripto ordine sequi mandamus, nimirum quum æqualis saltem millium librarum proventus ei attributus fuerit in primis communitatum, et populi dictæ provinciæ dasinat obligatio, deinde juxta alias perpetuas dotis assignationes eidem mensæ faciendas ab onere impositarum solutionum eximi debebunt immediate de Graglia, et successive de Oropa ecclesiæ, ac demum mansa episcopalis Vercellensis.

Deficiente palatio episcopa-

§. 17. Et quoniam palatium mensæ deminio ad episcopi usum in civitate Bugellæ ubi novus episcopus, ejusque successores residere debebunt assignandum modo deest, Nos episcopalem residentiam in palatio conducto interim haberi permittimus admittentes obligationem a communitate, et civibus illius civitatis emissam, et a dicto Carolo Emanuele rege approbatam solvendi annis singulis ad conducendam domum, quæ episcopum deceat, libras sexcentum dictæ monetæ, donec episcopale palatium fuerit constitutum.

li permittitur temporanea conductio palatii pro episcopi residentia.

Approbantur nonnullæ expensæ pro ampliatione presbyterii, et sacrarii ecclesiæ cathedralis, nec non nonnullæ cessiones favore seminarii.

§. 18. Obligationem quoque peractam a dilecto etiam filio Josepho Groreo erogandi bismille libras ejusdem monetæ in ampliatiooem præsbyterii, et sacrarii novæ cathadralis ecclesiæ, aliasque impensas, nec non cessionem ab administratoribus prædictæ ecclesiæ de Oropa factam relinquendi, scilicet favore seminarii cubicula, et pertinentias, quæ cum illis seminarii ædificio, compacta eadem ecclesia de Oropa possidebat, favore quoqua cathedralis ecclesiæ omnia vasa sacra, aliamque supellectilem ad eamdem ecclesiam de Oropa spectantia, quæque ad functiones episcopales in nova cathedrali ecclesia peragendas necessaria erunt ipsis præsentibus approbamus.

Concessio privilegiorum, et immunitatum favore novi episcopi, et capituli cathedralis.

§. 19. Ad hoc autem, ut novæ cathedralis ecclesiæ decor idem sit, quem ab apostolicæ Sedis largitatæ aliæ promeritæ sunt cathedrales ecclesiæ, ideo futuro episcopo Bugellensi, ejusque successoribus a pro tempore existentibus dignitatibus capitulo, et canonicis, aliisque ecclesiæ, et capituli hujusmodi personis, ac ministris, ut omnibus, et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, facultatibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus alii aliarum ecclesiarum episcopi, ac dignitates, capitula, et canonici, aliæque civitates, et diœceses præsertim Pedemontii, eorumque res, et bona fruuntur, utuntur, potiuntur, et gaudent, seu uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, ac valeant etiam perpetuis futuris temporibus concedimus, et indulgemus.

Indulgetur capitulo, et canonicis potestas condendi nova statuta, et constitutiones, servatis tamen de more servandis, et ad tramites sa-

§. 20. Insuper capitulo, et canonicis, ac personis dignitates obtinentibus, ut ipsi quatenus id opportunum videatur capitulariter congregati pro dictæ ecclesiæ Bugellensis, illiusque mensæ capitularis sacristiæ, et fabricæ eorum rerum, et bonorum tam spiritualium,

erorum canonum.

quam temporalium prospero, felicique statu, gubernio, regimina, et directione, ac onerum eis incumbentium adimplemento missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, distributionum etiam quotidianarum, et emolumentorum quorumcumque repartitione pœnarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus non interessentes incurrendarum impositione cæremoniis, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non ministris deputandis, et amovendis, salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, sagrisque canonibus, ac constitutionibus, et decretis apostolicis non contraria cum approbatione tamen futuri episcopi Bugellensis, vel si de illo eadem ecclesia apostolica auctoritate nondum provisa fuerit, tunc ab eodem Carolo Victorio Amadæo cardinale, prout infra approbanda, et confirmanda, condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, ac rerum variatione mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia ex integro modo præmisso condendi, et per eos ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contrafacientes statuendis observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem, et potestatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impertimur.

Jus præsentandi episcopum regi Pedemontano reservatur.

§. 21. Uti vero ecclesia Vercellensis a cujus diœcesi dismembratur, et in episcopalem civitatem erigitur civitas Bugellensis ad præsentationem dicti Caroli Emanuelis regis uti principis Pedamontii, dominique illarum regionum apostolica auctoritate provideri consuevit, ita quoque prædicto Carolo Emanueli regi pro eo studio, et solicitudine, quæ in christianam rempublicam, et in subditorum suorum spirituale commodum, et utilitatem semper præ se tulit, ejusque in Pedamontano principatu successoribus pro tempore existentibus jus præsentandi ad ecclesiam Bugellensem hujusmodi tam hac prima vice a primæva illius erectione, at institutione, a Nobis, ut præfertur, factis, ac deinceps quoties eam pro tempora pastoris solatio quomodolibet destitui contiget, personam idoneam per Nos, et romanum pontificem pro tempore existentem ad præsentationem hujusmodi eidem ecclesiæ Bugellensi in episcopum præficiendum apostolica similiter auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, ac jus præsentandi hujusmodi eidem Carolo Emanueli, ac pro tempore existenti Sardiniæ regi ratione supradicti principatus Pedamontii, et causa præsentandi jure quod ei ad ecclesiam Vercellensem, ex simili apostolica concessione competit competere, et vere regium esse, atque uti tale sub quacumque derogatione nullatenus comprehendi, neque illi derogari posse constituimus, atque decernimus.

Taxa describi jubetur in libris cameræ apostolicæ ad florenos centum septuaginta quinque

§. 22. Postremo quod taxa novæ ecclesiæ cathedralis Bugellensis ad florenos auri centum septuaginta quinque in libris cameræ apostolicæ describatur. Illa vero ecclesiæ Vercellensis subductis ex ea florenis centum, et quinquaginta, deinceps ad florenos auri pares mille biscentum sexaginta sex cum duobus tertiis partibus alterius floreni similis reducta remaneat etiam statuimus, atque sancimus.

Literæ a querela obreptionis, et subreptionis eximuntur.

§. 23. Præsentes quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ a Nobis fierent comprehendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum, et populi spiritualis regimen in salutem animarum editas, et emanatas, semper ab illis excipi, validasque et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere sicque ab omnibus censeri. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quovis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane similiter decernimus.

Erigitur in executorem literarum præsentium cardi-

§. 24. Cæterum quemadmodum in hujus negocii exordio operam dicti Caroli Victorii Amadæi cardinalis exqui-

nal Amadeus cum omnibus facultatibus.

sivimus, ita ad ejusdem complementum de prudentia, dexteritate, aliisque eximiis animi dotibus quibus pollet summam in Domino fiducıam habentes, juxta mentem quoque dicti Caroli Emanuelis regis ipsi Carolo Victorio Amadæo cardinali injungimus, omnemque auctoritatem harum quoque litterarum vi plenissime tribuimus, et impertimur, ut ipse per se vel alium, seu alias personas ab eo deputandas præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque solemniter publicans faciat auctoritate Nostra illas integre ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Bugellensem, et capitulum novæ cathedralis ecclesiæ illis pacifice frui, et gaudere, non permittens ipsos vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes indebite molestari, contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia appellatione postposita compescendo. Ita quoque pro omnimoda præsentium executione divinum servitium in nova cathedrali ecclesia, cjusque choro persolvendum statuat, et duas ex præbendis canonicalibus quas maluerit, unam videlicet in theologalem, et alteram in pœnitentiariam ad præscriptum concilii Tridentini, absque tamen injunctione oneris, primis tantum harum præbendarum possessoribus suscipiandi doctoratus gradum quatenus ei opportunum videatur, eligat ac instituat; et usquedum de novo episcopo ecclesia Bugellensis provisa non fuerit ipsum in administratorem illius ecclesiæ constituimus, ita quod agat, et gerat quidquid ad majorem Dei cultum, populique spirituale bonum ei magis expedire videbitur, et omnibus quæ in dies occurrent opportune provideat, etiam si de iis expressa mentio facta non fuerit.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 25. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii pp. VIII. prædecessoris Nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem, et diœcesim nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, et illis non ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede præfata deputati extra civitatem vel diœcesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus provincialibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati dismembrationes, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, et quatenus opus sit metropolitanæ Mediolanensis, et Vercellensis ecclesiarum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus ex præmissis, ac quibusvis derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet etiam pluries, et iteratis vicibus a prædecessoribus nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, ac dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de iis, eorumque totis tenoribus specialis, et specifica, expressa, et individua, ec de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata insarti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium, et singulorum validitatis effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissima scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 26. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Caroli Victorii Amadæi cardinalis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 27. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum separationis, dismembrationis, segregationis, divisionis, erectionis, institutionis, trans-

lationis, concessionis, attributionis, assignationis, subpositionis, subjectionis, auctoritatis, et potestatis, concessionis, et impartitionis, permissionis, confirmationis, approbatinnis, indulti, constitutionis, sanctionis, commissionis, injunctionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus sa noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis dominicæ MDCCLXXII kalendis juniis pontificatus Nostri anno tertio.

Datum die 23. junii 1772. Anno IV.

CLXXXIII.

Privilegii manus regiæ concessio favore almæ domus Lauretanæ in exactione credituum, aliarúmque praestationum.

Clemens PP. XIV.

Motu Proprio etc.

Enumerantur privilegia concessa a plurimis Pontificibus pro exactione credituum almæ domus.

§. 1. Avendoci rappresentato il reverendissimo cardinal Pallavicini Nostro segretario di stato, e prefetto della congregazione Lauretana, che dalla fel. mem. di Leone X. Nostro predecessore con suo Breve dato li 18. gennaro 1515. approvato coll' inserto suo tenore da Pio IV. altro Nostro predecessora li 8. gennaro 1559. con bolla, che incomincia = *Apostolicæ Sedis* =, e poscia confermato ancora da Clemente VII., Paolo III., Gregorio XIII., Clemente VIII., e Benedetto XIV., similmente Nostri predecessori fosse concessa al santuario di Loreto la facoltà di agire, e far procedere per la riscossione de' suoi crediti sommariamente, *de plano*, *et sola facti veritate inspecta*, e che sebbene in vigore di tal facoltà non meno, che di antichissima consuetudine abbia il detto santuario da tempo immemorabile goduto sempre pacificamente del privilegio, ed uso della mano regia contro i suoi debitori, ad ogni modo essendogli stato ultimamente da uno di essi contrastato avanti monsignore uditore della Nostra segnatura di giustizia, fosse da questi in contraddittorio giudizio canonizzato; ma essendo il debitore ricorso al reverendissimo cardinal prefetto della medesima, dubitasse egli dell' anzidetto privilegio, onde credesse bene di rivocare il decreto del detto monsignor uditore, ed avendoci soggiunto il suddetto reverendissimo cardinal Pallavicini, che attesa la moltiplicità de' crediti di esso santuario, li quali presentemente ascendono alla rignardevol somma di circa scudi quaranta mila, qnalora non possa più liberamente far uso il medesimo del detto privilegio della mano regia, non potrà certamente esigerli senza un notabile dispendio, e ritardo, e di taluni ancora dovrà suffrirne la perdita totale.

Confirmatio dictorum privilegiorum.

§. 2. Quindi Noi seguendo i lodevoli esempj de' Nostri predecessori, che hanno avuto sommamente a cnore gl'interessi dello stesso santnario, nè volendo permettere, che in appresso possa più dubitarsi dell' accennato privilegio, perciò colla presente Nostra cedola di motu proprio, nella quale vogliamo si abbia per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato il tenore de' precitati Brevi, e Bulle segnate dalli mentovati, ed altri Nostri predecessori, del decreto, e decreti circa l'osservanza del medesimo emanati da monsignor uditore della segnatura, e degli altri contrarj del reverendissimo cardinal prefetto della medesima, delle ragioni in tale occasione dedotte eziandio in giudizio contraddittorio, ed ogni, e qualsisia altra cosa quantosivoglia necessaria d'esprimersi di Nostro motu proprio, certa scienza, e colla pienezza della nostra suprema podestà diamo, e concediamo in perpetuo al detto santuario di Loreto ampia, e libera facoltà, ed autorità di procedere per l'esigenza non solo delli crediti già esistenti, ma ancora in avvenire di tutte e singole qualsisiano rendite, proventi, emolumenti, e frutti, ed entrate certe, ed incerte, civili, naturali, e miste tanto livellarie, ed enfiteutiche, quanto di qualsisia altra specie, e qualità sì laicali, che ecclesiastiche per qualsisia somma, e quantità in generi, o in denaro dovute, e non meno esistenti dentro la mentovata nostra città di Loreto, e di lei territorio, che in qualsivoglia altra città, e luogo del Nostro stato pontificin eccettuata soltanto la città di Roma, mano regia more camerali contro qualsisiano debitori di esso santuario, ovunque, ritrovino di quasivoglia stato, grado, e condizione essi siano, benchè ecclesiastici, secolari, e regolari di qualunque ordine, ed instituto, luoghi pii, esenti, privilegiati, e privilegiatissimi, ancorchè per comprenderli fosse duopo farne specifica, ed espressa menzione per disposizione de' loro privilegi, o per la loro qualità, dignità, e carattere.

Jus relaxandi mandatum manus regiæ præsuli gubernatori reservatur, sola veritate crediti inspecta, quidquid in contrarium non obstante.

§. 3. Volendo perciò Noi, che somiglianti mano regie da monsignore governatore pro tempore del Nostro santuario, e città di Loreto sottoscritte, verificato bensì prima avanti il medesimo il credito, o crediti del santuario, e premessa l'intimazione da farsi a' debitori per cinque giorni avanti la rilassazione, e spedizione della mano regia, debbano eseguirsi dalli ministri di qualunque tribunale, e che da qualsisiano governatori sì generali, che locali, luogotenenti, e giudici ecclesiastici, e laicali debba non solamente permettersene l'esecuzione nelle rispettive loro giurisdizioni, ma eziandio allorchè ne verranno richiesti, prestare a questo effetto alli procuratori, ministri, ed agenti di esso santuario tutto l'ajuto, e braccio della corte, volendo soltanto Noi, che solo sia lecito ai debitori del santuario di potere ricorrere dalle rilasciate mano regie al reverendissimo card. prefetto della congregazione Lauretana, ovvero a monsignor governatore pro tempore del Nostro santuario, e città di Loreto, ai quali soltanto sia lecito nei casi, e nelle circostanze particolari poterne far ritardare l'esecuzione per esser così mente, e volontà Nostra espressa; volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di motu proprio benchè non ammessa, nè registrata in camera, e ne' suoi libri, abbia nondimeno sempre il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, e contro di essa non possa in alcun tempo opporsi di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, nè che mai sotto tali, o altri pretesti anche di jus quesito, di pregiudizio del terzo possa essere impugnata, moderata, rivocata, o ridotta ad viam juris, o concedersi contro di essa l'aperizione oris, o altro qualunque rimedio, e che così, e non oltrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, e definirsi, ed interpretarsi da qualsisia giudice, e tribunale, legati a latere, vicelegati, congregazione composta eziandio di reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, o qualunque altro, togliendo loro, ed a ciascuno di essi ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, ed interpetrare in contrario; dichiarando Noi sin d'adesso nullo, irrito, ed invalido ciò che scientemente, o ignorantemente con qualsivoglia autorità in qualunque tempo si ordinasse, o giudicasse contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di motu proprio, quale vogliamo, che vaglia, e debba sempre valere benchè non vi siano stati chiamati, sentiti, o citati il fiscale, ed il commissario generale della Nostra camera, i fiscali delle curie ecclesiastica, e laicale di Loreto, i debitori del detto santuario, e qualsisiano persone ancorchè privilegiate, privilegiatissime, ecclesiastiche, luoghi pii, che avessero, o pretendessero avere interesse nella presente Nostra concessione, e che per comprenderle fosse bisogno di special menzione, non ostante la bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, qualunque legge, statuto, e riforma, usi, e consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte e singole, avendone qui per espresso, e di parola, in parola inserto, e registrato il tenore, e supplendo colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di motu proprio ampiamente, e nella più valida forma deroghiamo.

Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 25. giugno 1772.



CLEMENS XIV.

ANNO QUARTO



Datum die 25, junii 1772. Anno IV.

CLXXXIV.

Divisio, seu separatio quatuor conventuum, seu domorum ordinis minorum sancti Francisci de observantia Reformatorum provinciæ Bavariæ, eorumque erectio in novam custodiam Neoburgensem nuncupandam.

Clemens PP. XIV,

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolatus officium humilitatis nostræ per abundantiam divinæ gratiæ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio concreditum salubriter exequi, adjuvante Domino jugiter satagentes, ad ea per quæ felici, prosperoque christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatorum regimine consulitur, libenter intendimus, munerisque nostri pastorales partes propensa desuper charitate interponimus, sicut Nos locorum, personarum, et rerum qualitatibus mature perpensis, expedire in Domino arbitramur.

Expositio rationum petendæ divisionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus custos, seu guardianus, aliique fratres conventus Neoburgensis ordinis minorum sancti Francisci de observantia Reformatorum nuncupatorum, quod cum inter alios conventus ad provinciam Bavariæ nuncupatam ejusdem ordinis pertinentes, numerentur quoque conventus, seu domus Neoburgensis, Sigmaringensis, Beilngriessensis, et Ellinganensis, hinc eorumdem conventuum fratres omnibus juribus, privilegiis, et prerogativis, quibus fratres aliorum conventuum ejusdem provinciæ in electione ministri provincialis, aliorumque superiorum provincialium usi, et potiti fuerant, pari quoque modo, et absque ulla pror-sus differentia dudum jam utebantur, et fruebantur, simulque visitationi, et correctioni pro tempore existentis ministri provincialis hujusmodi subjecti manebant, itaut fratres conventuum, seu quatuor domorum prædictarum, et ipsi conventus, seu domus hujusmodi in omnibus, ac per omnia æque ac reliqui fratres, et conventus, sive domus dictæ provinciæ Bavariæ habebantur, et existimabantur. Nihilotamen minus tribus tantum circiter ab hinc annis diversimode evenit; quippe quia fratres prædictorum quatuor conventuum, siva domorum, atque ipsi conventus, seu domus a reliquis fratribus dictæ provinciæ Bavariæ ita habiti, seu respective habitæ fuerunt, perinde ac si a cæteris conventibus, et domibus dictæ provinciæ, et ab ipsamet provincia separati, sive separatæ essent, omnique insuper caruerunt canonica visitatione.

Preces porrectæ pro divisione obtinenda.

§. 3. Hac itaque de re, ut in quatuor conventibus, seu domibus prædictis pax, et tranquillitas, ac regularis observantia conservetur, et augeatur, dicti exponentes illos, seu illas per Nos a memorata provincia Bavariæ separari, ac dividi, et in novam custodiam erigi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur divisio, et novum custodiæ nomen imponitur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujusmodi tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audito super præmissis dilecto filio Nostro Aloisio Maria S. R. E. diacono cardinali Torrigiani nuncupato ordinis minorum sancti

Francisci de Observantia apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectore, provinciam Bavariæ prædictam in unam provinciam, et unam custodiam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium dividimus, dismembramus, et in perpetuum separamus, et provinciam quidem Bavaricam, custodiam vero Neoburgensem in posterum appellandam præcipimus, ac respective erigimus, et constituimus, atque quatuor conventus, seu domos, videlicet Neoburgensem, Sigmaringensem, Beilngriessensem, et Ellinganensem a prædicta antiqua provincia Bavariæ divisos, et separatos novæ custodiæ Neoburgensi, ut præfertur, per Nos erectæ unimus, et incorporamus, cum omnibus, et singulis privilegiis, prerogativis, et honoribus, quibus aliæ custodiæ ejusdem ordinis, atque ipsa provincia Bavarica de jure, et consuetudine gaudere solent, et eodem prorsus modo, absque ulla penitus differentia, et sub eisdem legibus, et constitutionibus, ita ut custodia Neoburgensis a provincia Bavarica, ejusque superioribus omnino independens, et exempta intelligatur, atque suum custodem provincialem, et quatuor definitores uti cæteræ custodiæ ejusdem ordinis independentes habent, ipsa quoque habera, et ab eis gubernari in posterum omnino debeat.

Divisionem, et novem constitutionem continuo servandam esse præcipitur.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Cuique aliter judicandi adimitur facultas.

§. 6. Sicqua in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta iunii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXV.

Dat. die 30. junii 1772. Anno IV.

Concessio indulgentiæ plenariæ ad septennium ab eis assequendæ, qui dominica immediate sequenti festum sanctæ Franciscæ viduæ visitaverint aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis montis Oliveti.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Designatio munerum præstandorum pro consecutione indulgentiarum.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus christifidelibus vera pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis montis Oliveti ubicumque existentibus dominica immediate sequenti festum sanctæ Franciscæ viduæ a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Prohibitione quod alicui detur pro impetratione constitutionis, et fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsantium aliquid, vel minimum detur, aut spon-

te oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxx. junii MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXVI.

Datum die 30. junii 1772. Anno IV.

Prohibitio sub pœna excommunicationis ne summa trium millium ducatorum a regina Portugalliæ assignata, ut lampades diu, noctuque ante aram beatæ Mariæ virginis accensæ detineri debeant, in alios usus distrahantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memoretur assignatio facta a Portugalliæ regina trium millium ducatorum, et usus destinatus redituum pro servandis luminibus in honorem B. M. Virginis in ecclesia de Siuramento nuncupata.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Pereira frater expresse professus ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, ac minister conventus sub titulo beatæ Mariæ virginis immaculatæ de Siuramento vulgo nuncupatæ civitatis Lisbonensis, quod cum carissima in Christo filia Nostra Maria Anna Victoria Portugalliæ, et Algabiorum regina fidelissima pro sua eximia, qua pollet pietate, et singulari erga cælorum reginam devotione, summam trium millium ducatorum aureorum contulerit, ut ex eorum redditibus annuis, comparato oleo, lampades diu, noctuque ante ipsius Deiparæ imaginem semper accensæ retineri debeant; hinc dictus exponens ut piissima, ac vere laudabilis ejusdem Mariæ Annæ Victoriæ reginæ voluntas perpetuum suum assequatur effectum, quamcumque consumptionem, et distributionem dictæ summæ, seu fundi in alios usus per Nos prohibitum declarari plurimum desiderat.

Preces porrectæ pro obtinenda prohibitione distrahendi redditus in alios usus, quæ tribuitur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et uni summo Pontifici reservatæ.

§. 2. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus, prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnibus, at singulis personis quacumque auctoritate, vel superioritate fungentibus et functuris, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore dictam summam, seu fundum in alios usus distribuere, atque consumere, vel, ut distribuatur, seu consumetur permittere, aut consentire sub quovis quæsito colore, prætextu, causa, vel ingenio audeat, seu quovis modo præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ, et quoad regulares etiam ejusdem conventus ministros privationis officii, ac vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum, et præceptum de servando exemplari constitutionis in conspicuo loco conventus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentis prohibitionis exemplum in aliquo ejusdem conventus conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxx. junii MDCCLXXII, pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXVII.

Datum die 8. julii 1772. Anno IV.

Concessio indulgentiæ plenariæ quolibet mense assequendæ ab eis, qui designatas ecclesias clericorum regularium congregationis Theatinorum visitaverint.

Clemens PP. XIV.

Universis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Quid sit præstandum pro consecutione indulgentiarum constituitur.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti: omnibus, et singulis utriusque

sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui expositioni sanctissimi eucharistiæ sacramenti de licentia Ordinariorum respective locorum, in qualibet ex ecclesiis clericorum regularium congregationis Theatinorum nuncupatorum ubicumque existentibus in uno die cujuslibet hebdomadæ per eosdem ordinarios designando facienda per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in mense per unumquemque christifidelem ad sui libitum eligendo lucrifaciendam, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem christifidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, prædictæ expositioni in reliquis diebus hujusmodi, ut supra, in dictis ecclesiis faciendæ interessentibus, et ibidem orantibus, quo die id egerint, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Indulgetur ut valeant applicari indulgentiæ etiam pro defunctis.

§. 2. Quas omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, et animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Prohibetur omnis oblatio pro consecutione, et publicatione constitutionis, et literarum transumptis fides adhibenda præcipitur.

§. 3. Volumus autem, ut si pro impetratione præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die iii. iulii MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXXVIII.

Datum die 4ª julii 1772. Anno IV.

Novæ constitutiones fratrum congregationis Galliarum Ordinis eremitarum S. Augustini confirmantur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1 Exigit iniunctæ Nobis cælitus apostolicæ servitutis ratio, ut paternam religiosorum virorum Altissimi obsequiis sub suavi regularis vitæ jugo mancipatorum curam gerentes illa, quæ pro felici, prosperoque eorum regimine, et gubernio prudenter, ac salubriter constituta esse noscuntur, apostolici muniminis præsidio roboremus.

Expositio precum in quibus exponitur constitutiones conditas fuisse, et apostolicam expectare pro earum firmitate confirmationem.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis congregationis Galliarum ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini Reformatorum nuncupatorum, quod pro meliori ejusdem congregationis regimine novæ ejus constitutiones nuperrime conditæ fuerunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius novæ constitutiones hujusmodi subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri dictus exponens plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur gratia juxta preces.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem venerabilis fratris nostri episcopi Albanensis S. R. E. cardinalis Serbelloni nuncupati attenderunt, consilio, novas constitutiones prædictas nuperrime, ut præfertur, editas, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ salutares.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et in-

tegros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans. §. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis et congregationis hujusmodi juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 4. julii 1772. Anno IV.

CLXXXIX.

Confirmatio decretorum pro fratribus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum provinciæ Subalpinæ in visitatione dictæ provinciæ editorum a reverendo archiepiscopo Thaurinensi visitatore apostolico.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. In vinea Domini cultores a supremo patrefamilias divinitus constituti, officii nostri partes esse intelligimus, ejusdem vineæ conservationi ita incumbere, ut ejus boni palmites, viri scilicet illi, qui Altissimi obsequiis sunt mancipati, ac uberes fructus in suam aliorumque christifidelium utilitatem usque adhuc attulerant, majoribus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis; atque idcirco ea, quæ super his provide, ac salubriter constituta esse noscuntur apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio libenter communimus.

§. 2. Sane alias venerabilem fratrem Franciscum archiepiscopum Taurinensem ad visitandos conventus fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provinciæ Subalpinæ delegavimus, et constituimus; ipse vero Franciscus archiepiscopus opus sibi injunctum singulari diligentia, prudentia, et religionis zelo cumulatissime explevit: præ cæteris autem nonnulla, occasione peractæ visitationis hujusmodi, decreta ipse edidit summo studio, ac labore confecta; horum decretorum tenor est qui sequitur, nempe Actus visitationis expleti ab visitatore apostolico memorantur.

§. 3. Franciscus Lucerna Rorengus de Rorà divina miseratione, et apostolicæ Sedis gratia archiepiscopus Taurinensis, et Subalpinæ Cappuccinorum provinciæ visitator, et delegatus apostolicus. Tenor decretorum.

Carissimis in Christo patribus ministro provinciali, definitoribus, custodibus, præsidibus, vicariis, lectoribus, cæterisque ejusdem provinciæ Subalpinæ fratribus, et alumnis, sinceram pietatem, integerrimam charitatem, et salutem in Domino sempiternam.

Quum ex sapientissimi Pontificis nostri Clementis XIV. honorificis literis, anno proxime elapso, mense martio ad nos datis, omnes, et singulos Subalpinæ Cappuccinorum provinciæ cœtus, ac domos etiam, quas missiones vocant, lustrandas susceperimus, coque munere, Deo volente, defuncti simus; ejus officii ratio hoc a nobis postulat, ut quæ ad morum, vitæque disciplinam, ad divinum cultum, vestrumque integerrimum institutum, aliaque ejus generis pertinere videantur, decernentes, id pro viribus consequamur, quod eidem Pontifici maximo rem tanti momenti nobis committendi propositum fuit. Quamquam enim res, rationesque vestras tam apte compositas hæc lustratio probavit, ut non modo nihil apud nos detractum sit de ordinis vestri existimatione, sed magis, magisque confirmatum, atque adeo auctum, quod de instituti vestri sanctimonia nullo non tempore judicavimus, tamen ne rem majorem in modum nobis commendatam perfunctorie obiis-

se videamur, quædam monere, alia quædam constituere optimum factu existimavimus, quibus non quasi nova lex, aut novum onus vobis imponeretur, sed ipsæ veteres constitutiones, et seraphici ordinis leges explicarentur; quæ explicatio, quemadmodum est nobis in votis, cum ad majus ordinis vestri decus, vestramque omnium, et singulorum, carissimi in Christo fratres, utilitatem, fructumque immortalem facile conducat, tum nostræ erga vos omnes, vestrumque universum ordinem charitatis, atque observantiæ certum monumentum existat. Quamobrem apostolica lustratione absoluta, implorato totis animi viribus divino numine, adscitoque crebro patriarchæ, et conditoris ordinis divi Francisci præsidio, hæc velimus eo animo excipiatis, quo diu, multumque nobis versata, hisce literis consignantur.

Præcipitur observantia regulæ a s. Pio V. divino afflatu spiritu conditæ, et aliis summis Pontificibus confirmatæ.

§. 4. Primum omnium, non ut judex reos, sed ut amantissimus pater filios suos vos alloquimur verbis divi apostoli, et evangelistæ Joannis: *Carissimi non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum, quod audistis*: immo vero quod legistis, et sæpius legitis, et auditis: verbum scilicet patris vestri Assisiensis: verbum regulæ quam ipse vobis tradidit, ab apostolica Sede corroboratam. Mementote igitur, fratres, aperti obedientiæ præcepti, quod sæpius super hac re pater vobis testamento reliquit; meditamini pollicitationes pacis, quam ipse sanctis filiis, et piis fratribus, ut olim Paulus apostolus fidelibus Galatis precatus est, at a Deo O. M. vehementer petiit: *Quicumque hanc regulam secuti fuerint pax super illos, et misericordia.* Pax adfertur non tam regulam professis, quam secutis. Regulam autem dicimus præcipua legum capita ad optimam totius seraphici ordinis institutionem a divo Francisco exarata, et tradita, pauciora ea quidem, sed spiritus Dei, et veræ evangelicæ perfectionis plena. Dicimus etiam regulam constitutiones vestri instituti proprias ab Urbano VIII. literis suis *sacrosanctum apostolatus officium*, et ex injuncto nobis apostolici muneris debito confirmatas, quas divus Pius V. Pontifex maximus Spiritu Sancto afflante conscriptas asseruit, et aptas omnino, quæ vere sanctos faciant, qui eas perfecte servaverint.

Regula tota est in eo, ut quisque vivat sub obedientia sine proprio, et in castitate.

§. 5. Verum enim vero: *Hæc est regula, et vita fratrum*, inquit divus Franciscus, *evangelium Domini Nostri Jesu Christi servare, vivendo sub obedientia, sine proprio, et in castitate.* Pauca hæc quidem verba sunt, sed quæ perfectam cumulatamque virtutem postulant a vobis, qui per solemnem professionem singuli vos ipsi, Deo adhibito teste, obstrinxistis, itaque devovistis, ut integrum vobis non sit ab ea lege discedere. Porro sub obedientia vivere idem ferme est, ac voluntatem propriam amisisse, quod cumulatam reddit religiosi viri virtutem, ut celeberrimus seraphici ordinis, et Ecclesiæ doctor divus Bonaventura testatur: *Tota religionis perfectio in voluntatis propriæ subtractione consistit.* Quum enim *nihil homini amabilius sit libertate propriæ voluntatis*, ut ait angelicus doctor, tum nihil Deo acceptum magis, quam propriæ voluntatis sacrificium, per quod teste divo Gregorio, *nosmetipsos impendimus Deo*, quando per alias virtutes nostra præcipue cidem tribuimus. Unde inquit Sapiens, *melior est obedientia, quam victima*, quia, ut ait idem Gregorius, *obedientia virtus est, quæ cæteras virtutes in mentem ingerit, et custodit.* Hoccine vero præceptum noverunt, et servant, aut Deo votum reddunt, quod emiserunt, fratres, qui aut obedire renuunt, aut ægre semper id faciunt, causasque pertendunt, ut a legibus seu imperatis solvantur, et, qui plurimum possunt, sibi conquirunt, ut, quod ipsis libuerit, faciant, quæ vero præcipiuntur, omittant? *Fidelis obediens*, inquit divus Bernardus, *nescit moras, parat aures auditui, manus operi, itineri pedes.* Auribus quidem audiunt nonnulli, sed moras certe noverunt, et nectunt, nec operi manus admovent, nec parant itineri pedes: immo vero caussantur, doleat, lamentantur, excitant turbas, matronæ se fidei, aut viri potentis permittunt, ut obedientiæ justam legem eludant, aut regulari observantiæ se subtrahant; si vero parent, id ægre faciunt, metu pœnæ, non amore virtutis, quod ex divo Bernardo idem est, ac si minime obtemperent: *Si caperis*, inquit, *dijudicare prælatum murmurans in corde, etiamsi exterius impleas, non est virtus, sed velamentum malitiæ.* De iis vero quid tandem, qui ter, quaterve sic se gesserint obstinato animo adversus jussa eorum, qui præsunt, imperium detrectantes, aut specie pietatis, aut captato fulti patrocinio? Illi vero ab omni munere, et gradu in provincia, nisi certa diuturnæ emendationis argu-

menta dederint, dum vixerint, arceantur, neque enim imperare decet eos qui obtemperare prius non didicerunt.

Quomodo sit paupertas colenda describitur.

§. 6. *Præcipio firmiter*, verba sunt divi Francisci Assisiensis, *fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam . . . fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam peregrini et advenæ in hoc sæculo in paupertate, et humilitate Domino famulantes vadant pro eleemosyna confidenter.* At quid apud Cappuccinos fratres de paupertate loquamur, qui durissimam degunt vitam, atque emendicato pane victitant, austerissimum vitæ genus professi? Immo vero et his præcipue colenda paupertas, quia *habendi amor*, inquit sanctus Eucherius ad monachos, *nisi ad integrum resecetur, ardentior est in parvis, exultatque adversarius quando videt nos maxima contempsisse, ut minimis vinceremur.* Ita plane fratres carissimi: minima vobis quotidie vincenda sunt, ne facile vincamini in maximis, sensimque vita communis obliteretur, quæ religiosæ sanctitatis veluti caput est, et fundamentum. Hinc districte præcipimus, ut nihil singulare unquam in mensa apponatur, quo privatim quisque utatur in cibum, sed omnes, tam superiores, quam subditi eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio vescantur: exceptis tamen infirmæ valetudinis fratribus, et advenis, quibus eæ dapes apponi poterunt, quas aut necessitas, aut laudabilis consuetudo tulerit. Frequentes etiam cum sæcularibus epulationes, etsi in communi triclinio fiant, reprobamus, et quando aut urbanitas, aut grati animi virtus, id postulet, raro primum parentur epulæ, tum ita modicæ, et parcæ, ut redoleant paupertatem, non præclarum convivium. *Pars enim sacrilegii est rem pauperum dare non pauperibus*, inquit divus Hieronymus. Si quis autem cœnobii custos, seu guardianus hisce voluerit, nihilominus gaudere conversationibus, a ministro provinciali primum moneatur, et si non resipuerit, statim abire jubeatur. Abusum insuper calidæ potionis ex arabibus fabulis tostis, ac tritis, et exquisitioris americani poculi a nonnullis invectum, qui hæc in cella retinent inscio cœnobii rectore, et sine ejusdem expressa licentia, perinde ac si proprium aliquid habeant, quod sumant, et elargiantur, omnino damnamus. Si vero infirmus aliquis, aut senex, aut concionator his aliquando propter stomachum, aut alias infirmitates indigeat, a cœnobii rectore petat, qui aut per se, aut per sacerdotem regularis disciplinæ studiosum ad id speciatim destinatum eam ex his potionibus petenti fratri in aliqua communi non privata cella exhibeat, quam cujusque necessitas, non voluptas postulaverit: sicque exercebitur, ut in aliis austeris institutis, vera charitas, et excludetur perniciosa proprietas, quæ perfectam paupertatem destruit, ejusque furfuris pauperes tantum facit, de quibus ajebat olim divus Bernardus: *Pauperes esse volunt, eo tamen pacto, ut nihil eis desit.* Sciant enim vero fratres omnes hujus instituti, sibi ex constitutionibus fas non esse aliquid retinere, quod superfluum sit, ideoque amandanda animalia quævis, greges ovium, aliaque hujusmodi, quæ delicias potius redolent, quam pœnitentiam; caveantque superiores, ne in posterum cuipiam permittant, memores illorum verborum: *capite vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*; paullatim enim abusus irrepunt, nec postea eradicari poterunt. Nihil igitur, nisi necessarium habeat religiosus in cella, cætera autem in cella communi serventur, ex qua ea omnia fratribus superior suppeditet, quibus opus quis habuerit, sintque omnia communia, et similia, muccinia, sandalia, vestes, sudariola, neque aliud habeat religiosus ad perpetuum usum, nisi binas vestes, unam hyemalem, æstivam alteram, id enim exigit munditias, et necessitas postulat. Si vero incerta quis habeat, quæ restituat, ea statim aut ad episcopum mittat, aut parocho tradat, qui episcopum consulat; nunquam vero religiosus ea ad cœnobium deferat, aut in cella custodiat, aut ipse, episcopo inconsulto, distribuat. Cæterum illud etiam monere fas est, immo vero præcipere, quod jam ex constitutionibus habetur, aut colligitur, ut nimirum non solum non quærantur superflua, aut acceptentur juxta illud beati patris vestri Francisci: *gratias ago Deo meo, quia eo adjuvante paupertati sponsæ meæ dilectæ fidem semper servavi, nec eleemosynas unquam furatus sum, quum semper minus acceperim, quam opus haberem, ut et alii Christi pauperes propria portione non fraudarentur, et furti reus non fierem apud Deum*; verum etiam ne earum rerum collectæ unquam fiant, quibus uti fratres nequeunt, aut ipsis non licet. Quamobrem spicarum

aut uvarum collectam omnino prohibemus, nisi forte tot quis colligat racemos, qui esurialibus potissimum diebus pro serotina refectiuncula, aut alio quovis tempore fratribus in triclinio communi mensæ assidentibus inserviant, nunquam vero ut hinc in cœnobio vinum exprimant, aut similam faciant, id enim omnino vetamus, quemadmodum etiam res collectas vendere, et in pecuniam redigere, aut in alias res quovis colore, aut prætextu commutare, nisi gravi urgente necessitate, et cum facultate ministri provincialis: si quis enim superior aliquid hujusmodi facere ausus fuerit, aut permittere, esto statim exauctoratus, et ad mensem a divinis suspensus; qua etiam pœna multatos volumus, et dicimus superiores omnes, et potiori jure subditos, qui eleemosynas, et res proprie cœnobio a fidelibus oblatas plus satis recipiunt, et colligunt, ut ad alia cœnobia, aut ad privatas personas arbitratu suo transmittant; quique pecuniam retinent, aut ab oblatis famulisve cœnobii retineri jubent, aut, quod turpius esset, apud sæculares titulo depositi servant: hæc enim omnia nec altissima Cappucinorum paupertas sinit, nec instituti sanctitas patitur. Qua de re unum habeat quodlibet cœnobium procuratorem, seu quem vocant *benefactorem*: duo vero, aut plures ne habeantur. Si vero propter situm cœnobiorum, aut distantiam, aut solitudinem aliquem destinari opus sit, præter procuratorem, qui eleemosynas, et oblationes recipiat, per nos sane licet, dummodo nihil aliud hic faciat, et quam primum poterit, omnia apud procuratorem deponat, nihil apud superiorem, nihil ipse per se cœnobio parare possit; nullaque alia de causa, nullam aliam in rem, nulloque alio ratione, alium præter procuratorem nominari, et esse volumus. Qui contra fecerit quivis superior e gradu motus, neque suo, neque alio officio fungatur ad annum. *De recursu*, ut ajunt, *ad pecuniam* aliquid dicere supervacaneum ducimus, quum tantum facinus quam sit detestandum, quæve pœnæ constitutæ, neminem vestrum ignorare arbitremur, uti etiam pontificiam *de largitione munerum* constitutionem, qua religiosis contra paupertatem efferre munera vetitum est. Illud tamen addimus ex divo Hieronymo: *crebra munuscula, et sudariola, et fasciolas, et degustatos cibos, sanctus amor non habet*: scilicet nec subditi superioribus munera offerant, neque hi recipiant; utrumque enim paupertatis jura prescribunt, tum vero munuscula superiorem acceptare vile est, subditos vero exhibere, suspectum. Præterea religiosos equitare, aut reda vehi, instituti leges tamquam paupertati contrarium vetant, nisi urgens cogat necessitas, et probata: quare qui id fecerit a superiore severe puniatur, et si superior sit, semel, aut bis monitus, deponatur. Denique mementote, fratres dilectissimi, vos pauperrimi patris, eximiique paupertatis cultoris, filios esse, qui hoc sibi ab Ecclesia præconium meruit. *Franciscus pauper, et humilis cœlum dives ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur.* Cavete, ne eorum numero censeamini, de quibus olim divus Vincentius Ferrerius ajebat: *gloriantur in nomine paupertatis, et socios paupertatis fugiunt.* Paupertatem veluti pedisseque comitantur ægritudo, molestia, labor, cruciatus, derisiones, contemptus, opprobria; hæc omnia diligenda sunt, aut saltem æque animo toleranda, ut jure liceat de paupertate gloriari, quæ non ex laboribus corporis, sed ex affectione cordis æstimationem habet: *non enim*, inquit divus Bernardus, *paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor.*

§. 7. *Castitas angelos facit*: *qui eam servavit, angelus est*, *qui eam perdidit diabolus.* Aurea sunt beati patris Ambrosii verba, quæ plurimum, frequenterque a religiosis viris pensanda sunt, ut tam præclara virtus intemerata servetur. Quum enim in terris angelorum personam referre quodammodo debeatis fratres dilectissimi, utpote qui in ministerium salutis animarum missi estis eam præ cæteris colatis virtutem oportet, sine qua neque angeli esse, nec angelorum ministerium exercere poteritis. Quemobrem cuilibet vestrum maximo studio enitendum est, ut ea omnia, tanquam a facie colubri fugiatis, quæ candidissimum hunc virtutum omnium florem vel minimum quidem obscurare queant. *Cum cæteris enim vitiis*, inquit divus Hieronymus, *quis posset resistere, huic tamen non potest nisi per fugam.* Quæ pugnæ ratio, si in aliis ad turpe vitium incitamentis omnino servanda est, potissimum vero in vitandis mulieribus. *Homo, et mulier*, ait idem eximius doctor, *ignis, et palea, et diabolus nunquam sufflare cessat, ut accendatur.* Accenditur autem potissimum per colloquia, ex quibus mutuus primum facile excitatur affectus, tum vehementis

Loquitur de modo castitatis servandæ.

amoris flamma succenditur; unde idem sanctus pater hortabatur: *dum parvus est hostis interfice: scilicet statim ex secunda radix, neque de tua, aut aliena sanctitate fidendum, neque enim aut Davide sanctior, aut Samsone fortior, aut Salomone potes esse sapientior.* Colloquia, inquies, spiritualia sunt, et piæ de rebus cœlestibus collationes. At sufflat diabolus, et vorax ignis, non quidem divinæ charitatis, sed carnalis amoris tandem accendetur. *Spirituales enim*, inquit divus Basilius, *primo charitatis quadam specie illectos, postea in voraginem præcipites deturbavit.* At mulieres, et puellæ ex iis sunt, quæ crucis mortificationem jugiter portant in corpore suo, et Christum toto corde sequuntur. *Nihil refert*, ait angelicus doctor; *nec quia sanctiores fuerint, ideo minus cavendæ; quo enim sanctiores, eo magis alliciunt*: uno verbo, nisi fugam arripias, periisti. Quapropter diligenter videant superiores, ne unquam audiendis fœminarum confessionibus præficiant, nisi quos non solum matura ætas, quæ etiam sine castimonia esse potest, sed morum integritas, vitæ sanctitas, et prudens judicium commendent. Immo vero districte præcipimus superioribus cœnobiorum, ut cum animadvertunt, sacerdotem aliquem nimis esse de mulierum confessionibus excipiendis solicitum, et vehementer cupidum, cum filiabus confessionis frequenter confabulari, eas domi sæpius invisere, easque ad se nimium allicere, ac pœnitentium fœminarum sibi veluti turmam conquirere, nulla interposita mora, eidem potestatem audiendi confessiones mulierum adimant, eumque excipiendis virorum confessionibus addicant, statimque de hàc re certiorem faciant ministrum provincialem, qui idem præceptum confirmet, et quando expedire videat (et facile sæpius expedire videbitur, si omnia rite excutiantur) sacerdotem illum ab eo cœnobio ad aliud transferat, ubi aut confessiones non audiat, aut tantum virorum. Ita autem fieri volumus, et decernimus ad graviora mala vitanda, et ne totum ordinem iniquorum dicteriis turpi labe commaculari contingat. Absit vero, ut religiosus quisque colloquia unquam solus misceat cum mulieribus in cella, seu mansione ad ecclesiam, quo ipsæ ingredi possunt, ostiis clausis, et clavi firmatis: aut testem habeat, aut apertis ostiis inter portam, et portam sic colloquatur, ut a transeuntibus conspici queat. Qui enim contra fecerit, acriter primum a superiore moneatur, deinde, si hoc mandatum violare pergat, severe coram fratribus puniatur: si autem sit superior et bis, terve monitus non pareat, deponatur. Porro sub atrio, seu porticu majoris portæ cœnobii, at pro templo fratres, per otium ne maneant, neque cum fœminis confabulentur, aut assideant; si vero ad portam quandoque colloqui oporteat, id stantes modeste faciant, sintque breves sermones juxta aliud divi Hieronymi *Sermo tuus cum mulieribus sit brevis, et rusticus.* Qui enim frequens fuerit et verbosus, monitusque non resipuerit, ipsi ad bimestre interdicetur porta, ut gravitatem viro religioso convenientem præseferre primum discat, antequam cum sæcularibus colloquatur.

Præter emissa vota etiam colenda est virtus humilitatis qua sine exulat omnis regularis disciplinæ observantia

§. 8. Verum enim vero non satis est ad hanc servandam virtutem, si quævis peccandi pericula declinetis, necesse est enim, ut ea etiam sectemini, venerabiles fratres quæ ad vitium oppositum depellendum, aut prohibendum faciunt, nimirum demissionem animi, orationem, et perfectam regularis disciplinæ observationem. *Qui sine humilitate virtutes congregat*, inquit Gregorius, *quasi in ventum pulverem portat.* Et qui multum laborant, et magnas sine hac virtute res operantur, nihil aliud sunt, nisi nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, quia *nisi quæcumque bene feceris*, ait Augustinus, *humilitas præcesserit, et comitetur, et secuta fuerit, totum extorquet de manu superbia.* Quin immo hæc est divi Thomæ sententia, sanctorum patrum oraculis confirmata, qui demissionem animi non sectetur, castum esse non posse. Superiores ergo ne temere oculos avertant a fratribus qui in vanitate sua gloriantur, nec jactare desinunt propria studia, doctrinam, pietatem, labores, prædicationes, dignitates, existimationem, qui *arguente nullo*, ut inquit divus Gregorius, *peccatores se confitentur; quum vero de culpa fuerint correpti, defensionis patrocinium quærunt ne peccatores videantur*; qui sancti, et perfecti audire malunt, quam esse, iis, inquam, attendant, nec eorum aliquem e conspectu suo amittant, et raro admodum e cœnobio egredi sinant, nec unquam sine socio probatæ virtutis; aut enim isti mortifera hac labe inquinati sunt, aut quam primum certo inficientur. Isti autem tumidi, et elati sacerdotes nunquam ad dignitates, aut officia evehan-

tur, quia facilius seipsos perdent, et cæteros. Idem ferme de iis esto judicium, qui regularis disciplinæ observantiam aut contemnunt, aut negligunt; qui, ut scribit divus Cæsarius, *ad relinquendos dulces affectus fortissimi fuerunt, et nunc ad declinandas negligentias infirmi sunt*; qui quoties agitur de oblectamentis, ludis, deambulationibus prompti sunt, quoties sermo est de choro, de sacra lectione, de pia meditatione, desides, et fastidiosi, qui frequenter emendicatis rationibus vagantur, et quadragesimale tempus appetunt, ut e cœnobio egressi a regulari disciplina soluti liberius vivant; isti nec seraphici patris institutum noverunt, nec spiritum Christi habent, immo vero maledicto proximi sunt, quia scriptum est; *maledictus homo qui facit opus Dei negligenter*. Hujus autem naturæ homines pseudoreligiosi, non in missionum domibus, non in parvis cœnobiis collocandi sunt, ubi facile genio indulgeant suo, et evagentur quo libuerit, sed in uno, alterove Taurini cœnobio, ubi provinciæ patres residere decet, qui eos contineant, corrigant, puniant jussos abstinere a concionibus, ne ulli locum offensionis præbeant, utque viam proprii instituti a qua erraverunt, ingressi, a diaboli laqueis resipiscant. Hoc prudentiæ leges suadent, hoc charitas postulat, idque in posterum a ministris provincialibus fieri volumus, et jubemus.

Ut religiosi vigilent in oratione hortatur, et præsertim in meditatione.

§. 9. In primis autem hortamur vos, fratres carissimi, ut semper vigiletis in orationibus, atque in ea potissimum, quæ meditatio appellatur; *hac enim*, inquit divus Laurentius Justiniani, *fugatur tentatio, abscedit tristitia, virtus reparatur, excitatur fervor, et divini amoris flamma succrescit*. Hæc est lucerna, qua mens nostra illustratur, ignis quo cor nostrum calet in Deum, cibus, quo anima nostra nutritur; uno verbo: *consideratio*, ait divus Bernardus, *regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus; accedite igitur ad eam fratres, et illuminamini: sine intermissione orate, atque optima erit vitæ vestræ ratio, et cumulata virtus*. Hinc prudenti patrum vestrorum decreto olim sancitum fuit, ut omnes, et singuli ordinis vestri fratres quotidie statuto tempore, mane, et vespere duabus sejunctim horis orarent. Apposite id quidem. *Nam mane, et vespere* tempus *orationis opportunum*, ait s. Isidorus. At sive mane, sive vespere integra hora insumenda est, non duæ, tresve solum horæ partes; hoc tempus in rerum æternarum meditatione insumendum, non in benedictione sanctissimi Sacramenti, aut in canticis, aut in aliis functionibus. Quapropter mandamus, ut sive mane, sive vespere per integram horam, ut a constitutionibus præscriptum est, fratres orent, et meditentur, neque hæc orandi ratio aliis unquam etsi piis, et sacris functionibus interrumpatur, nec liceat superiori cum tota communitate de præscripta meditatione dispensare, cum singulis vero fratribus super hac re caute etiam agat superior; raro enim rationes justæ sunt, cur aliquis ab orando dispensetur. Potest quis dicere: Non possum jejunare: non possum nocte surgere, ad psallendum. Numquid dicere poterit: non possum corde, et mente ferri in Deum ejusque colere majestatem? Norunt, qui vere spirituales sunt, quid sibi velit regius psaltes: *Benedicam Domino in omni tempore: in omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino*. Quum vero fieri debet sanctissimi Sacramenti expositio, et populo benedicendum, id fiat, aut mane post missam conventualem, aut, si lubeat, etiam vespere, sed sive ante completorium, seu post integram orationis horam, aut antequam hæc incipiat. Hæc autem sanctissimi Sacramenti expositio semper, et in quavis ecclesia vestri ordinis, ut ad aram majorem, ubi idem servatur, fiat præcipimus, non autem ad altaria lateralia. Neque vero tempore orationis a sacerdotibus familiæ missa non celebretur, sed omnes simul orent, ut præscriptum est etiam laicis, quibus potissimum a superioribus meditatio etiam atque etiam commendanda est, non eb ea lege solvendi, ne laici quidem. Fratres autem qui communi orationi per oscitantiam non interfuerint, pœnas negligentiæ convenientes a superiore infligendas luant. Si vero superior, aut ipse sine justa causa sæpe abfuerit, aut quæ a nobis præscripta sunt non servaverit, officio statim privetur; neque enim spiritu Dei agitur, qui negligit orationem. Credite nobis dilectissimi fratres: si orationis fervor tepescit, paulatim religiosorum pietas, et studium minuetur, sanctumque ruet institutum. *Religiosus enim*, perbelle aiebat divus Philippus Nerius, *religiosus sine oratione, est religiosus, seu potius animal sine ratione*; quumque homo negligit per orationem erigi super se, per turpia crimina, permittente Deo, deprimitur infra se. Mementote igitur, fratres, verborum di-

vi Gregorii: *vult Deus rogari*, *vult cogi*, *vult quadam importunitate vinci*, ut semper oretis, et ab orando nunquam desistatis; sed mementote simul verborum divi Bernardi: *silentium*, *et a strepitu quies cogit cœlestia meditari*, ut præclarum justitiæ cultorem silentium semper diligatis, et exacte servetis: *Ab omni enim forinsecus strepitu*, *ab omni rerum humanarum tumultu abscedat necesse est*, *qui vult cogitare dies æternos*, inquit s. Augustinus. Severe igitur custodiatur silentium in choro, in sacrario, in triclinio, in dormitorio, et loquaces fratres superior moneat, corrigat, et ubi opus fuerit coram omnibus puniat, ut discant ipsi, discant cæteri loquacitatem odisse, et amare silentium, quod integerrimus est solitudinis, pacis, et charitatis custos, quo sublato charitas aliquando detractione violatur, pax contentionibus turbatur, et cœnobium tumultus est, non solitudo. Quare superior raro admodum cum fratribus de silentio in triclinio, et dormitorio dispenset, sitque ipse rigidissimus silentii cultor, si veræ in Deum pietatis, sanctæque cœnobitarum vitæ velit esse studiosus: sæpius enim solvere a silentii lege, idem est, ac regularem disciplinam sensim disperdere, et cœnobium dissentionibus, et perturbationibus implere.

Quomodo in choro recitationi divini officii sit incumbendum præfinitur.

§. 10. Quod hactenus de meditatione diximus, idem ferme de divini officii in choro recitatione dicatur, quod aliud est etiam orandi genus Deo O. M. acceptissimum. Atque ad id muneris plurimum diligentes esse oportet religiosos, quod ipsos facit almæ Syonis æmulos beatorum videlicet spirituum, qui divinas laudes in cælesti urbe Hierusalem in æternum canunt. Prompte igitur omnes, et singuli dato æris campani signo accedant, modeste intersint, graviter psallant, et pie interim, quæ psallunt meditentur; sit una omnium vox, et quidem consona vox, sit una in tempore pausa, sitque omnium unus spiritus, unum cor, unaque mens in misericordem Deum, et exaudiat; sicque in divini officii recitatione ritus vetus, et modus constanter servetur, ut qui vos audiunt fideles compungantur, et corde ferantur in Deum. Atque ob id plurimum memorare juvabit, tum ex constitutionibus, tum ex antiquissima consuetudine, vobis non esse in choro, aut in ecclesia canendum, sed ita modulandæ voces, ut non cantus, sed gemitus potius videatur, qui aptissimus est ad fervorem tum in vobis, tum in eorum, qui adsunt, animis excitandum. Quamobrem non solum præcipimus, ut hic orandi modus constanter in tota provincia servetur, sed vetamus insuper, ne unquam quavis ratione, aut prætextu spirituales hymni, aut responsoria, aut litaniæ, aut orationes, aut quid tandem aliud in choro, aut ecclesiis vestris canatis. Etsi forte in aliquo cœnobio occasione potissimum benedictionis cum SS. Sagramento aliter consuetudo tulerit, eam abrogamus, et veram consuetudinem non esse, sed malum usum dicimus, et declaramus. Si quis vero superior huic decreto non parcat, aut aliter quam præceptum est in propria ecclesia fieri patiatur, officio suo statim privetur.

De celebratione missæ, et tempore in ea impendendo, sub pœna quoque suspensionis a divinis.

§. 11. Addendum aliquid de excellentissimo orationis genere, nempe de sacrosancto missæ sacrificio. Atque illud in primis repetimus, quod a sanctis pontificibus sæpius, quod ex generalibus totius ordinis decretis frequentissime inculcatum fuit, eos nimirum sacerdotes esse puniendos, qui tertiam saltem horæ partem in missæ sagrificio persolvendo non impenderint. Itaque cœnobii rector si talem habeat sacerdotem, humaniter primum moneat, tum publica multet pœnitentia, ac demum, si in rectam semitam ipse non redeat, ministrum provincialem datis literis moneat, qui sacerdotem statim ad tempus a divinis suspendat, jubeatque ipsum per aliquot dies spiritualibus exercitationibus vacare, ut discat quam sancte, et quanto cum pavore hoc divinum opus faciendum sit. Ita se gerere debet provincialis, Deo O. M. graves sane pœnas daturus, si contra faciat. Anne enim tam sanctum, et terribile sacrificium oscitanter et perfunctoric offerendum est, aut tam familiaris cum Deo necessitudo contemnenda, et quidem a sacerdote austerioris instituti, sanctiorisque vitæ sectatore? *Non enim habet*, inquit sapiens, *amaritudinem conversatio illius*, *nec tædium convinctus illius*, *sed lætitiam*, *et gaudium*. Missa conventualis quotidie, et quidem statuto tempore ad majorem aram celebranda nunquam omittatur, et de more pro benefactoribus applicetur. In solemnioribus anni festis eam celebret cœnobii prælatus, aliis vero diebus hebdomadarius sacerdos: atque huic sacro clericus cotta indutus assistat. Antiqua ordinis vestri consuetudo, quæ etiam universalis Ecclesiæ ritu præscribitur accendendi in qualibet missa ce-

reum post præfationem, qui super candelabro prope altare ardeat usque ad consumationem, ennstanter servetur, et ubi non vigeet hæe eonsuetudo, inducatur. In iis vero cœnobiis in quibus longo usu aliquis sacerdotum ultimam missam serius ad populi commodum maxime diebus festis celebrare consuevit, pergite id facera, ut vitentur dicteria, et ne minuatur fidelium amor erga ordinem vestrum, aut populus hac facilitate operandi bonum privatur. Summatim, agnoseite, fratres, ante Deum infirmitatem vastram; assidue, et studiose precamini divinem elementiam: servate regulam, constitutiones, decreta; regularem disciplinam diligite, et faeite; atque vitæ vastræ sanctitas, at morum castimonia talis erit, quæ omnibus non dicam fidelibus, sed religiosis viris proponenda erit tamquam oorma pie, sancteque vivendi. Quod quidem facilius etiam assequemini, si quot annis, ut præscrlptum est, aut pia ssltem et diutarna consuatudine inductum, quilibat religiosus spiritualibus axercitationibus per dies aliquot vacet, ut renovetur spiritu, magisque divino igne incalescat, ac discat eam solitudinam ardentius amare, *in qua*, ut divus Hieronymus loquitur, *Deus cum suis familiariter loquitur, et conversatur*, quamque ipse ad Bellehemitum antrum scribens ad amicum suum, in terria paradisum eppellabat, *solitudo mihi paradisus est*, quam nisi eontituo religiosus sectetur, at diligat, habitu quidem monechus, aut cœnobita habebitur, spiritu autem oon erit. Atque de hac ra attentos cupimus superiores, ut diligenter sacerdotas observent, qui sæpius spirituales exereitationas negligunt, aut parvipendunt, ne eos unqnam cœnobiis præficiant, aut alia ipsis officia conferant, aut excipiendi confessiones, et coneionandi facultatem feciant, cum prudens timor subsit, ne ipsi aut tepidi sint, aut exprasse pietatis callidi simulatoras potius, quam sinceri cultores.

De delectu superiorum, et distributione officiorum in provincia.

§. 12. Sad tempus est, ut qoæ totius provinciæ, et cœnobiorum regimen proprius attingunt, dispiciamus. Antequam varo singula persequamur, in caput, et fundamentum inquiramus, delectum vidalieet superiorum, et offieiorum in provineia distributionam. Principio antem ingenium, seu spiritum nt vncant, nationnm in deleetu habendn tanquam perniciosum inventum, pancis tantum abhinc lustris invectum, rejieimus, proscribimus, amandamus, quod brevl totam provinciam at si optimem, sanetisque viris fœcundam vastare queat, aut perturbare. Quid enim vero? Hujus, alteriusva nationis octo, quindeoim puta, aut plures præsides, seu, ut vocant, guardiani præficieodi sunt, totidomqua vicarii? Fac eos in eadem netione desiderari: ex alia natione eligentur? minime sene. Jos ecqnisitum natio habat, tot eligendi sunt, et quidem eliguntur. Qnid varo tum? Præfieiuntur inepti, et quandoque atiam ambitiosi qui prudentiæ leges ignorant, justitiæ, et charitatis jura violant, statimque in cœnobiis dissensiones oriuntur, tepascit pietas, regularis disciplina minuitur, omniaque brevi permiscentur. Utrum vero natio, patria, nomen, meritum præbent, an potius virtus, doetrina, pietas, sanctimonia dignos faciunt, qui præficiantur? Quid cum Cappuccinis natio, aut patria qui ne familiæ quidem nomine nuncupantur? Post sariam rarum omnium meditationem provinciam in varias custodiae secernere non audemus, veriti, ne hinc in partes, at factionas discessio invehatur; munere vero, et officia secundum nationum variatatem potius, quam ex meritis distribui in posterum patiemur? Absit. Immo vero melum hunc usum perinde ac si minime invectum forat, habemus, eumque prorsus repellimus, at damnamus. Si vero quis provincialis, aut definitor, eut definitorum etiam collagium illum iterum invahere, aut permittera, aut etiam factitare ad eludendam legem ausus fuerit, eum statim officio, et dignitata privatum dicimus, et ineptum perpetuo ad qoodvis in provincia munus obeundum, simulque declaramus ad annum in quodpiam cœnobium conjectum arbitrio definitionis puniendum. Cæterum aos in posterum præfici volumus provinciæ, at cœnobiis, quos axpressa piatas, morum castimonia, sana doetrina, prudens judicium, vera charitas, atque intemerata justitia commendent, etiamsi lectores non fuerint, aut non sint concionatoras. Nihil anim in posterum, ut jubemus, aditum aperiet ad dignitates, quem sincera virtus, et spiritus seraphicus, nihilque excludet, nisi ignorantia, morum pravitas, dignitatum ambitus, at spiritus proprii status defectus. Neque enim seraphici patris mens unquam fuit, aut institutum, ut qui concionatoris nihil habent, nisi purum nomen, iis præficiantur; qui vero hoe nomine non gaudent, habeant autem omnes perfecti religiosi

characteres repellantur. Excludatur igitur ambitio, abigatur ingenium ostiosum, studium partium destruatur in superiorum delectu, tumque distributivæ justitiæ leges facilius servabuntur; iique sane præficientur superiores, quibus præsidibus institutum florebit, et provincia clarescet; non desunt enim in florente hac provincia integerrimi viri ad regimen aptissimi, sed latent, et ideo forte, quia sibi ipsi student, amantque nesciri, atque ideo præferendi, quia spiritu Dei aguntur, et sunt filii Dei.

De onere eligendi sacerdotes digniores, qui tamen nullum gradum, vel prærogativam assumpsisse præsumant, sed solam diligant virtutem, doctrinam, et sanctitatem.

§. 13. His ita constitutis, in ea spe sumus, fore, ut nemo ea sit ambiturus officia, ex quibus veluti gradibus olim ad majores dignitates certæ ascensiones disponebantur, quum decretum sit concionatoris, lectoris, aut definitoris officia nullum statuere gradum, aut præbere meritum ad dignitates, sed solam virtutem, doctrinam et sanctitatem. Hac sententia firmati, et hoc nostro decreto parentes quotquot jure, aut consuetudine ad capitula vocantur, eos eligant sacerdotes, quos digniores, omnibus prudenter perpensis coram Deo existimaverint. Porro capitulum provinciale juxta legem, et consuetudinem hujus provinciæ quolibet triennio cogendum est, atque hic mos constanter servandus. At antiqua consuetudo, eaque optima, et sancta congregationis intermediæ, ut appellabant, quæ medio quovis triennio convocabatur, quæque, quo facto nescimus abrogata fuit, restituenda. Quare præcipimus ut quolibet medio triennio, ut olim convocabatur, et agebatur, hæc congregatio, ita in posterum fiat, in eaque jus, fasque sit provinciali, et definitoribus non solum cœnobiorum præsides ex uno, ad aliud mittendi, sed eos etiam officio privandi, quos aut ineptos, aut negligentes, aut perniciosos deprehenderint. Tum vero etiam, si quando contingat, quod avertat Deus, provincialem, aut definitorum aliquos graviter officio suo deesse, aut aliquid in provinciæ damnum peregisse in eadem congregatione deponi, aliosque suffici facile patimur. Accuratius forte, et rectius provinciæ, et cœnobiorum res administrabuntur. Itaque, tam ad capitulum provinciale, quam ad intermediam congregationem statutis temporibus vocales omnes intersint, qui nimirum jure, consuetudine, aut privilegio ad provinciale capitulum convenire hactenus consueverunt.

Quid superiores, quid ceteri cœnobitæ præstare teneantur describitur.

§. 14. Jam vero de superioribus provinciæ, et cœnobiorum singiliatim dicturi, unumquemque in primis Spiritus Sancti verbis vehementer monemus: *Noli quærere fieri judex nisi potestate valeas irrumpere iniquitatem: ne forte extimeas faciem potentis, et ponas scandalum in æquitate tua ..... Noli esse pusillanimis in animo tuo.* Mementote igitur quotquot superiores estis, vobis constanter sectandam esse prudentiam, æquitatem, charitatem, ut prælati, judicis, et patris munera rite exercere valeatis, vitia extirpare, et fovere virtutes. Provincialis, quemadmodum primus est in provincia superior, ita virtute, et sanctitate debet esse præcipuus. In primo, et digniore provinciæ cœnobio scilicet montis Taurini resideat, ut ibi tamquam ex eminentiore specula facilius possit tot provinciæ prospicere. Universa cœnobia statuto tempore et ratione solicite, diligenterque parlustret, atque ita in hoc præcipuo provincialis munere se gerat, ut hæc visitatio non solatium, aut deambulatio dicatur, sed solicita peramantis pastoris totius gregis sui, et provida perlustratio. Scilicet propriis pedibus, non æquo, aut rheda, aut cisio incedat; munuscula a superioribus, aut subditis ne accipiat, exemplo præeat admonitione confirmet; diu, noctuque choro, et communi orationi intersit, nisi prima fortasse adventus nocte, ut paullulum ab itinere quiescat; demissiora officia, quæ a familiæ fratribus exerceri solent, prior ipse faciat, multa fratrum turba, aut in civitatibus ambulans, aut de cœnobio, in cœnobium immigrans se stipari ne sinat; communi mensæ, ut amantis patris est cum filiis suis assideat, gaudeatque cibum suum, et potum cum filiis distribuere, et communicare. Apage vero quemlibet mensæ apparatum, aut delicatos cibos, aut extranea vina, aut exquisitos liquores; neque id enim aut instituti paupertas sinit, aut pastoris gregem suum visitantis officium, seu dignitas patitur. Et si quid a benevolis eo tempore offeratur, ipse cum tota familia sumat, pieque simul lætetur. Delectum quidem rerum, et personarum probamus, sed nimietatem, et excellentiam damnamus. Diligenter consideret, quæ ad Dei cultum, templique nitorem faciunt, et quæ potissimum ad sacrificii eucharistici celebrationem sunt necessaria; dispiciat, utrum tabernacula serico albo intus vestita, et argentea clavi, aut saltem auricalcea, aut ex ferro deaurato obfirmata; utrum exponantur sanctorum reliquiæ nullo epi-

scoporum sigillo, aut testimonio munitæ, et an in decenti loco tuto, clauso, serico, aut panno rubro intus vestito, et a cæteris usibus sejuncto eaedem asserventur; utrum loculus, ubi sanctum oleum custoditur, serico, aut panno violaceo ornatus sit, et ostiolo sera, et clavi munito occlusus, cum necessaria inscriptione. Hæc, aliaque hujusmodi ad sacras functiones rite obeundas, et ad domus Dei decorem pertinentia diligenter observet, et ubi quid deficere animadverterit, opportuna decreta conficiat, quemadmodum nos muuere nostro fungentes huc apostolicæ visitationis decreto, ubi eliquid ex laudatis rebus desit, fieri quamprimum modo superius memorato decernimus, et mandamus. Attente, visitet fratrum cellas, et si quid contra paupertatem inveniat, statim amoveri jubeat: videat valetudinarii sacellum, utrum decenter instructum sit, et in sæparato loco juxta summorum pontificum sanctiones, an vero in aliquo cubiculo, aut bibliotheca, quod permitti nequit, et nos juxta decreta districte etiam prohibuimus, et prohibemus. Omnes simul filios suaviter fortiterque adloquatur, ut ad regularis disciplinæ, et veræ pietatis amorem inflammet, singulos humaniter auscultet, et ad effundendum cor paterna charitate alliciat: jubeat quidam omnes ea aperire, quæ emendatione indigent, aut correctione; at ipsum secretum servet, et quum aliquid decernendum, numquam nomina eorum qui res tradiderunt, revelet, aliter enim non emandatio, sed dissidia orientur, et a manifestando subditi merito alienabuntur. Cuncta audiat, excipiat, at omni spiritui nimis facile non credat. Numquam reos damnet, nisi convinctos ne pro sonte justus forte aliquando plectatur. Inulta crimina ne relinquat, præmiis donet virtutes. Studio partium nunquam agatur, sed omnes æque diligat, atque uti filios suscipiat. Omne studium, at operam ponat, ut quæ per generalia ordinis decreta constituuntur ad instituti bonum, ea perfecte, et adamussim serventur, serretque ipse primus. In præficiendis sacerdotibus, qui fratrum confessiones excipiant, videat, ne antiquitatem professionis doctrinæ, at sanctitati præferat; si enim in ministris sana doctrina, et pietas desit, parum plerumque in pœnitentibus emendationis habebitur. Sibi autem reservatos casus nunquam nisi doctioribus, et ferventioribus concedat. Præter sacerdotam a secretis, qui nequeat unquam aliquid de regimine privatis fratribus detegere, jure jurando etiam, si oporteat, obstrictus, alium sibi etiam habeat provincialis socium; at sciat plurimum decere ad tricas vitandas hunc sacerdotem esse, et quidem probatæ virtutis et prudentiæ, non laicum. Quum acta criminalia conficienda erunt, si judicii formam nesciat, quam ipsi, et fratribus ignorare licet impune, idoneum sacerdotem etiam sæcularem adsciscat, qui ea, ut judicii leges postulant, conficiat, ne aut gravetur reus, aut crimina minime, seu non convenienter puniantur. Atque hæc res magni quidem momenti est, ideoque satius, si quis extraneus, qui de secreto servando etiam jurejurando obstringi potest, fratrum delicta noverit, quam aut innocens opprimatur, aut graviorum criminum reus cum bonorum offensione, et forte etiam cum totius ordinis infamia dimittatur inultus. Volumus autem, ut provincialis ante congregationem intermediam toti definitioni rationem reddat de missarum eleemosynis, et de lanificio. Quamquam ad istud, quod attinet satius foerit, si hoc negotium, quod sane molestissimum est, a se amoveat, ne a provinciæ moderatione abstrahatur, illudque committat probato religioso sacerdoti, qui id operis exacte faciat, ipsique quotannis, et definitoribus reddat hujus rei admnistrationis rationem; atque ut ita fiat hortatores sumus, nec sane fallimur. Completo autem triennio provincialis nullis omnino gaudeat supra cæteros privilegiis, nisi eo, quod ipsi facimus, quod sibi maluerit cœnobium eligendi, ut iis quæ ipsi e generalibus totius ordinis consuetudinibus conceduntur. Nam cætera omnia rejicimus, et abrogamus tamquam dignitatum contentiones, at ambitionem alentia, voluntariæ animi demissioni, et charitati inimica. Hæc sunt præcipua ministri provincialis munia, quæ si exacte obeat, fidelis dispensator habebitur; si vero negligat, terribile sibi parat judicium, eritque propterea in congregatione intermedia tam gravi onere humeris suis impari sublevandus.

De definitoribus provinciæ eorum officio, et onere residendi in cœnobio principali, ut corpus cum provinciali constituant.

§. 15. Definitores provinciæ patres appellantur, et una cum provinciali ministro totius provinciæ veluti sanatum constituunt, ab iisque lites omnes, causæ, et negotia ad universam provinciam spectantia finienda sunt, resque omnes rite, prudanterque stabiliendæ. At qui, quidve definiant, huc, illuc dispersi, aut quid judicent cœnobiis regendis præfecti? Negotia urgent? Absen-

tos sunt. De cœnobiis res est, quibus ipsi præsunt? Rei simul agent, et judicis partes. Porro utrumque absurdum. Itaque constituimus tamquam principii loco, ut definitores in majore provinciæ cœnobio, ubi sedes provincialis constituta est, continuo resideant, unumque simul cum provinciali corpus efficiant. Tum semel, aut bis in hebdomade simul cum provinciali conveniant de provinciæ negotiis, et de rebus fratrum acturi. Diligenter sæpius indolem, moresque religiosorum scrutentur, ut opportune provideant, quodque vitent prospiciant. Omnem autem solicitudinem præcipue in familiarum distributione collocent. Raro cœnobiis superiores patrios præficiant. Sacerdotes in cœnobiis propriæ patriæ plus quam duos ne assignent: curent, ut familiæ ad mutuam in provinciæ charitatem fovendam ex variarum nationum religiosis, quoad fieri poterit semper compositæ sint; ad cœnobia in vallibus, aut ad montes extructa operarios aptiores, et fideles mysteriorum Dei dispensatores mittant, et quidem robustiores, ut parochos, et populos in excipiendis confessionibus, et verbo divino ministrando juvare queant. Meminerint distributivæ justitiæ leges, ordinis decus, regularis disciplinæ observantiam, et spirituale fidelium bonum postulare, ut nec omnes simul infirmi, et inepti, nec omnes una idonei, et valentes singillatim in cœnobiis collocentur, sed ita commisceantur, ut nonnullorum infirmitas cæterorum virtute, ac valetudine sustentata recreetur. In cœnobiis quibus emeriti lectores præsunt pauci ex iis, qui ipsis doctoribus didicerunt, collocentur. Dies dicant singulis eonis, quibus periculum facient, qui ad studium mittendi sunt, quique concionandi, aut confessiones excipiendi facultatem petunt. Ad studium non admittantur, nisi qui aut dubiam mediocris saltem profectus spem præbeant: ad excipiendas confessiones, et ad prædicandum Dei verbum non adprobentur, nisi, qui abbundantem sanæ doctrinæ, et morum castimoniæ suppellectilem præseferant. Confessionibus mulierum non destinentur, nisi sanctiores, et prudentiores. In designandis concionatoribus, non solum videant quid quisque valeat, sed qui etiam prædicandi locus uni magis quam alteri conveniat; qui enim ad prædicendum verbum Dei in florentissima civitate erit aptissimus, si in pagum mittatur in ventos verba dabit, et vicissim: attamen hac in re multum, et sæpe falluntur, ut nos ipsos non raro omnium rerum magister usus edocuit. Sacerdotes qui quadragesimale præceptum servare nequeunt, aut quorum vitæ cautius consulendum est, ne prædicere sinant, dum robustiores fiant, si mores suspecti, ne iis quidem liceat, dispensare verbum Dei, nisi certa constiterit emendatio. Concionatoribus novii assignentur maximæ probitatis et regularis disciplinæ amantissimi, ne quadragesimales labores plurimum pietati aut instituto officiant. Hæc, aliaque hujusmodi sunt, quæ ad uberius totius provinciæ bonum a provinciali una simul cum definitoribus decerni volumus. Familiis vero, ut diximus, constitutis, ne provincialis solus, nisi occasione visitationis fratres de uno, ad aliud cœnobium permutare possit, prohibemus, donec rationes quæ graves esse debeat, toti definitioni innotescant, et probentur. Frequens enim et nimis facilis religiosorum permutatio aliquam ingerere potest suspicionem, et obloquendi plurimis occasionem præbere. Completo autem definitionis tempore, redeant ad locum suum, qui ipsis debetur juxte professionis antiquitatem, quod olim a Clemente IX constitutum fuit, nullisque aliis privilegiis gaudeant, aut consuetudinibus, nisi quæ penes totum ordinem vim obtinent.

§. 16. Præsides cœnobiorum, seu guardiani ii, ut jam diximus præficiendi, qui etsi concionatores non sunt, cæteris tamen prudentia, et sanctitate præcellunt. Qui enim cum Deo ambulant, tenebres nesciunt, et superno lumine illustrati, ac divina ope adjuti, cuncta recte moderantur, et in charitate ambulantes, omnia juxta ordinem facere rite noverunt, servantque unitatis vinculum, quod vere sanctitatis initium est, et perfectio. Primo summa ipsis vigilantia opus est, ut regularis disciplina servetur, nec unquam ab eadem, nisi gravi causa cum familia dispensent, sintque ipsi primi eiusdem custodes, et cultores. Videant tamen ne dum in subditos vigilare satagunt, eos reculis abtundent, sicque a proprii status, et instituti amore retrahent. Pigros religiosos excitent, audaces cohibeant, insolentes domi contineant, nec agredi, nisi aut secum, aut cum senioribus probatis viris, et quidem raro patiantur. Arguant, obsecrent, increpent, et cum expedierit, corrigent, et puniant. Meminerint tamen leniter potius, quam minaciter religiosos esse tentandos, etsi aliquando superiori irescen- De electione, et munere præsidum cœnobiorum.

dum: quia, ut inquit Gregorius, *si ira non fuerit, nec virtutes stant, nec vitia campescuntur*. Quo autem ferventiores sint religiosi, sanctiusque cœnobia regentur, præcipimus ut superior samel in mense fratres omnes in triclinium congregatos, aut in ecclesiam januis clausis, statuta hora, brevi sermone de rebus ed perfectam religiosarum virtutem, et ad proprium institutum spectantibus adloquatur, et quavis hebdomada semel saltem moralem collationem hebeat, cui omnes sacerdotes intersint, nec ullus absit, nisi venia impetrata, et justa de causa. Atque hoc modo ferventiores spiritu, et rerum moralium studio magis intenti erunt religiosi, cuncta in pace facilius componeita, et florentes familiæ. Fratribus laicis singulis diebus festis, aut saltem dominicis christianæ doctrinæ explanationem, non quadragesimales concionnes superior tradat cui interesso jubeat clericos, tertiarios, et famulos: aut seltem aliquem sacerdotem doctum, et probum ad id muneris præficiat. Si autem super his rebus superior ed mensem negligens fuerit, severe a provinciali corripietur: si ed bimestre publice pœnitentia multetur, si ad tres manses, depnnatur. Maxima vero ipsi opera ponenda est in spirituali clericorum educstione: ipsos frequanter alloquatur, soletur, dirigat, moneat, corrigat, et quotidie, ut præscriptum est, cum ipsis consuetas fundat preces, et epiritualem collationem habeat. Si autem contra faciat, eodem modo, et pœna quam suparius diximus a ministro provinciali puniatur, qua de re ejus conscientiam graviter oneramus. Si enim passim religiosorum juvenum educatio negligatur, brevi ineptorum sacerdotum plena erit provincie, et ruet. Fratres sine socio e cœnobio egredi, nisi gravis urgeet necessitas, ne unquam patietur: curet, ut quæ officia aliquando a concionatoribus, et confessariis propter munus suum perfici nequeunt a simplicibus sacerdotibus impleantur. Honestam enimi relaxationem aliquando fretribus familiæ permittat, ne sibi eamdem extra cœnobium præter modum requirant: alea tamen, taxillis, majore pile, aliisque ludibus, quibus clericis interdictum est, nunquam eos ludere patiatur. Raro ipse e cœnobio exeet, ne sæpius egredi subditi petant, potissimum primsurus, mamor sententiæ divi Hieronymi, *facile ille contemnitur, qui sæpius invitatus ad prandium ire non recusat*. Opera servilia festis diebus, etiam pro ecclesia, aut cœnobio, ne fiant, nisi impetrata prius ab Ordinario loci facultate. Decreta pontificia, generalia, et provincielie severe custodiat, et faciet, ut ab aliis diligentar serventur; si minus e gradu excidet. Exules, desertores, et maleficos intra cœnobii claustra ne recipiet, nec fraudulentas legum contemptiones, aut freudationes unquam obtegat. Missarum, et eleamosynarum catalogum in præscriptis libris diligenter conficiat, in congregatione, et capitulo exhibendum, quem si non exectum, aut confusum, aut implexum provinciæ petres repererint, aut sine totius familiæ testimonio, unde aliquid liceat suspicari, officio supariorem privent; et puniant. Decernimus etiam, ut quilibet cœnobii præses singulis mensibus suæ edministretionis duobus sacerdotibus ad id speciatim a familia semel quolibet triennio destinandis rationam reddere teneatur ad suspiciones omnes vitandas, et ne nequem bone paupertati male, aut non exacte administrari contingat. Volumus etiam, ut quotiescumque multum restaurare expedit ecclesiæ eut cœnobii constructionem, superior sine familiæ consensu nihil faciat, ei vero fabrica ampliande sit, aut reformande, aut expensa gravis facienda id nunquam fiat sine licentia provincielis, et definitorum, qui neque permittant, nisi habito peritorum consilio. Hortamur postremo, et in visceribus Christi obsecramus superiores omnes, ut adversus infirmos e morbo recentes, et valetudinarios præbeant se benignos, et misericardes, curentque, ut nihil eis desit, ex quo convalescere, eut sanitati restitui possint, quod eos amaritudine eppressos solari queat, memores æternæ meladictionis quam divinus judex minetus est, *infirmus eram, et non visitastis me*. Quamobrem mandemue ut quilibet superior, præter coquum qui ad infirmorum curem in cœnobio destinetus est, sacerdotem præstituat, qui ægrorum curetor sit, cuique onus incumbat eos, prout necessitas eut charitas postulaverit juvandi, atque de hac re multum solicitos optemue provinciæ petres, ne religiosi animi cruciatibus, et corporis efflictetionibus, nimium vexati, miserrime pareant: ideoqua quantum in Domino possumus, ipsos hortamur, ut quamprimum præter valetudinarium, quod in majore Taurini cœnobio extructum est, ubi infirmi perdiligenter curantur, aliud præstitui curant in aliquo salubri, et aperto cœlo

sito cœnobio montem Regalem, aut Cuneum versus, quo omnes cœnobiorum ad eam plagam extructorum infirmi commode deportari possint. Uno enim hoc modo infirmi, et valetudinarii religiosi, ut charitatis, et naturæ leges exigunt, curari poterunt. Atque hæc ad præsides cœnobiorum dicta sufficiant, et quidem si adamussim serventur, optima ad prudentem, et piam cœnobiorum administrationem, haud fallimur.

De vicariis, eorumque officio

§. 17. Nunc pauca de vicariis; quod quidem munus maximi momenti est. Non enim toti familiæ dumtaxat eum præsida vicarius præest, sed ipsi etiam superiori a consiliis quodammodo esse debet, cum eoque cœnobii curam, et onus partiri; cumque propterea decet esse maturitate judicii, multaque probitate, et animi fortitudine præditum, ut rite consulere, exemplo præesse, et ubi opus fuerit, vitia curare, et corrigere queat. Quare a cœnobio in primis ne longe abscedat quando abest superior. Immo vero præcipimus, ut quadragesimali tempore in cœnobiis, aut superior, aut vicarius maneat, ac propterea adscititium vicarii quadragesimalis munus tollimus, et reprobamus. Aut alternatim maneant, aut prout satius provinciæ patres judicaverint, sed unus, aut alter adsit, qui proprio jure, et auctoritate cœnobium, et familiam moderetur. Vicarius igitur eligatur vir maturus, at probus, et regularis disciplinæ tenax, qui etsi adversus superiorem observantiam non exuat, valeat tamen ipsum data occasione docere, monere, adhortari, ut omnia quæ ad cœnobium pertinent secundum leges, et consuetudines fiant, recteque regantur. Atque ob id necesse est, ut amborum una sit mens, atque una voluntas, ne divisiones in totum familiam, studiaque partium facile induantur. Tantum igitur abest, ut qui vicarii munus bene, prudenterque dato tempore exercuerunt, in superiores amplius eligi nequeant, quin potius nos dicimus præ cæteris eligendos, qui in vicarii officio se bene gesserunt, et in regendi arte se esse idoneos indubium testimonium dederunt.

Magistri tyronum seu novitiorum ii tantum eligendi, qui excellentiore sanctitate in provincia præfulgent.

§. 18. Qui excellentiore sanctitate in provincia præfulgent sacerdotes, ii tyronum, seu novitiorum magistri designandi sunt. Sunt enim religiosæ vineæ veluti cultores, qui tenellas plantas studio, et diligentia alunt, promovent, regunt, ut centuplum fructum afferant in tempore suo; væ enim, si juvanum ad institutum venientium educatio negligatur; aut sane sanctam vocationem, qua vocati sunt, non sequentur, aut plerumque mali erunt. Videant ergo provinciæ patres, quanti hæc electio habenda sit, nec nisi post multas preces, et accuratam disquisitionem esse faciendam intelligant; multumque adlaborent, ut cœnobia novitiatus sanctioribus religiosis domicilium sit, iisque solum, qui regularem disciplinam exacte, et vehementer servatam cupiant, ne tepida aliquorum vitia, aut mali mores ipsos tyrones offendant, et a suscepto deterreant. Volumus autem, ut qui Cappucinorum instituti nomen daturi sunt, non modo provinciali sed definitoribus etiam probentur, qui simul diligenter de vocatione, inquirant, de ingenio, de moribus, de genere, et neminem admittant, in quo vocationis signa non extent, qui rethoricæ non studuerit, aut saltem studeat, qui malæ famæ juvenis publice habeatur, nec certa dederit emendationis argumenta, qui humiliori genere ortus sit, aut ex infima plebe; in eligendis candidatis abigant studium partium, et nationum, ingenium exuant, nihilque præ oculis habeant quam spirituale adolescentum, et totius communitatis bonum, graves profecto daturi pœnas omnipotenti Deo, si quempiam humano spiritu ducti, aut acceptent, aut rejiciant. Curent autem, ut quemadmodum præscriptum est, dormitorium tyronum omnino sejunctum sit a dormitorio religiosorum, atque ita quidem, ut familiæ fratres cellas tyronum adire non possint, præter magistrum, et superiorem. Porro omni ope, et opere enitantur magistri, ut tyrones ad sinceram pietatem alant, eosque ad instituti mentem informent. Ita cum severitate temperent suavitatem, ut ad diligendam instituti austeritatem provocentur. Omnes æque exerceant, et prosequantur. Et si quem propter uberiorem virtutem, et animi dotes eximium habeant, et cariorem ne prodant. Multum orent, multumque adlaborent, ut intelligant, et noverint, quinam ad instituti observantiam apti sint, et qui rejiciendi. Quum vero de tyronibus ineunda erunt suffragia caveant superiores, et magistri ne unquam obfirmatum animum ostendant, sed nitide, prudenterque animi sui sensa aperiant, et religiosis familiæ liberam relinquant electionem: atque ita non humanus, sed divinus erit delectus, ex quo innumera in universum ordinem, et in christianam rempublicam bona proficiscentur.

De lectoribus, discipulis, et studiorum ratione.

§. 19. Ventum est, fratres carissimi, ad præcipuum rei caput, quod

est, de lectoribus, discipulis, et studiorum ratione. Quæ omnia si rite constituantur, major ad ordinem vestrum splendor accedet, fluetque uberior in Christi fideles utilitas. In primis vero omnibus mature, diu, multumque perpensis dicimus, et decernimus, antecessorum dignitates, seu provinciæ cathedras omnes in posterum per concursum distribuendas, non vero ad arbitrium emeritorum lectorum, definitorum, et provincialis. Scilicet, quum aliquis lector præstituendus erit, literas edictionis concursus ad omnia cœnobia, et missiones provincialis mittat, per quas omnibus sacerdotibus concurrendi facultas fiat, ac statuta die tres casus a tribus doctoribus provinciæ sacerdotibus a tota definitione delectis proponantur. A mane, usque ad vesperam jus sit concurrentibus pro casuum solutione adlaborare, non vero in diem posterum protrahere: scripta definitoribus traduntur, qui die altero, præside provinciali scrutinium rite faciant, una cum sacerdotibus, qui casus tradiderunt, ad quos spectabit de majore, et minore concurrentium idoneitate judicium ferre; quod quidem scripto dabunt in archivio definitionis asservandum. Quid tum inde? Nempe: qui acriore ingenio, et uberiore doctrina præditus declarabitur, lector erit, quod idem plane sit non raro, ac discipulos perdere et perturbare provinciam. At nihil horum sane quidquam. Quomodo nam? Minister provincialis una simul cum literis concursus privatas alias eodem ad omnes cœnobiorum præsides exemplo scriptas mittat, quibus jubeat ab unoquoque convocari familiam, iis exceptis, qui concurrunt, ut sincerum do vita, et moribus testimonium ab omnibus firmatum detur, quod præses cum voto suo obsignatum definitioni tuto transmittat. His acceptis literis, at scrutinio persoluto, abeant qui casus proposuere, et solus provincialis cum definitoribus, et, si lubeat sacerdote a secretis, diligenter scrutentur familiarum, et præsidum testimonia, tum omnibus simul perpensis, quæ ad peculiares lectoris dotes constituendas faciunt eos seligant, quos cum doctrina, tum regularis disciplinæ studio, et pietate præstantiores in Domino judicaverint, cæteris autem paribus, qui magis idonei ab examinatoribus renuntiati fuero eos lectores eligi volumus, et jubemus. Sed res magni momenti est; progrediamur. Nullo modo probaro possumus studiorum rationem, quæ in provincia viget, ut nimirum unus, idemque lector philosophiam, scientiam morum, et dogmaticam theologiam iisdem disciplinis tradat, vix enim fieri potest, ut exacte et cum audientium fructu omnia tradantur. Quamobrem cathedras dividimus in philosophicas, morales, et theologicas, et ex his cuique specialem præfici lectorem mandamus. Quinque, aut sex erunt gymnasia theologica: quatuor, aut quinque philosophica: duo, aut tria moralia: lectores philosophi tradent institutiones logices, mataphisices, ethicas, geometriæ, et phisices, et curriculum duobus annis perficient. Lectores moralistæ agent de actibus humanis, de legibus, de justitia, et jure, de contractibus, de restitutione, de peccatis, et censuris, de virtutibus, de præceptis decalogi, et Ecclesiæ, de sacramentis, quoad ea capita, quæ ad morum doctrinam pertinent, quæ omnia quatuor annorum spatio absoluta, et perfecta dabuntur. Lectores vero theologi quinque annis has tradent theologicas institutiones: de locis theologicis; de Deo uno, et trino; de Deo homine facto; de virtutibus theologicis: de gratia Christi, et de sacramentis. Philosophiæ lectores cavillationes, et ipeptas quæstiones devitent. Lectores moralistæ doctrinam hauriant suam, ex theologicis locis, non vero ex iis scriptoribus, qui proprias potius opiniones, quam Ecclesiæ doctrinam tradiderunt. Lectores vero dogmaticæ theologiæ ab iis abstineant quæstionibus, quæ ad nihil aliud inserviunt, nisi ad contentiones excitandas, atque in iis exponendis omnem operam, et studium ponant, quæ in præcipuis catholicæ religionis capitibus a dicteriis hæreticorum, et incredulorum vindicandis versantur. His ita constitutis, major copia lectorum habebitur, et minor in quolibet gymnasio audientium numerus, quod etiam optimum est, ideoque nihil erit absurdi si in eodem cœnobio duo diversarum facultatum gymnasia habeantur, atque etiam tria in majore cœnobio Tanrini. Philosophiæ auditores completo curriculo antequam ad scientiam morum, aut ad theologicas facultates admittantur, coram provinciali, et definitoribus periculum faciant, et ad superiores scientias non ascendant, nisi certam dederint profectus saltem mediocris spem. Aliter enim oleum, et operam perdent, eruntque condiscipulis perturbationi, et lectori molestiæ. Instent isti orationi, sibique per illustra-

tiones mentis, et plenissimam vitam absconditos cælestis sapientiæ thesauros acquirant, eaque cœnobiorum munia obeant, quæ facere propter ministerium suum concionatores, et confessarii non possunt. Volumus etiam, ita studiorum curricula primis annis distribui, ut continuo unum aliquod quolibet anno compleatur, novumque incipiat, ne juvenes religiosi scientiæ cupidi meliores annos terere frustra cogantur. Quoniam vero lectoris, ut et tyronum magistri officium illud est, quod totum plane requirit hominem, operi suo unica intentum, propterea prohibemus, ne in posterum magistri tyronum, et lectores in cœnobiis vicarii munus exerceant, quamquam qui eo munere rite modo funguntur, illud usque ad statutum tempus persequi posse, si lubeat, indulgemus. Atque hæc de studiorum ratione ad uberiorem auditorum profectum, et ad splendidius totius provinciæ decus, et ornamentum.

De concionatoribus eligendis inter sapientiores, qui tamen non mittantur in quadragesima cum regularis disciplinæ detrimento

§. 20. *Beati pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona*: Non evangelizantium se ipsos, aut evangelizantium mala. Innumera sane concionatorum multitudo; at non plurimi optimi sunt. Videant provinciæ patres, ne nimios in quadragesima concionatores assignent, cum regularis disciplinæ, et spirituali populorum detrimento. Pauci remanent in cœnobiis sacerdotes, pauciores confessarii, ideoque nec instituti functiones fiunt, nec fideles ad ecclesiam convenientes sacramentorum dispositione juvantur. Caveant etiam, ne nimia adversus concionatores indulgentia confirment quidem vires corporis, aciem vero mentis obtundant, et charitatis ignem extinguant. Paullulum quietis ad aliquot ante quadragesimam dies ipsis permittere æquum est; integrum vero ad animi relaxationem mensem, et plerumque sacro ordinis vestri jejunii tempore, ipsis concedere videtur absurdum. Antequam prædicationem suam institueret, unus magister noster Christus quadraginta diebus, et quadraginta noctibus jejunavit, in solitudine mansit, oravit. Jugæ lacrymæ, et assiduæ preces nobis fundendæ sunt antequam verbum Dei cæteris ministremus, et dum evangelizamus caro nostra mortificatione configenda, ut laborum nostrorum fructum consequamur, et ne quum aliis prædicaverimus ipsi reprobi efficiamur. Meminerint igitur concionatores verborum regii psaltis. *Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Non inanis gloriæ, aut vanæ hominum existimationis, sed exantlati propter Deum laboris cupidi, et salutis animarum. Prædicent Jesum Christum, et hunc crucifixum. Sit sermo eorum, et prædicatio *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, et virtutis.* Quæ loquuntur *non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.* Quadragesimalibus diebus e cœnobio, aut domo raro exeant, nihil cum indigenis, nisi necessitatis, charitatis, aut distincti officii gratia versentur. Quum extra cœnobia morantur, sæculares nunquam invitent ad prandium, et potissimum mulieres, aut puellas, nec etiam in domum frequenter admittant; si quis vero fœminas etiam una tantum vice invitet, aut sæpius admittat ab officio concionandi esto illico ad triennium suspensus; si vero postmodum iterum deliquerit, ei apud populum dicendi facultas ne sit. Neque enim Cappuccinorum paupertas, et concionatoris officium patitur, aut parare convivia, aut cum fœminis otiari. Immo vero paupertatis memores paucis vivant de attributa concionantibus eleemosyna, nec vero peculiares collectas per locum, aut domus faciant, nisi victus desit propter tenuitatem stipendii. Si quid vero ex eleemosynis supererit, sciant, nihil sibi adjudicare sine speciali licentia, quovis prætextu posse, sed ad ordinem omnia spectare; qui vero contra faciunt, pœnis contra proprietarios latis puniendi sunt. Diligenter considerent, se esse sapientibus, et insipientibus debitores, sicque propterea aptandas esse ad populi captum conciones, ut non aerem verberent, aut tumidi inflentur, sed fructum faciant, et se ipsos non perdant. Quare quæ verbo profert concionator moribus non contradicat, ut vere potens sit in opere, et sermone, suumque munus caste exercens Christi fideles ad Deum omnium patrem suaviter, fortiterque, vita, et voce alliciat. Atque hoc multum conferret, si duo, aut tres optimi provinciæ concionatores junioribus præcepta traderent, quibus ipsi ad hoc munus sancte obeundum rite informarentur.

De confessariis.

§. 21 Paucis alloquimur confessarios, hoc unum iis quæ jam toti nostræ diœcesi in qua plura extant hujus provinciæ cœnobia, super hac re tradidimus, addentes nimirum sacerdotibus in hoc ministerio versantibus angelicis humeris formidando, nec solam

pietatem sufficere, nec solam doctrinam, sed utremque sibi totis viribus comperandam. Qui bene moreti sacerdotes sunt, nec docti, falsam, ut plurimum invehunt pietetem, multe perverse decernunt, plurima perperam monent, megisque nocent, quam prosint, quia ignorant. Docti, nec sancti in superbiam elati incidunt in laqueum dieboli, et ex medicemine quod aliis præbent venenum sibi parant mortiferum. Pietas igitur, et doctrina necesseria est: pietas expressa, et sane doctrina: expressa pietas, quæ ex ferventi oratione, et jugi meditatione ecquiretur: sane doctrina quæ docetur ex puris fontibus secrerum scripturarum, ss. patrum, conciliorum, summorum pontificum, et optimorum scriptorum, qui hinc scientiem suam hauserunt. Si vere pii, et bene docti erunt confessarii, fideles certe habebuntur ministri Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.

De clericis in disciplinam, cœnobitamque soli tudinis exercitio adocendis.

§. 22. Clerici omni studio a superioribus alentur ad virtutem, ut sint olivæ fructiferæ in domo Dei, quæ uberem efferant fructum in tempore suo. Atque ed hanc rem multum sane faceret si duo præstituerentur in provincia exactioris disciplinæ cœnobia, quæ solitudinis seu recessus dicerentur, tum sacerdotibus qui spiritu renoveri, eut erctiorem degere vitam peroptant, tum clericis ed duos post professionem annos elendis. Res sane optima. At id superiorum arbitrio relinquimus, etsi ed henc rem majorem in modum provinciæ petres hortamur. Hoc eutem constituimus, nimirum ut clerici completo, post professionem, bienoio statim ed philosophiæ studium omnes edmittantur, eisque pallium concedatur. Absurdum enim est clericos omnes pluresque juvenes sacerdotes ad sex, et amplius ennos tempus perperam terere, nullo unquam studiorum genere occupetos. Lectorum autem munus sit eosdem non solum philosophicas disciplines, sed etiam quæ veræ pietatis sunt, diligenter docere, ut dum intellectum bumanis scientiis nutriunt, mente, et corde ferantur in Deum.

De numero laicorum, eorumque officio.

§. 23. Laicorum numerus nimius est. Naque enim necesse est ut exceptis majoribus cœnobiis, etque iis, in quibus aliqua opera ed provinciam spectantie e laicis exercentur, quetuor leici in quolibet cœnobio resideant: tres enim sufficiunt. Scilicet coquus, quæstor, et hortulanus, nisi quendoque justis de causis aliter fortasse toti definitorio expedire videetur: nem ianitoris officium a sacerdote exerceri decet non e leico, et qui cœnobio inservire debet, cœnobii dominum et clausuræ custodem esse non convenit. Quamobrem ad annum saltem nullus laicus ad abitum admittatur; qui vero in posterum suspicientur, eos snevi indole, et docili ingenio decet esse instructos, ut quæ ad cœnobiorum pacem faccre possunt, sectentur evidius, quæque instituti perfectionem ettingunt, alecriori enimo persequantur. Illud eutem denuo urgemus, quod jam ab excellentissimo nuncio epostolico Merlini 1742. de bac provincia constitutum fuit, ut nempe laici nunquem clericis in mensa præcedant, statimque post sacerdotes essideant clerici, et post ipsos laici. Si vero valint superiores ex epposita parte clericos mensæ essidere, ut eos præ oculis habeant, liceat, dummodo ex eedem parte laici etiam sedeant post clericos, neque sene eliter ullo umquam modo, eut tempore. Tam grevis enim hæc ratio non est, ut fas sit epostolicum decretum violare, aut liceat. Idem etiam servari mandamus in laicis exteris quibuscumque, quos nunquam volumus in mensa secerdotum advenarum assidere, sed setis fuerit, si primi sedeent in mense leicorum familiæ. Si quis eutem superior contra jusserit, eut scienter permiserit, illico privetur officio suo babeatur. Atque hæc de laicis dicte sufficiant.

De missionibus earumque forma.

§. 24. Pauca de missionum dominibus. Non nisi probatioris vitæ secerdotes, nec juniores, ed missiones mittantur, ne nimis enimo evagentur, offendiculis capiantur, pietatem, et fervorem emittant, ec tendem regularem disciplinem, quæ parum ibi exercetur oderint, nec eidem assnescere in posterum valeent. Quamobrem mandemus, ut nullus sacerdos in missionibus plusquam triennio continuo maneat: deinde cœnobia petat, et post eliud triennium, iterum poterit si superioribus placuerit ad tantumdem tamen tempus mitti: si enim ibi esse bonum est, non semper eliquos eo frui, si vero malum, non semper eosdem tolerare, æquum est, aut permittendum. Id eutem ite decernimus, ut integrum tamen sit provinciali, una cum definitoribus eliter quendoque pæstituere, cum nimirum aliter grevis necessites, aut spirituale populorum bonum, eut commodum postulaverit. Porro parochieles functiones nunquam missionarii, ueque in suis ecclesiis faciant, nisi a parochis rogati: nunquam in proprio templo publicas

functiones faciant, quo tempore parochiales functiones fiunt. Ad publicas supplicationes procedant una cum clero statim post eum, qui crucem parochialem præfert, neque alium sibi locum quovis prætextu, aut ratione adrogent. Immo vero vehementer curent missionarii servare pacem, et charitatis vinculum cum parochis locorum, ut una sit omnium voluntas, quemadmodum unus dabet esse in omnibus agendi finis. In rebus publicis, et ad communitates pertinentibus ne se immisceant, sciantque sibi spirituali fidelium utilitati, non publicæ temporalium rerum, ac rationum administrationi vacandum esse. Atque ita mores componant suos, ut omnibus exemplo sint bene, et pie vivendi. Hoc unum addimus, et decernimus, nullum videlicet in postorum patere posse ad fœminas aditum in missionum domos, quia eas sub clauso ponimus, et declaramus sub iisdem canonicis pœnis, quibus quælibet regularium claustra per pontificias constitutiones afficiuntur.

Conclusio. §. 25. Hæc sunt venerabiles fratres in Christo carissimi, ad quæ vobis tradenda et nostrum officium, et maxima in institutum vestrum observantia impulit, ut vera pax, et charitas in hac vestra florentissima provincia augeatur, eaque perfectior inter vos habeatur conjunctio, quæ juxta divum Basilium, perfectam reddit religiosorum felicitatem: *Hic enim, ait, contentio, ac lites absunt: communia vero universa sunt, animæ sententiæ corpora, et ea, quibus corpora nutriuntur, et curantur. Communis Deus, commune pietatis negotium, communis salus, communia certamina, communes labores, orationes, corona. Multi unus, et unus non solus, sed in pluribus. Quid huic vitæ comparandum? Homines ex diversis generibus, ac regionibus nati ad tantam identitatis sinceritatem coaptati sunt, ut una anima in multis corporibus conspiciatur, et multa corpora unius animæ, et sententiæ instrumenta ostendantur. Qui infirmus est corpore, multos habet affectus ægrotantes: qui anima ægrotat, multos habet sanantes: Inter se mutuo æqualiter servi, æqualiter domini . . . . Quid cum hoc bono comparari potest? Ubi pater quidem unus imitatur supernum parentem: filii vero multi benevolentia circa præsidem vincere ee mutuo studentae. Revera ad talem phalangem etiam ipse diabolus desperat, non sufficiens ad tot certatores adeo compositos, ac per unum plausum congregatos, et ita testudine tectos, ut ictibus non pateant. Ecce quam bonum, et quam jucundum habiture fratres in unum.* Hactenus divus Basilius. Atque hæc est vita vestra, quam etiam annuntiamus vobis, ut in pace, et charitate crescatis quæ vinculum perfectionis est, quam semper in vobis sublimiorem vehementer cupimus, et certo futuram confidimus. Legatur hæc epistola semel saltem quolidet anno apud omnes fratres in triclinium congregatos a cœnobiorum præsidibus, ne memoria excidant, quæ monuimus, aut quæ decrevimus non impleantur. At quid legatur? Frustra sane suscepti labores nostri, inane studium expers fructus charitas erga vos omnes nostra, nisi superiorum accedat vigilantia. Muneri nostro, quantum fuit situm in nobis, satisfecimus. Vestrum est provinciæ patres, et cœnobiorum præsides urgere, ut quæ pro totius provinciæ bono et spirituali religiosorum utilitate tradita sunt, custodiantur, et fiant. Quamobrem unumquemque superiorem verbis alloqui divi Bernardi ad Balduinum abbatem necessarium judicamus, ut nihil sit reliqui ad apostolicæ procurationis nobis traditæ complementum. *Memento*, inquit, *etiam voci tuæ dare vocem virtutis. Quid illud inquis? Ut opera tua verbis concinant, immo vero operibus, ut cures videlicet prius facere, quam docere . . sermo quidem vivus et efficax exemplum est operis, facile faciens suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile, quod suadetur. Ergo in his duobus mandatis verbi scilicet, atque exempli summam tui officii, ad conscientiæ securitatem pendere intellige.* » Sed finem imponant beati Petri apostoli verba: *Vos igitur fratres præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria, et nunc, et in diem æternitatis. Amen.* Datum Taur. idib. aug. MDCCLXXI. Franciscus archiepiscopus Taurinen. Visitator et delegatus apostolicus.

Casetti Canc.

✠ Loco sigilli.

§. 26. Volentes itaque quod ea, quæ tam solerti studio, et provida consideratione ad majoram dictæ provinciæ utilitatem in eisdem decretis præscripta sunt, inviolabiliter perpetuo observentur, motu proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicæ potestatis plenitudine præinserta decreta cum omnibus, et sin- Motus proprius quo decreta confirmantur.

gulis in eis contentis, et expressis apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, et perpetuæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ salutares.

§. 27. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 28. Sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus semper his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXC.

Datum die 8. julii 1772. Anno IV.

Probibitio extrahendi libros e bibliotheca instituti scientiarum civitatis Bononiæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Commendatissima apud omnes cura in colligendis libris, ac bibliotbecis instituendis, ubi præsertim literarum studia semper floruerunt, merito postulat, ac exigit, ut apostolicæ auctoritatis Nostræ partes in iis, quæ earumdem bibliothecarum conservationem respiciunt, favorabiliter interponamus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni senatores assumpti instituti scientiarum nuncupati civitatis Nostræ Bononiensis, quod publica in eo extat bibliotheca librorum satis conspicuo numero referta, quam idcirco dicti exponentes conservare, et pro libris prohibitis in ea detentis, earum conscientiæ securitati, ac quieti consulere plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Censuræ prohibentes extractionem librorum, extenduntur ad codices, scripturas, folia sive impressa, sive manuscripta, et excommunicatio latæ sententiæ adversus contrafacientes uni summo Pontifici absolvenda reservatur.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de cætero præsides dicti instituti, aut quisquam alius quaris auctoritate, vel superioritate, aut quovis privilegio, et officio fungens, ut cujusvis status, gradus, et conditionis etiam expressam mentionem requirentis existat, libros, codices, scripturas, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta, aliasque res, et picturas ad eamdem bibliothecam spectantes, vel in posterum ei donandas, et assignandas, et in illius usum, commodum, et augmentum emendas, quibusvis personis commodare, aut lacerare, deturpare, seu sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, et occasione a dicta bibliotheca asportare, seu ut commodentur, ac resps-

ctive lacerentur, deturpentur, atque extrahantur, et asportentur, permittere, aut consentire audeat, sau præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque ulla declaratione incurrendæ pœna, a qua nemo, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium præterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Permittitur uni bibliothecario, et vice-bibliothecario extractio librorum propter necessitatem, et comodum ipsius bibliothecæ, in qua libros prohibitos retineri posse statuitur.

§. 4. Permittimus tamen, ut bibliothecarius, et vice-bibliothecarius nunc, et pro tempore existentes dictæ bibliothecæ libros, aliaque præmissa ab ea extrahere libere, et licite possint, et valeant, dummodo extractio hujusmodi propter meram necessitatem sequatur, et de libris, ac rebus sic extractis dicti tantum bibliothecarius, et vice-bibliothecarius in commodum, et utilitatem ejusdem bibliothecæ utantur. Præterea, ut quicumque libri prohibiti etiam hæreticorum, et hæresiarcharum, aliorumque reprobatorum auctorum etiam de religione, et contra religionem, et fidem catholicam expresse tractantes in dicta bibliotheca libere, et licite absque ullius censuræ, et pœnæ ecclesiasticæ, vel temporalis incursu retineri possint, ac valeant, auctoritate, et tenore prædictis permittimus, ita tamen, ut libri prohibiti hujusmodi clave clausi retineantur, nec unquam eorum lectio permittatur, nisi iis, qui opportunam ejus rei licentiam ab hac sancta Sede obtinuerint.

Derogatio contrariorum, et præceptum de retinendo exemplari ad valvas bibliothecæ.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Nostrarum exemplum in valvis dictæ bibliothecæ, ubi ab omnibus legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCI.

Dat. die 15 id. julii 1772. Anno IV.

Suppressio locorum monachalium, seu claustralium, et cappellarum, et officiorum regularium ordinis s. Benedicti in Galliarum regno, cum opportunis ordinationibus.

Clemens Episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. In cathedra principis apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, religiosorum ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei sub sanctorum institutorum illustri vexillo militantium, prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, in his, quæ paupertatis potissimum voti plenam observantiam respiciunt, sedulo intendimus, at si aliqua interdum per regularem collapsam disciplinam irrepant, quæ tam eximii voti substantiam lædant, maximo religiosorum virorum perfectionem profitentium detrimento, ut in pristinum sanctitatis splendorem, quantum opitulante Domino fieri potest, iterum revocentur, pastorales officii nostri curas interponere numquam cessamus.

Lamentationes regis francorum, et Navarræ de inobservato voto paupertatis a plurimus monachis divi Benedicti regulam professis.

§. 2. Cum itaque charissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum et Navarræ rex christianissimus reverenter nobis exponi fecerit, quod quamvis sacrum concilium Tridentinum sessione xxv. de ragularibus cap. II., ut paupertatis votum a regularibus exacte servaretur, districte præceperit, nemini ipsorum liceie bona immobilia, seu mobilia cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tamquam propria, aut etiam nomine conventuum possidere, vel tenere, sed statim ea superiori traderentur, conventuique incorporarentur: neque licere superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad usumfructum vel usum, administrationem, vel commendam, sed administrationem bonorum monasteriorum, seu conventuum ad solos eorumdem officiales ad nutum superiorum amovibiles pertinere: nihilominus a quamplurimis monachis, qui divi Benedicti regulam professi sunt, in suisque regnis degunt provida conciliaris dispositio minime servata fuit, neque servatur, et norma monachalis di-

sciplinæ cluniacensis amplius non retineatur, votumque realis paupertatis hac de re fere obliteratum conspicitur, quia loca, et munia monachalia, sive cappellæ claustrales, aliaque officia regularia in titulum conferri, et possideri consueverunt, tam in monasteriis, in quibus viget conventualitas, quam in reliquis conventualitate carentibus; ex quo fit, ut major, quam par est, numerus monachorum monasteriis adscribatur, iidemque sub prætextu veniæ a superioribus pene per vim extortæ, extra claustra degant, et commorentur.

Providentia ad removenda scandala a Gregorio XV. adhibita.

§. 3. Quapropter, gliscentibus jam tunc hisce malis occurrere satagens fel. record. Gregorius papa XV. prædecessor noster per suas litteras apostolicas in forma Brevis datas Romæ apud sanctum Petrum die xvii. maji MDCXXI. pontificatus sui anno primo incipientes = Sacri apostolatus = In dictis regnis ex nonnullorum monasteriorum ordinis sancti Benedicti reformatione congregationem sancti Mauri nuncupandam erexit, ac demum voluit, ut eorumdem monasteriorum officia claustralia suppressa et extincta essent, et censerentur, quatenus in ipsis reformatio hujusmodi vere et realiter introducta fuisset; sicque suppressa et extincta remanerent, donec et quousque reformatio hujusmodi in illis perdurasset; itaut in eventum illius cessationis officia prædicta in pristinum statum ipso jure reverterentur, atque ut prius in titulum conferri, et de illis eorumdem monasteriorum monachi respective provideri deberent.

Abusum, et corruptelam eliminare satagerunt quoque et superiores regulares, et episcopi inutiliter tamen labore.

§. 4. In cæteris vero eorumdem regnorum ordinis sancti Benedicti monasteriis, quorum monachi reformationi hujusmodi sese minime præstiterunt, persæpe illorum superiores regulares vigili cura irreptos ex collatione in titulum locorum, et officiorum claustralium abusus, et corruptelas monachali ordini dedecus, ac manifestam regulari observantiæ, et emisso paupertatis voto perniciem inferentes submovere, et eliminare exoptarunt, atque episcoporum opem, et authoritatem adversus subditos ab obedientiæ et paupertatis emissis votis deflectentes exquisivere; sed quia ad servandam juris formam, et judiciorum methodum via ut dicitur ordinaria, diutina sustinenda erat litium molestia, ingentesque sumptus requirebantur, optatum fructum assequi minime potuerunt. Quare Nobis dicti Ludovici regis nomine fuit enixe supplicatum, ut hisce abusibus, et prævaricationibus promptum, absolutumque remedium supramæ nostræ potestatis vi adhibere dignaremur.

Novæ providentiæ ad rem opportuniores, servandæ sub pœna immediatæ suppressionis.

§. 5. Nos igitur intelligentes, Ludovicum regem in ea consilia animum intendisse, quibus sanctissimæ virorum religiosorum leges pristinæ puritati restituantur, eo potissimum fine, ut populis sibi subjectis nova in dies imitenda accedant exempla, et catholica religio, ex cujus integritate serta, tectaque servata publica regnorum optata tranquillitas plurimum pendet, firmioribus præsidiis fulciatur: ideo eximiam ejus pietatem summis laudibus extollentes, ipsiusque votis perlibenter annuentes, omnia et singula loca monachalia seu claustralia, et omnes cappellas et officia regularia in cunctis et singulis monasteriis ordinis sancti Benedicti dictorum regnorum, quae in titulum ad eorum vitam a monachis locorum et cappellarum, ac officiorum hujusmodi possessoribus obtinentur, aut in titulum obtineri, vel detineri consueverunt, eorumque titulum eollectivum, eum primum illa, et illorum singula ex monachorum eadem loca et officia in titulum obtinentium personis quovis modo, sive per obitum, sive per cessum, etiam ex causa permutationis, aut resignationem, vel dimissionem, quamvis in Nostris, et romani pontificis pro tempora existentis manibus factam, aut privationem vel amissionem, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem apostolicam vacaverint, etiamsi illorum collatio, et omnimoda dispositio ad Nos, et romanum pontificem pro tempore existentem quovis jure pertineret; ita quod eadem loca et officia ab hac ipsa die a monachis illa obtinentibus cedi, resignari, dimitti, aut permutari nequeant. Si vero ea ab illis peragi contigerit, tunc cessio, resignatio, dimissio, aut permutatio ad infrascriptum effectum peracta sit, et censeatur; ex tunc, et a contra apostolicae potestatis plenitudine harum literarum Nostrarum serie vere et realiter in perpetuum supprimimus, et extinguimus.

Assignatio bonorum venientium in suppressione.

§. 6. Illisque, et eorum singulis a Nobis, ut præfertur, suppressis, ac extinctis, etiam ex nunc, prout ex tunc, ac juste casus et eventus illorum vacationum omnia et singula bona, fructus, redditus et proventus, jura, et emolumenta quaecumque ad loca et officia hujusmodi, eorumque singula quomodolibet spectantia, in quibusvis rebus consistentia, et undecumque prove-

plentia mensæ conventuali singulorum monasteriorum, ad quæ ex locorum at officiorum hujusmodi institutione et fundatione illa pertinent, cum infrascripta declaratione, harum quoque literarum Nostrarum vigore unimus, annectimus et incorporamus, atque applicamus et appropriamus: declarantes tamen quod si monasteria prædicta, in quorum mensarum conventualium favorem cessuræ erunt unio et applicatio præmissæ, fuerint in commendam apostolica auctoritate concessa, aut commendari soleant, sed nihilominus in iis observantia claustralis servetur; tunc, et in hisce casibus dictorum locorum monachalium et cappellarum et officiorum hujusmodi bona et redditus mensæ claustrali, et conventuali, seu prioratibus, in quibus viget conventualitas seu claustralitas, applicata sint, et esse censeantur; si vero in monasteriis ipsis, ut præfertur, commendatis nulla insit, neque servetur conventualitas, aut claustralitas, tunc atque in hoc sane eventu mensæ singulorum monasteriorum in commendam concessorum, eorumquo titulis adnectantur et incorporentur, ita quod liceat dictorum monasteriorum nunc et pro tempore existentibus abbatibus regularibus, ac in præmissos casus et eventus abbatibus commendatariis, seu prioribus, vel aliis superioribus eorumdem monasteriorum quovis nomine nuncupatis, eorum ac mensarum conventualium respective nomine, contingentibus casibus vacationum dictorum locorum monachalium, et cappellarum ac officiorum hujusmodi, veram realem et actualem possessionem eorumdem locorum, et cappellarum ac officiorum, illorumque bonorum et redditunm omnium propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere, redditusque hujusmodi, supportatis at adimpletis oneribus, si quæ illis sint adnexa, in mensarum conventualium seu claustralium, vel deficiente conventualitate, in monasteriorum utilitatem, et usum juxta canonicas sanctiones convertere.

Omnes officere literas declaratur, et etiam illos qui speciali privilegio donati sunt, et expressam expectare deberent mensionem.

§. 7. Præsentes autem literas, etiam ex eo quod quicumque interesse habentes seu habere prætendentes, ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, ant causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, expressæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis minime comprehendi, sed ab illis semper exceptas esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo, et inviolabiliter observari; sicque in præmissis ab omnibus censeri, atque ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, vel potestate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate judicari et definiri debere, irritumque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 8. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de suppressionibus, ac unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Symmachi, et Pauli II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec non Innocentii IV., Sixti etiam IV., Innocentii VIII. circa exemptos editis, ac Pii IV. de gratiis interesse cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, et insinuandis, aliisque apostolicis quorumcumque romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibusque, et universalibus conciliis in favorem dicti ordinis sancti Benedicti, illiusque officiorum, ac super juribus ejus monachis competentibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; necnon ejusdem ordinis sancti Benedicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; reformationibus, usibus, stylis, et naturis: privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis dicto ordini, ejusque congregationibus, etiam in limino fundationis, et approbationis per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem,

vel alios quoscumque, et quacumque dignitate vel auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine forsan iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris; ad effectum validitatis, et executionis, ac perpetuæ firmitatis earumdem præsentium, ac præmissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat harum serie derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9 Ad hoc autem, ut eædem præsentes literæ amplius innotescant, et de eis in singulis locis, in quibus opus erit, fides commode fieri possit; volumus, quod ipsarum transumptis, etiam impressis, caracthere alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus abhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, unionis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio idus julii pontificatus Nostri anno quarto.

CXCII.

Datum die 20. julii 1772. Anno IV.

Unio, et incorporatio bonorum alias a Petro Ciardi donatorum monasterio sancti Antonii Viennensis pro hospitali sanctæ Mariæ Laicorum civitatis Amerinæ.

Venerabili fratri episcopo Amerinensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

Memoratur donatio expleta e Petro Ciardi, et quibus legibus, et conditionibus expleta fuerit.

§. 1. Nuper pro parte tua, et dilectorum filiorum antianorum civitatis Nostræ Amerinensis, nec non prioris, et officialium hospitalis sanctæ Mariæ Laicorum nuncupati dictæ civitatis, expositum Nobis fuit, quod alias tum in humanis agens quondam Petrus Ciardi civis amerinus publico instrumento die xii. februarii MDV. desuper confecto dedit, donavit, et concessit monasterio sancti Antonii de sancto Antonio ordinis sancti Augustini Viennensis diœcesis, et illius religioni, ac pro illius dote, et aliorum infra expressorum, omnia sua bona mobilia, et immobilia injunctis tamen nonnullis legatis et oneribus. Præ cæteris vero idem Petrus mandavit, ut hospitale per ipsum incœptum in civitate Amerinensi dicta sub vocabulo, seu invocatione sancti Leonardi perficienda, atque apostolica auctoritate erigendum esset in præceptoriam sub invocatione sancti Antonii Viennensis diœcesis, cum omnibus bonis, et rebus pro hospitalitate, et ea conservanda necessariis, et opportunis pro usu pauperum, et infirmorum medicine in præceptoria igni seu morbo terribili divi Antonii detentorum, et omnium illorum in eo convenientium; atque insuper voluit quod Joannes Ripariæ canonicus memorati monasterii sancti Antonii Viennensis auctoritate apostolica, seu per abbates dicti monasterii nominandus, et eligendus esset in præceptorem ejusdem præceptoriæ; quodque tam ipse, quam alii pro tempore existentes dictæ præceptoriæ erigendæ præceptores de omnibus illius bonis, eorumque fructibus, redditibus, et proventibus pro rebus necessariis, et aliis oneribus eidem præceptoriæ erigendæ convenientibus, ac in suos, et pauperum, ac miserabilium personarum pro tempore degentium, et confluentium ad illam usum, utilitatem, et susten-

Mmm 2

tationem juxta dicti donantis intentionem, et plenam voluntatem disponere, et ordinare libere, et licite valeret, ac alias prout in dicto instrumento præfatis die, et anno, ut præmittitur, confecto per acta Ugolini Ser Nicolai, notarii, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

Quid supra eam statuerit Julius papa II. refertur.

§. 2. Postmodum per felicis recordationis Julium pp. II. prædecessorem Nostrum erecta dicta præceptoria, et ab illius erectione vacante, idem Julius prædecessor decimo septimo kalendas aprilis pontificatus sui anno II. memorato Joanni Ripariæ canonico dicti monasterii sancti Antonii Viennensis eamdem præceptoriam concessit; sed priusquam præfatus Joannes literas apostolicas desuper expediret, dictam præceptoriam in manibus ejusdem Julii prædecessoris sponte, ac libere cessit, qua secuta, et admissa cessione, tum existens abbas nomine etiam conventus dicti monasterii sancti Antonii de s. Antonio Viennensis diœcesis una simul eidem Julio prædecessori humiliter supplicarunt, ut præceptoriam prædictam mensæ ejusdem monasterii unire, annectere, et incorporare dignaretur. Ipse vero Julius prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus dictam præceptoriam uti pariter a prioræva ejus erectione vacantem cum omnibus juribus, et pertinentiis suis duodecimo kalendas aprilis pontificatus sui anno tertio eidem mensæ univit, annexit, et incorporavit, ac præterea voluit, quod per unionem, annexionem, et incorporationem prædictas, eadem præceptoria debitis non fraudaretur obsequiis, sed ejus congrue supportarentur onera consueta.

Attenta ipsius Pontificis obita, literæ expeditæ faere a Leone Pontifice X., ut Julii II. voluntas suum sortiretur effectum.

§. 3. Quia vero superveniente obitu ipsius Julii prædecessoris literæ apostolicæ desuper confectæ non fuerant, hinc rec. me. Leo pp. X. prædecessor quoque Noster per suas sub plumbo in forma rationi congruit anno incarnationis Dominicæ MDXII. quarto decimo kalendas aprilis expeditas literas mandavit, ac decrevit, ut unio, annexio, et incorporatio, atque voluntas ejusdem Julii prædecessoris suum sortirentur effectum perinde, ac si super illius literæ confectæ fuissent, et alias prout in memoratis dicti Leonis prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus plenius continetur. Quamquam vero earumdem literarum vigore prædictus conventus monasterii sancti Antonii de sancto Antonio Viennensis per suum procuratorem die XXIV. martii MDXIX. adeptus fuisset realem, et actualem possessionem dictæ præceptoriæ, ut præfertur, unitæ, ac incorporatæ, eidem mensæ abbatiali, et alias prout in istrumento die, et anno prædictis desuper confecto per acta Hieronymi Hanrii notarii Amerinensis cujus pariter tenores præsentibus pro plæna, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

Peracta postmodum visitatione apostolica piam fundatoris voluntatem fraudatam fuisse apparuit.

§. 4. Nihilominus in visitatione apostolica dictæ præceptoriæ, seu hospitalis sancti Antonii Viennensis anno deinde MDLXXIV. a bo. me. Camajano tunc episcopo Amerinensi peracta compertum fuit, quod hospitalitas a memorato Petro donatore volita, parum, aut nihil ibidem observabatur, duæque tunc extabant mansiones quasi subterraneæ cum duobus lectis satis vilibus magis proportionatis ad ostentationem servandæ hospitalitatis, quam pro commoditate pauperum, qui rarissime, aut nunquam excipiebantur, ita ut usque tunc animadversum fuerit, quod cum nullum inde proveniret emolumentum pauperibus civitatis, et diœcesis Amerinensis, neque notabile fieret præjudicium monasterio, seu abbatiæ santi Antonii Viennensis, hinc administratio patrimonii ipsius Petri donantis apostolica auctoritate converti poterat in alios pios, ac necessarios usus, et præsertim in hospitalitatem debere servandam pro projectis infantibus, ac aliis pauperibus tam infirmis, quam sanis corpore miseria oppressis, uniendo ad invicem hospitale Laicorum, et alterum sancti Antonii habentia ædes conjunctas, assignata annua recognitione, vel censu eidem abbati monasterii sancti Antonii Viennensis, ac alias prout in decreto die tertia decembris ejusdem anni MDLXXIV. a dicto episcopo, et visitatore apostolico edito, quo etiam sub nonnullis pœnis hospitalitas in posterum rite, ac recte ibidem servanda præscripta fuit, plenius continetur.

Alia incomoda exponuntur, quæ in dicto hospitali verificabantur.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, neque modo hospitalitas, in dicta præceptoria, seu hospitali sancti Antonii ullo pacto servetur, quin imo ex duobus lectis, qui, ut profertur antiquitus ibidem detinebantur, neque unus hodie reperiatur, ejusque domus locata, et ecclesia diebus etiam festis clausa sit, ac raro sacro-

sanctum missæ sacrificium in ea celebretur; e contra vero dictum hospitale sanctæ Mariæ Laicorum exercendæ adamussim hospitalitatis causa ære alieno pro comparandis lectis, aliisque mobilibus, et expensis peragendis tempore præsertim præteritarum penuriarum contracto, gravatum ita dignoscatur, ut non sine maximo infirmorum, ac pauperum damno, illud clausum reddere omnino necessarium sit, hinc dicti exponentes, ne gravissimum hoc præjudicium tot pauperibus inferatur, et ne hospitalitas adeo enixe a Petro donatore prædicto volite penitus in eadem civitate deficiat, dicti donatoris bona nunc pro annuis scutis biscentum septuaginta, demptis oneribus locata, eorumque fructus modo percipi solitos a congregatione, et canonicis sancti Antonii Viannensis de Urbe, quemadmodum dictus episcopus Camajanus, ut præfertur exoptabat, aliqua statuta quantitate annuatim solvenda congregationi, et canonicis præfatis, memorato hospitali sanctæ Mariæ Laicorum per Nos uniri, et applicari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnibus occurritur necessitatibus, impetrata unione hospitalis, cum monasterio s. Antonii Viennensis de urbe.

§. 6. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiastiois censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis desuper informationibus opportunis, ac juribus hinc inde deductis fraternitati tuæ per præsentes committimus, at mandamus, ut Nostro nomine fundos, et proventus omnes legati, seu donationis dicti Petri Ciardi modo detentos, ac respective perceptos per congregationem, et canonicos sancti Antonii Viennensis de Urbe hospitali sanctæ Mariæ Laicorum dictæ civitatis Amerinensis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium unias, adnectas, et incorpores; simulque eidem hospitali unus quolibet anno in perpetuum solvendi scuta septuaginta monetæ libera, et prorsus immunia ab omni onere in prædictæ congregationis commodum et favorem imponas, statuas, et pari auctoritate præscribas.

Clausulæ salutares.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, ac obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Cuivis judici aliter judicandi tollitur potestas.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere; ac irritum et inane si secus super is a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatur.

§. 9. Non obstante dicti Petri donatoris etiam ultima voluntate, cui quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, et Nostra ac cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, et de jure quæsito non tollando, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis ac eorumdem Julii, at Leonis prædecessorum Nostrorum, et quibusvis apostolicis, nec non in synodalibus provincialibusque ordinationibus etiam juramento,confirmatione apostolica,vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specifica expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum mentio, seu alia quævis expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28. julii 1772. Anno IV.

CXCIII.

Declaratio super regulari clausura pro modernis abbatibus, et monachis sanctissimæ Trinitatis Cavensis ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis provinciæ Capuanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Cajetanus Battilo modernus abbas, et monachi monasterii sanctissimæ Trinitatis Cavensis ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis provinciæ Capuanæ, quod ad monasterium prædictum, ejusque separatum territorium pertinet unum hospitium cum sua ecclesia sub invocatione beatæ Mariæ virginis de Obedientia nuncupatæ situm in pertinentiis oppidi, seu loci de Vietri Cavensis diœcesis atque proximum civitati Salernitanæ: in hoc itaque hospitio tam pro tempore existens cellerarius ejusdem monasterii quam duo laici, seu commissi continuo commorantur; ac propterea abbates, et monachi dicti monasterii ad idem hospitium tamquam ad locum salubrioris cœli in dies se conferunt, vel propter passas infirmitates, aut etiam pro pertractandis negotiis ipsius monasterii, et ut omnia quæ ad ejus usum necessaria sunt illi valeant ibi comparare. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, aliquo ab hinc tempore abusus irrepserit admittendi in memoratum hospitium nobiles mulieres, eisque victum et habitationem plurium etiam dierum spatio suppeditandi, ita quidem ut plerumque evenire soleat quod earum habitationis causa tam abbas, quam monachi prædicti ab hospitio hujusmodi exire coacti, illius commodo uti minime possint, nec qualitati loci conveniens videatur, quod prædictæ mulieres ab aliis etiam associatæ ibidem reperiantur, ac vivant, dicti exponentes, quo ejusmodi abusus deinceps tollatur, et monachorum quieti consultum sit, opportune in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio clausuræ.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati præfatum hospitium regularem clausuram auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium declaramus, atque mulieribus ingressum in eo sub pœnis contra violantes clausuram per sacros canones, et constitutiones apostolicas impositis auctoritate et tenore prædictis interdicimus, et prohibemus.

Clausulæ salutares.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definire debere; ac irritum et inane si secus super his a quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti ordinis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava julii millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 3. augusti 1772. Anno IV.

CXCIV.

Erectio episcopatus in civitate Secusii in regno Sardiniæ, facta ex bonis jam ad abbatiam nuncupatam s. Justi pertinentibus.

Clemens episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Quod Nobis votis omnibus optandum, et enixis precibus exorandum erat, ut dominus messis mittat operarios in messem suam, ac ipsis deficientibus, uberrimæ, quæ in agro Domini in dies concrescunt segetes sæpe aliquando jam jam maturæ humi jaceant putrescentes, id quidem accidisse plurimum in Domino lætamur, dum illorum numerum augeri videmus, qui in partem solicitudinis Nostræ vocati, hanc messem per sedulam ipsorum operam in aream dominicam prospero tandem eventu collocent. Proindeque Nos, qui cœlestis patris familias vices gerimus in terris, et ejus vestigia quantum Nobis desuper conceditur sectari studemus, ubi primum Nobis se offert occasio adaugendi numerum fidalium dispensatorum mysteriorum Dei, quorum ope magis, magisque divinus promoveatur cultus, animarumque adjuvetur salus per alicujus novæ Sedis episcopalis institutionem protinus regiæ pietati illam potissimum exposcenti promptο, alacrique animo indulgere non omittimus.

Karolus Emmanuel Sardiniæ rex episcopatus novi erectionem implorat pro spirituali profectu populi, et cleri.

§. 2. Non ita pridem nomine carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardiniæ regis illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Rivera, magnæ crucis equitem, ac perpetuum commendatarium incliti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium Nobis fuit significatum, ad populi, et cleri spiritualem utilitatem, et profectum nimis opportunum, imo necessarium fore, ut ex monasterio abbatia nuncupato sancti Justi oppidi civitatis nuncupati Secusii nullius diœcesis provinciæ Taurinensis, quod per liberam dilecti filii Petri Joachimi Caisotti presbyteri illud in commendam ex concessione, et dispensatione apostolicis obtinentis cessionem in manibus Nostris sponte factam, et per Nos admissam, ab abbatis est regimine destitutum unus episcopatus institueretur.

Negotium expendendum committitur Karolo Victorio Amadeo cardinali a Lanceis.

§. 3. Nos ad servandum probatum in similibus morem, dilectum filium Nostrum Karolum Victorium Amadœum tituli sanctæ Præxedis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem a Lanceis nuncupatum selegimus, ipsique commisimus, ut integre hoc negotium expenderet, interesse habentes requireret, totiusque propositæ rei plenariam relationem ad Nos remitteret.

Innotuit hinc Secusii civitatem peramplam, et perillustrem esse.

§. 4. Cumque idem Karolus Victorius Amadeus cardinalis, cujus summa fides, et in ecclesiasticis rebus studiosa cura est abunde perspecta omne, quod in mandatis habuit, rite perfecerit, atque ex illius relatione, et authenticis documentis ad urbem transmissis cumulate nobis compertum fuerit, quod oppidum civitas nuncupatum Secusii illustre, perantiquum munitissimum Italiæ ostium, ac peramplæ provinciæ caput, una cum lectissimorum militum statione, quinqua millibus circiter habitatoribus est refertum, regii inibi ministri tum juridico, tum militari, tum œconomico regimini præsidentes assidue resident, nec publicæ desunt bonarum artium scholæ ad juventutem scientiis imbuendam, duoque patent ad infirmorum confugium nosocomia; in spiritualibus vero nulli subest episcopo, sed in eodem oppido, integroque territorio abbas dicti monasterii ordinis sancti Augustini canonicorum regularium congregationis Lateranensis perpetuus commendatarius jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem exercet.

Insignem habet collegiatam, cum quatuor dignitatibus, quatuordecim canonicatibus, totidemque præbendis.

§. 5. Illius insuper decori haud modicum accessit augmentum quum felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster, deficientibus canonicis regularibus, qui idem monasterium olim incolebant, eam ecclesiam in sæcularem, et insignem collegiatam sub invocatione sanctæ Mariæ; ac sanctorum Justi martyris, et Mauri, abbatis, atque in ipsa quatuor dignitates principalem nimirum archidiaconatum, archipresbyteratum, præposituram cum ei unita animarum parochianorum cura, et thesaurariatum, nec non quatuordecim canonicatus, totidemque præbendas, quorum duabus munera theologi, ac poenitentiarii sunt addicta, et quatuor mansionarias, etsi ob redditutum defectum ad duas modo redactas per suas apostolicas literas erexit, aliisque gratiis honestavit.

Et redditus monasterii ita nei reperti

§. 6. Redditus vero ejusdem monasterii licet ad florenos tantum tercen-

sunt pro mensa episcopali,

tos in libris cameræ apostolicæ taxati reperiantur, nihilominus ad quatuordecim mille libras circiter monetæ illarum partium annuatim ascendunt. Ob has itaque rerum circumstantias media non deesse viderentur, ut aliqua tandem inibi desinerent detrimenta, quæ deficiente proprio residente episcopo, oriri solent, et præcipue cleri edueationi, ac profectui consuleretur.

Consulitur necessariæ ampliationi territorii,

§. 7. Sed quia solius territorii ejusdem monasterii in diœcesim assignatio ad episcopalis ordinis decorem non satis ampla videretur, ideo de futura diœcesis amplificatione, et de similibus commodis, aliis quoque interminis, et adjacentibus locis procurandis cogitatum fuit. Etenim cum territorium Secusini monasterii qua versus solis occasum vergit, limitrophum habeat aliud territorium similis monasterii abbatiæ etiam nuncupati sanctorum Petri, et Andreæ de Novalitio nullius pariter diœcesis, ejusdem provinciæ tria loca, idest Novalesa, Venaux, et Ferriere complectens, in quibus illius abbas perpetuus commendatarius jurisdictionem itidem quasi episcopalem exercet; cumque dilectus pariter filius Petrus Antonius Sineo presbyter modernus abbas perpetuus commendatarius secundodicti monasterii superiori anno ad munus suum exquendum pastorali visitatione dicta tria loca perlustrasset, graviaque detrimenta in eisdem locis ob deficientiam proprii episcopi obtingentia cognovisset, speciali syngrapha, quæ inter acta ad Nos ab ipso Karolo Victorio Amadeo cardinali, et delegato transmissa refertur, in ipsius Karoli Victorii Amadei cardinalis, et delegati manibus, aliquibus tamen præeminentiis, et juribus in eadem syngrapha enunciatis sibi reservatis, ordinariæ quasi episcopali jurisdictioni in tribus locis præfatis od sequentium effectum ultro in futurum cessit, ex iisdem itidem actis ab ipso Karolo Victorio Amadeo cardinali, et delegato ad Nos transmissis patet oppidi Secusii ab uno latere proximas esse tres valles de Bulx, Bardoneche, et Sezana denominatas, in quibus extant infrascripta loca, nimirum Chaumont, Bardoneche, Exilles, Arnaud, Salbetram, Meleset, Pulx, Deserte, Sauxe d'Oulx, Fenil, Savoulx, Cesane, Chateau, Beollard Bousson, Beolard Thures, Milauries, Rochemoles, Sauxe da Cesane, seu sancta Restituta sub regimine oppidi Secusii in temporalibus comprehensa, et in spiritualibus præposituræ de Oulx subjecta modo ad diœcesim Pinaroliensem pertinentia, ab altero vero latere quatuor terras a spirituali alterius monasterii abbatiæ pariter nuncupati sancti Michaelis de Clusa nullius etiam diœcesis provinciæ prædictæ jurisdictione dependentes Vajes, s. Antonino, Chiusa, et sancto Ambrogio dictas ita adhærere, ut fermè intra territorium Secusinum protendantur, cumque easdem valles a reliqua Pinaroliensi diœcesi longa intersecet series montium, qui illarum habitatoribus hyemalis præsertim tempore nisi per longa itinera transitum vetant ad Pinaroli civitatem, nec non quatuor enunciatæ terræ spirituali jurisdictioni monasterii sancti Michaelis de Clusa subjectæ valde proximæ sint territorio Secusino; idcirco quando illi novus episcopus præficiatur, congruum nimis, ac opportunum videtur, ut ejus pastoralis solicitudo, ad ipsas tres valles, et quatuor enunciatas terras porrigatur.

Accedunt consensus episcopi Taurinensis, et canonicorum ecclesiæ metropolitanæ ipsius civitatis, ut erectio fieri liberius posset.

§. 8. Horum omnium relatione rite percepta per dilectum filium magistrum Petrum Mariam Nigronum congregationis consistorialis, et venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegii, et secretis, qui etiam nobis outhographa consensuum tam a venerabili fratre Nostro Francisco Lucerna Rorengo de Rorà archiepiscopo Taurinensi, quam a dilectis filiis capitulo, et canonicis tam metropolitanæ ecclesiæ Taurinensis, quam dictæ collegiatæ ecclesiæ, ac a Petro Antonio abbate commendatario præfato præstitorum exhibuit, singulisque rerum circumstantiis mature pensatis, erectionem novi in ea regione episcopatus summopere necessariam, atque utilem esse intelleximus.

Auctoritate apostolica erectio episcopatus decernitur et abbatia s. Justi supprimitur.

§. 9. Et statim omnipotenti Deo, quod eidem Karolo Emmanueli regi ita religiosos, piosque animi sensus in subditorum felicitatem velut effuderit, gratias retulimus; deinde vero de adversa ejus valetudine certiores facti assiduis, anxiisque precibus Dominum dominantium obsecramus, quod læta faustaque omnia ei largiendo, ipsum in primis sospitem, ac prospera florentem valetudine regno, dominiisque suis restituat, ut prioribus meritis recentia in dies, atque uberiora cumulare pergat. Votis igitur ejusdem Karoli Emmanuelis regis libentissime obsecundare studentes, dictum monasterium sancti Justi, ejusque titulum collativum, et qualitatem regularem, ita ut illud da cætero in titulum, seu commendam conferri, vel concedi nequeat, ac regulare esse

desinat, nec non collegialitatem in præfata ecclesia sanctæ Mariæ, ac sanctorum Justi, at Mauri ad infrascriptorum effectum penitus respective supprimimus, et extinguimus, atque ordinariam quasi episcopalem jurisdictionem in tribus locis prædictis a secundo monasterii illius abbate commendatario, attributis tamen ei infrascriptis juribus, et præeminentiis, abdicamus, et sejungimus. Itaque ex nunc, sed quoad affectum statim ac ecclesia Pinaroliensis quovis modo vacaverit, et dicti monasterii sancti Michaelis commenda cessaverit, seu venerabilis frater Noster Karolus Albertus episcopus Ostiensis, et Veliternensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Guidobono Cavalchini nuncupatus ejusdem monasterii sancti Michaelis commendatarius, aut venerabilis etiam frater Noster Joannes Baptista de Orilié a sancto Innocentio episcopus Pinaroliensis favore novi episcopatus Secusini, quatenus eis ita fuerit opportunum, respectiva præstiterit assensum, supradictas tres valles cum enunciatis locis intra illas extantibus in diœcesi Pinaroliensi complexas, quatuorque etiam terras supra enumeratas in spiritualibus ab eodem monasterio sancti Michaelis dependentes ab ordinaria præfatorum episcopi Pinaroliensis, et abbatis commendatarii monasterii sancti Michaelis ecclesiastica jurisdictione tantum, sed salvis episcopi, et abbatis præfatorum dominio, et juribus temporalibus, apostolica auctoritate perpetuis futuris temporibus separamus, dismembramus, segregamus, at dividimus; iisque peractis, oppidum Secusii in civitatem episcopalem Secusinam nominandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali Sede insignitæ, earumque cives utuntur fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Ecclesia collegiata in cathedralem erigitur.

§. 10. Dictamque ecclesiam antea collegiatam sub eisdem sanctæ Mariæ, ac sanctorum Justi, et Mauri invocationibus in cathedralem cum suis capitulo, dignitatibus, et canonicis, ac in ea Sedem episcopalem pro uno episcopo Secusino nuncupando, qui ipsi ecclesiæ, ac civitati, et diœcesi Secusinæ, ut infra assignandæ præsit, omnemque supra loca, res, personas, ac etiam abbates inferiores, et prælatos, salvis tantum quoad abbatem monasterii de Novalitio infrascriptis præeminentiis, episcopalem ordinariam jurisdictionem, ac omnia pariter, et singula jura, officia, et munia episcopalia habere, et exercere libere, ac licite possit, et valeat cum suis clero, sigillo, arca, mensa episcopali, ac pontificalibus insigniis, nec non juribus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ, earumque præsules, et capitula, dignitates, et canonici quomodolibet, non tamen titulo oneroso, vel ex indulto, ut privilegio particulari similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, ita quod archidiaconatus post pontificalem major, archipresbyteratus secunda, præpositura, cui animarum parochianorum cura, ut antea immineat, tertia, ac thesaurariatus quarta inibi dignitates, at quatuordecim canonicatus non amplius collegiatæ, sed cathedralis ecclesiæ Secusinæ capitulum existant, et constituant, atque in ea chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur cum eisdem insigniis, nec non omnibus, et singulis mensæ capitularis, singularumque præbendarum oneribus, bonis, fructibus, redditibus, et proventibus, ac emolumentis quibuscumque eidem mensæ capitulari, singulisque personis competentibus ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam perpetuis futuris temporibus harum serie erigimus, et instituimus.

Residentia episcopi præfinitur in civitate Secusii, et inde episcopatus Secusinus constituitur.

§. 11. In novi autem episcopatus Secusini diœcesim juxta id, quod dictus Karolus Victorius Amadeus cardinalis, et delegatus proposuit ex nunc, civitatem ipsam Secusinam ubi novus episcopus semper residebit, ac territorium, et loca omnia ad ordinariam ecclesiasticam suppressi monasterii sancti Justi jurisdictionem pertinentia, atque, ut infra denominata, et recensita videlicet Foresto, Chianoco, Bossoleno, Bruzolo, san Giorio, Borgone, Villafocchiardo, Cordove, s. Evasio e Monpantero, Chiavrie, Mocchie, s. Mauro, Frassinere, Rubiana, Celle, Gravere, Novaretto, Mattie, Almese, Giaglione, Villar presso Almese Meana, nec non salvis tamen supra expressis conditionibus prædicta tria loca, nimirum Novalesa, Veneaux, et Ferriere cum eorum terminis, et confinibus, ac omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, parœciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in dicta civitate Secusii, et prædictis locis existentibus, et com-

morantibus, itant civitas Secusina, et loca præfata cum suis terminis, et confinibus novo, et pro tempora existenti episcopo Secusino subjecta sint, prout hactenus abbati commendatario monasterii sancti Justi, ut præfertur, suppressi, at respectivo abbati commendatario alterius monasterii sanctorum Petri, et Andreæ subjecta fuere, auctoritate præmissa concedimus, et assignamus.

Consulitur successoribus abbatis s. Justi suppressi, eisque necessaria jura reservantur.

§. 12. Ut autem dictus Petrus Antonius, ejusque successores monasterium sanctorum Petri, et Andreæ prædictum pro tempore obtinentes etiam post præmissam cessionem iis polleant prærogativis, quas congruas esse duximus, illis infrascripta jura præservamus, at quateous opus sit, ex integro impertimur. Primo, quod abbati ejusdem monasterii, ejusque successoribus tamquam dominis jurisdictio temporalis dictorum trium oppidorum de Novalitio, Venaux, et Ferriere illæsa remaneat. Secundo, quod jurisdictio, at quodlibet aliud jus intrascriptæ ecclesiæ abbatialis tantum ipsi quoquomodo competens, reservatum pariter existat. Tertio, quod abbas ejusdem monasterii, ejusque successores a quacumque ordinaria atiam futuri episcopi Secusini subjectione exempti sint, atque immediate sanctæ Sedi subsint, prout hujusmodi prærogativa hucusque sunt potiti, et eadem quoque exemptione fruatur ecclesia abbatialis da Novalitio cum omnibus, at quibuscumque indultis, et privilegiis illi alias concessis. Quarto, quod abbatibus commendatariis pro tempore monasterii de Novalitio illæsæ remaneant omnes præeminentiæ, facultates, insignia, tituli, prærogativæ, ac usus quoque pontificalium in propria tantum ecclesia ejusdem monasterii sanctorum Petri, et Andreæ, quatenus eis legitime competierit. Quinto tandem, quod favore abbatum pro tempore monasterii de Novalitio integri serventur omnes fructus, proventus, et emolumenta cujusque qualitatis, et quantitatis existerint, illis tantum exceptis, quæ jurisdictionem futuro episcopo Secusino cessam consequuntur, eademque ab omnimoda erga quamcumque ordinarium, ac etiam erga novum episcopum contributione exempta remaneant, salvis tamen juribus, sique parochis ratione congruæ, aut aliis competentibus non sit derogatum. Porro in ejusdem Secusinæ diœcesis ampliationem, at ad occurrendum incolarum vicinorum locorum spiritualibus indigentiis etiam ex nunc, sed quoad effectum in supra expressos eventus, supradictas tres valles da Oulx, Bardonecha, et Sezana, et enunciata oppida videlicet Chaumont, Bardonecche, Exilles, Arnaud, Salbeltram, Melasat, Oulx, Deserte, Sauxe da Oulx, Fenil, Savoulx, Cesana, Chateau, Baolard Bousson, Beolard Thures, Milauries, Rochemoles, Sauxa da Cesane, seu sanctæ Rastitutæ complacentas, quæ modo de diœcesi Pinaroliensi existunt: nec non supra paritar dicta quatuor loca, idest Vajes, s. Antonino, Chiusa, et sant' Ambrogio præfato monasterio sancti Michaelis subjecta, quæ Nos, ut præfertur a diœcesi Pinaroliensi, atque a jurisdictione dicti monasterii sancti Michaelis, ut præfertur, respective dismembravimus, in ejusdem quoque episcopatus Secusini de novo erecti diœcesim attribuimus quoque, et impertimur.

§. 13. In ipsis autem civitate Secusina, at diœcesi tam ex nunc, quam post præmissos eventus assignata novus, et pro tempore existens Secusinus episcopus omnem ordinariam episcopalem jurisdictionem, atque illam ordinis, ut vocant, in personas tam sæculares, quam ecclasiasticas, et ad formam tamen decretorum concilii Tridentini, apostolicarumque constitutionum etiam regulares, nec non in ecclesias, monasteria, at loca pia quæcumque, prout aliis episcopis competit, libere, et absoluta exercere valeat, et exerceat, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Secusinæ tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum apostolica auctoritate præficiandæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem omnimodi juris diœcesani in dicto oppido in civitatem episcopalem erecto, ac in locis modo, at post præmissos eventus in diœcesim assignatis vigore literarum apostolicarum provisionis de sua persona in episcopum Secusinum libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere cujusvis licentia minime requisita, eidemque episcopo Secusino pro tempore existenti quæcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica quomodolibet nuncupata, atiam canonicatus, et præbendas, ac dignitates, non tamen post pontificalem majorem in dicta cathedrali ecclesia Secusina in civitate, et diœcesi hujusmodi consistentia, iisdem modo, et forma prout ad abbates commenda-

Episcopo Secusino ordinario conceditur jurisdictio ad tramites decretorum concilii Tridentini, et collatio beneficiorum juxta regulam cancellariæ.

tarios, et ad episcopum Pinaroliensem præfatos antea pertinebant, occurrentibus quovis modo illorum vacationibus, dummodo tamen beneficia præfata Sedis apostolicæ dispositioni reservata, vel affecta non fuerint, personis idoneis pleno jure conferendi, ct de illis providendi auctoritatem, et potestatem concedimus, et impertimur. Ipsam vero ecclesiam Secusinam suffraganeam venerabilis quoque fratris Nostri moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Taurinensis, illiusque metropolitico jure subjectam fore, et esse decernimus, et statuimus.

Pro dote mensæ episcopalis assignantur bona monasterii s. Justi ad formam stipulatæ transactionis, quæ confirmatur.

§. 14. Quo vero ad mensæ episcopalis Secusinæ nuper erectæ dotem, et pro illius episcopi sustentatione, firma remanente transactione, seu concordia inter dictum Petrum Joachimum tunc existentem abbatem commendatarium monasterii sancti Justi ex una, ac capitulum, et canonicos dictæ collegiatæ ecclesiæ modo in cathedralem erectæ sub die octava novembris anni Domini millesimi, septingentesimi, sexagesimi, secundi per publicum instrumentum initæ, quam illæsam, atque integram a futuro quoque episcopo servandam esse statuimus, eamque propterea confirmamus, at approbamus, de cætero redditus omnes ad suppressum monasterium sancti Justi pertinentes, quosque dictus Petrus Joachim juxta quamdam transactionem, prævio apostolico beneplacito de anno millesimo septingentesimo sexagesimo octavo inter eumdem Petrum Joachim, et regii ærarii administros percipiebat: nec non proventus sortis mille, ct quingentarum librarum monetæ illarum partium, ac etiam quarumdam domorum, et effectuum in civitate Secusina existentium.

Redditus ad quatuordecim mille libras ascendere comperiuntur, supra quibus pensio reservatur librarum bis mille sexcentum.

§. 15. Qui quidem redditus, ct proventus omnes, ut accepimus, ad quatuordecim milla libras circiter dictæ monetæ annuatim ascendunt, super quibus tamen pensio bismille, et sexcentum librarum ejusdem monetæ ad vitam dicti Karoli Alberti episcopi, et cardinalis apostolica auctoritate reservata reperitur, in dotem perpetuam mensæ episcopalis Secusinæ, ita ut novus, et pro tempore existens episcopus Secusinus in eorumdem redditiuum, et proventuum, ac effectuum veram, realem, actualem possessionem se immittere, illosque administrare, ac redditus, et proventus hujusmodi percipere, exigere, levare, ac adimpletis per eum infrascriptis oneribus, in proprios usus, et utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requisita.

Novo episcopo præcipitur, ut capitulo et canonicis septingentas libras persolvat pro oneribus ecclesiæ cathedralis.

§. 16. Cum hoc tamen, quod novus, et pro tempore existens episcopus Secusinus quotannis summam septingentarum librarum ejusdem monetæ capitulo, et canonicis dictæ novæ cathedralis ecclesiæ in supplementum oneris illius alias incumbentis manutenendi sacrarium, ecclesiam restaurandi, atque supportandi alia onera, nec non, postquam tamen pensio favore præfati Karoli episcopi, et cardinalis cessaverit, aliam annuam summam bismille sexcentum librarum favore seminarii puerorum ecclesiastici Secusini respective persolvere teneatur de consensu dicti Karoli Emmanuelis regis apostolica auctoritate appropriamus, et applicamus, ac respective unimus, annectimus, et incorporamus.

Habitatio episcopi præfinitur in æde ab apostolico delegato acquirenda.

§. 17. In habitationem vero, et residentiam futuri, at pro tempore existentis Secusini episcopi eam ædem, quam dictus Karolus Victorius Amadeus cardinalis, et delegatus in vim cujusdam decreti de mandato Nostro xxii mensis maii proxime præteriti peracti acquiret, atque alias ædes novæ cathedralis ecclesiæ proximas, in quibus olim canonici regulares degebant in usum novi seminarii episcopalis ad formam decretorum ejusdem concilii Tridentini erigendi respective assignamus, attribuimus, et impertimur.

Consulitur decori ecclesiæ cathedralis.

§. 18. Ad hoc autem, ut novæ cathedralis ecclesiæ decor idem sit, quem ab apostolicæ Sedis beneficentia aliæ promeritæ sunt cathedrales ecclesiæ; ideo futuro episcopo Secusino, ejusque successoribus, ac pro tempore existentibus dignitatibus, capitulo, ct canonicis, aliisque ecclesiæ, et capituli hujusmodi personis, ac ministris, ut omnibus, ct singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, præeminentiis, prærogativis, concessionibus, facultatibus, indultis, favoribus, et gratiis, quibus aliarum ecclesiarum episcopi, ac dignitates, capitula, et canonici, aliæque civitates, et diœceses præsertim Pedemontii, eorumque res, et bona fruuntur, utuntur, potiuntur, et gaudeot, seu uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, uti frui, potiri, at gaudere libere, et licite possint, et valeant etiam parpetuis futuris temporibus concedimus, et indulgemus. Insuper capitulo, et canonicis, ac personis dignitates obtinentibus in nova ca-

thedrali ecclesia, ut ipsi, quatenus id opportunum videatur, capitulariter congregati pro cathedralis ecclesiæ Secusinæ, illiusque mensæ capitularis, sacristiæ, et fabricæ, eorumque rerum, et bonorum tam spiritualium, quam temporalium prosperò, felicique statu, gubernio, regimine, et direzione, ac onerum eis incumbentium adimplemento, missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, distributionum etiam quotidianarum, et emolumentorum quorumcumque reparatione, pœnarum per absentes a divinis officiis, et functionibus non interessentes incurrendarum impositione, cæremoniis, et functionibus in nova cathedrali ecclesia, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non ministris deputandis, et amovendis, salariis, et stipendiis assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, nova statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et constitutionibus, ac decretis apostolicis non contraria, cum approbatione tamen futuri episcopi Secusini, approbanda, et confirmanda, condendi, edendi, conditaque, et edita pro temporum, et rerum varietate mutandi, declarandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia ex integro modo præmisso condendi, et per eos, ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contrafacientes statuendis observari faciendi plenam, et omnimodam facultatem eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo tribuimus, et impertimur.

Jus præsentandi episcopum, reservatur marchionibus Secusinis in perpetuum.

§. 19. Quemadmodum vero monasterii sancti Justi ex cujus redditibus integre fit novi episcopatus Secusini dotatio de Jurepatronatus dicti Karoli Emmanuelis regis ratione marchionatus Secusii, cujus ipse Karolus Emmanuel rex etiam marchio existit, ex fundatione, vel dotatione, aut ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur. Ita quoque præfato Karolo Emmanueli regi, cujus merita erga sanctam Sedem in dies augentur, ejusque in Secusino marchionatu successoribus pro tempore existentibus jus præsentandi, seu nominandi ad ecclesiam Secusinam hujusmodi tam in hac prima vice a primæva illius arectione a Nobis, ut præfertur, facta, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et romanum pontificem pro tempore existentem ad præsentationem, seu nominationem hujusmodi eidem ecclesiæ Secusinæ in episcopum præficiendam apostolica similiter auctoritate perpetuo reservamus, constituimus, et assignamus, ac jus præsentandi, seu nominandi hujusmodi eidem Karolo Emmanueli, ac pro tempore existenti Sardiniæ regi ratione dicti marchionatus Secusii, et causa præsentandi, seu nominandi juris, quod ei ad primodictum monasterium ex simili apostolica concessione competiit, competere, et vere regium esse, atque uti tale sub quacumque derogatione nullatenus comprehendi, neque illi derogari posse constituimus, atque decernimus.

Taxa in libris cameræ apostolicæ præfinitur in florenos auri tercentum.

§. 20. Postremo, quod taxa in libris cameræ apostolicæ novæ ecclesiæ Secusinæ, prout primodictum monasterium, ut præfertur, suppressum in eis taxatum reperitur ad florenos auri tercentum describatur, etiam statuimus, et sancimus.

Immunes literæ a quovis vitio declarantur.

§. 21. Præsentes autem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ a Nobis fierent, comprehendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum at populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quovis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eie, et eorum cuilibet quavis eliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane similiter decernimus.

Executio literarum committitur cardinali Amadeo.

§. 22. Quoniam vero dictus Karolus Victorius Amadeus cardinalis ad id negotii sedulo adeo se præstitit quum ad illud inchoandum eum præ cæteris me-

rito selegimus; illi propterea juxta mentem quoque dicti Karoli Emmanuelis regis omnium, quæ his literis jubemus executionem concredendam ducentes, ipsi Karolo Victorio Amadeo cardinali injungimus, omnemque auctoritatem harum quoque literarum vi plenissime tribuimus, et impertimur, ut ipse per se, vel alium, seu alias personas ab eo deputandas præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque solemniter publicens, faciat auctoritate Nostra illes integre eb omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, ac futurum episcopum Secusinum, et capitulum illius novæ cathedralis ecclesiæ illis pacifice frui, et gaudere: non permittentes ipsos, et eorum quemlibet per quoscumque quavis auctoritate fungentes indebite molestari: contradictores quoslibet per sententias, ac etiam censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione post posita compescendo; ita quoque pro omnimoda præsentium exequutione, divinum servitium in nova cathedrali ecclesia, ejusque choro persolvendum statuat.

Facta erectione episcopatus præcipitur electio vicarii generalis secretis suffragiis peragenda.

§. 23. Postquem autem ipsarum præsentium exequutio a dicto Karolo Victorio Amadeo cardinali, et delegato peracta fuerit, infra octiduum capitulum, et canonici dictæ cathedralis ecclesiæ erectæ collegialiter congregati per secreta suffragia vicarium in spiritualibus generelem, qui eam jurisdictionem exercere valeat, prout, sede episcopali vacante, a singulis vicariis capitularibus exercetur, eligere debeant, et teneantur.

Derogatio contrariorum.

§. 24. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papæ VIII. prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi in certis inibi expressis, et exceptis casibus, atque in illis non ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium vocetur, seu ne judices a Sede prædicta deputati extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis a quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus epostolicis: nec non Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, et de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii ultimo loco celebrati, dismembrationes, et applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, atque episcopalis ecclesiæ Pinaroliensis fundatione, et erectione, nec non sancti Michaelis de Clusa, ac sanctorum Petri, et Andreæ de Novalitio abbatiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate elia roboratis respective statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiem consistorieliter, aut alias quomodolibet etiam pluries a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis: nec non, quatenus opus sit, piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumqua totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individue, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum validitatis effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, ac latissime, et plenissime ex certa scientia, et apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine harum serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habendæ transumptis.

§. 25. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo dicti Karoli Victorii Amadei cardinalis, et delegati munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum suppressionis, extinctionis, abdicationis, sejunctionis, separationis, dismembrationis, segregationis, divisionis, erectionis, institutionis, concessionis, assi-

gnationis, attributionis, impertitionis, decreti, statuti, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, indulti, reservationis, constitutionis, sanctionis, deputationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio nonas augusti, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 8. augusti 1772, Anno IV.

CXCV.

Suppressio congregationis Oratorii terræ Hyspelli, et unio illius bonorum mensæ episcopali Fulginatensi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. In apostolicæ dignitatis fastigio, divina sic disponente voluntate, meritis licet imparibus, constituti, omnes Dominici agri partes quasi de montis vertice inspicimus, ut quid ecclesiarum omnium conditioni, decori, et firmamento conveniat, judicemus, et divino fulti præsidio, quo cuncta ex sui benignitate pro populorum suorum christifidelium salute disponit, ad ea, quæ ecclesiarum hujusmodi statum respiciunt, Nostri ministerii partes utiliter intendere curamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Memoratur unio facta terræ Hyspelli diœcesi Fulginatensi.

§. 2. Nuper siquidem Nos per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas ex justis causis animum Nostrum digne moventibus terram Hyspelli vulgo Spello nuncupatam una cum suo territorio a diœcesi Spoletana, intra cujus limites existabat, dismembravimus, et separavimus, illamque sic dismembratam, et separatam alteri diœcesi Fulginatensi univimus, adjunximus, et incorporavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Ex hac autem unione, et adnexione, cum modo Fulginatensis diœcesis latius diffundatur, hinc ex incremento populi, novæ tam venerabili fratri Mario episcopo Fulginatensi, quam ejus in episcopatu hujusmodi successoribus adauctæ sunt curæ pastorales, et onera.

Aucto labore episcopi, et redditus augentur, suppressaque congregatione Oratorii illius civitatis, bona episcopo assignantur.

§. 3. Ut igitur, aucto labore, redditus quoque ecclesiæ, ac mensæ episcopalis Fulginatensis aliquatenus augeantur, hinc est, quod Nos ex præmissis, aliisque facti, et rerum circumstantiis Nobis bene notis, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, particularem, angustamque congregationem Oratorii in dicta terra Hyspelli per quondam Justinianum Cambj, aliosve sacerdotes, aut institutores, usque a principio erectam supprimimus, et extinguimus, ac suppressam, et extinctam omnino decernimus, et declaramus; ejusdem vero sic, ut præfertur, suppressæ, atque extinctæ congregationis fundos universos, et proventus cujuscumque generis, et speciei, nec non jura, et actiones ad dictam congregationem quomodolibet spectantes, etiam agendi contra occupatores, et detentores bonorum, pecuniarum, rerumque aliarum ad congregationem hujusmodi pertinentium, una tamen cum missarum, canonum, livellorum, taxarum, legatorum, aliisqua ad fundos ipsos, ac proventus adnexis oneribus, dictæ civitatis Fulginatensis episcopatui, et mensæ episcopali motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo unimus, adjungimus, et incorporamus.

Episcopo reservatur arbitrium moderandi onera adnexa, reservata apostolica adprobatione.

§. 4. Eidemque Mario episcopo facultatem tam moderandi, seu reducendi, ac etiam commutandi, et transferendi prædicta omnia, at singula, sive pia, sive prophana respective onera, quam destinandi usum, et exercitium ecclesiarum ad memoratam suppressam, et exinctam congregationem ex concessione capituli collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ dictæ terræ pertinentium, ac demum assignandi dilectis filiis Bernardino Bartocci, ac Vincentio Accorimboni congregationis hujusmodi jam presbyteris, eorumque fratri laico alimenta, quatenus extra aliam, aut proprii, aut alterius instituti congregationem, seu domum religiosam commoraverint, vel aliter provisi non fuerint, ac pro tempore, et quantitatibus; et sub aliis conditionibus juxta suum æquum, prudensque erbitrium præscribendis, tribuimus, et impertimur; ita cæteroquin, ut onera præmissa, si, et quatenus ab ipso Mario episcopo moderata seu redacta, et commutata, vel translata fuerint, non aliter exequi de-

beant, nisi eo modo, et forma, quibus moderationes, reductiones, commutationes, vel translationes hujusmodi Nobis exponendæ, Nostram in posterum obtinuerint adprobationem; ac præterea quamcumque ulteriorem provisionem super cæteris omnibus rem, at negotium hujusmodi quomodolibet concernentibus, præcipue vero super assertis juribus hæredum, seu legatariorum, substitutorum, et respectiva nominatorum in dispositionibus quondam patris Josephi Moder, et presbyteri Fausti Gentili, prout tamen, quando, et quatenus opus fuerit, Nobis reservamus.

Clausula salutaris.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod presbyteri dictæ congregationis, vel quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias justificatæ non fuerint, aut ex alia quantumvis legitima causa, colore, prætexto etiam enormis, et enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, sed semper validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac prædictorum piorum institutorum, testatorum, ac disponentium etiam ultimis voluntatibus, nec non pactis, atque conventionibus cum prædicto capitulo collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ initis, et Nostra, at cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, at formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, et specifica, ac expressa mentio, seu quævis alia expressio facienda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVI.

Dat. die 14. augusti 1772. Anno IV.

Prohibitio extrahendi supellectilia ex ecclesia, at monasterio monialium Annunciationis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ in sancto Stephano nuncupatæ ordinis sancti Benedicti civitatis Alatrinæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Prohibitio decernitur sub poena excommunicationis latæ sententiæ uni summo Pontifici reservatæ.

§. 1. Conservationi, at manutentioni ornamentorum, et paramentorum ecclesiæ monasterii, monialium Annunciationis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ in sancto Stephano nuncupatæ Ordinis sancti Benedicti civitatis Alatrinæ, quantum cum Domino possumus benigne consulere, at dilectas in Christo filias abbatissam, seu priorissam, et moniales dicti monasterii

specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus illarum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: ne de cætero quisquam quavis auctoritate, superioritate, vel officio fungens, vasa, calices, candelabra, et alia paramenta, et ornamenta ecclesiastica, ex aureo, vel argento, aut alia quavis materia confecta, nec non aliam quamcumque supellectilem sacram ad ecclesiam, et monasterium hujusmodi nunc, et pro tempore quomodolibet spectantem (exceptis tantum sacris vestibus, iisque omnibus, quæ vigore conventionis dari, subministrarique debent parocho ecclesiæ sancti Stephani dicto monasterio unitæ, nec non excepta argentea basi pro simulacro, et sacra reliquia s. Sixti pontificis et martyris, at præcipui civitatis Alatrinæ patroni, quæ a monasterio prædicto consuevit quotannis die festo ejusdem sancti commodari ecclesiæ cathedrali dictæ civitatis) aliisque ecclesiasticis, vel locis piis, aut personis quibuslibet commodare, vel sub quovis quæsito, colore, causa, vel ingenio ex ecclesia, et monasterio hujusmodi extrahere, et asportare, seu, ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat quovis modo, seu præsumat sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo constitutus valeat obtinere, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, vel illius sacristiæ, aut alio conspicuo loco, ubi ab omnibus cerni, et legi possit, assidue affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quarta augusti, millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVII.

Datum die 21. augusti 1772. Anno IV.

Confirmatio resolutionis Consultæ super diminutione numeri consiliariorum pro nobilibus civitatis Amerinæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Civitatum omnium decus, et ornamentum, quod in civium nobilitate potissimum residet, merito postulat, atque exigit, ut in iis, quæ conservationem splendoris familiarum nobilium respiciunt, apostolicæ auctoritatis Nostræ partes favorabiliter interponamus, prout rerum, locorum, ac temporum circumstantiis mature perpensis salubriter in Domino conspicimus expedire.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium civitatis nostræ Amerinæ expositum Nobis fuit, quod alias anno nempe MDCCLXVII. congregatio tunc existentium S. R. E. cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici præposita, re prius serio perpensa, ut antiquum decus, ac splendor in ordine, seu gradu familiarum nobilium dictæ civitatis ibidem vulgo nuncupato = *consiglio di dieci*, o *sia speciale* = firmius conservaretur, dia tertia julii ejusdem anni, earumdam familiarum numerum a memorata congregatione jam antea die videlicet XXII. decem. MDCCLII. usque ad quadraginta, et duas, constitutum, potius cohibendum ad triginta, quam ex admissione aliarum non habentium requisitas qualitates, quidquam antiquo earum splendori detrahendum esse putavit, ac voluit. Hac itaque de re propter diminutum familiarum hujusmodi numerum mutatus etiam fuit ordo, ac tempus publicorum officiorum dictæ civitatis: nam magistratus officium, quod prius trimestri tantum tempore perdurabat ad quadrimestre protractum fuit; urna vero bussolo vulgo nuncupata, ubi nomina extrahendorum ad idem officium in tot distinctis pilis continentur quæ prius triennio quolibet fieri consueverat, ad quinquennium extansa itidem fuit, atque constituta; ac pariter protracto tempore aliorum munerum vicariatl nuncupati ab uno ad duo semestria præscriptus extitit numerus quindecim civium, ad hoc ut in unaquaque ex quindecim pilis efficientibus integram urnam prædictam unus eorum comprehen-

deretur, qui popularem ordinem repræsentaret, quique una cum duobus nobilibus in una eademque pila descriptis, ac alio pariter nobili in pila præcedenti contento juxta constitutionem felicis recordationis Clementis pp. XII. prædecessoris Nostri publicam repræsentationem constitueret illorum quatuor, qui antianorum nomine nuncupantur, ac alias prout ex epistola ab eadem congregatione die IV. julii prædicti anni ad gubernatorem ipsius civitatis conscripta, atque una cum inserto folio lecta, et publicata in generali consilio habito die XI. ejusdem mensis, quorum omnium tenor est qui sequitur nempe Foris = Al magnifico mio amatissimo = Il governatore di Amelia = Loco ✠ sugelli.

Tenor epistolii sacræ congregationis bo ni regiminis.

§. 3. Intus = Magnifico mio amatissimo = Essendosi considerato dalla s. Consulta tutto ciò, che si contiene nell' ulteriore informazione da voi trasmessa in proposito dell' istanze alla medesima avanzate tanto per parte di cotesto consiglio speciale denominato ancora delli Dieci, o sia de' nobili per la riduzione del consiglio suddetto dal numero di quarantadue a quello di trenta, ed altri consecutivi provvedimenti per la magistratura, e vicariati, quanto a nome de' cittadini, e consiglieri, quali objettano a tali istanze; detta s. Consulta è venuta nella determinazione contenente nell' acclusa foglio. Onde voi farete dare piena esecuzione a quanto si prescrive in esso. Così eseguirete. E Dio vi guardi = Roma 4. luglio 1767. = vostro amorevole = L. card. Torrigiani = G. Forti segretario = Amelia governatore. =

Tenor resolutionis ejusdem sacræ congregationis circa resolutionem buxuli.

§. 4. Amerina reductionis buxuli = Die 3. julii 1767. Riferito nel giorno 12. dello scorso mese di giugno diverse istanze, che facevansi dal consiglio speciale denominato ancora delli Dieci, o sia de' nobili d' Amelia, prima di venire alla confezione del nuovo bussolo, tuttocchè sopra alle istesse fosse già stata data l' informazione da quel governatore, pure a motivo di un memoriale dato in giro da quelli cittadini, che pretendevano nascergli, da qualunque risoluzione potesse prendersi, grave pregiudizio, fu creduto bene di sospendere ogni cosa, ed ordinare a quel governatore, che nuovamente informasse, uditi in scritto li tra ceti de' nobili, cittadini e plebei.

Venuta dunque questa nuova informazione unitamente a quello hanno ivi saputo dedurre, la s. Consulta esaminando maturamente il tutto, è venuta nella determinazione di ordinare, che in avvenire il consiglio speciale, volgarmente detto de' Dieci, o sia de' nobili presentemente composto di quarantadue soggetti, ed in tal numero fissato nella Consulta delli 22 dicembre 1752 si riduca al numero di tranta, con che però escluso non resti alcuno di quelli, che attualmente vi sono, e perciò seguir debba simile riduzione di mano, in mano, che seguirà l'estinzione delle famiglie adesso comprese, e con che questa riduzione nè possa, nè debba impedire l' ingresso nel ceto nobile, o sia del consiglio speciale a qua' cittadini, che anche a numero pieno di trenta forniti si trovassero di tutti li requisiti necessarj dallo statuto voluti, costante essendo l' intenzione della s. Consulta che il numero nè possa, nè debba essere mai minore di trenta, ma di non impedire nell' istesso tempo, che sia maggiore, il che anzi quando fosse fattibile desiderarebbe, volendo di più, che si osservino gli ordini altre volte dati dall' istessa sacra Consulta per le ammissioni, quali dovranno in primo luogo proporsi avanti gl' imbussolatori, ed in caso d' ingiusta esclusione potranno, e dovranno in secondo luogo proporsi in questo tribunale, deducendo la parte pretesa gravata le sue ragioni.

Siccome però osservandosi la solita regola di mutare il magistrato ogni bimestre, mancherebbe il pieno delle palle per compire il solito triennio del bussolo, si è perciò determinato, che il bussolo debba in avvenire durare non più tre anni, ma bensì cinque; ed il magistrato, che presentemente non dura che un bimestre, debba continuare per un quadrimestre, compiendosi ogni palla di due nobili, ed un cittadino, e durando in esercizio uno de' nobili del passato quadrimestre a tenore della costituzione della sa. mem. di Clemente XII. aversi il pieno del magistrato, che deve essare a tenore dello statuto composto sempre di quattro soggetti.

E perchè siavi il pieno per tutto il quinquennio, dovranno gl' imbussolatori formare quindici palle con l' ordine di sopra detto, e siccome li cittadini non sono che quattordici, e per conseguenza ne manca uno al compimento delle quindici palle, così s'ordina, e commanda, che debbasi subito ammettare uno del ceto plebejo, che abbia li necessarj requisiti, al ceto de' cittadini, e questo far si debba ogni qualunque volta venisse a vacare qualche posto.

Si è finalmente stabilito, che li

vicariati annessi alla città di Amelia, e soliti ad occuparsi per soli mesi sei, debbano in avvenire conferirsi per un anno intiero, con il solito peraltro, ed antico ordine, così avrassi sempre il numero pieno in ogni genere; a mancando, o non potendo per giusti motivi qualcuno esercitare, o il vicariato, o la magistratura, saravvi sempre il bussolo de' spicciolati, da cui potrà cavarsi altro soggetto, che supplisca.

Et alias latius ut in actis prædictis ad quos ec.

Dat. Ameriæ ex secretaria nationali hac die 12 martii 1772.

Ita est Domicus Felix Tassetti notar. secr. rog.

Ulterius in actis dicti buxuli apparet ut infra = Die 11 mensis julii 1767.

Fu letta la lettera della s. Consulta col foglio annesso sopra la riduzione delle famiglie nobili fino al numero di trenta, e di mano in mano come alla detta lettera in data di Roma li 4 luglio corrente del tenore qui allegata, ed inserta.

Il nobile sig. conte Francesco Maria Piacenti imbussolatore dice. = Essendo stato sotto li 3. luglio corrente ordinata dalla sagra Consulta la riduzione de' nobili dal numero di 42 a quello di 30 con la condizione, che simile riduzione siegua di mano in mano, che saranno estinte le famiglie adesso comprese, e che al numero dei 14 cittadini se ne aggiunga un altro per egualiare le palle; quindi è che si venga all'elezione dei concorrenti al posto dei cittadini, ma prima de' concorrenti nobili nel luogo dei padri, e zii respettivamente.

Furono letti li memoriali = Omissis ec.

Ordo familiarum ad nobilitatem admissarum.

§. 5. Quibus adimpletis fuerunt factæ pallulæ antianatus duraturæ ad quatuor menses juxta præscriptum a sacra Consulta. Præmissa itaque omnia tanta cum maturitate ab eadem congregatione volita, atque præscripta plene observata postmodum semper fuerunt, et familias ad nobilitatem dictæ civitatis admissas, atque ordinem nobilium de consilio decemvirorum hujusmodi de præsenti constituentes eas esse declaramus, quæ sequuntur nempe = Artemisi Saverio di Olimpiade Niccola = Assettati Girolamo di Massenzio Girolamo = Assettati Ambrogio di Massenzio Girolamo = Consacchi = Cavalier Stefano di Bartolomeo di Stefano = Carleni = Agostino di Camillo Fulgerico = Catenacci = Carlo di Riccardo di Bartolomeo = Catenacci = Alessandro di Francesco di Alessandro = Cerichelli = Conte Diomede di Ottavio di Bernardino = Cerichelli = Conte Niccola di Ottavio di Bernardino = Cerichelli = Conte Gioan: Battista di Pietro Paolo di Gioan: Battista = Cocchiei = Sante di Sante di Ludovico = Farrattini = Conte Ubaldo di Francesco di Ubaldo = Franchi Clementini = Francesco di Marcello di Nicola = Geraldini = Angelo di Lorenzo di Alessandro = Geraldini = Francesco Maria di Lorenzo di Alessandro = Geraldini = Conte Antonio di Giacomo di Lorenzo = Geraldini = Francesco Antonio di Ascanio di Lorenzo = Geraldini = Conte Pietro di Luca di Gio: Matteo = Lancia = Antonio di Matteo di Mario Antonio = Leonardi = Ambrogio di Lodovico di Pietro Paolo = Nacci = Giuseppe d'Ippomeneo di Cesare = Novelli = Tosi Costantino di Girolamo di Sebastiano = Parca Guarnolfini = Marcello di Paolo Antonio di Domenico = Petrignani = Annibale di Tommaso di Annibale = Petrignani = Conte Giacomo di Benedetto di Giovanni Antonio = Petrucci = Capitano Olimpiade di Cristoforo di Brizi Agostino = Perreira = Emmanuela di Stefano Filippo di Leonardo = Piacenti = Conte Francesco Maria di Sebastiano di Giovanni = Racani = Conte Olimpiade di Gasparo di Olimpiade = Sandri = Gaetano di Girolamo di Felice = Studiosi = Girolamo di Niccola Francesco = Studiosi = Niccola di Olimpiade di Niccola = Venturelli = Capitan Francesco di Poddin di Giovanni Bonaventura = Venturelli = Francesco Maria di Saverio di Francesco Maria = Venturelli = Giuseppe di Filippo di Luca = Vulpio = Conte Niccola di Bartolomeo di Giovanni Antonio = Zuccanti = Niccola di Tommaso di Antonio =

Preces porrectæ pro confirmatione decretorum s. congregationis boni regiminis.

§. 6. Cum autem, sicuti eadem expositio subjungebat, dicti exponentes, quo firmius præmissa omnia, quæ a dicta congregatione decreta, atque constituta fuerunt, firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, ac prærogativas, præeminentias, et privilegia dicto consilio decemvirorum hujusmodi, ejusque nobilibus consiliariis spectantia, et pertinentia, per Nos confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Mandat Pontifex ut omnia

§. 7. Nos igitur ipsos exponentes

quæ a s. congregatione præcepta fuerant observantur, et decreta ipsa auctoritate apostolica confirmat.

specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta omnia a memorata congregatione eorumdem cardinalium die 3 julii anni MDCCLXVII. ut præmittitur præscripta, decreta, et constituta, una cum omnibus in dicta epistola, et folio adnexo contentis, et expressis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium. Præterea omnia jura, prærogativas, præeminentias, privilegia tam de jure, quam ex statuto, lege municipali, usu, et consuetudine, aut alias quomodolibet ad præfatum consilium decemvirale, et speciale spectantia, et pertinentia, quatenus sint in usu, et concilii Tridentini decretis, sacris canonibus, aliisque apostolicis constitutionibus non adversentur, auctoritate et tenore prædictis confirmamus pariter, et approbamus, illaque eidem consilio suisque membris, ac individuis, suffragari debere statuimus, et declaramus.

Observantiam constitutionis præcepit, et cuilibet judici potestatem adimit aliter quam in ea statutum est judicandi.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus semper his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus, plenitudine potestatis derogat.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima augusti millesimo septingentesimo septuagesima secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCVIII.

Dat. die 31. aug. 1772. Anno IV.

Confirmatio privilegiorum concessorum ecclesiæ sanctæ Mariæ de Quercu in campo Gratiano positæ extra muros civitatis Viterbii.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Enumeratio constitutionum summorum Pontificum, ex quibus privilegia, indulta, et concessiones dimanarunt.

§. 1. Alias fel. rec. Clemens pp. VIII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 3. junii 1593. expeditas literas motu proprio, ac ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine omnia, et singula privilegia, indulta, concessiones, facultates, exemptiones, libertates, prærogativas, et gratias tam spirituales, quam temporales a rec. mem. Sixto IV., Julio II., Leone X., Clemente VII., Paulo III., Pio IV., et Gregorio XIII., ac quibuscumque aliis romanis pontificibus prædecessoribus tunc suis, nunc Nostris, ac Sede apostolica, ejusque legatis, ecclesiæ beatæ Mariæ virginis de Quercu in campo Gratiano nuncupatæ extra muros civitatis Viterbiensis, ejusque monasterio, seu conventui ordinis Prædicatorum, religiosis, et personis, seu ad eorum, ac bonorum tam mobilium, quam stabilium, jurium, et actionum eorumdem favorem, commodum, utilitatem, et conservationem, ac augumentum quomodolibet, et quomodocumque factas, concessas, emanatas, ac sæpius confirmatas, adprobatas, et innovatas, seu facta, concessa, emanata, confirmata, adprobata, et innovata, ac literas desuper expeditas, et in eis contenta quæcomque, ac eorumdem ecclesiæ, et monasterii, seu

conventus statuta, et consuetudines, quatenus in usu essent, et sacris canonibus, conciliique Tridentini decretis essent conformia perpetuo confirmavit, et approbavit, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ confirmationis robur adjecit, omnesque, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan in iisdem intervenissent, supplevit.

De nundinis in eodem campo Gratiano quolibet anno peragendis.

§. 2. Ac præterea idem Clemens VIII, prædecessor commoditati mercatorum, et aliorum ad nundinas in dicto campo Gratiano prope eamdem ecclesiam quotannis ex dictorum summorum Pontificum concessione celebrari solitas confluentium amplius consulere volens, nundinas ipsas, eas videlicet, quæ juxta concessiones, et confirmationes prædictas per quatuor dies ante dominicam post festum nativitatis beatæ Mariæ virginis immediate sequentem inchoari, et ad octo dies post ipsam dominicam, non computatis festis interim occurrentibus, durare solebant, postmodum in perpetuum ad diem duodecimam mensis septembris indici, et in ea inchoari, et usque ad festum sancti Francisci die 4 octobris inclusive durare debere; quo tempore durante, nundinas ipsas, et personas quascumque ad illas confluentes, illarumque merces, animalia, res et bona quæcumque juxta prædictarum concessionum, et indultorum seriem perpetuo juxta morem aliarum nundinarum liberarum *a cujusvis gabellæ, seu alterius cujuscumque oneris solutione liberæ*, immunes, et exemptæ, ac libera, immunia, et exempta fore, et esse concessit, ac indulsit, statuitque, et ordinavit; nec non etiam quod omnes, et singulæ merces, res, et bona ad hujusmodi nundinas delata, quæ in fine aliquarum ex dictis nundinis ab eorum patronis, mercatoribus, penes dictum monasterium, vel conventum ad effectum, et in sequentibus nundinis vendenda exponerentur, in custodiam deposita essent, ab omni pariter gabellæ, datii, vectigalis, aut alterius oneris solutione libera plane, atque immunia, et exempta existerent, dummodo tamen a gabellario viterbiensi pro tempore sigillari pro ipsius gabellarii securitate prius deberent. Si vero aliqua pro tempore ex illis extra nundinas vendi contigeret, etiamsi tota, ut dicitur balla mercium vendita non esset, nihilominus pro tota ad rigorem gabella solvi deberet, pariter concessit, aliaque plura statuit, indulsit, et ordinavit; prout in ipsius Clementis VIII, prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plena, et de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione privilegiorum.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii moderni prior, ac fratres prædicti monasterii, seu conventus Nobis nuper exponi fecerunt, firmiora, et validiora sint ea, quæ frequentiori apostolicæ auctoritatis robore communiuntur; hinc dicti exponentes præfata privilegia, indulta, concessiones, facultates, exemptiones, prærogativas, gratias, et indulgentias, a memoratis, aliisque romanis pontificibus prædecessoribus Nostris elargita, et ab eodem Clemente VIII itidem prædecessore Nostro confirmata quoque, extensa, et ampliata per Nos pariter confirmari, et approbari plurimum desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio juxta petita.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta privilegia, indulta, concessiones, facultates, exemptiones, prærogativas, gratias, et indulgentias a præfatis, aliisque romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, ut præmittitur, elargita, iisdem modo, et forma, quibus memoratus Clemens VIII prædecessor quoque Noster confirmavit, et approbavit, una cum ipsius Clementis prædecessoris literis præfatis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ solutares, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attestari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxxi. augusti MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 11 septemb. 1772 Anno IV.

CXCIX.

Confirmatio concordiæ, seu transactionis inter fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum conventus sancti Fortunati civitatis Tudertinæ, ac rectores fabricæ ejusdem sancti Fortunati civitatis præfatæ a sacra congregatione eminentissimorum, et reverendissimorum cardinalium boni regiminis status ecclesiastici præpositorum approbatæ.

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Superna dispositione in apostolatus solio præsidentes inter pastoralis officii Nostri curas nil magis Nobis cordi est, nilque ferventius exoptamus, quam pacem inter omnes christifideles, ac præsertim inter unius, ejusdemque civitatis populum, atque illos, qui divinis obsequiis mancipati in ipsius populi æternam salutem suos labores impendunt, fovere, augere, et perpetuo conservare, ad hoc ut ipsi, semotis a se quibuscumque animi molestiis, possint quieta mente, et tranquillo corde tam in propriam, quam in ejusdem populi spiritualem utilitatem ferventius Deo inservire: quocirca ea libenter concedimus, quæ ad pacem ipsam conservandam aptiora esse dignoscuntur, prout, omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspicimus.

Suppressio facta a commissario apostolico operis fabricæ, et conjunctio bonorum, et onerum favore fratrum ordinis S. Francisci.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni guardianus, et fratres conventus sancti Fortunati ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Nostræ Tudertinæ, quod cum dilectus itidem filius magister Philippus Casoni in utraque signatura Nostra referendarius, et visitator, atque commissarius apostolicus a Nobis deputatus pro hospitali ejusdem civitatis suo decreto edito die x. julii MDCCLXXI. opus fabricæ ecclesiæ ejusdem sancti Fortunati suppressisset, illudque tam cum omnibus suis bonis mobilibus, sacris supellectilibus, stabilibus, creditis, actionibus, et juribus, quam cum ejusdem operis oneribus prædictis fratribus, eorumque conventui, conjunxisset, unumque corpus effecisset, hinc dilecti quoque filii tunc existentes rectores ejusdem fabricæ decreto hujusmodi, ejusque executioni sese opposuerunt præ ceteris asserentes juspatronatus dictæ ecclesiæ sancti Fortunati ad prædictam civitatem Tudertinam pertinere, quod sane denegabant fratres dicti conventus, affirmantes liberam, et immunem esse ecclesiam prædictam a quacumque servitute jurispatronatus, ideoque ad ipsos libere pertinere.

Lis hinc gravis exorta, quæ composita fuit solemni transactione.

§. 3. In his itaque rerum circumstantiis gravis, sumptuosa, et diuturna lis jamjam, non solum super jurepatronatus hujusmodi, sed etiam super aliis quoque hinc inde excitatis controversiis oritura erat inter partes prædictas, quam viri integritate, et doctrina præditi, gradu, et qualitate spectabiles, et zelo communis pacis, et tranquillitatis flagrantes, Nobis etiam annuentibus, in sui primordio dirimere omnino curarunt, et studuerunt; atque, ut id facilius assequerentur, perpensis primum serio, diligenterque utriusque partis juribus tunc promotis, deinde concordiæ, seu transactionis formam, et modum in plura capita distributum uni, ac alteri parti proposuerunt. Quamvis autem fratres prædicti conventus concordiam, et transactionem ab eximiis viris hujusmodi, tanta cum maturitate digestam, ac propositam subinde admittendam, et excipiendam esse censuerint, civitas tamen Tudertina, ejusque cives exhibitum concordiæ modum, non quidem in omnibus approbare, sed aliquibus tantum ejusdem concordiæ capitibus assensum suum præbere putarunt. Nobis idcirco dicti exponentes jam-

pridem supplices porrexerunt preces, ut in re hujusmodi quidquid magis opportunum ad id remedium visum fuisset, de benignitate apostolica adhibere dignaremur.

Transactionis capitula subjiciuntur examini sacræ congregationis boni regiminis.

§. 4. Nos igitur, qui, ut præmisimus, christifidelium omnium pacem, eo quietem paternæ charitatis affectu exoptamus, preces tunc ab eis porrectas Nostro rescripto edito die nona superioris mensis julii remisimus dilecto etiam filio magistro Gulielmo Pallotta congregationis venerabilium fratrum nostrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum secretario, ad hoc ut ipse, facto verbo in plena congregatione prædicto super iisdem capitibus concordiæ, seu transactionis hujusmodi, quatenus justa, et æqua viderentur, exequeretur, quoties vero reformatione digna apparerent, reformaret, et reformata pariter executioni demandaret, citra tamen omnem prorsus judicii formam, et cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, omni recursu, et reclamatione remotis. Impositum sibi munus idem Gulielmus secretarius summa accuritate implevit, eidemque congregationi habitæ die xviii. ejusdem mensis julii proposuit ejusdem concordiæ, et transactionis capita, quæ memorata coogregatio censuit confirmanda, et approbanda esse in hunc, qui sequitur modum videlicet.

Confirmandam transactionem censet sacra congregatio, salvis juribus contrahentium.

§. 5. I. Quod suspensa quocumque disquisitione, et definitione super jurepatronatus, declaretur, quod utriusque partis jura salva, et illæsa semper, ac perpetuo sint, et esse debeant, neque ea ob conventionem, transactionem, aut concordiam vim ullam amittant, vel lapsu temporis damnum ullum patiantur, sed semper in suo robore, et omnimoda vi persistant, et quocumque futuro tempore habeantur, perinde ac si nunc in judicio prolata, et deducta fuissent.

Item segregato universo ambitu qui continetur sub nomine s. Fortunati favore monasterii.

§. 6. II. Ut in universo ambitu, seu circuitu, qui sub nomine sancti Fortunati nuncupatur, et nunc venire solet, totum id, quod ecclesia non est, ad eosdem fratres ordinis, et conventus prædictorum plene, ac libero, tam quoad jus, proprietatem, et dominium, quem quoad usum spectare, et pertinere intelligatur, ita ut quælibet possessio, jus, sive dominium, quam, seu quod eadem civitas, seu rectores dictæ fabricæ antea obtinuissent, pro cessa, seu cesso, abdicata, seu abdicato haberi omnino debeant, et habeantur; omnesque, et singulas partes, quæ non sunt ecclesia, et in eodem circuitu, ac ambitu continentur, perinde ac si in capite hoc specialiter, et distincte expressæ fuissent, in eo comprehensas declarando.

Item sub lege quod civitas necessaria suppeditet pro exercitio ecclesiæ, et sacristiæ.

§. 7. III. Quod a civitate, et rectoribus prædictis perpetuo assignentur ex fundis ejusdem fabricæ, et cedantur iisdem fratribus, illorumque conventui tot fundi, quorum redditus satis sint ad hoc ut iidem fratres non solum supellectilia, et utensilia cujuslibet generis pro dicta ecclesia, ejusque altaribus, et sacristia comparare, sed etiam onera missarum eidem fabricæ adnexa, et ad tabellam onerum perpetuorum dicti conventus transferenda adimplere, et que demum oleum pro lampadibus, ceram pro missis celebrondis, aliisque solemnitatibus sumptibus fabricæ pera gi antea consuetis emere possint, et valeant; ita ut eorumdem fundorum assignatione, ut præfertur, secuta, fratribus prædicti conventus nullum aliud subsidium, sive in pecunia, sive in specie a dicta fabrica eis antea præstari solitum petere, et assequi minime liceat, et quodcumque jus per hoc eidem fabricæ, et civitati cedere ipsi omnino teneantur. Congruam vero, et competentem quantitatem redditum, et fundorum prædictorum, ex quibus percipiendi sunt iidem redditus pro singulis oneribus prædictis decenter sustinendis a discreto, et prudenti viro per memoratam congregationem cum plena, et libera facultate, et auctoritate ad id deputando mensurandam, definiendam, et constituendam esse eadem congregatio voluit, ac decrevit; simulque præscripsit, ut semel facta hujusmodi assignatione fundorum, et redditum, ea firma, constans, et quocumque tempore invariabilis, ac immutabilis persistere debeat, cujuscumque ulterioris subsidii obtinendi jure, ac spe penitus sublata.

Item unis fratribus concredito ministerio ecclesiæ.

§. 8. IV. Ut plenæ, ac omnimodæ voluntati, et dispositioni eorumdem fratrum relinquatur ministerium universum dictæ ecclesiæ, et quidquid pertinet ad sacras functiones, atque ad ejusdem ecclesiæ servitium, quin ipsi ab aliquo desuper impediri, turbari, aut molestari ullo modo possint; exceptis tamen, firmisque remanentibus assoetis functionibus episcopi, capituli, et civitatis ejusdem juxta praxim solitam, et usque adhuc servatam.

Reliquiarum custodia singu

§. 9. V. Ut sanctorum reliquiæ,

Ii vacare debent receptis clavibus.

atque armaria, in quibus illæ in prædicta ecclesia asservantur, ita deinceps custodiri debeant, ut duabus clavibus obserentur, quarum una penes rectorem antiquiorem, seu civitatem prædictam, prout sibi magis libuerit, alia vero penes eosdem fratres semper maneat, neque ab alterutris denegari possit, non solum pro expositionibus consuetis, sed etiam pro aliis extraordinariis, quas publica deposcat pietas, aut aliqua necessitas.

Archivium scripturarum civitati restituitur.

§. 10. VI. Quod archivium scripturarum ad præfatam civitatem spectantium amoveri debeat a loco, in quo penes sacristiam ecclesiæ sancti Fortunati hujusmodi nunc extat, illudque transferendum sit ad publicum palatium dictæ civitatis: verum quia inter scripturas in prædicto archivio existentes nonnullæ reperiuntur scripturæ, ac libri ad fratres prædictos directe pertinentes, hinc statuitur, ut a duabus personis una nempe a civitate, altera vero ab iisdem fratribus respective eligendis, et deputandis, quatenus in una tertia persona utraque pars minime conveniat, insimul omnia prædicta recognoscantur, ac dividantur, et unicuique, quod suum est, fideliter, ac religiose reddatur. Id vero totum, quod respicit ecclesiam hujusmodi, illiusque cappellas, at altaria ibidem relinquendum erit, facultate exemplandi, cui voluerit, minime denegata.

Erogatio redditum fabricæ statuitur.

§. 11. VII. Ut quidquid ex redditibus fabricæ hujusmodi reliquum erit omnino in ejusdem fabricæ conservationem erogetur; idque cum quam maxime intersit, hinc statuitur, ut tam rectores prædicti, quam fratres semel saltem in anno, sive simul, sive divisim diligenter eam in omni parte perlustrare, et quidquid conservationi præstantissimi hujus ædificii opus erit, proponere, ac opportúne de eo monere debeant; qua de causa ex iisdem redditibus fabricæ, quod reliquum erit, sicut præfertur, in sacra Pietatis æde, ad hoc ut non in alios usus, sed in solam tanti operis manutentionem convertatur, deponi semper oporteat.

Civitati reservatur onus curandæ incolumitatis per remotionem sepulcrorum hospitalis

§. 12. VIII. Quod civitas predicta impendat omnem curam, atque operam sibi possibilem ad hoc ut pro sua incolumitate, et prædictorum fratrum periculo, atque incommodo avertendo sepulchra hospitalis, apud sanctum Fortunatum extantia in alium opportuniorem locum extra civitatem prædictam transferantur.

De solutione collectarum generalis præcipiuntur.

§. 13. IX. Quamvis fratres memorati conventus usque adhuc collectas ordinarias persolverint etiam pro bonis primæ erectionis, nihilominus, cum civitas prædicta, inhærendo generali consuetudini quoad alia loca pia ejusdem civitatis servari solitæ liberaliter obtulerit constitutionem fundi Manso nuncupati, hinc prædicta congregatio fundi hujusmodi quantitatem constituit in summa scutorum mille, quam computandam esse voluit juxta libram catastri civitatis Tudertinæ hujusmodi, et bona, fundum, seu Mansum hujusmodi constituentia pro bonis primæ erectionis æque, ac alia bona spectantia ad mensam episcopalem, et cætera loca pia ipsius civitatis habenda esse decrevit, et mandavit.

Reservatur jus congregationi dirimendi omnes controversias, quæ oriri possent super exemptione concordiæ.

§. 14. X. Quod omnis transactio, et concordia elapsis temporibus inter prædictos rectores, ac fratres conventus hujusmodi quomodolibet inita, quæ præmissis capitulis, declarationibus, et conventionibus adversetur, vel cum eis discrepet, pro cassa, nulla, et tamquam non inita censeri debeat; eorumdem vero capitulorum, declarationum, et conventionum interpretationem, seu intellectum, ac difficultatum omnium, quæ desuper unquam in posterum oriri possint, resolutionem, et definitionem audito prius voto pro tempore existentis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, summarie ac omni appellatione remota, peragendam eadem congregatio sibi reservatam esse voluit, atque præscripsit.

Preces porrectæ pro confirmatione transactionis a s. congregatione digesta.

§. 15. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ea, quæ tanta maturitate perpensa, et ad concordiam, et transactionem hujusmodi ineundam proposita, atque a memorata congregatione digesta, et statuta fuerunt, firmius subsistant, et serventur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri dicti exponentes plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur gratia juxta petita.

§. 16. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, et ad effectum præsentium dumtaxat conse-

quendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præmissa capitula, conventiones, et declarationes pro concordia hujusmodi inter dictam civitatem, et prædictos rectores fabricæ, ac fratres memorati conventus ineunda, et absolvenda, ut præfertur, proposita, atque a memorata congregatione discussa, approbata, et declarata, licet consensus ejusdem civitatis, et rectorum prædictorum minime deinde accesserit, nihilominus auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, facti, et solemnitatum, atque consensus civitatis, et rectorum hujusmodi defectus supplemus, et sanamus; easdemque conventiones, concordiam, transactionem, et declarationes perpetuo servandas, et custodiendas, ac supervenienite etiam in posterum quandocumque qualibet definitione, sententia, et re judicata super pertinentia jurispatronatus, ac respective libertatis dictæ ecclesiæ sancti Fortunati omnino exequendas esse auctoritate, et tenore similibus volumus, præcipimus, et mandamus.

Assignantur onera, et bona, reservata in omnibus auctoritate s. congregationis.

§. 17. Ac præterea prædictæ fabricæ fundos, ut præfertur, conventui, et fratribus ordinis minorum Conventualium hujusmodi, cum oneribus supra expressis, et divinum cultum respicientibus assignatos eadem libertate, et immunitate a quocumque onere, vel impositione quavis de causa quandocumque facienda, quibus ante assignationem hujusmodi fruebantur, et potiebantur, in posterum quoque perpetuo frui, et gaudere omnino debere statuimus, et declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 19. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, conventus, et civitatis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo, ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima prima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CC.

Datum die 12 septemb. 1772 Anno IV.

Commissio Ordinariis Hispaniarum, et Indiarum eidem regi subiectarum circa reductionem ecclesiarum, et locorum pro immunitate locali, et circa modum extrahendi reos ec.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Usus Ecclesiæ circa immunitatem quoad loca sancta, et religiosa.

§. 1. Ea semper fuit paterna Sedis apostolicæ solicitudo, et decus, cultus, ac reverentia omni jura debita tam sacris templis, ubi rerum omnium conditor Deus in hoc terrarum orbe habitare non dedignatur, quam domibus, locisque sanctis, et religiosis una cum publica regnorum quiate, ac tranquillitate, frequentibus perditissimorum hominum delictis sæpe turbata simul esse possant, ac invicem sa respondere viderentur. Hac itaque de re ejusdem Sedis benignitas, non quidem raro, certis sub modis ecclesiasticæ clementiæ simul atque ecclesiarum decori congruentibus,

eos, qui nonnulla gravia facinora patrassent, a beneficio immunitatis ecclesiasticæ exclusos esse decrevit atque piissimorum principum petitionibus annuens, juxta paculiares cujuscumque dominii ac status necessitates, numerum locorum ecclesiastica immunitate fruentium ita cohibuit, ut plura ex illis, quæ juxta veterem, ac justissimam disciplinam immunitate hac gaudere debuissent, ab ea exclusa esse declaraverit.

Constitutiones Pontificum hac super de re editæ.

§. 2. Celeberrimæ sane super his sunt constitutiones nonnullorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, præsertim vero illa felicis recordationis Gregorii pp. XIV., quæ incipit = Cum alias nonoulli = et alia piæ memoriæ Benedicti pp. XIII., cujus initium est = Ex quo divina = ac altera recolendæ memoriæ Clementis pp. XII. incipien. = In supremo justitiæ solio = ac demum altera novissima felicis pariter recordationis Benedicti pp. XIV. cujus est initium = Officii Nostri ratio = quæ omnibus christifidelibus collaudantibus, benedicentibus, et plaudentibus in lucem prodierunt.

Qui excludantur a beneficio asyli.

§. 3. Hinc a beneficio sacri asyli exclusi fuerunt in memorata constitutione ejusdem Gregorii prædecessoris publici latrones, grassatores viarum, vastatores agrorum, et qui homicidia, aut mutilationes membrorum in publicis ecclesiis, earumque cœmeteriis committere audent, nec non proditorie interficientes proximum suum, ac rei assassinii, hæresis, ac læsæ majestatis. In dicta vero constitutione ipsius Benedicti XIII. prædecessoris, non solum præscriptæ fuerunt plures declarationes, et ampliationes adversus reos eorumdem delictorum, sed etiam a privilegio, atque ecclesiasticæ immunitatis beneficio exclusi declarati fuerunt quicumque homicidium animo præmeditato, et deliberato patrantes, falsarii literarum apostolicarum, ministri montium Pietatis, vel alterius publici telonii, ac banchi furtum, aut falsitatem committentes, ac adulterantes, vel tondentes monetas aureas, vel argenteas, ac illi, qui nomine curiæ abutentes se se introducunt in alienes domos, ibique rapinas committunt cum homicidio, aut mutilatione membrorum. Postmodum quoque memorati Clemens XII., et Benedictus XIV. prædecessores, suis respective constitutionibus prædictis non solum leges hujusmodi ab eisdem Gregorio, et Benedicto XIII., ut præfertur, editas amplissima confirmarunt, atque adprobarunt, sed etiam pro publico bono, ac tranquillitate status ecclesiastici novas ampliationes, et declarationes superaddiderunt, easque aptissimas ad magis magisque coercendam audaciam prædictorum hominum, simulque populorum quietem inde assequendam, ac alias, prout in eisdem quatuor apostolicis literis prædictis, quarum tenorem, et accuratissimum loquendi modum præsentibus pro plene, at sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Manifestæ quoque sunt, ac quidem dignæ paterna Sedis apostolicæ charitate, peculiares dispositiones, et provisiones, quæ interdum beneficio nonnullorum regnorum, ec dominiorum prodierunt juxta necessitates ab eorum respective principibus expositas, quæque accommodatæ erant peculiaribus circumstantiis, ingenio, moribus, at indigentiis cujuslibet nationis.

Tractatus inter sanctam Sedem, et Hispaniarum regem catholicum quoad immunitatem pro regnis Hispaniarum.

§. 4. In solamni quidem tractatu absoluto, et subscripto in hac alma urbe Nostra die xxvi septambris MDCCXXVII a ministris plenipotentiariis ejusdem Clementis XII. prædecessoris, et claræ memoriæ Philippi V, dum vixit, Hispaniarum regis catholici, tam secundus, quam tertius, et quartus ex illius articulis, adamussim provisiones ab eodem Philippo rege, quoad immunitatem pro regnis Hispaniarum petitæ, atque ab ipso Clemente prædecessore benigne indultæ complectuntur; quandoquidem in eis, sub certis modo, et forma tunc expressis præscriptum fuit, ne asylus reis assassinii, læsæ majestatis, atque iis, qui adversus regia dominia, ac status conspirassent, suffragari deberet, ac præterea ibidem conventa quoque fuit extensio ad prædicta regna Hispaniarum memoratæ, at tunc novissimæ constitutionis ipsius Clementis XII. prædecessoris incipientis = In supremo justitiæ solio = editæ pro ecclesiastico statu, quam proinde idem Clemens prædecessor suis in simili forma Brevis die xiv. novembris MDCCXXXVII. expeditis literis ad dicta Hispaniarum regna extendit, et ampliavit. Æque insuper rejactus fuit prætextus immunitatis allegari solitus in regnis prædictis juxta praxim communiter ibidem nuncupatam = d'ecclesias frias = et a numero ecclesiarum immunium sub certis modo, et forma tunc pariter expressis, solitaria loca, eremitoria nuncupata, ac rurales ecclesiæ exclusæ remanserunt.

Declarationes quoad dubia

§. 5. Pari deinde benignitate, ac

hac super materia exorta.

indulgentia tam a memorato Benedicto XIV., et a felicis recordationis Clemente pp. XIII. prædecessoribus Nostris, quam a Nobis ipsis principum, et nationum petitionibus, et necessitatibus consultum fuit, quippe quia in nonnullorum regnorum, ac populorum utilitatem non solum supervenerunt novæ declarationes quoad dubia exorta circa casuum interpretationem, qui pridem excepti reperiebantur, sed etiam alia gravia delicta, non quidem comprehensa in præcedentibus generalibus constitutionibus, ab Immunitatis beneficio exclusa fuerunt, ac præ desiderio summo impediendi, quoad fieri posset, frequentiam criminum, ac faciliorem reddendi eorum punitionem juxta nonnullorum principum vota, quoad certa dominia, et status magis cohibitus fuit numerus sacrorum asylorum, exclusas declarando a beneficio immunitatis non solum plures ecclesias rurales, sed etiam quasdam partes exteriores quarumcumque ecclesiarum, nec non cappellas, et oratoria domorum privatarum, aliorumque principum virorum, licet suffulta privilegio cappellarum publicarum, et januam in publica via habentia, nec non cappellas arcium, et castrorum, etiamsi in eis augustissimum eucharistiæ sacramentum asservetur, nec non turres pro campanis ab ecclesiis separatas, ecclesiasque dirutas, et profanatas, atque viridaria, et hortos, quæ a muris circumdata, et in clausura comprehensa non essent; præterea apothecas, ac domos unitas ecclesiis, aliisque domibus religiosis inter se communicationem interiorem habentes, pariterque domos a presbyteris, aliisque ecclesiasticis inhabitatas prope ecclesiam existentes, exceptis solum domibus, in quibus parochi commorantur, et quæ intus communicationem immediate habeant cum ecclesia parochiali, ac alias prout in eisdem concessionibus, et indultis nonnullis principibus, ut præfertur, elargitis, quorum etiam tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

In suo regno petit rex Hispaniarum, ut loca immunia ad unum, vel duo ad plurimum cohibeantur, in qualibet civitate, vel loco, ne graviora incommoda offendantur.

§. 6. Licet autem prædictæ sive universales, sive peculiares apostolicæ dispositiones provide, et consulto editæ comperiantur, ac satis idcirco aptæ ad deterrendos, coercendosque perditos homines censeri possent, nihilominus cum religiosissimo, atque carissimo in Christo filio Nostro Karolo earumdem Hispaniarum regi catholico minime sufficientes visæ fuerint ad compescendos sibi subditos populos propter peculiarissimos eorum mores, et rationes, dum compertum habuit ex longa experientia diuturni gubernii memorati Philippi regis ejus genitoris, et sui ipsius regiminis, quam parum, ac fere nihil contulerint publicæ quieti amplissimorum suorum dominiorum dictæ provisiones quantumvis validæ, et efficaces eidem Philippo regi a memorato Clemente prædecessore indultæ, ita ut nullus alius excogitari possit modus, neque remedium ullum inveniri, quo in regnis suis prædictis utiliter arceantur, ac impediantur tot præjudicia miseræ humanitatis, christianæ charitatis, publicæ salutis et tranquillitatis, morumque integritatis, nisi refugiorum, et asylorum numerus, quemadmodum ab antiquissimis temporibus ex usu, et generali consuetudine privilegio forsan, et apostolica auctoritate adprobata, in ditionibus regni Valentiæ diminutus admodum reperitur, ita et in omnibus civitatibus, ac locis regnorum Hispaniarum, et Indiarum, ad unum, vel duo ad summum cohibeatur in unaquaque civitate, seu loco, habita earum, seu eorum respective amplitudinis ratione condigna, ita ut pro refugio, et asylo illa reputentur, quæ proposita, et assignata fuerint ab Ordinario ecclesiastico in unaquaque ex civitatibus, locisque prædictis. Nobis propterea idem Karolus rex enixe, atque humiliter supplicari fecit, ut pro bono reliquarum ejus ditionum, et regnorum id, quod in Valentiæ regno prædicto servatur, quodque ita expediens, ut solum, atque unicum remedium vere utile, immo necessarium sit publicæ tranquillitati, ac bono ejus dominiorum, ad easdem reliquas ipsius ditiones, et regna Hispaniarum, atque Indiarum auctoritate Nostra apostolica amplietur, et extendatur.

Indulget Pontifex juxta preces, et locorum immunium designationem arbitrio Ordinariorum committit

§. 7. Nos igitur justis votis, ac desiderio regis tam pii, religiosi, bonorumque morum, et honoris omnipotenti Deo, ac Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ debiti amantissimi annuere volentes, ejusque erga hanc sanctam Sedem obsequium, amorem, et in Ecclesiæ juribus non minuendis singulare studium quam maxime in Domino commendantes, ac sequentes vestigia aliorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, qui præter generales leges, quoad ecclesiasticam immunitatem editas ad impediendos abusus humanæ malitiæ, persæpe etiam ma-

jori distinctione singularibus unius ditionis, seu regni indigentiis peculiariter consulere voluerunt ope declarationum, et definitionum, quæ eisdem ditionibus, et regnis juxta populorum mores, atque necessitates essent accommodatæ, ad quem sane effectum nequaquam dubitarunt minuere etiam, atque admodum cohibere confugiorum numerum, et præterea nonnullas ecclesias, ac loca, quæ ecclesiastica immunitate tam jure, quam ex legitima disciplina fruebantur, ab ea exclusas declarare: motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, et singulis venerabilibus fratribus Nostris patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, nec non dilectis filiis, cæterisque Ordinariis ecclesiasticis regnorum omnium Hispaniarum, atque Indiarum subjectorum dominio ipsius Karoli regis, ejusque legitimorum successorum per præsentes injungimus, committimus, et mandamus, ut quocitius fieri poterit, ac saltem intra annum a die, qua præsentes Nostræ literæ sibi insinuatæ fuerint, computandum, in unaquaque civitate, et respective loco eorum jurisdictioni subjecta, sive subjecto, unam, seu ad summum duas ecclesias, aut loca ecclesiastica, juxta amplitudinem earumdem civitatum, seu locorum assignare, atque assignationem hujusmodi publicare debeant, et teneantur; ita ut in dictis ecclesiis, seu locis dumtaxat, a die prædictæ publicationis in posterum servanda tantummodo erit, atque colenda ecclesiastica immunitas, sacrumque asylum juxta formam sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum, neque ulla alia ecclesia, sive locus sacer, sanctus, et religiosus pro immuni habenda, seu habendus erit, quamvis de jure, et consuetudine talis per antea fuisset, ac in posterum esse deberet.

Sublato beneficio immunitatis a pluribus ecclesiis minoribus, ex locis sanctis, extractio reorum permittitur servata reverentia eisdem locis debita, obtenta licentia superiorum ecclesiasticorum si reus ecclesiæ sit mancipatus, vel sæcularium potestatum, si reus laicus extiterit.

§. 7. Quia vero pro comperto habemus, quod eximia pietas, atque religio ejusdem Karoli regis passuræ minime erunt, ut sublato beneficio immunitatis localis a tot ecclesiis, totque locis sanctis, quæ exclusæ, atque respective exclusa erunt a cohibita declaratione per Ordinarios prædictos publicanda, illæ, et illa remanere, ac haberi debeant quasi domus, et viæ profanæ, expositæ idcirco cuicumque incursioni quandoque incongruæ, ac minus rectæ executorum justitiæ: hinc eisdem ecclesiis, et locis quamvis locali immunitate non amplius gaudentibus, convenientem devotionem, cultum, et venerationem in posterum quoque debitam esse volumus, atque sancimus; ita ut procul absit quæcumque minus reverens actus, aut violentia juxta sanctissimas suasiones antiquo, universali, semperque constanti spiritu Ecclesiæ infusas, atque ab eodem Benedicto XIV. in suis literis prædictis, in §. Illud etiam = expositas, atque relatas. Ut autem facilitas extractionum cujuscumque rei, sive ecclesiastici, sive sæcularis, qui propter quodcumque delictum confugii causa reperiatur in dictis ecclesiis, et locis non amplius immunitate gaudentibus, simul esse possit, cum reverentia eis nihilominus debita, præscribimus, et mandamus, ut quoties personæ sivæ ecclesiasticæ, sive sæculares ab eisdem ecclesiis, seu locis non amplius immunibus extrahendæ erunt; quoad ecclesiasticos, ecclesiastica potestas per se ipsam procedere debeat, ea animadversione debita rebus, et locis Altissimo consecratis: quoad laicos vero in primis urbanæ petitionis officium a ministris curiæ laicalis peragendum erit, nulla tamen adhibita scripturæ forma, et absque eo, quod ipsi causam petitæ extractionis exponere debeant illi ecclesiastico, qui titulo vicarii seu generalis, seu foranei, seu quocumque alio titulo in civitate, seu loco anctoritatem, et jurisdictionem episcopalem, seu ecclesiasticam repræsentare contingat, ipsoque absente, seu deficiente, nec non in quocumque repugnantiæ casu, eadem urbana petitio alteri ecclesiastico viro, qui in civitate, seu loco præ cæteris spectabilis sit, atque ætate gravis, facienda erit; et vicarius generalis, sive foraneus, aut aliter nuncupatus, nempe rector, sive parochus ecclesiæ, aut superior localis, quoties de ecclesia regularium, æque, ac prædictus ecclesiasticus vir, ita moniti, statim, nulla nec minima mora adhibita, et absque aliqua causæ cognitione permittere teneantur extractionem sæcularis illico exequendam a ministris potestatis ecclesiasticæ, quatenus in promptu sint, alioquin a ministris brachii sæcularis, semper tamen, et in quocumque casu cum præsentia, ac interventu personæ ecclesiasticæ.

Ratio concessionis, et præceptum de servandis ecclesiasticis sanctionibus, quoad loca immunia.

§. 9. Idque totum in præsentibus rerum circumstantiis præscribendum esse censuimus ad unicum dumtaxat finem, et effectum, vitandi scilicet inordinationes in actu extractionis ab ecclesia, seu alio loco religioso, atque ut cultus, et decor Domini locis sacris,

et sanctis, licet privilegio localis immunitatis non amplius suffultis, quoad fieri potest, in posterum quoque servetur. Cæterum quoad ecclesiam, seu ecclesias, locum, seu loca, quæ, ut præfertur, ab Ordinariis pro immunibus assignata, et publicata erunt, sancimus, et mandamus, ut dispositiones sacrorum canonum, et apostolicarum constitutionum exacte observentur, ita ut intemerate, ac libera sint e quacumque attentatorum specie, neque ii, qui in illis se receperunt, et ad ea confugerunt extrahi inde possint, nisi in casibus a jure permissis, diligenterque servatis, circa modum extrahendi, regulis ab eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis præscriptis: præclaræ insuper, ac singulari pietati ipsius Karoli regis, ejusque successorum pro præcipuo apostolici Nostri ministerii debito, majori, quo possumus, paterni cordis affectu in Domino commendantes, ut speciali protectione decus aliarum reliquarum ecclesiarum, ac omnium aliorum locorum sacrorum, sanctorum, et religiosorum asserere, et tueri velint, ac curent, ne quidquam a propriis ministris justitiæ, sive a quocumque alio eorum subdito, in ecclesiarum, et locorum hujusmodi dedecus, atque injuriam peragatur; quod sane absque superni Numinis offensione, absque piissimi eorum animi, et propriæ rectæ conscientiæ dolore, et absque christianorum populorum admiratione, et scandalo minime potest evenire. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper, atque perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 10. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 11. Non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, et provincialibus, synodalibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum Nostrorum literis, privilegiis, indultis, facultatibusque, quibuscumque personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, vel alias quomodolibet in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima secunda septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCI.

Datum die 17. septemb. 1772. Anno IV.

Confirmantur nonnulla privilegia pro ordine beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor precum porrectarum. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Eliseus a Conceptione procurator generalis fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo excalceatorum nuncupatorum congregationis Italiæ, quod novissimis temporibus die nempe xvii. julii currentis anni a definitorio generali ordinis, et congregationis hujusmodi habito in hac alma urbe No-

stra, et in conventu sanctorum Theresiæ, et Joannis a Cruce editum fuit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decreta lata, quoad privilegia, quibus frui debent exgenerales, exdefinitores generales, ex-procuratores generales, et exprovinciales ordinis.

§. 2. Cum ab anno MDCCLXVII. a tunc temporis præposito generali, ejusque generali definitorio propositum fuerit congregationis universæ provinciis nunc ad rectum in congregatione ordinem tuendum, atque etiam regularis disciplinæ bonum in dies augendum ad sanctam Sedem recurrendum esset pro subjectis assequendis privilegiis in favorem exgeneralium, exdefinitorum generalium, exprocuratorum generalium, et exprovincialium. Quod exgenerales spectat, ut ii videlicet jure gaudeant suffragii in omnibus generalibus comitiis, in quibus juxta electionum suarum seriem consedeant ex parte sociorum, et ante omnes provinciarum socios; pariter eodem suffragii jure potiantur in capitulis provincialibus suæ respective provinciæ, in quibus post provinciale definitorium juxta electionum suarum seriem quoque sedeant. Extra comitiorum tempus in actibus communitatis sedeant post definitores provinciales, ac priores hospitii: ab officiis in communi tabula describi soliti, atque a missarum ordine sint exempti: socium designatum ad exeundum habeant; atque in capitulis culparum possint, si velint, non se accusare, quemadmodum actuales definitores provinciales. Exdefinitores generales vero, exprocuratores generales, et exprovinciales dummodo proprio muneri non abrenunciaverint, jure suffragii gaudeant in omnibus provincialibus suæ respectivæ provinciæ comitiis, in quibus juxta suarum electionum seriem post priores, et ante omnes cœnobiorum socios sedeant. Extra vero comitiorum tempora in actibus communitatis sedeant immediate post superiorem conventus, ubi morabuntur, vel commorari contigerit: ab officiis communis tabulæ, et ab ordine missarum sint quoque exempti, designatum sibi socium ad exeundum habeant, at ad quotidianam post cœnam culparum correctionem non teneantur genuflectere. Cumque pro hujusmodi ad sanctam Sedem recursu major provinciarum pars suum præstiterit assensum, quam æquivalere assensui integri capituli generalis definitorium nostrum generale declarat; idem definitorium nostrum generale demandavit, ac R. P. N. procuratori generali commisit, ut totius congregationis italicæ nomine libellum supplicem sanctissimo domino Nostro Clementi XIV., quem Deus optimus maximus diu sospitem servet, porrigat pro descriptis obtinendis privilegiis, in quo exprimat, moderrnum præpositum generalem, ac modernos definitores, et procuratorem generalem (ne propriam, non vero totius religionis causam orasse videantur) libentissime paratos esse excipi, at excludi ab anunciatis privilegiis, si eosdem excludere, atque excipere Sanctissimus dignabitur, pro quo humillime supplicant = fr. Eusebius a sancta Maria præpositus generalis = fr. Clemens a Jesu definitor generalis = fr. Pius a sancto Dominico definitor generalis substitutus, et definitorii secretarius.

Imploratur apostolica confirmatio decretorum jam a congregatione approbatorum.

§. 3. Obsequendo itaque patefactæ sibi voluntati, ac decreto ejusdem generalis definitorii, dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut memorata privilegia, quibus tamquam opportunis, ac præsenti tempore necessariis, major, ac sanior ipsius congregationis pars suum jamdudum præbuit assansum tam exgeneralibus, atque exdefinitoribus generalibus, quam exprocuratoribus generalibus, et exprovincialibus in præmium suorum respective laborum, exceptis, ut præfertur, iis, qui præpositi generalis, definitorum generalium munere nunc funguntur, ac ipso quoque exponente moderno procuratore generali, concedere, ac indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Committitur cardinali episcopo Portuensi, ut pro sua prudentia decreta ipsa confirmet, quatenus id expedire compererit, et ad tramites rescripti s. congregationis episcoporum, et regularium.

§. 4. Nos igitur, attentis expositis, ac relatione dilecti filii Nostri Ferdinandi Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de Rubeis nuncupati pro venerabili fratre Nostro Friderico Marcello episcopo Portuensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Lante pariter nuncupato dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectore Nobis facta, hujusmodi supplicationibus benignæ annuendo, eidem Friderico Marcello episcopo cardinali, et protectori injunximus, ut prælnsertum decretum definitorii generalis prædicti pro suo arbitrio, et prudentia approbaret, et confirmaret, ac alias prout in rescripto die xiv. superioris mensis augusti edito a venerabili fratri Francisco archiepiscopo Patracensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum secretario, cujus tenorem præsentibus pro plane, at sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, ube-

rius continetur. Ipse vero Fridericus Marcellus episcopus cardinalis, et protector facultatem sibi ex dicto rescripto attributam eidem Ferdinando Mariæ cardinali delegevit, isque idcirco suum protulit decretum, sive rescriptum, in quo memorata privilegia in favorem eorumdem exgeneralium, exdefinitorum generalium, exprocuratorum generalium, et exprovincielium conceduntur, sed etiam comprehensi sunt ii, qui præpositi generalis, definitorum generalium munere funguntur de præsenti, et ipso quoque exponenta moderno procuratore generali, non obstenta renunciatione ab eis sponte facta, et in precibus expressa, ac prout uberius in eodem rescripto, seu decreto continetur, cujus tenor est qui sequitur nempe.

Tenor decreti s. congregationis.

§. 5. Auctoritate ab eminentissimo cardinali Lante ordinis fratrum carmelitarum excalceatorum apud sanctam Sedem protectore Nobis specialiter subdelegata, utendo facultatibus in inserto sacræ congregationis rescripto eidem eminentissimo protectori benigne impertito memoratum decretum definitorii generalis dictorum fratrum congregationis Italiæ nuncupatæ editum sub die 17. julii currentis anni 1772., una cum declarationibus, conditionibus, limitationibus, aliisque omnibus in ea contentis, et expressis, excepta tantum renunciatione, exemptionibus, juribus, ac privilegiis in supradicto definitorii generalis decreto, ad rectum in præfata congregatione ordinem tuendum, bonumque disciplinæ regularis augendum de novo statutis, atque elargitis, emissa per modernos præpositum, definitores, ac procuratorem generales, qui ad instar aliorum religiosorum, quibus competere dignoscentur, iisdem exemptionibus, juribus, et privilegiis etiam pro meliori eorum coogregationis regimine potiri, gaudere, uti, et frui licite poterunt, ac respective dabebunt, consensum majoris partis provinciarum totius capituli generalis æquivalere declarantes, et quemcumque defectum, si qui forsan intercesserit, ne ullo unquam tempore hujusmodi gratiæ concessioni opponi valeat in hac parte plenarie supplentes, tenore præsentium approbamus, et confirmamus; insuper postquam in executionem enunciati rescripti sacræ congregationis super his omnibus litaræ apostolicæ in forma Brevis obtentæ, atque expeditæ fuerint, ut eædem literæ ordinis constitutionibus inserantur, ac in perpetuum sancte, fideliterque serventur, auctoritate, qua supra, decernimus, atque jubemus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis fratrum excalceatorum congregationis Italiæ nuncupatæ statutis, decretis, indultis quoque specialibus, ac privilegiis, cæterisque contreriis quibuscumque.

Loco ✠ signi.

F. M. card. de Rubeis.

Confirmatur rescriptum editum ab episcopo Portuensi

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius præmissa omnia subsistant, et serventur exactius dictus Eliseus procurator generalis apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos itaque dictum exponentem specialibus gratiis, et fovoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum rescriptum ejusdem Ferdinandi Mariæ cardinalis cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint supplemus, et sanamus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et afficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, at formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in gene-

re, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 17 septemb. 1772. Anno IV.

CCII.

Confirmatur resolutio capituli generalis ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo congregationis Mantuanæ super prorogatione ad sexennium officii vicarii generalis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Providentia capta a Benedicto Pontifice XIV. quoad conventus ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus papa XIV. prædecessor Noster cum accepisset, quod omnes fere conventus ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo congregationis Mantuanæ propter tunc jam præterita bella, et onerosas, gravissimasque contributiones antea solutas, atque ob æs alienum contractum in angustiis, et miseriis ita versarentur, ut impares se se haberent ad subeundas ingentes, necessariasque expensas pro celebratione capituli generalis dictæ congregationis quolibet triennio facienda, tam pro accessu vocalium ad domum capitularem, quam pro illorum regressu ad proprios respective conventus, ita ut æs alienum contrahera de novo cogerentur; feliciori ejusdem congregationis regimini, ac indemnitati, et regularis disciplinæ, decretorumque in capitulis generalibus præscriptorum, et in visitatione a vicariis generalibus editorum observantiæ consulere volens, motu proprio, ac ex certa sua scientia, et matura deliberatione, deque apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, et singulis dictæ congregationis fratribus votum, seu suffragium in capitulo generali memoratæ congregationis, quod post dominicam tertiam paschatis resurrectionis anni MDCCLV. celebrandum erat habentibus, præcepit, injunxit, et mandavit, ut ipsi in unum congregati, Deum, et ipsius congregationis decus, illiusque incrementum, et utilitatem præ oculis habentes, dissidiis, partiumque studiis procul amotis, postquam ad electionem novi vicarii generalis dictæ congregationis devenissent, hoc dubium sibi proponi curarent, an munus vicarii generalis tum per jam electum in dicto capitulo, tum per alios vicarios generales deinde eligendos per sexennium explendum, et futuris temporibus capitulum generale memoratæ congregationis de sexennio in sexennium celebrandum esset, initisque subinde suffragiis secretis super hujusmodi dubio, illisque collatis, si unum supra medietatem suffragiorum votum accessisset, illud admissum, sin minus rejectum intelligeretur; ita tamen, ut suffragia si supra medietatem in eo accessissent, vicarius generalis jam in eodem capitulo electus per sexennium sibi demandatum officium cum solitis prærogativis, facultatibus, præeminentiis, et auctoritate explere posset, et deinde de sexennio in sexennium capitulum generale memoratæ congregationis celebrari omnino deberet. Præterea idem Benedictus prædecessor voluit, statuit, atque decrevit, ut vicarius generalis electus, et ad sexennium deinde admissus, aliique vicarii generales sic ad sexennium eligendi, visitationem congregationis hujusmodi per vicarios generales explendam duabus dumtaxat vicibus in quolibet sexennio peragere teneretur; elapsis vero tribus annis post celebrationem capituli generalis, definitorium in aliqua parte magis commoda indicere, ac convocare, et ad illud accedere deberet, in quo omnia, et singula ea peragenda essent, quæ peragerentur in ipso capitulo generali, si de triennio in triennium celebraretur, exceptis tamen electionibus vicarii generalis, procuratoris generalis, et definitorum hujusmodi, qui ad sexennium durare deberent; quodque si contigeret, aliquem ex definitoribus in capitulo generali electis, vel in primo, vel in secundo triennio ab hac luce decedere, seu definitor aliquis quacumque de causa sibi demandatum munus dimitteret, seu quocumque modo, vel causa officium definitoris cessaret, et vacaret, eo casu absque ulla convocatione definitorii, in locum sic vacantis magis antianus, qui pro dicta natione in alio capitulo generali electus fuisset, et definitoris munus explevisset, in definitorem ele-

ctus conseretur, dictusque antianus possessionem, seu quasi possessionem definitoriatus vacantis, dummodo nullum canonicum ei obstaret impedimentum, statim sumere, et officium exercere eo ipso, omnibusque, et singulis praerogativis, facultatibus, et honoribus, gratiis, et indultis similibus definitoribus competentibus frui posset, et valeret; quatenus vero dicti vocales praefatum dubium minime amisissent, tunc ipse Benedictus praedecessor omnia, et singula per dictae congregationis constitutiones praescripta, et juxta consuetudinem usque tunc observatam quoad celebrationem capituli generalis, et visitationes peragendas servari mandavit, ac alias prout in ejusdem Benedicti praedecessoris literis in simili forma Brevis die x. junii MDCCLII. expeditis, quarum tenores praesentibus pro plene, et aufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Cum in omnibus exequi amplius comode nequirent praescripta a superius laudato Pontifice, derogatio expostulatur circa plurima in apostolica constitutione comprehensa.

§. 2. Nuper vero exponi Nobis fecerunt dilecti filii Franciscus Tomini vicarius generalis, et modernus procurator generalis dictae congregationis, quod licet in ejus capitulo generali praedicto deinde habito Bononiae anno MDCCLV. justis ex causis magis opportunum visum fuerit, dubium super sexennali prorogatione hujusmodi eidem capitulo generali minime proponere; nihilominus cum dicti exponentes probe novissent, quod ejusdem congregationis conventus magis magisque in dies impares evadebant ad subeundas triennio quolibet expenses capituli generalis, propter frequentes annorum calamitates, atque infortunia, quae ubicumque in dies crescunt, et augentur, ac propter diminutum quoque numerum conventuum ipsius congregationis; quocirca in capitulo generali celebrato in eadem civitate Bononiensi anno MDCCLXX. praedictus vicarius generalis proposuit sexennalem prorogationem hujusmodi inchoandam mense majo MDCCLXXIII., quatenus ad id Nostra, et hujus sanctae Sedis superaccessisset auctoritas, atque facultas. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, sexennalem prorogationem praedictam a memorato vicario generali propositam idem capitulum summo quidem plausu, et canonice admiserit, ratamque habuerit, hinc dicti exponentes resolutionem capitularem hujusmodi una cum omnibus in praefatis literis ipsius Benedicti praedecessoris contentis, et expressis ad majorem congregationis hujusmodi utilitatem, ac bonum per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Annuit Pontifex derogationi juxta preces

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super praemissis relatione venerabilis fratris Nostri Friderici S.R.E. cardinalis Lante episcopi Portuensis totius ordinis beatae Mariae de monte Carmelo apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectoris, praedictam resolutionem capituli generalis memoratae congregationis Bononiae habiti anno MDCCLXX. qua eadem sexennalis prorogatio admissa fuit una cum legibus, et declarationibus contentis, et expressis in praefatis literis ejusdem Benedicti praedecessoris, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuae, ac inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus, supplemus, et sanamus. Declarantes insuper, quod deficiente aliquo ex definitoribus respectivarum nationum, si nullus supersit in ea natione religiosus definitoris munere functus, in locum deficientis subingrediatur antiquior magister ejusdem nationis; quodque si deficientia alicujus definitoris, ut supra, contingat tempore dietae, vel paucis diebus ante convocationem definitorum, ita ut tempus non supersit pro tempestiva vocatione religiosi, ut supra subrogandi, possit definitorium pro illa sola dieta, religiosum idoneum cujusvis nationis in promptu existentem, salvo jure subingressus in posterum favore illius, ad quem spectat, subrogare; et quod demum, si in capitulo generali eliqua non inveniat ex sex nationibus congregationem Mantuanam hujusmodi, ut praefertur, componentibus, pro ea vice non sit locus electioni definitoris ejusdem nationis, sed pro complendo quinquennario numero definitorum a constitutionibus praescripto, in ejus locum eligatur definitor ex natione, quae caeteroquin juxta turnum illo carere debuisset

Decernit præsentes literas firmas, et efficaces continuo esse debere.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Et ab omnibus judicibus exequendas.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis non obstantibus, quibuscumque derogatur.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCIII.

Datum die 28 septemb. 1772 Anno IV.

Prævia extentione facultatum alias domino cardinali Marefusco visitatori apostolico collegii Hibernorum de Urbe collegium idem subiicitur jurisdictioni pro tempore existentis cardinalis protectoris regni Hiberniæ.

Dilecto filio Nostro Mario S. R. E. presbytero cardinali Marefusco nuncupato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem

Providentiæ alias captæ pro utilitate, et progressu alumnorum existentium in collegio Hibernensi

§. 1. Alias Nos pro pastoralis officii Nostri debito consulere volentes utilitati, et progressui alumnorum existentium in collegio Hibernensi, quod dudum in hac alme urbe Nostra bonæ memoriæ Ludovicus, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Ludovisius erexerat, quodque felicis recordationis Innocentius pp. X. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxii. maii MDCXLVII. expeditas literas de jurepatronatus tunc in humanis agentis Nicolai Ludovisi principis Plumbini, et Venusæ, ejusque descendentium esse declaraverat, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, te per alias Nostras in pari forma Brevis die vi. martii MDCCLXXI. expeditas literas ejusdem collegii visitatorem apostolicum deputavimus cum facultatibus necessariis, et opportunis, collegium prædictum, ejusque rectorem, superiores, et alumnos in capite, et in membris visitandi, in illorum statum, vitam, mores, et disciplinam diligenter inquirendi, nec non sacrorum canonum, et generalium conciliorum decretis inhærendo, quæcumque mutatione, et revocatione indigere cognovisses, mutandi, et revocandi, abusus quoscumque tollendi, regulas, et dicti collegii statuta observari faciendi, et quatenus opus esset, de novo condendi, ac redditnum bonorum ejusdem collegii rationem petendi; rectorem, aliosque superiores, et officiales haud idoneos removendi, et alios habiles, et capaces subrogandi, alumnos quoque inobedientes dimittendi, et quidquid statuisses observari faciendi, obedire recusantes per censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque ju-

ris, et facti remedia compescendi, contra delinquentes quoscumque processus, secreto tamen, et sine strepitu, et forma judicii formandi, aliaque in præmissis, et pro hujusmodi munere rite, et recte explendo necessaria, et opportuna mandandi, et exequendi.

Alias providentias opportunio res sumendas sibi Pontifex reservavit.

§. 2. Voluimus autem, ut si quæ graviora in visitatione hujusmodi repperisses, Nobis referres, ut quid desuper statuendum foret, matura consideratione adhibita, decerneremus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Posteaquam igitur demandatam tibi ejusdem collegii visitationem laudabiliter, indefessa cura, et singulari prudentia peregeras, omnium rerum, et circumstantiarum visitationem hujusmodi quoquo modo respicientium seriem Nobis quam diligentissime retulisti.

Derogatur testamento cardinalis Ludovisii, in ea parte, qua curam collegii concessit presbyteris regularibus societatis Jesu.

§. 3. Nos itaque, illis omnibus mature perpensis, consideratisque, præter quascumque alias facultates in eisdem Nostris literis tibi, ut præfertur, attributas, atque concessas, quas per præsentes, quatenus opus sit, confirmamus, et approbamus, ac de novo etiam concedimus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, tibi, facultatem quoque derogandi ultimæ voluntati, ac testamento condito ab eodem Ludovico cardinali Ludovisio anno MDCXXIX., seu alio veriori tempore in ea parte dumtaxat, qua ipse commisit, et tradidit fidei, et curæ presbyterorum regularium societatis Jesu gubernium dicti collegii ab ipso erecti, nec non sententiæ rotali deinde favore eorumdem presbyterorum regularium editæ die xxiv. januarii MDCXXXV., seu alio pariter veriori tempore adversus memoratum Nicolaum principem Ludovisi, ac fratres ordinis minorum sancti Francisci reformatorum conventus sancti Isidori de urbe, ac omni, et cuicumque alio titulo quomodolibet ad ipsos presbyteros regulares, eorumque præpositum generalem, et societatem spectanti, et pertinenti, cujus vigore in gubernio, et administratione dicti collegii perseverare ipsi quomodolibet possent, eosdemque presbyteros regulares, præpositum generalem, ac quemcumque alium ex eis, a gubernio, et administratione, ac alia qualibet directione ipsius collegii removendi, cæteraque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna faciendi, gerendi, et decernendi tribuimus, et impertimur.

Jus patronatus collegii reservatur favore principis Plumbini, illiusque hæredes.

§. 4. Volumus autem, ut quoad titulum jurispatronatus, quod super collegio prædicto sibi asserere possent hæredes memorati principis Nicolai Ludovisi, nihil penitus innovetur, nec quidquam novi constituatur, sed res in eo statu, in quo de præsenti sunt, ac prout de jure, et quatenus de jure manere debeant, ac præterea dictum collegium auctoritati, et immediatæ jurisdictioni tuæ, ac pro tempore existantis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis apud Nos, et Sedem apostolicam regni Hiberniæ protectoris motu scientia, et potestatis plenitudine similibus perpetuo subiicimus, atque supponimus.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 5. Non obstante memorati Ludovici cardinalis etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac aliis omnibus, et singulis, quæ in dictis Nostris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 18 septemb. 1772. Anno IV.

CCIV.

Indulgentia plenaria, ab Innocentio XI chordigeris interessentibus processioni proprii sodalitii singulis mensibus fieri solitæ concessa, ad eosdem legitime impeditos extenditur; ac insuper, ut animabus fidelium defunctorum per modum suffragii ab ipsis applicari possit, decernitur.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam

Concessio indulgentiæ facta ab Innocentio XI.

§. 1. Alias felicis recordationis Innocentius papa XI. prædecessor Noster per suas apostolicas die xxvi. augusti MDCLXXX. in simili forma Brevis expeditas literas omnibus, et singulis confratribus, et consororibus confraternitatum sub titulo, seu denominatione funiculi sancti Francisci, sive cordigerorum nuncupatorum in ecclesiis fratrum ordinis minorum ejusdem sancti Francisci Conventualium etiam nuncupatorum

ubicumque canonice arectarum, et in posterum erigendarum vera pœnitentibus, at confessis, ac sacra communione refectis, qui processioni per easdem confraternitates semel in mense fieri solitæ devota interfuissent, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, qua vice id egissent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino perpetuo concessit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris Nostri literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro consequendo privilegio applicandi indulgentiam etiam pro defunctis, illamque consequendi etiam ab impeditis.

§. 2. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus procurator generalis fratrum memorati ordinis sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, ipse confratribus, et consororibus confraternitatum hujusmodi dictam indulgentiam in suffragium animarum fidelium defunctorum applicandi; necnon iisdam absentibus, vel aliqua infirmitate, aut quocumque alio legitimo impedimento detentis, ac proinde præmissa peragere minime volentibus indulgentiam hujusmodi consequendi facultatem per Nos largiri summopere cupiat, idcirco Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnia conceduntur, cum commutatione pii operis.

§. 3. Nos ejusdem moderni procuratoris generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, confratribus, et consororibus confraternitatum prædictarum nunc, et pro tempore existentibus, quoties ab infirmitate, aliove legitimo impedimento detenti fuerint quominus processionem prædictam comitari queant, ut aliud pium opus arbitrio respectivi confessarii ex approbatis ab ordinario peragendo, plenariam indulgentiam consequi valeant, dummodo reliqua ad eamdem lucrandam injuncta opera exequantur, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus; eisdemque omnibus, et singulis confratribus, et consororibus, ut eamdem indulgentiam animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, auctoritate, et tenore similibus concedimus pariter, et elargimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis

§. 4. Volumus autem ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decimaoctava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

CCV.

Dat. die 19. septemb. 1772 Anno IV.

Commutatio voluntatis circa translationem alicujus vicariæ erectæ in arce Sundermiihlen Osnaburgensis diœcesis.

Dilecto filio officiali venerabilis fratris archiepiscopi Coloniensis S. R. I. principis electoris pro civitate, et diœcesi Osnaburgensi deputato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Christianus liberus baro de Nehemen Osnaburgensis, sive alterius civitatis, vel diœcesis, quod alias tunc in humanis agens quondam Sybilla libera baronissa de Neham abbatissa Domicellarum nuncupatarum in Burchorst, prævia ordinarii facultate instituit vicariam perpetuam sub titulo beatæ Mariæ virginis in arce Sundermiihlen, constituta dote eidem vicariæ in capitali bis milla imperialium, ex quo annuus retrahebatur redditus thalenorum octuagiota monetæ illarum partium, respondentium scutis quinquaginta quatuor circiter monetæ romanæ; ejusdem vero vicariæ patronatum reliquit familiæ suæ de Nehem, dummodo ipsius hæres religionem romanam catholicam non deseruisset, et quatenus ab ea deflecteret, tunc voluit, ut juspatronatus beneficii, seu vicariæ hujusmodi devolveretur ad pro tempore existentem abbatissam Borchostensem diœcesis Monasteriensis; ipsum autem beneficium ad ecclesiam catholicam Mellensem pleno jure cum

redditibus, et oneribus pertineret; ac præterea addidit, ut in casu, quo arx Sundermiiblensis a familia da Nebem aliquando foret alienanda, tunc beneficium hujusmodi transferendum esset in Melle, ac eadem onera in ecclesia Mellensi peragi, seu adimpleri deberent, atque in eo casu mandavit, ut beneficiato incumberet matutinum dominicis, festivisque diebus sacrum in solatium illius communitatis romanæ catholicæ celebrandi, ac alias prout in ipsius Sybillæ dispositione, seu etiam ultima voluntate, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo, ad verbum inserto habari volumus, uberius dicitur contineri.

Imploratur providentia apostolica ne vicaria removeatur ab arce Sundermiiblensi, si arx ipsa in manibus acatholicorum perveniret.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, patronatus beneficii hujusmodi nunc ad memoratum Christianum ipsius arcis etiam possessorem pertineat, qui uxorem habet acatholicam, ac filias matris sectam sequentes, sed masculina prole destitutus usque adhuc reperitur, ac ætate provectus forsan masculos filios in posterum habiturus non erit, itaut quatenus præfata arx ad acatbolicos devolvenda foret, juxta fundationis legem eadem vicaria ad parochialem Mellensem transferri deberet; ipse vero Christianus vicariam prædictam in eadem arce, commutata fundationis hujusmodi lege, perpetuam in quocumque casu per Nos reddere plurimum desideret, et ad hunc effectum tenuem illius dotem propriis bonis auxit, ac domum pro commodo beneficiati a fundamentis extruxit, seu augere, et respective extruere intendit, atque insuper dilecta etiam in Christo filia moderna abbatissa dicti monasterii Borchostensis suum ad id consensum præstiterit, dummodo sibi, ejusque in abbatissatu hujusmodi successoribus juspatronatus salvum permaneat, et copia erectionis vigora præsentium Nostrarum literarum noviter faciendæ cum specificatione reddituum antiquorum, et novorum ei tradatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Consulit perpetuitati Pontifex derogata lege fundationis, aliisque utilibus adjectis conditionibus.

§. 3. Nos igitur ipsum Christianum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum, qui relationem tuam super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, discretioni tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, prædicta lege fundationis minime obstante, petitam perpetuitatem, ejusdem vicariæ in arce Sundemiilhen in spiritualem utilitatem catholicorum ibidem existentium, et addito onere illius possessori habendi cathachesim, et infirmos visitandi, atque juxta consensum præstitum a memorata abbatissa, auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, et indulgeas, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam gravis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus ipsius Sybillæ fundatricis etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes, non intendimus juspatronatus hujusmodi in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona septembris millesimo septingentesimo septnagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 5. octob. 1772. Anno IV.

CCVI.

Temporalibus indigentiis monasterii monialium ordinis carmelitarum sancti Dyonisii Parisiensis consulitur, præcepta annua contributione tritici, suppeditanda ex redditibus abbatiæ sancti Germani a Pratis ordinis sancti Benedicti, congregationis sancti Mauri.

Clemens episcopus

Servus servorum Dei

Venerabili fratri Nostro archiepiscopo Parisiensi salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Dum universalis Ecclesiæ regimen altissimo Dei judicio infirmitati Nostræ demandatum assidue Nos solicitos reddit, et ad maxima intentos, non ideo piorum locorum opportunitatibus consulere omittimus, iisque signanter, in quibus tamquam in concluso horto virgines Deo sacræ omnium christianarum virtutum exercitio insumunt opus suum magno præmio destinatum, atque libenter votis obsecundamus piissimi regis, qui animum ad ea nostrum excitare satagit.

Status monasterii, et abbatiæ.

§. 2. Nuper siquidem ad Nos cum nomine carissimi in Christo filii Nostri Ludovici francorum, et Navarræ regis christianissimi humiliter delatum sit, ipsum in votis summopere habere, ut temporalibus indigentiis monasterii monialium ordinis carmelitarum sancti Dionysii vulgo saint Denis Parisiensis diœcesis opportuno subsidio consulatur, quodque id satis assequi videretur, quatenus ex redditibus abbatialis mensæ monasterii abbatiæ nuncupati sancti Germani a Pratis Parisiensis vulgo saint Germain de Prez denominati ordinis sancti Benedicti congregationis sancti Mauri eidem sanctimonialium monasterio annua præstatio non quidem contemnendo auro, vel argento, sed ex tritico ad quotidianum cibum suppeditandum tribueretur.

Applicatio tritici monasterio impertitur in mensuris, seu sestieri quinquaginta, dummodo accedat consensus abbatis s. Germani.

§. 3. Nos animo perpendentes nimis congruum, quin imo debitum esse indigentiis occurrere cœtus electarum virginum omnipotenti Deo in tam spectabili asceterio vagantium, quas inter dilectissima in Christo filia Nostra Theresia a sancto Augustino ipsius Ludovici regis nata, abdicato regalis aulæ splendore, cœlestis sponsi quam docuit paupertatem, et humilitatem profitetur, votisque propterea ejusdem Ludovici regis libenti animo annuentes, fraternitati tuæ præsentium Nostrarum literarum vi committimus, ut accedente consensu dilecti filii Nostri Karoli Antonii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de la Rocheaymon nuncupati, qui dictum monasterium sancti Germani in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis obtinet, ex fructibus, et redditibus bonorum mensæ abbatialis ipsius monasterii sancti Germani quantitatem mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum Parisiensium vulgo sestieri nuncupatarum tritici prædicto monasterio, et monialibus ordinis carmelitarum sancti Dionysii annis singulis, modo, et forma infrascriptis suprema auctoritate Nostra perpetuis futuris temporibus applices, et appropries.

§. 4. Ut autem applicatio, et appropriatio hujusmodi ex nunc, et in perpetuum integre, et absque diminutione, variatione, aut exceptione aliqua, opportunisque anni temporibus prædicto monasterio, et monialibus obveniat, eidem fraternitati tuæ etiam committimus, ut apostolica auctoritate Nostra decernas, ac statuas, quod enunciata quantitas mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum sit ex tritico optimæ qualitatis, quod vulgo dicitur regium, et vendibile a mercatoribus probatum, illudque ad idem monastarium ordinis carmalitarum sancti Dionysii cura, et impensa pro tempore existentis abbatis commendatarii, seu administratoris monasterii sancti Germani quater in anno, et quatuor æqualibus ratis, prima nimirum die festo sancti Martini episcopi, secunda die undecima februarii, tertia die etiam undecima maii, ac reliqua undecima die mensis augusti cujuslibet anni; sicque singulis trimestribus, ac de trimestre in trimestre perpetuis futuris temporibus deferri, et ministris dicti monasterii monialium carmelitarum sancti Dionysii tradi debeat. Insuper auctoritate præmissa expresse quoque declares ipsam annuam quantitatem mille quadrigentarum, et quinquaginta mensurarum tritici ad substentationem personarum divino servitio dicatarum destinatam, liberam, immunem prorsus, et exemptam esse, et fore a quocumque onere, et vectigale, aut impositione tam relative ad monasterium sancti Germani, quam ab omni qualitate decimarum imponi solitarum a clero, seu super clero præsentium, et futurarum cujuslibet

Conditiones apponitur ut applicatio, ut appropriatio suum semper consequatur effectum.

speciei, naturæ, denominationis, et ex quavis causa, vel prætextu imponendarum, quæ constitui possent.

Privilegia concessa extenduntur ad successores in archiepiscopatu, ut gratia semper suum sortiatur effectum.

§. 5. Quod vero fraternitati tuæ dedimus in mandatis ad hoc ut perpetuis futuris temporibus modo, et forma præmissis suum sortiantur effectum, id ipsum successori tuo pro tempore existenti archiepiscopo Parisiensi auctoritate Nostra, harum serie demandamus tam tibi, quam successoribus tuis omnem tribuentes facultatem, ut monasterium, et moniales ordinis carmelitarum sancti Dionysii annua præstatione hujusmodi in præscriptis terminis pacifice frui, et gaudere faciatis; e converso vero pro tempore existentem monasterii sancti Germani abbatem perpatuum, commendatarium, seu ejusdem monasterii administratorem ad integram præstationem hujusmodi in eventum alicujus reluctantiæ, seu simplicis dilationis, aut diminutionis, nulla spectata causa, opportunis juris, et facti remediis, atque etiam per censuras ecclesiasticas, quatenus opus fuerit, adigatis, et obligetis.

Constitutio motu proprio edita nulli exceptioni obnoxia declaratur

§. 6. Præsentes autem literas etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut causæ propter quas ipsæ præsentes emanarint sufficienter adductæ, expressæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, suspensionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis etiam pro tempore factis minime comprehendi; sed ab illis semper exceptas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis ab omnibus censari, atque ita per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, vel potestate fulgentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, irritumque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quatenus opus sit Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de applicationibus, et appropriationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii postremo celebrati, dismembrationes, et applicationes nonnisi ex causis a jure permissis fieri probibentis, aliisque apostolicis quorumcumque romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis etiam in favorem ordinis sancti Benedicti, dictæque congregationis sancti Mauri editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ejusdem ordinis sancti Benedicti, dictæque congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, reformationibus, usibus, stilis, et naturis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis dicto ordini, ejusque congregationibus etiam in limine fundationis, et approbationis per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem, vel alios quoscumque, et quacumque dignitate, vel auctoritate fulgentes sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, seu iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, at forma in illis tradita observata, inserti forent præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et executionis, ac perpetuæ firmitatis earumdem præsentium, ac præmissorum omnium, et singulorum,

hac vice dumtaxat, harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod taxa prædicti monasterii sancti Germani in libris cameræ apostolicæ descripta propter applicationem et appropriationem hujusmodi nullatenus minuatur, sed illa, ut antea, integra permaneat. Datum in arce Gandulphi Albanensis diœcesis anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, tertio nonas octobris, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 6. octobr. 1772. Anno IV.

CCVII.

Confirmatio sententiæ congregationis particularis, et instrumenti deinde ex officio confecti super venditione aquarum existentium in territorio Nemensi, atque concessio antiquorum aquæductuum pro communitate Cynthiani.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Clemens XIII mandavit marchioni Frangipani baroni Nemensi, ut coacte venderet communitati Cynthiani origines aquarum Pontecchio, et Foci.

§. 1. Alias felicis recordationis Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum terræ Cynthiani Albanensis diœcesis exposito quod ipsi versabantur in maxima penuria aquarum; in proximo tamen territorio Nemensi, non nullæ reperiebantur origines aquæ huc, et illuc dispersæ, cujus propterea venditionem dicti exponentes in publicam eorum utilitatem, et usum petierunt a dilecto itidem filio moderno marchione Francipani Nemensis terræ barone. Verum quia dictus marchio petitam, hanc venditionem denegaverat, hinc præfati exponentes supplices porrexerunt preces eidem Clementi prædecessori, ad hoc ut cogendus esset memoratus marchio ad vendendas eis duas origines aquarum Pontecchio, et Foci vulgo respective nuncupatas. Ipse verò Clemens prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus, venditionem hujusmodi coacte peragendam esse præscripsit, ac pro definitione quantitatis, qualitatis, et pretii aquæ, seu aquarum hujusmodi deputavit particularem congregationem constitutam ex dilectis filiis magistris Carolo Livizzani, Prospero Franceschi, Josepho Vai, Laurentio Mancini, ac quondam Dominico Rutati, propter cujus obitum subrogatus fuit dilectus quoque filius magister Honuphrius Alphani coram qua proposita causa die v. martii MDCCLXXI.; rescriptum fuit, quod dictus marchio, aliique interesse habentes tenerentur vendere dictæ communitati totam aquam nuncupatam = delle Foci = pro pretio a perito liquidando juxta mentem ipsius congregationis, et deponendo in sacra Pietatis æde in creditum ipsius marchionis, et aliorum interesse habentium, nec aliter, quam cum ordinibus, et mandato, ejusdem congregationis consignando.

Eidem marchioni assignavit quoque terminum duorum mensium ad ducendam in proprio palatio aquam di Pontecchio, ut ab cuncta venditione hujus aquæ sese eximere posset.

§. 2. Quoad aquam vero di Pontecchio nuncupatam responsum fuit, ut statuendus esset terminus duorum mensium eidem marchioni, quo durante ipse traducere posset aquam prædictam ad suum palatium, quemadmodum postulaverat, quo termino elapso, et translatione hujusmodi minime facta hanc quoque aquam æque ac alteram le Foci vendere obstrictus esset pro pretio, ut præfertur, liquidando; et demum quoad pertinentiam earumdem aquarum, quam sibi asserebant tam marchio prædictus, quam alii possessores terrarum, in quibus aquæ hujusmodi oriebantur, injunctum fuit, ut stricte super ea partes prædictæ scribere deberent.

Elapso termino lata est sententia, quæ venditionis coactæ leges firmavit.

§. 3. In hujus itaque rescripti executionem lata fuit sententia postquam terminus duorum dictorum mensium expiraverat, et in eadem sententia, omnibus consideratis circumstantiis, statutum quoque extitit pretium utriusque originis aquarum hujusmodi, ac alias prout ex ipsius sententiæ tenore sequenti, nempe = Christi nomine invocato =.

Tenor sententiæ.

§. 4. Pro tribunali sedentes, et solum Deum præoculis habentes per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa, et causis, quæ primo, et in prima coram nobis vigore specialis commissionis manu Sanctissimi signatæ versæ fuerunt, et vertuntur instantiæ inter illustrem communitatem terræ Cynthiani actricem ex una, et illustrissimum dominum marchionem Frangipani reum conventum ex altera partibus, ac dominum Bernardinum Pesoli ad causam admissum pro omni suo prætenso jure, et interesse, dc, et super venditione aquæ existentis in territorio Nemoris in loco nuncupato *le Foci* unciarom duarum cum dimidia, ac alterius aquæ existentis in eodem territorio in loco nuncupato *Pontecchio* dimidia unciæ facienda per illustrissimum dominum marchionem Frangipani baronem Nemoris, ad favorem di-

ctæ illustris communitatis Cynthiani, rebusque aliis in actis causæ, et causarum hujusmodi latius deductis, ad quæ etc. = Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac defenitive sententiamus dictum illustrissimum dominum marchionem Antigonum Frangipani vigore, et in executionem rescripti ex audientia Sanctissimi emanati die xxiv. januarii MDCCLXIX. et in actis productis, ad quod etc., ac alterius rescripti a nobis emanati die v. martii correntis anni MDCCLXXI. teneri, et obligatum esse ad venditionem integræ quantitatis aquæ unciarum duarum cum dimidia nuncupatæ *le Foci* ad favorem dictæ comunitatis Cynthiani, nec non etiam, attento lapsu termini duorum mensium dicto domino marchioni Frangipani præfixo ad declarandum, an vellet præferri in emptione aquæ nuncupatæ *di Pontecchio*, et declaratione non facta, teneri quoque, et obligatum esse ad venditionem ejusdem aquæ *di Pontecchio* dimidia uncia, ad favorem prædictæ comunitatis pro pretio quoad aquam *delle Foci* scutorum bis centum quinquaginta, ad rationem scutorum centum pro qualibet uncia, et quoad aliam aquam *di Pontecchio* scutorum vigintiquinque ad rationem scutorum quinquaginta pro qualibet unica ad formam peritiæ a domino Josepho Ferroni perito architecto exaratæ in actu accessus, de quo in actis, cum augumento aliorum scutorum vigintiduorum et obulorum 92. pro pretio coactivæ a domino perito architecto liquidato ad rationem scutorum octo, et obulorum 33. et duorum quadrantium pro quolibet centenario, nec non etiam pro pretio aliorum scutorum centum quinquaginta ratione servitutis patiendæ, vel ab ipso domino marchione Frangipani, vel ab aliis dominis terrenorum, occasione confectionis, reparationis, et expurgationis aquæductuum in omnibus et per omnia ad formam alterius peritiæ a domino perito architecto exaratæ, de qua pariter in actis, ad effectum tamen dictum pretium utriusque aquæ cum illius augumento, quam alterum pretium servitutis patiendæ deponendi in sacro monta Pietatis, et deinde consignandi cui, vel quibus nos mandabimus, et pro hujusmodi effectu stipulandum fore, et esse per dictum dominum marchionem Frangipani instrumentum venditionis ad favorem dictæ communitatis Cynthiani, eoque recusante stipulandum fore, et esse per nos ex officio, prout stipulari volumus, et mandamus, perpetuumque silentium super præmissis omnibus dicto domino marchioni Frangipani imponendum fore, et esse prout imponimus, ac pro imposito haberi volumus, et mandamus. Partemque victam victrici in expensis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in posterum reservamus, et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus non solum præmisso, sed omni alio meliori modo etc.

Ita pronunciavi ego H. Alphanus jud.

Ita pronunciavl ego C. Levizzani jud.

Ita pronunciavi ego P. Franceschi jud.

Ita pronunciavi ego J. Vai jud.

Ita pronunciavi ego L. Mancini jud.

Lata, lecta, et publicata die iii. julii MDCCLXXI. per acta archivii.

§. 4. Deinde vero juxta ejusdem sententiæ formam, consensum suum præstare renuentibus dicto marchione, aliisque interesse habentibus, ex officio die xiv. januarii MDCCLXXII. confectum fuit instrumentum venditionis utriusque originis aquarum hujusmodi, earum prius deposito pretio, ac alias prout in dicto instrumento, cujus tenor est qui sequitur nempe = In nomine Domini = amen.

Ad tramites sententiæ stipulatum fuit instrumentum venditionis ex officio.

Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, et notum sit, quod anno a salutifera Domini Nostri Jesu Christi nativitate millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, indictione romana quinta, die vero decima quarta januarii, pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo patris, et domini Nostri domini Clementis divina providentia pp. XIV. anno ejus tertio.

§. 5. Essendo, come a me notaro si asserisce, che l'illustrissima comunità di Genzano, a suo popolo avesse sempre penuriato di acqua per avere nel luogo una sola fontana, che ne portava una tennissima quantità, e questa non perenne nel tempo di estate, ed essendo cresciuta di molto la popolazione, e la quantità delle vigne si rendesse sempre più insopportabila la scarsezza, e penuria dell' acqua; onde per provvedere a sì urgente bisogno, fattasi la scoperta, che nel vicino territorio di Nemi vi erano due capi di acqua uno denominato le Foci, e l'altro Potecchio, che andavano a perdersi per il territorio, ad essendo questi livallabili furono usati per parte di detta comu-

Tenor instrumenti.

nità tutti gli uffici possibili presso l'illustrissimo signor marchese Antigono Frangipeni barone di Nemi per ottenere dal medesimo la vendita di detti due capi di acqua, essendo ancora che detto signor marchese Frengipani sempre si opponesse alla vendita della suddetta acqua, così non essendovi più speranza di poter rimoovere detto signor marchese dalla sua negativa, si determinesse il pubblico di Genzano di ricorrere alla clemenza della s. m. di pp. Clemeote XIII; a cui rappresentando l'estrema necessità che aveva il popolo di Genzano di fare acquisto delli detti due capi di acqua domandasse, che il marchese Frangipani con autorità apostolica venisse forzato alla vendita di detti due capi di acqua, ed avendo ottenuto nella supplica il rescritto remissivo a monsignor uditore, che ne parlasse, piacesse a questo di domandare prima sull' esposto l'informazione dall' eminentissimo vescove di Albane, da cui confermatosi per vero quanto era stato nella supplice rappresentato, ne facesse poi detto monsignor uditore la sua relazione a detto semmo pontefice Clemente XIII. e sotto il dì 24. gennajo 1769. emenasse il seguente rescritto.

Tenor inserti rescripti Sanctissimi super coacta venditione.

§. 6. = Ex audientia sanctissimi = Senctissimus acceptis relatione, et voto eminentissimi domini cardinalis episcopi Albani, ac partium hinc inde informationibus, et scriptoris mandavit per domioom barooem Nemi vendi favore communitatis oratricis aquam. Ad effectum antem examinandi, decidendi, et respective taxandi aquæ qualitatem, et quentitatem, et pretium, sole facti veritate inspecta, atque omni appellatione, ac recursu remotis, deputavit congregationem particularem compositam, ex reverendis patribus dominis Livizzani, Franceschi, Vai, Rutati, et Mancini, et maodavit præsens rescriptum haberi pro commissione.

Series actorum factorum pro legitima venditione peragenda.

§. 7. Essendo similmente, che per la morte di monsignor Rutati restasse surrogato monsignor illustrissimo Alfani, e cenvocetasi di poi le congregazione si proponesse sotto il dì 11. settembre dell' enno 1770. la causa sullo stabilimento della qualità, quantità, e prezzo dell' acque da vendersi dal signor marchese Frangipani, e nascesse il rescritto = ad R. P. D. Alphanum juxta mentem = le qual mente restò da detto moosignor Alfani dichiarata nel modo seguente = Quod assumpto perito accedat super faciem loci ad effectum recognoscendi qualitatem, quantitatem, et livellationem aquarum de quibus agitur, nec non liquidandi earum pretium, et examinandi testes super illarum perennitatem, et amplius = Onde fattasi per parte delle comunità di Genzano l'istanza avanti detto monsignor illustrissimo Alfani sotto il dì 15. dello stesso mese di settembre 1770. per far seguire l'accesso per dare esecuzione all' accennato rescritto, che fu stabilito pro die, et hora certis intimandis, col perito erchitetto, la cui deputazione fu fatta ex officie dal detto monsignor illustrissimo Alfani in persona del signor Giuseppe Ferroni, come risulta dalle citazione, e decreto emanato sotto il dì, ed anno suddetti per gli atti miei al quale ec.

Judices deputati venerunt in faciem loci, cum perito ut pretium aquæ præfinirent.

§. 8. Essendo inoltre, che intimatosi al signor marchese Frangipani il giorno dell'accesso, e quello incominciatosi il dì 21 settembre dell'anno 1770 fosse fatta da monsignor illm̃o Alfani la descrizione di tutti i capi di acqua esistenti nel territorio, e terra di Nemi con la loro quantità, e qualità, e fattasi respettivamente dal sig. Giuseppe Ferroni la livellazione, e liquidazione del prezzo della medesima acqua, come dall'accesso rogato per gli atti miei fatte il dì, ed anno suddetti, al quale ec. e perizia prodotta parimenti per gli etti miei sotto il dì 19 novem. 1770 alla quale ec. si riproponesse di nuovo la ceusa, a cui si facesse ammettere Bernardino Pesoli preteodendo, che l'acqua denominata le Foci fosse sua per esiggerne il prezzo, e sotto il dì 5 marzo dello scorso anno 1771 ne emanasse il seguente rescritto = Marchionem Frangipenum, aliosque interesse habentes in executionem rescripti SS̃mi ac decreti R.P.D. ejus auditoris teneri ad venditionem aquæ pro nunc delle Foci in integra ejus quantitate favore comunitatis Cynthiani pro pretio per peritum liquidando juxta mentem ad effectum tamen ipsum pretium deponendi in sacro monte Pietatis in faciem, et creditum domini marchionis Frangipani, aliorumque assertorum interesse habentium, atque exinde non amovendi nisi de ordine, et mandato illm̃i e congregationis, et amplius; quo vero ad aquam di Pontecchio ad dominum Alphanum pro præfixione termini duorum mensium eidem marchioni Frangipani ad affectum eamdem aquam derivandi pro usu ejus palatii baronalis, quo termino elapso, et derivatione non facta esse locum venditioni ut supra, et amplius = Quo vero ad proprietatem,

et pertinentiam earumdem aquarum dilata, et scribatur stricte juxta mentem

Alia, quae obvenerunt ante definitivam venditionem, narrantur.

§. 9. In sequela di questo rescritto essendo stato prefisso il termine di due mesi al sig. marchese Frangipani, per condurre l'acqua di Pontecchio al suo palazzo baronale come erasi protestato per non farne la vendita a favore della comunità di Genzano, ed avendo altresì monsignor illmo Alfani commesso in esecuzione della mente della illma congregazione al sig. Giuseppe Ferroni di avere in considerazione nell'apprezzo delle acque tanto la coattiva della vendita, quanto la servitù, che avrebbe dovuto soffrire il territorio di Nemi nel condottare la suddetta acqua, ed avendo il detto sig. Ferroni formata la sua nuova perizia prodotta per gli atti miei sotto il dì 15 aprile dell' anno 1771 alla quale ec. e non avendo detto sig. marchese Frangipani condotta l'acqua di Pontecchio al suo palazzo baronale dentro il termine prefissogli, perciò l'illma congregazione per sentenza definitiva pronunciasse, che il sig. marchese Frangipani fosse tenuto a vendere alla comunità di Genzano l'intiera quantità dell'acqua di due once, e mezza, tenuto fosse a vendere alla medesima comunità l' acqua denominata di Pontecchio di mezza oncia atteso, che detto sig. marchese Frangipani dentro i due mesi prefissigli, nè aveva dichiarato di voler esser preferito di condurre la detta acqua, nè averla con effetto condotta al suo palazzo baronale di Nemi, e la detta vendita fosse tenuto a farla rispetto all'acqua delle Foci per il prezzo di scudi cento per ciascun oncia: rispetto poi all'acqua di Pontecchio a ragione di scudi cinquanta l'oncia, coll'accrescimento di altri scudi ventidue, e baj. novantadue per il prezzo della coattiva, regolata a ragione di scudi otto, e baj trentatrè, e due quattrini per ogni scudi cento di valore delle dette acque, e coll'accrescimento ancora di altri scudi cento cinquanta per la servitù, che dovrà soffrirsi nel territorio di Nemi per condottare, riparare, e pulire i condotti di dette acque a norma delle due perizie del sig. Giuseppe Ferroni perito architetto, colla legge però, che il prezzo delle dette acque col suo augumento si debba depositare nel sagro monte della Pietà di Roma in credito del sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, e di non amovérsi, se non che di ordine, e mandato dell' illma congregazione, e per l'esecuzione delle cose premesse si dovesse stipolare dal sig. marchese Frangipani l'istromento di vendita della detta acqua a favore della comunità di Genzano, e quando egli ricusasse si dovesse stipolare l'istromento ex officio, come più ampiamente risulta dalla sentenza emanata per gli atti miei sotto il dì 3 luglio 1771 alla quale ec.

Expletis omnibus marchio Frangipani ad stipulationem vocatur.

§. 10 Per ottenere adunque la comunità di Genzano l'effetto dell'accennata sentenza avendo impetrata, ed incassata avanti all' illma congregazione la commissione esecutoriale sotto il dì 29 luglio del detto anno 1771 per gli atti miei alla quale ec. e desiderando di venire all'effettiva compra dell'acqua suddetta per il prezzo come sopra liquidato, abbiamo perciò interpellato detto sig. marchese Frangipani, e sig. Bernardino Pesoli preteso interessato ad intervenire alla stipolazione dell' istromento della vendita di dette acque da farsi nell'officio dell'archivio sotto questo giorno alle ore 22 in punto, altrimenti, che si sarebbe stipolato dalle sig. loro illme ex officio come dall'intimazione, che originalmente si consegna a me notaro per inserirla nel presente istromento del tenore seguente cioè

Tenor intimationis ad hunc effectum transmissae.

§. 11. Illma congregazione particolare a Sanctissimo deputata RR. PP. DD. Alphani, Livizzani, Franceschi, Vai, et Mancini = Albanen aquarum. Intimetur infrascriptis exadverso principalibus, ac alias omni ec. qualiter die crastina hora 22 in puncto erit congregatio particularis in ædibus R.P.D. Alphani secretarii dictæ congregationis ad effectum stipulandi instrumentum venditionis aquarum = le Foci = et = Pontecchio de quibus agitur, ideo citentur iidem ad interessendum, alias instrumentum prædictum stipulabitur per illmam congregationem ex officio; ideo ec. ac alias ec. instante illma communitate Cynthiani principali sive ec. = Archivium = Illmus Dominus marchio Antigonus Frangipani exadeverso principalis = dominus Alexander Marianecci exadverso procurator assertus domini Bernardini Pesoli pro omni ec. exadverso principali = feci personaliter contra infrascriptos die 15 januarii 1771. = Befanus cursor =

Barone, aliisque interesse habentibus non comparentibus, procurator communitatis urget pro stipulatione ad tramites mandati procuræ in sui favorem relaxati.

§. 12. Ed essendo già passata l'ora 22 intimata, e la susseguente già passata, e non essendo comparsi detti sigg. marchese Frangipani, e Bernardino Pesoli, o loro legittimi procuratori, perciò accusandosi la contumacia per parte del sig. Paolo Sarnani procuratore della comunità di Genzano come dalla procura, che

esiste nella compntistaria della sagra congregazione del Buon Governo, copia della quale approvata dal sig. Gabriele Paoletti computista si consegna a me notaro per inserirla del tenore seguente cioè =

Tenor procurationis.

§. 13. Noi sottoscritti priori residenti dell' illma comunità di Genzano in vigore delle facoltà dateci dal publico consiglio tenuto sotto il dì 7 corrente agosto con il presente chirografo di mandato di procura da valere ec. costituiamo per nostro vero, legittimo, reale, ed attuale procuratore l'illmo sig. Paolo Sarnani a potere in nostro nome, e per la comunità suddetta prendere li scudi cinquecento provenienti dalli cinque luoghi di monte per li quali è stata ammessa questa medesima comunità dalla sacra congregazione del Buon Governo, e quelli depositare nel sacro monte della Pietà di Roma, ad effetto di erogarli per la compra delle acque delle Foci, e Pontecchio, ed in altre spese in conformità della sentenza emanata dalla congregazione particolare deputata da nostro signore papa Clemente XIV sotto il dì 3 luglio 1771, come ancora tanto a nome proprio che della medesima comunità gli diamo tutte, e singole facoltà necessarie, ed opportune a poterne fare istromento di compra con l'illmo signor marchese Frangipani, e qualora detto sig. marchese ricusasse accedere a detto istromento di farlo ex officio, se così sarà ordinato dalla stessa congregazione particolare avanti la quale n' è stata ottenuta la sentenza a favore di detta nostra comunità, dandogli ancora tutte, e singole facoltà necessarie, ed opportune di potere citare, domandare rimborso di spese, d'impetrare l'autorità del giudice, giudici, e fare ogni, e qualunque altro atto, acciocchè l' affare suddetto dell' acquisto delle suddette acque abbia perpetua osservanza, e fare tutto ciò, che potressimo fare noi sottoscritti per la medesima comunità colla nostra presenza, benchè assenti promettendo ec. costituendolo ec. rilevandolo ec. non solo ec. ma in ogni altro miglior modo ec. In fede ec. = Dato dalla secreteria priorale di Genzano questo dì 16 agosto 1771

Antonio Corazzotti priore costituisco come sopra mano propria.

Carlo Antonio Moretti priore costituisco come sopra mano propria.

Gio: Giacomo Melaconti priore costituisco come sopra mano propria.

Antonio Jacoangeli secretario = = loco ✠ Signi. La qual copia è stata estratta dal suo originale, che si conserva in computisteria della sacra congregazione del Buon Governo nella filza delle giustificazioni de' pagamenti fatti dalla comunità dello stato ecclesiastico delli denari esistenti in loro credito nel sagro monte della Pietà di Roma, e banco di S. Spirito dall' anno 1769 a tutto l'anno 1771, che collazionata in ogni sua parte concorda. In fede ec. Dalla computisteria della sagra congregazione questo dì 14 gennaro 1772=Gabrielle Paoletti computista. Vista la contumacia del detto sig. marchese, e sig. Bernardino Pesoli, e facendosi dal medesimo istanza, che ex officio si stipoli dalle signorie loro illme colla loro autorità a nome di detto signor marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati l'istromento di tal vendita con interporvi il loro autorevole decreto giudiziale in forma, avendo ora anche esibita alle signorie loro illme la cedola del sagro monte della Pietà di Roma del detto seguito deposito del prezzo suddetto da inserirsi nel presente istromento, come in appresso.

Dispositiva instrumenti venditionis.

§. 14. Quindi acciò ne apparisca la verità mediante la celebrazione di publico, e giurato istromento presente, e personalmente esistenti avanti di me notaro, e testimonj infrascritti l'illmi, e rmi monsig. Onofrio Alfani, Carlo Livizzani, Prospero Franceschi, Giuseppe Vai, e Lorenzo Mancini a me notaro cogniti, con la la loro autorità, e nome di detto sig. marchese Antigono Frangipani, e di altri pretesi interessati assenti, loro eredi, e successori qualsivogliano ex officio attesa la suddetta accusata contumacia, e di loro assenza, vendono, ed alienano in perpetuo in favore di detta comunità di Genzano, presente, ed accettante detto signor Paolo Sarnani di lei procuratore a me notaro parimente cognito, le sudette acque come sopra al medesimo sig. marchese Frangipani, e ad altri pretesi interessati spettanti poste nel territorio di Nemi con tutti i suoi annessi ec. ragioni, ed azioni, cedendole per tal causa a favore di detta comunità di Genzano, ad esso signor Paolo Sarnani come sopra accettante a nome come sopra, e coll'autorità del loro officio niuna per detto sig. marchese Frangipani, e suoi ec., e ciascun di loro riservatane ad averle colla piena clausula del costituto in ampla forma, e ciò per il suddetto stimato, e decretato prezzo di detti scudi quattrocento quarantasette, e baj. 92 moneta, come sopra decreta-

ti, quali già da detta comunità di Genzano depositati nel detto sagro monte di Pietà di Roma in credito del detto sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, da non amoversi se non che di ordine, o mandato dell'illustrissima congregazione, con dichiarazione, che si sono depositati come sopra a total sodisfazione del prezzo di dette acque, come sopra ora vendute, ed in esecuzione dei detti decreti, e sentenza come sopra emanati, come ha fatto costare dalla suddetta presentata cedola alle signorie loro illme di tal deposito seguito, che originalmente si consegna a me notaro ad effetto d'inserirla nel presente istromento del tenore seguente cioè.

Pretium aquae divenditae depositorio aede sacra favore baronis.

§. 15. Adì 20 dicembre 1771 = Il sig. Paolo Sarnani procuratore della comunità di Genzano ha depositato nel sagro monte della Pietà di Roma a credito dell'illmo sig. marchese Antigono Frangipani, ed altri asserti creditori scudi 447. e baj. 92. moneta, disse per prezzo delle acque da vendersi da detto illmo sig. marchese Antigono a favore di detta comunità, suo augumento, e servitù, per pagarli con ordine, o con mandato della congregazione particolare composta di cinque prelati cioè, monsignor illmo, e rmo Livizzani, monsignor illmo, e rmo Franceschi, monsgnor illmo, e rmo Vai, mons. illmo, e rmo Mancini, e monsig. illmo, e rmo Alfani in conformità della risoluzione emanata li 5 marzo prossimo passato, e della sentenza successivamente di detta congregazione emanata li 3 luglio prossimo passato alla quale ec. = scudi 447 92 moneta = in reg.° 886. num.° 132 = M. Plano computista = del qual prezzo la signorie loro illme a nome di detto sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati si chiamano contenti e soddisfatti; e ne fanno in di loro nome, e loro ec. colle suddette loro autorità a favore di detta comunità di Genzano, e per essa presente il sig. Paolo Sarnani di lei procuratore quietanza in forma, e dichiarano in virtù delle loro autorità, che il suddetto deposito resti, e restar debba in detto sagro monte a credito di esso sig. marchese Frangipani, e di altri pretesi interessati, come sopra, da non amoversi ec. se non che di ordine, o mandato di detta illma congregazione, e a rischio, e pericolo de' medesimi, e senz'altro pericolo tanto delle signorie loro illme, che di detta comunità, e non altrimenti ec. =

Evictio pro aqua divendita promittitur.

§. 16. Promettono inoltre le signorie loro illustrissime a nome di detto signor marchese Antigono Frangipani, e coll' autorità del loro officio le suddette acque, come sopra vendute essere di detto signor marchese, ed al medesimo come sopra si è detto liberamente spettare, ed appartenere, a non aver queste esso signor marchese Frangipani nè in tutto, nè in parte ad altri cedute, vendute, obligate, permutate, o in altro modo alcuno alienate, presone anche il vocabolo dell' alienazione latissimo modo, nè essere dette acque soggette ad alcun peso di canone, censo, livello, risposta, nè ad altro peso sì perpetuo, che momentaneo, nè ad alcun fidecommisso purificato, o da purificarsi, sostituzione, o altro, che possa ostare alla presente vendita, quale sempre, ed in perpetuo a nome di detto signor marchese Frangipani, e suoi ec. promettono coll' autorità suddetta aver rata, grata, valida, e ferma, bona, validamente, e legittimamente colla suddetta loro autorità, come sopra, fatta, e come tale sempre in detto nome mantenere, e che a quella esso signor marchese, e suoi ec. non possino contravenire sotto qualsivoglia pretesto, e causa, anche di supposta e non concessa lesione, stante le suddette seguite perizie, e decreti, e sentenze suddetti, altrimenti in caso contrario alle cose suddette, e ciascuna di esse, come anche di pretese invalidità, e rescissiona del presente contratto per qualunque capo, e causa qui non pensata dichiarano di esser sempre esso signor marchese Antigono Frangipani, e suoi ec. tenuti all' evizzione generale, universale, e particolare in forma di ragion valida, e tanto qui in Roma, che fuori più solita, e consueta, e a tutti, e singoli danni ec. de'quali ec. obligando detto signor marchese, e suoi ec. per osservanza delle cose suddette, e ciascuna di esse, e suoi eredi, e successori nella più ampla forma della reverenda camera apostolica colle solite clausule, e rinunzie ec. assumendo per esso, e nella sua anima il necessario giuramento tactis etc. sopra le quali cose, le signorie loro illme giudici suddetti, e per l'autorità del loro officio interpongono il loro autorevole decreto, supplendo a qualunque difetto, che tanto de jure, che de facto potesse essere in ciò intervenuto, e che potesse intervenire in avvenire perchè così ec. = Quae omnia etc. alias etc. de quibus etc. quod etc. pro quibus etc. dicti illustrissimi, et reve-

reudissimi domini judices non seipsos etc. sed præfatum illustrissimum dominum marchionem Antigonum Frangipani ejusque hæredes et. bona etc. juraque etc. in ampliori reverendæ cameræ apostolicæ forma solitis cum clausulis etc. citra etc. obligarunt, renunciantes etc. consentientes etc. unica etc. sicque tactis pectore more etc. jurarunt. Super quibus omnibus, et singulis præsentis petitum fuit a me officii archivii Romanæ curiæ administratore, et notario publico, ut unum, seu plura, publicum, seu publica, instrumentum, seu instrumenta conficerem, atque traderem, prout opus fuerit, et requisitus ero = Actum Romæ in ædibus dicti illustrissimi et reverendissimi domini Alphani, ibidem præsentibus audientibus, ac bene intelligentibus dominis Francisco Ruggeri filio quondam Xaverii Romano, ac Nicolao Tommasi, filio quondam Dominici Neapolitano testibus, ad supradicta omnia vocatis habitis specialiter, atque rogatis = Pro inclito collegio dominorum scriptorum A. R. curiæ.

Ego Joannes Baptista Aretucci administrator præsens instrumentum subscribi, et sigillavi requisitus.

Postulant homines Cynthiani concessionem nonnullorum aquæductuum ad transferendas aquas illisque concessi sunt ab fratribus ordinis minorum s. Francisci, qui illos obtinuerunt a Pontifice Alexandro VIII.

§. 17. Postmodum vero communitas, et homines prædicti Nobis exponi fecerunt quod ipsi sperabant, nonnullos invenire antiquos aquæductus satis aptos ad transferendas aquas sibi, ut præfertur venditas, atque idcirco a Nobis petierunt, ut illos sibi concedere dignaremur. Nos igitur preces hujusmodi remisimus eidem congregationi jam deputatæ, ad hoc, ut illa super eis opportunas caperet informationes, quas deinde Nobis referet. Interea vero eidem comunitati, et hominibus innotuit, quod prædicti aquæductus a felicis recordationis Alexandro pp. VII. prædecessore quoque Nostro per suas in simili forma Brevis die xvi. novembris MDCLVIII. expeditas literas, una cum eisdem dispersis usque tunc aquis, conventui, et fratribus ordinis minorum sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum dictæ terræ Cynthiani concessi fuerant; ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Qua de re dicti exponentes ab ipsis fratribus eorum jurium cessionem petierunt, et obtinuerunt publico desuper confecto instrumento rogato a Dominico Gaspare Pucci, cujus pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo, ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur. Deinde vero idem magister Honuphrius in loci faciem se contulit, atque singulari diligentia aquæductus antiquos hujusmodi, adhibita etiam periti opera, inspexit, perlustravit, Nobisque rerum, ac circumstantiarum omnium seriem, nomine etiam dictæ congregationis, ut præfertur deputatæ, diligentissime retulit.

Ut venditio, instrumentum aliaque concessiones, de quibus supra firmius subsisterent apostolica confirmatio expostulatur.

§. 18. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius sententia, et instrumentum venditionis aquarum, ac respective cessionis jurium a fratribus dicti conventus peractæ subsistant, et serventur exactius, illa per Nos approbari, et confirmari, atque dictos antiquos aquæductus sibi concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicare fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Precibus annuit Pontifex.

§. 19. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerent, hujus tantum rei gratiam absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam sententiam, ac instrumentum venditionis aquarum hujusmodi in publicam utilitatem, et usum eorumdem exponentium secutæ, simulque aliud instrumentum dictæ cessionis jurium a conventu, et fratribus prædictis expletæ auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Prohibet ne quid agatur in præjudicium peractæ emptionis, et aquæductus assignantur.

§. 20. Quocirca ipsis exponentibus, ut in publicam utilitatem tantum aquis prædictis utantur præcipimus, et mandamus; nemensibus vero, ne ipsi quidquam in iis quæ quoquo modo respiciunt origines dictarum aquarum ut præfertur, venditarum innovare audeant, seu præsumant, districte interdicimus, atque omnino prohibemus. Propterea communitati, et hominibus prædictis eosdem antiquos aquæductus, quibus ipsi in transferendis aquis, ut præfertur, emptis libere, et licite uti valeant auctoritate, et tenore prædictis perpetuo concedimus, et assignamus.

Quæstiones omnes motas,

§. 21. Volumus autem, ut quæ-

et movendas committit sac. congregationi boni regiminis

stiones omnes, ac controversiæ quæ super usu tam aquarum hujusmodi, quam quoad aquæductus, ut præfertur, concessos in posterum quocumque tempore, ac modo oriri possint, una cum suis incidentibus, et dependentibus ad congregationem venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum, ejusdemque congregationis pro tempore existentem secretarium privative spectent, atque pertineant.

Præcipit ut annua taxa imponatur pro debito contracto dimittendo.

§. 22. Ad hæc, ut consultum sit exonerationi collectarum a dicta communitate necessario imponendarum pro solvendo tam debito contracto ex causa emptionis aquarum hujusmodi, quam illius fructibus, et pro extinguendo novo aere alieno contrahendo ob translationem earumdem aquarum, mandamus, ac volumus, quod aquæ prædictæ a publico fonte defluentes ad usum horti publicis expensis comparandi, et a communitate prædicta locandi deservire possint, et debeant, quodque annui redditus tam ex hortu hujusmodi, quam aliunde percepti, in causam dicti aeris alieni erogandi sub peculiari computo = Cassa dell' acqua = nuncupato describantur, atque a peculiari persona omnino diversa a generali communitatis exactore exigantur, quæ non alia mandata nisi deputatorum aquæ hujusmodi solvere debeant, et ex causa tantum aquarum, ac quolibet semestri ratam respondentem extinctioni locorum montium ad exactorem pro tempore existentem dictæ congregationis transmittere teneatur.

Clausulæ salutares.

§. 23. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 24. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 25. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in arce Gandulphi sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

CCVIII.

Dat. die 10. novemb. 1772. Anno IV.

Ecclesia, et collegium Societatis Jesu in civitate Tusculana existens unitur, et incorporatur seminario ejusdem civitatis etc.

Venerabili fratri Henrico episcopo Tusculano
S. R. E. cardinali duci Eboracensi nuncupato

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Cardinalis Eboracensis laudes.

§. 1. Præclaram, et pene singularem fraternitatis tuæ pietatem, liberalitatem, atque eximiam in commisso tibi Tusculanæ ecclesiæ regimina salutis animarum, et ecclesiasticæ disciplinæ solicitudinem multis jam modis dudum demonstratam, novissime autem in augendo, ditando, et ornando ipsius ecclesiæ, et civitatis seminario, summa animi Nostri voluptate, adeo ampliorem, atque uberiorem agnovimus, ut in iis omnibus, quæ ejusdem seminarii necessitatem, utilitatem, et commoditatem quoquomodo respiciunt, apostolicæ Nostræ auctoritatis partes desiderari nimine patiamur, illasque libenter in id interponimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspicimus.

Memoratur providentia capta pro se-

§. 2. Posteaquam enim per alias Nostras in simili forma Brevis die xii.

lici gubernio seminarii, et scholarum civitatis.

februarii MDCCLXX. expeditas literas unio, annexio, at incorporatio tam antiqui seminarii Tusculaui, quem scholarum publicarum civitatis hujusmodi jampridem a fel. recordationis pp. XIII. prædecessore Nostro, dum in minoribus Tusculanæ ecclesiæ præerat, et a communitate, ejusdem civitatis collegio clericorum regularium Societatis Jesu in dicta civitate Tusculana existenti expleta apostolice auctoritate a Nobis dissoluta, sejuncta, et separata fuerat; ut indemnitati seminarii, publicarumque scholarum hujusmodum consultum esset per alias quoque Nostras in pari forma Brevis die xxviii. julii ejusdem anni MDCCLXX. expeditas literas, te in visitatorem apostolicum, collegii, seminarii, et scholarum publicarum dictæ civitatis constituimus, et deputavimus cum facultatibus necessariis, et opportunis per te, vel alium, sive alio arbitrio tuo eligendum, seu eligendos, collegium, seminarium, et scholas hujusmodi, eorumque bona visitandi, ac peculiarem, diligentemque cognitionem annuorum fructuum, redditiuum, et proventuum, atque expensarum sumendi, rationemque dati, et accepti recognoscendi, ac subducendi, aliaque omnia circa præmissa quomodolibet necessaria, et opportuna gerendi, et faciendi, ac alias prout in eisdem duobus Nostris literis, quorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Et quantum in id insudaverit cardinalis episcopus refertur.

§. 3. Tanta autem fuit fraternitatis tuæ solertia, vigilantia, ac liberalitas, non solum in seminarii hujusmodi fabrica, non levi sumptu, et quoad fieri posset, commodiori reddenda, sed etiam in magistris, lectoribus, et ministris eligendis, et deputandis, ut, benedicente Domino actus suos, seminarium Tusculanum alumnorum copia refertum modo conspiciatur; ac pari insuper diligentia, et studio impositum visitatoris munus implere curasti, sed propter, vel omnidam deficentiam librorum, qui necessarii erant ad rationes reddendas, vel quia in aliis libris ad id non admodum necessariis plure folia abscissa fuerant, volita redditio rationis peragi, ac visitatio ipsa penitus absolvi minime valuit.

Sed ob loci angustiam seminarii fabrice usui cui est destinata respondere non posse narratur.

§. 4. Cum autem præ loci angustia fabrice seminarii prædicti, neque etiam cum domo e illius conspectu nuperrime comparata, ita extendi, aut ampliari potuerit, ut satis omnino esset necessario usui, et habitationi tot alumnorum, magistrorum, lectorum, ac ministrorum, quippe quia adhuc desiderantur loca, in quibus apte ad peragendas sacras functiones, aliosque communitatis actus exercendos alumni simul valeant convenire; tantæ vero indigentiæ, ac necessitati consultum solummodo esset, quoties proximum collegium prædictum una cum illius ecclesia eidem seminario auctoritate Nostra apostolica uniatur, et applicetur.

Hac de causa unitur eidem seminario collegium, et ecclesia jam patribus ex congregatione Jesu possessa.

§. 5. Nos iteque omnia a fraternitate tua tam laudabiliter, diligenter, ac tanta liberalitate, gesta, et facta quam maxime in Domino commendantes, et de præmissis omnibus plenam notitiam habentes, ac seminarii prædicti necessitatibus, eo modo, quo tantum in hisce rerum circumstantiis fieri potest, in totius civitatis, et diœcesis Tusculanæ spirituale bonum, ac decus, paterna charitate, consulere capientes, illiusque alumnos, magistros, lectores, et ministros specielibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tentum rei gretia, absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, et motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et metura deliberatione Nostris, fraterniteti tuæ per præsentes injungimus, ut ecclesiam, et collegium clericorum regularium Societatis Jesu in civitete Tusculana existentium, una cum omnibus eorum bonis, stebilibus, mobilibus, semoventibus, et supellectilibus, annexis, et connexis, ac dependentibus, nec non creditis, juribus, et actionibus quibuscumque ad ecclesiam, et collegium hujusmodi quomodolibet spectantibus, et pertinentibus, ac quæ quandocumque, et ex quacumque causa spectare, et pertinere poterunt in futurum eidem seminario civitatis Tusculanæ auctoritete Nostra apostolica tenore præsentium, perpetuo unias, applices, et assignes, dictumqua seminarium, seu illius legitimum procuratorem in veram, realem, et actualem possessionem, et respective quasi possessionem ecclesiæ, collegii, et prædictorum universorum bonorum, jurium, atque actionum auctoritete, et tenore prædictis inducas, atque immittas.

Cavetur ne ecclesia debitis fraudetur obsequiis, utque

§. 6. Volumus autem, ut ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, et quæcumque legate, ac omnia onera,

Immediata locorum peragatur evacuatio.

quibus ecclesia, collegium, eorumque bona hujusmodi obnoxia quomodolibet de præsenti reperiuntur, ab eodem seminario in futurum exequenda sint, atque omnino adimplenda. Mandantes propterea dilectis filiis moderno ejusdem collegii rectori, aliisque ministris, et personis ibidem existentibus sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro pœnis, ut in præmissis omnibus, et singulis prompte pareant, et obediant, ac intra tempus a te præfigendum omnia suppellectilia sacra, mobilia, scripturas, cæterasque res ad ecclesiam, et collegium ejusmodi quomodolibet spectantes, et pertinentes, dicto seminario, seu ejus legitimo procuratori realiter, et cum effectu consignent, et tradant, seu consignari, et tradi curent, et faciant.

Clausulæ salutares pro plena constitutionis executione

§. 7. Ac decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod rector, et clerici regulares collegii, et Societatis hujusmodi, et alii quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis existant, seu alias specifica, et individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, causæque, propter quas præsentes emanarunt, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque, et non aliter, in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non societatis prædictæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima novembris millesimo septingentesimo, septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 12. novemb. 1772. Anno IV.

CCIX.

Confirmatio resolutionum particularis congregationis consistorialis pro Francisca Christina ex principibus palatinis Rheni abbatissa ecclesiæ Thorensis

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Super juribus abbatissæ, canonissarum, et canonicorum collegiatæ ecclesiæ oppidi Thorensis, ac super controversiis inter eos exortis peculiaris deputata fuit congregatio ad referendum; quæ sub conceptis dubiis formulis quæstiones ipsas diremit.

§. 1. Alias Nos ad dirimendas controversias diu exortas inter dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Franciscam Christinam ex principibus palatinis Rheni de Sultzbach abbatissam capituli utriusque sexus collegiatæ ecclesiæ oppidi Thorensis Leodiensis diœcesis ex una, ac dilectas in Christo quoque filias canonissas, dilectosque itidem filios canonicos ipsius capituli, partibus ex altera, de consilio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium rebus consistorialibus præpositæ, et habitæ die xxvii. martii MDCCLXX. prævia avocatione causarum a quocumque judice, et tribunali Urbis, congregationem consistorialem particularem ad Nobis referendum deputavimus. Rationum itaque momentis hinc inde deductis, diligenterque inspectis, ac mature perpensis coram eadem particulari congregatione die iv. augusti currentis anni proposita fuerunt unum, et viginti dubia, quorum resolutionem Nobis deinde relatam approbavimus, et confirmavimus; tenor autem dubiorum, et resolutionum hujusmodi est sequens, videlicet.

Tenor dubiorum, cum eorum respectivis solutionibus.

§. 2. Ad I. = An serenissimæ abbatissæ Thorensi competat omnimoda, et privativa jurisdictio ecclesiastica in ecclesia Thorensi, et in canonissas, canonicos, cæterasque personas illius servitio addictas, et ab ea dependentes, in casu etc.

Affirmative juxta modum, exceptis nempe omnibus, quæ de jure, vel consuetudine minime competunt, nec non adhibito consilio, ac respective consensu in casibus de jure expressis.

Ad II. = An abbatissa, capitulares, et gremiales collegiatæ Thorensis teneantur servare, et exequi respectiva juramenta, in cujuslibet eorum admissione præstanda, in casu etc.

Affirmative quoad juramenta præstanda, servata juris canonici forma, et non aliter, et ad nuntium apostolicum pro confectione formulæ juramenti, auditis partibus.

Ad III. = An iidem cogendi sint ad observantiam, et exequutionem legum ecclesiasticarum in iisdem juramentis comprehensarum, in casu etc.

Provisum in II.

Ad IV. = An, et cui competat jus primæ instantiæ in canonissas, canonicos, cæterasque personas ab ecclesia Thorensi dependentes, in casu etc.

Competere abbatissæ.

Ad V. = An, et quomodo, et a quo sit exercendum jus corrigendi, et mulctandi excessus dictorum capitularium, et gremialium in levibus, in casu etc.

Jus corrigendi, et mulctandi competere abbatissæ, et respectivæ decanissæ, ad formam decreti bo. me. Franciotti, et mandati bo. me. Pallavicini, exequendorum tamen juxta instructionem dandam a domino secretario ad mentem, et amplius.

Ad VI. = An, et cui competat correctio excessuum, et delictorum in gravibus, et quomodo exercenda, in casu etc.

Provisum in proximo, et amplius.

Ad VII. = An, et cui competat jus indicendi preces publicas, et respective demandandi appositionem tabellæ, ejusque exequutionem, in casu etc.

Competere abbatissæ in ecclesia, et monasterio; et amplius.

Ad VIII. = An competat abbatissæ jus affigendi edicta, quoad administrationem officiorum in ecclesia, et exercitium cultus divini, et functionum ecclesiasticarum in eadem ecclesia sine consensu capituli, in casu etc.

Affirmative et amplius.

Ad IX. = An capitulares, et beneficiati ejusdem ecclesiæ teneantur orare per horam, dum sanctissimum Sacramentum exponitur pro oratione quadraginta horarum, aliisque ecclesiæ solemnitatibus, et publicis precibus interesse; et quatenus affirmative.

Affirmative, et amplius.

Ad X. = An dictis capitularibus, et beneficiatis pro dicta oratione, et interessentia debeatur aliquod particulare stipendium, in casu etc.

Negative, et amplius.

Ad XI. = An, et quomodo sit locus resignationi canonicatuum, et beneficiorum dictæ ecclesiæ favore certæ personæ coram summo pontifice, et in apostolica dataria, in casu etc.

Recurrant in casibus particularibus ad sanctam Sedem.

Ad XII. = An, et quomodo sustineantur pensiones super dictis canonicatibus, et beneficiis, in casu etc.

Provisum ut ad proximum.

Ad XIII. = An liceat abbatissæ plura ex beneficiis, seu officiis, et altaribus in dicta ecclesia uni personæ conferre, et super eorum fundationibus dispensare, eorumve onera mutare, in casu etc.

Quoad primam dubii partem providebitur in casibus particularibus; quoad secundam, negative, et amplius.

Ad XIV. = An, et cui competat jus cognoscendi, seu decidendi super validitate, vel invaliditate testamentorum capitularium, et gremialium dictæ ecclesiæ, eorumque hæreditates custodiendi, et obsignandi, stante dubio de valore prædictorum testamentorum, in casu etc.

Competere abbatissæ.

Ad XV. = An sit exhibenda, vel extrahenda abbatissæ originalia testamentorum ad excludendum jus spolii favore ejusdem abbatissæ, seu potius sufficiat copia publica, in casu etc.

Esse tradendam abbatissæ copiam publicam, et esse eidem exhibenda originalia pro ejus arbitrio.

Ad XVI. = An teneantur abbatissæ veniam testandi petere a capitulo, in casu etc.

Negative, et amplius.

Ad XVII. = An teneatur abbatissa capitularibus, et gremialibus concedere veniam testandi gratis, in casu etc.

Affirmative, et amplius.

An XVIII. = An, et quomodo agenda sit administratio redditiuum bonorum abbatialium, et respective capitularium, in casu etc.

Administrationem redditnum, et bonorum abbatialium esse agendam ab abbatissa; capitularium vero, a capitulo, et amplius.

Ad XIX. = An abbatissa volens redditioni cationum capitularium pro suo interesse assistere, teneatur per se ipsam intervenire, seu possit aliam personam, et quam subdelegare, in casu etc.

Negative od primam partam; affirmative ad secundam; de gremio tamen capituli, et amplius.

Ad XX. = An, et quibus aliis actibus teneatur abbatissa intervenire capitulo per se ipsam, seu potius per, et quam personam ab ea subdelegandam, in casu etc.

Affirmative in omnibus, juxta tamen indultum Benedicti XIV. anni 1775., deputata tamen persona de gremio, et amplius.

Ad XXI. = An abbatissæ, tanquam canonissæ debeantur fructus œconomici nuncupati, non obstante ejus absentia, in casu etc.

Affirmative, durante indulto, et amplius.

§. 3. Factaque per me infrascriptum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas sua sacræ congregationis particularis sententias benigne approbavit, et juxta eas fieri, et exequi mandavit. Datum Romæ hac die 4. dicti mensis augusti 1772. *Sacræ congregationis resolutiones a Sanctissimo approbatæ fuerunt.*

Petrus M. Nigronus sac. coll. secretarius.

§. 4. Cum autem, sicut eadem Francisca Christina Nobis nuper exponi fecit, ipsa quo firmius prædictæ resolutiones particularis consistorialis congregationis hujusmodi subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur. *Preces porrectæ pro confirmatione earumdem resolutionum.*

§. 5. Nos igitur ipsam exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas resolutiones dictæ particularis consistorialis congregationis una cum omnibus, et singulis in eis contentis, auctoritate Nostra apostolica confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. *Confirmatio amplissima, tam generica, quam specifica.*

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 17. novemb. 1772. Anno IV.

CCX.

Prohibitio extrahendi libros etc. e bibliotheca a R. P. D. Victorio Giovardi civitati, et seminario Verulano donata, cum facultate in ea asservandi libros prohibitos cujuscumque classis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memoratur donatio bibliothecæ a reverendissimo præsule, seminario Verulano facta.

§. 1. Cum sicut accepimus, dilectus filius magister Victorius Giovardi utriusque signaturæ, gratiæ quidem decanus, justitiæ vero pro-decanus referendarius, quo luculentum suæ in patriam charitatis testimonium relinqueret, ac municipes suos præsertim, qui ecclesiasticæ militiæ nomen dedissent ad persequenda alacriter literarum studia, publica proposita commoditate excitaret, suam insignem, optimisqua tam impressis, quam manuscriptis, ac aliis rebus instructam bibliothecam civitati Verulanæ, ejusque seminario dono dederit; vereatur autem ne lapsu temporis libros hinc inde asportando, illos deperdi contingat.

Conservationi librorum ad dictam bibliothecam pertinentium consulitur, prohibita extractione sub poena excommunicationis latæ sententiæ.

§. 2. Idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque magistrum Victorium specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate, et superioritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, et præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta, aliasque res eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, seu in posterum assignanda, et donanda e bibliotheca hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Jus tribuitur in eadem bibliotheca asservandi libros quoscumque damnatos, et etiam ex professo de heresi pertractantes.

§. 3. Nec non ut in ipsa bibliotheca quorumvis hæreticorum, et hæresiarcarum, aliorumque reprobatorum auctorum, cujuscumque sectæ, et classis, etiam primæ, ac ex quacumque causa etiam ob falsi dogmatis suspicionem a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus, ac etiam in quibusvis conciliis generalibus a Nobis, et Sede apostolica quomodolibet prohibita, et damnate, ac a Nobis, successoribusque Nostris romanis pontificibus, et dicta Sede in futurum forsan prohibendi, et damnandi libri, manuscripta, et opera tam hactenus in lucem edita, quam in posterum edenda, seu scribenda quæcumque etiam si ex professo, et in capite de religione, a fide catholica, et contra religionem, et fidem easdem tractent in ipsa bibliotheca collocati, et collocata, ac in futurum quomodolibet collocandi, et collocanda retineri, haberi, et asservari dumtaxat libere, et licite, ac impune, et absque ulle con-

scientiæ scrupolo, et quarumcumque ecclasiasticarum sententiarum, et censurarum, vel aliarum pœnarum etiam irregularitatis, infamiæ, et inhabilitatis incursu possint, et valeant, ita tamen, ut illi, et illa ab aliis separati, et separata, et sub clave, ne ad aliorum manus deveniant retineantur, ac nonnisi ab iis, qui opportunam super eorum lectione licentiam sibi canonice concessam esse bibliothecario pro tempore existenti ostenderint, legi permittantur, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non prohibitionibus desuper factis, et in posterum quomodolibet faciendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium exemplum in valvis bibliothecæ prædictæ, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo cerni ab omnibus, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXI.

Dat. die 18. novemb. 1772. Anno IV.

Capitulo, et canonicis collegiatæ ecclesiæ beatæ Mariæ immaculatæ Monachii Frisingensis diœcesis indulgetur, ut ipsi temporibus etiam adventus, et quadragesimæ recitare possint die Jovis officium corporis Christi, et die sabathi de conceptione beatæ Mariæ virginis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii decanus, et canonici capituli parochialis, et collegiatæ ecclesiæ sub titulo beatæ Mariæ virginis immaculatæ oppidi civitatis nuncupatæ Monachii in Bavaria Frisingensis diœcesis, quod in collegiata ecclesia prædicta juxta piam institutionem memoriam hominum excedentem qualibet feria quinta missa solemnis decantari solet, eaque absoluta, fit solemnis processio augustissimi Eucharistiæ sacramenti, interessentibus civibus, atque universitatibus artium suo ordine distributis, maximamque populi quantitatem constituentibus; quolibet vero die sabathi post decantatum matutinum una cum laudibus, solemnis missa celebratur beatæ Mariæ virginis ex fundatione in ejus honorem constituta a devotione, et pietate electoralis domus Bavariæ. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum alias concessum fuerit, ut qualibet feria quinta in prædicta ecclesia officium, quod in die festo corporis Christi recitatur, quolibet vero die sabathi officium de conceptione beatæ Mariæ virginis, exceptis feriis v., et sabathis adventus, et quadragesimæ recitari possit, et alias prout in rescriptis, seu decretis dictæ congregationis continetur. Ipsi vero exponentes officia hujusmodi, etiam in feriis v., et sabathis adventus, ac quadragesimæ, non impeditis tamen ab officio novem lectionum, recitare posse plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Conceditur gratia ut in summario, reserva-

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prose-

tis diebus impeditis ab officio novem lectionum.

qui volentes, et eorum singulares personas e quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, atque ex peculieribus circumstantiis, et causis Nobis notis, et animum Nostrum moventibus, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus decano, et canonicis, atque capitulo dictæ ecclesiæ collegiatæ, ut ipsi temporibus etiam adventus, et quadragesimæ, qualibet feria v. officium, et missa corporis Christi, et quolibet die sabathi officium, ac missa de Conceptione beatæ Mariæ virginis, dummodo uterque dies hujusmodi ab officio novem lectionum impeditus minime sit, libere, ac licite sub ritu duplicis recitare possint, ac valeant, facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium ex speciali gratio concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effactus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quevis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ collegiatæ ecclesiæ, et capituli etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum; hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXII.

Dat. die 21. novemb. 1772. Anno IV.

Prohibitio extrahendi libros, folia etc. ex archivio capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Astoricensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Extractio librorum et monumentorum prohibetur sub poena excommunicationis latae sententiae, et ab uno summo pontifice remittenda.

§. 1. Conservationi, et manutentioni librorum, et monumentorum archivii capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Astoricensis opportune prospicere, ipsosque canonicos specialis favore gratiæ prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quocumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratiâ absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quocumque auctoritate, et superioritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus ne ullo unquam tempore libros, monumenta, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem archivio hactenus assignata, seu in posterum assignanda ex archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque elie daclaratione incurrendæ, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existante, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, poena, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Contrariis quibuscumque derogatur.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis archivii prædicti, aut in aliquo alio conspicuo loco, quo cerni ab omnibus, et legi possit continuo affixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima prima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIII.

Datum die 28. novemb. 1772. Anno IV.

Christi fidelibus ecclesias fratrum ordinis minorum Conventualium in primo, et ultimo die novendialium ante festum nativitatis Domini inibi celebrandorum visitantibus plenaria, partialis autem septem annorum, totidemque quadragenarum in quolibet ex cæteris diebus indulgentia conceditur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Designatio operum præstandorum, pro consequendis indulgentiis.

§. 1. Cum, sicut dilectus filius Nicolaus Scandalibani fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procurator generalis Nobis nuper exponi fecit, In ecclesiis fratrum ejusdem ordinis missæ, et divina officia, ac alia christianæ pietatis opera per novem continuos dies immediate antecedentes festum nativitatis Domini Nostri Jesu Christi magno Christi fidelium concursu quotidie celebrari, et exerceri consueverint. Nos ad augendam eorundem Christi fidelium devotionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, supplicationibus quoque ejusdem exponentis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Facultas applicandi ipsas indulgentias etiam per modum suffragii.

§. 2. Omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum prædicti ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis in primo, et ultimo præfatorum novem dierum singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die hujusmodi id egarint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; in quolibet vero reliquo ex prædictis novem diebus, iisdem Christi fidelibus dictas ecclesias devote similiter visitantibus, et ibidem orantibus, aliaque præmissa peragentibus, septem annos, et totidem quadraganas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxiii novembris MDCCLXXII. pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIV.

Datum die 28. novemb. 1772. Anno IV.

Christi fidelibus quamcumque ecclesiam fratrum ordinis minorum Conventualium die prima februarii, nempe in festo beati Andreæ de Comitibus; ac tam in una quadragesimæ sexta feria, quam in altero ex diebus novendialium ante festa sanctorum Francisci de Assisio, Antonii de Padua, ac Josephi a Cupertino visitantibus, et respective expositioni sanctissimi Sacramenti interessentibus plenaria indulgentia, partialis autem in reliquis feriis, et diebus hujusmodi perpetuo conceditur: eisdemque fratribus fit facultas applicandi animabus defunctorum cunctas indulgentias ecclesiis sui ordinis generaliter elargitas, cum indulto quoad illarum visitationem pro legitime impeditis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate

intenti, supplicationibus quoque dilecti filii Nicolai Scandalibeni fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ejusdem ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis die prima mensis februarii a primis vesperis; ac in singulis feriis sextis quadragesimæ ab ortu usque ad occasum solis diei, et cujusque feriæ hujusmodi respective singulis annis devote visitaverint; quique expositioni sanctissimi Eucharistiæ sacramenti de Ordineriorum respective licentia in præfatis ecclesiis per novem continuos dies immediate præcedentes festa sanctorum Francisci de Assisio, Antonii de Padua, ac Josephi a Cupertino singulis etiam annis faciendæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam prædicta prima die mensis februarii, ac in una tantum ex feriis sextis quadragesimæ, pro ut etiam in uno ex singulis novem diebus hujusmodi respective per unumquemque Christi fidelem ad sui libitum eligendis quolibet anno lucrifaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem Christi fidelibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, memoratas ecclesias in reliquis feriis sextis quadragesimæ devote similiter visitantibus, et ut supra, orantibus, qua feria hujusmodi id egerint, septem annos, et totidem quadragenas: in quolibet vero ex cæteris diebus prædictis centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Quid sit præstandum pro consecutione indulgentiarum præfinitur.

§. 2. Quas, ac reliquas quascumque indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes per romanos pontifices prædecessores Nostros fratribus sæpedicti ordinis suas ecclesias visitantibus, aliaque pia opera peragentibus usque nunc concessas, ut ipsi eas etiam animabus Christi fidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, impertimur. Eosdem denique fratres amplioris gratiæ dono prosequi volentes, si, et quando iidem ab aliqua corporis infirmitate, aliove legitimo impedimento detenti fuerint, quominus ecclesias prædictas pro indulgentiarum hujusmodi consecutione visitare queant, ut eas lucrari valeant perinde, ac si ecclesias ipsas personaliter, et devote visitarent (dummodo tamen reliqua ad easdem indulgentias lucrandas injuncta opera adimpleverint) auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et largimur.

Contrariis derogatur.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo pontificatus Nostri anno quarto.

CCXV.

Dat. die 24. novemb. 1772. Anno IV.

Indultum, ut alumni seminarii montis Regalis in Sicilia in concursu ad dignitates, canonicatus etc. admittendi sint perinde ac si lauream doctoralem fuissent assequuti etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur leges quibus expleri debet concursus ad canonicatus, et dignitates ecclesiæ Bisacquino nuncupatæ.

§. 1. Cum, sicut accepimus, ad nonnullas dignitates, canonicatus, aliaque beneficia diœcesis montis Regalis in Siciliæ regno, vel juxta romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones, quemadmodum cautum præcipue est quoad canonicatus, et dignitates collegiatæ ecclesiæ loci de Bisacquino nuncupatæ, diœcesis prædictæ, vel juxta fundationis leges, aliasque dispositiones, necessario requiratur, ut ii, qui admittendi sunt, lauream doctoralem vel in sacra theologia, vel in jure canonico ab aliqua univer-

sitate, seu collegio jampridem obtinuerint.

Ob praestantiam studiorum, ac pietatem, quae colitur in seminario montis Regalis generali legi derogatur pro alumnis mibi degentibus.

§. 2. Admodum vero conveniens, et quammaxime utile dignoscatur, alumnis, qui in seminario montis Regalis non solum studiis praesertim sacrae theologiae, et juris canonici operam dederunt, sed etiam ad pietatem, et religionem ibidem sunt informati, licet lauream doctoralem praedictam alibi in aliqua universitate, aut collegio minime assecuti fuerint; nihilominus ad obtinendas dignitates, canonicatus, et beneficia dictae dioecesis admittendos esse. Hinc est, quod Nos majori huic bono, et ejusdem seminarii utilitati, ac decori consulere cupientes, atque illius alumnos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hac perpetuo valitura constitutione sancimus, atque praescribimus, ut omnes ii, qui in dicto seminario studiis juris praesertim canonici, et sacrae theologiae operam dederint, atque ita profecerint, ut a venerabili fratre nunc, et pro tempore existente archiepiscopo montis Regalis testimonium obtinuerint, quo habiles, et idonei speciatim ad hoc declarati fuerint, ut in casu cujuscumque vacationis, seu provisionis dignitatum, canonicatuum, et beneficiorum dioecesis praedictae, et eorum etiam expresse, ad quae laurea doctoralis requiritur, de his reipsa, et cum effectu provideri possint, et provideantur; ejusdemque nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi testimonium, constitutionibus apostolicis, fundationis lege, aliisque dispositionibus, quae lauream doctoralem ad praemissa, ut praefertur, requirant, minime obstantibus, ipsis suffragari debere in omnibus, et per omnia, perinde ac si lauream doctoralem praedictam in aliqua publica, et approbata universitate, seu collegio fuissent assecuti, auctoritate apostolica, tenore praesentium volumus, statuimus, atque mandamus.

Clausulae salutares pro plena constitutionis executione.

§. 3. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque fundatorum etiam ultima voluntate, quam quoad praemissa sufficienter, et expresse commutamus, aut quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiem derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ed praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVI.

Datum die 3. octob. 1772. Anno IV.

Congregationi presbyterorum saecularium oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Macarensis communicantur privilegia presbyterorum congregationis romanae ejusdem oratorii,

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Militantis Ecclesiae regimini meritis licet imperibus per ineffabilem divinae sapientiae, atque bonitatis abundantiam praesidentes presbyterorum saecularium congregationes in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bo-

norum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoramus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Congregatio, et ipsius sacerdotes iisdem donati sunt privilegiis, et gratiis, quibus utuntur sacerdotes ipsius congregationis s. Mariæ, et s. Gregorii in Vallicella de Urbe.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis sancti Philippi Nerii civitatis Macarensis, quod nuper eadem congregatio a Nobis confirmata, et nonnullis gratiis, et indultis, ac privilegiis decorata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod pariter filii presbyteri sæculares congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesia ss. Mariæ, at Gregorii in Vallicella de Urbe erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsenti. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregationis romanæ, subinde a recolendæ memoriæ Paulo V., Gregorio XV. et Urbano VIII. romanis pontificibus prædecessoribus etiam Nostris specialiter approbata, ipsique congregationi romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, et personis ab iisdem, et forsan aliis romanis pontificibus quoque predecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis, uberius dicitur contineri; ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessiones hujusmodi ab aliis summis pontificibus elargitæ confirmantur tam in genere, quam in specie.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, ac prædictarum literarum apostolicarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: prædictæ congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Macarensis, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris/sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, et indulgentiis, ac exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi romanæ, ejusque ecclesiæ, presbyteris, ac personis per prædictos romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, ac expressione dignis, ex quibus eadem congregatio romana, ejusque ecclesia, presbyteri, ac personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsenti utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, non tamen indulgentia perpetua a felicis recordationis Benedicto pp. XIII. prædecessore quoque Nostro memoratæ ecclesiæ ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de Urbe sub certis modo, et forma tunc expressis concessa, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta hujusmodi ipsi congregationi civitatis Macarensis, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi civitatis Macarensis a Nobis, sicut præmittitur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis civitatis Macarensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes regulas, et instituta pro dicta congregatione romana, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, e pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, at ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Macarensis,

aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVII.

Datum die 4. decemb. 1772. Anno IV.

Simplicia, et perpetua beneficia sub invocatione sancti Leonardi, ac beatæ Mariæ virginis uniuntur ecclesiæ parochiali Conventualium sancti Angeli ordinis sancti Francisci civitatis Anagninæ.

Clemens episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Recte Ecclesiæ bonorum omnium administratio, quam in beati Petri cathedra constituti divinitus accepimus, a Nobis expostulat, ut decori domus Dei potissimum prospiciamus, in eaque sacra ministeria ad debitum eidem supremo numini cultum, et laudem persolvendam, pietatemque in populis augendam aptissima, quam maxime fieri potest, ex dignitate exerceri curemus.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda unione, et incorporatione beneficiorum.

§. 2. Detulerunt quidem ad Nos dilecti filii custos, et fratres ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum in conventu sancti Angeli civitatis Anagninæ degentes, quod ubi primum illius conventus ecclesia, quæ etiam parochialis est fratribus dicti ordinis tradita fuit, omnia bona ad ecclesiam eamdem olim spectantia, ut mensæ capitulari cathedralis ecclesiæ Anagninæ applicarentur, sejuncta fuere: ecclesia vero ipsa informis, et squalida erat, ac prorsus indecens, sacrisque destituta supellectilibus. Adeo tamen diligens, et assidua fuit fratrum dicti conventus cura, et procuratio, ut ecclesiam ipsam fere ex integro construxerint, et ornaverint, supellectiles sacras restituerint, et renovaverint, ac modo in ea ecclesia statis diebus tot peraguntur ecclesiasticæ functiones, ut frequentissimus sit nedum parochianorum, sed aliorum quoque fidelium ad illam accessus. Verum cum ob ingentes peractos sumptus, ac illos etiam, qui in dies fieri debent nimis graventur dicti conventus redditus; ideo ad consulendum prædictæ ecclesiæ dotationi iidem custos, et fratres Nobis humiliter supplicarunt, ut unum sancti Leonardi, et alterum beatæ Mariæ virginis perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica in ipsa ecclesia sancti Angeli sita, ad quorum primum jus personam idoneam præsentandi pro tempore existentibus custodi, et fratribus ejusdem conventus, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis, competit; alterum vero, quod liberæ collationis est, eidem ecclesiæ unire dignaremur.

§. 3. Nos autem quidquam deliberare minime consuimus, nisi audito prius venerabili fratri Nostro episcopo Anagnino, qui compositam, distinctaque relatione tam de primævo, quam de recenti dictæ ecclesiæ sancti Angeli statu cumulate Nos reddidit instructos, atque exquisitam unionem commendare non dubitavit. Episcopus laudat susceptum consilium.

§. 4. Propterea que, Domino benedicente, quod dicti ordinis professores, inter quos cum in minoribus essemus, fuisse gloriamur, magnopere in illa etiam civitate Christifideles ad christianam pietatem fovendam excitent, æternamque illorum salutem cunctis spiritualibus subsidiis procurare studeant, ut ad necessarios sumptus opportune consulatur, utrumque beneficium supra expressum, quorum primum Joseph Mattei, et alterum Antonius Tesori presbyteri dilecti filii ad præsens obtinent, ac quorum insimul fructus, redditus, et proventus, etiam non deducto onere celebrationis unius missæ qualibet hebdomada juxta supremas tabulas quondam Liviæ Macciocchi primodicti be- Unionem indulget pontifex adjectis nonnullis reservationibus.

neficii fundatricis illud pro tempore obtinenti incumbente, annuam summam viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem, ut accepimus, non excedunt, ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen illa ex præfatorum Josephi, et Antonii personis quovis modo, etiam in aliquo ex mensibus Sedi apostolicæ reservatis, aliisque reservationibus apostolicis contingentibus, atque apud Sedem apostolicam, seu in mensibus ad Ordinarios collatores spectantibus respective vacaverint, illorumque titulos collativos, nomina, denominationes, essentias.

Beneficia collativa esse desinunt, et quæ obvenire collationes possent irritæ declarantur.

§. 5. Ita quod dicta beneficia ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinant, et de cætero uti talia quavis auctoritate conferri, seu de illis quovis modo disponi amplius nequeat, et si illa deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, aut alias de illis disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet faciendæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, et momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Bona singula beneficiorum post eorum proximam vacationem eidem ecclesiæ incorporantur.

§. 6. Porro suppressorum beneficiorum omnia, et singula bona, res, proprietates, fructus, redditus, et proventus, ac jura quæcumque ad illa respective spectantia etiam ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen illa ex prædictorum Josephi, et Antonii personis quovis modo respective vacaverint, ut præfertur, et non alias, nec antea eidem ecclesiæ sancti Angeli; ita quod liceat custodi, et fratribus dicti conventus nunc, et pro tempore existentibus, postquam tamen ex Josephi, et Antonii personis, ut præfertur, vacaverint, per se, vel alium, seu alios eorum, et ejusdem ecclesiæ sancti Angeli nomine dictorum suppressorum beneficiorum, illorumque bonorum, rerum, proprietatum, ac jurium prædictorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere capere, et captam perpetuo retinere, dictaque bona, res, et proprietates hujusmodi locare, dislocare, arrendere, illorumque fructus, redditus, et proventus percipere, exigere, levare, ac supportato, et adimpleto superenunciato celebrationis missarum, aliisque oneribus, siquæ sint residuum, eorumdemque fructuum, reddituum, et proventuum in ipsius ecclesiæ usum, et utilitatem convertere, et erogare eadem auctoritate sine alicujus præjudicio, unimus, annectimus, et incorporamus, ac respective applicamus, et appropriamus.

A quavis molestia custodes, et fratres conventus eximuntur.

§. 7. Decernentes, prædicti conventus custodum, et fratres nunc, et pro tempore existentes super præmissis a quoquam quavis auctoritate molestari, inquietari, perturbari, vel impediri nullatenus unquam posse, neque debere, et ipsas præsentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, ac nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quovis alio quamvis substantiali defectu, aut ex quocumque alio capite, vel causa, quæ ad effectum validitatis præmissorum exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari posse: neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum generalibus revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, et successores Nostros romanos Pontifices pro tempore existentes, ac Sedem eamdem per regulas præsertim cancellariæ apostolicæ pro tempore faciendis, et edendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis exceptas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 8. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque judicio, et qualibet instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 9. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de unionibus

committendis ad partes, vocatis quorum interest, ac de exprimendo vero annuo valore beneficiorum ecclesiasticorum, ac postremi generalis concilii, et aliorum etiam generalium conciliorum uniones perpetuas nisi a casibus a jure permissis fieri prohibentium, aliisque generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, et expressa mentio facienda foret, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat derogemus contrariis quibuscumque.

Prohibitio rectoribus beneficiorum directa, ne eadem beneficia resignare præsumant.

§. 10. Volumus autem, quod Joseph, et Antonius prædicti, unum, et alterum beneficia per eos respective obtenta in favorem alicujus, seu aliquorum, vel simpliciter, et libere, aut ex causa permutationis in Nostris, et romani Pontificis pro tempore existentis manibus, vel coram loci Ordinario, aut coram notario publico, et testibus resignare, dimittere, vel permutare nequeant; sique resignatio, dimissio, vel permutatio fieri contigerit, tunc præsentes Nostræ literæ suum sortiantur effectum, et resignatio, dimissio, aut permutatio in favorem unionis per præsentes factæ peracta censeatur.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, unionis, annectionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pridie nonas decembris, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXVIII.

Datum die 7. decemb. 1772. Anno IV.

Extentio constitutionum Clementis XII., et Benedicti XIV. contra homicidas pro ditione ecclesiastica editarum ad ducatus, et ditiones Theodori comitis palatini Rheni S. R. I. principis electoris.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur quot providæ constitutiones editæ fuerint a summis pontificibus pro compescendis criminibus, evertendisque homicidiis in alma Urbe, et in tota S. Ecclesiæ ditione.

§. 1. Alias felicis recordationis Clemens pp. XII. prædecessor Noster per suas sub plumbo expeditas literas, nempe primo kalendas februarii anno incarnationis dominicæ MDCCXXXIV., pontificatus sui anno V. ad compescenda, et coercenda, atque ab hac alma Urbe, totaque temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione penitus avertenda, atque eliminanda homicidia, quæ a viris sanguinum divini, humanique juris oblitis incredibili eum immanitate in dies magis magisque increbescente sæpissime patrari, non sine gravissimo paterni sui animi dolore, ac mœrore audiverat, constitutionem, quæ incipit « In supremo justitiæ solio » promulgavit, in qua postquam omnes, et singulas constitutiones a recolendæ memoriæ Pio II., Paulo II., Sixto IV., Gregorio XIV., Clemente VIII., Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII. et quibusvis aliis romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, tunc suis, adversus homicidas saluberrime editas approbavit, confirmavit, et innovavit, illasque adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, vel allegari potuisset, in pristinum restituit, et plenarie reintegravit, quas deinceps omnino, et inviolabiliter observari præcepit, et mandavit; inter cætera in eadem constitutione contenta hæc præscripta erant tenoris qui sequitur.

Speciales providentiæ circa observantiam privilegiorum, et immunitatem ecclesiasticam.

§. 2. Et quoniam experimento compertum est, administrationem, et cursum rectæ, et expeditæ justitiæ, qua reipublicæ salus præcipue innititur, summopere obturbari, vel ab excessivo numero privilegiorum, vulgariter patentati nuncupati vel a minus recta intelligentia privilegiorum concessorum, proinde salvis, firmisque remanentibus decretis, et resolutionibus, quæ temporibus felicis itidem recordationis Urbani pp. VIII., et dictorum Innocentii XI. et Innocentii XII. prædecesso-

rum, aut alias quandocumque ea super re emanarunt, volumus, quod privilegium fori nemini quorumcumque privilegiatorum hujusmodi tam in Urbe, quam in reliquo statu ecclesiastico prædictis (officialibus, aliisque privilegiatis a congregatione pro tempore existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, ac ministris necessariis actu inservientibus archiepiscopis, episcopis, et Ordinariis prædictis, eorumque curiis dumtaxat exceptis) pro crimine homicidii suffragentur, sed dicti privilegiati, quatenus clericali charactere insigniti, Ecclesiæ, et quatenus laici fuerint sæculari jurisdictioni subjaceant; reservantes Nobis facultatem declarandi, quinam, quotque esse debeant veri familiares dictorum archiepiscoporum, episcoporum, ac Ordinariorum, et officiales necessarii curiis ecclesiasticis verum, et actuale servitium præstantes. Insuper, quia ex illis etiam, qui in sortem Domini vocati sunt, quique alias irreprensibilis, et ab omni culpa, et macula immunis vitæ, ac virtutum exemplo prælucere deberent, aliqui interdum reperiuntur adeo suæ vocationis immemores, ut impellente humani generis hoste, pluribus etiam homicidiis manus suas cruentare non perhorrescunt. Nos perversorum quorumcumque malitiæ obviandum esse, non indulgendum probe intelligentes, ad istorum quoque frænandam pervicaciam perpetuo itidem statuimus, quod clericus primæ tonsuræ nullum beneficium ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones clericis hujusmodi a concilio Tridentino præscriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidiis animo deliberato, et præmeditato per eum patratis privilegio fori, et canonis in odium tanti excessus, et ad aliorum terrorem exuatur, et uti incorregibilis omnino sæculari potestati subjiciatur, ab ea tamquam laicus legitimis pœnis plectendus. Clericus quoque in minoribus ordinibus constitutus, nec pariter beneficiatus, nec præscripta a concilio Tridentino prædicto servans tam celebs, quam conjugatos in causis homicidii dicto privilegio fori non gaudere, eoque privatus remaneat, neque a proprio episcopo, seu Ordinario repeti, minusque habitum clericalem, quem indigne abjecit, reassumere possit, post totaliter expiatam admissi delicti pœnam. Declaratio autem an reus ante patratum delictum homicidii requisita a concilio Tridentino servaverit, ad episcopum, aliumque loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis asseeuratione facienda etiam per judicem sæcularem nomine Ecclesiæ, qui illum prædictæ Ecclesiæ nomine, ad illius dispositionem retinere possit, et debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria juris canonici, et apostolicarum constitutionum dispositione, seu interpretatione, nec non consuetudine haud refragante.

§. 3. Porro cum idem Benedictus prædecessor animadvertens homicidia hujusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus, quam alia facinora, in celebri constitutione dicti Gregorii XIV. etiam prædecessoris, quæ incipit = Cum alias = recensita publicæ quieti officere pro commissi sibi apostolici officii debito per præfatam suam anno incarnationis Dominicæ MDCCXXV. sexto idus junii, cujus initium est = Ex quo divina = evulgatam constitutionem laicos animo præmeditato, ac deliberato proximum suum interficientes ab ecclesiasticæ immunitatis beneficio excluserit et repulerit, atque pro exclusis, et repulsis haberi voluerit; Nos ob gliscentem in dies quorumdam ecclesiasticorum nequitiam, qui nulla proprii status habita ratione, non raro in adeo nefarium, detestandumque crimen prolabuntur, ipsorum Gregorii, et Benedicti prædecessorum constitutionibus, quas supra confirmavimus, et innovavimus, inhærentes, et quatenus opus sit, criminum in illis exceptorum reos immunitate ecclesiastica nequaquam juvari iterum decernentes, eamdem Benedicti prædecessoris constitutionem laicos animo præmeditato, ac deliberato proximum suum, sicut præfertur, interficientes a beneficio ecclesiasticæ immunitatis excludentem ad ipsos ecclesiasticos cujuscumque gradus, et ordinis existant, in Urbe, et universa ditione Nobis, et Sedi apostolicæ mediate, vel immediate subjecta homicidium animo similiter præmeditato, seu deliberato patrantes extendimus quoque, et ampliamus, dummodo tamen causa admissi per eos homicidii ab illorum judice ecclesiastico competente cognoscatur, et ab eo, si rei reperti fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum sacrorum canonum condigna puniantur animadversione.

Quodcumque privilegium, et immunitas revocatur adversus laicos deliberato animo homicidas.

§. 4. Ulterius ad varias doctorum, qui ejusdem Benedicti prædecessoris mentem quoad personas in dicta ejus constitutione comprehensas interpreta-

Quas constitutio comprehendat reos, declaretur.

ri, et explicare voluerunt, sententias, et opiniones dirimendas, declaramus, homicidii reos natu minores viginti-quinque, majores viginti annis tam laicos, quam clericos, atque omnes, et singulos sive laicos, sive clericos, qui mandatum, consilium, instigationem, auxilium cooperativum, aut aliam operam occisori præbuerint, et quorum singulis pravis actibus homicidium evenerit, in dictam Benedicti prædecessoris constitutionem comprehensos esse, ac deinde censeri debere, ac eam quatenus opus sit, ad ipsos pariter extendimus, ita scilicet, ut illorum extractio a loco immuni, atque traditio curiæ sæculari quad laicos, ad ejusdem curiæ sæcularis requisitionem fiat a curia ecclesiastica, et clerici ab ipsa curia ecclesiastica ex officio omnino extrahantur juxta normam infra dicendam: item declaramus omnes, et singulos prædictos tam laicos, quam ecclesiasticos, qui in Urbe, et ditione prædictis ex causa, et occasione homicidii etiam in rixa commissi armis, seu instrumentis suapte natura aptis ad occidendum inquisiti, processati, vel in contumaciam banniti, et condemnati fuerint, dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem, immunitatis ecclesiasticæ prædictæ beneficio minime etiam gaudere.

Potestates ecclesiasticæ ex officio procedere debent ad extractionem reorum ecclesiasticorum a locis immunibus, et ad requisitionem curiæ sæcularis adversus laicos.

§. 5. Utque reorum ratione homicidii, ut præfertur, excepti inquisitorum, seu bannitorum, et in contumaciam condemnatorum extractio ab ecclesiis, aliisque locis immunibus, atque traditio suo cuique judici competenti legitimis modo, et forma a curia ecclesiastica fiat, volumus, et ordinamus, ut quotiescumque judici ecclesiastico competenti innotuerit, aliquem laicum, seu ecclesiasticum ex causa homicidii excepti, inquisitum, aut processatum ad ecclesiam, seu locum immunem confugisse, ibique moram trahere, ac ea super delicti qualitate, ac personæ reitate subministrata, vel acquisita suppetant indicia, quæ ad capturam decernendam sufficere videantur, tunc idem judex ecclesiasticus ex officio, et nemine etiam requirente, si dalinquens sit clericus, sin vero laicus, postquam a curia sæculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam ad hoc, quatenus opus sit, auxilio brachii sæcularis, et cum interventu personæ ecclesiasticæ ab episcopo deputandæ devenire teneatur, extractumque ad suos, si tuti, et securi fuerint, sin minus ad curiæ sæcularis carceres asportari, ibique sub tuta custodia detineri curet, et faciat; ubi vero ex processu informativo desuper conficiendo quoad inquisitum nondum condemnatum dictus judex ecclesiasticus ex acquisitis, seu subministratis indiciis ad torturam tantum sufficientibus ab extracto homicidium a prædicta Benedicti prædecessoris, et ab hac Nostra constitutione excepto patratum fuisse cogooverit, ad declarationem, quod scilicet de casu ita excepto constet, progrediatur, extractumque, si laicus sit, ministris, et officialibus curiæ sæcularis, sin autem clericus ejus competanti judici ecclesiastico tradere, et consignare possit, et debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, et consignationis hujusmodi a judice quidem sæculari juramento, et ab ecclesiastico promissione in verbo veritatis de restituendo extractum ecclesiæ, locove immuni sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis, et eidem romano Pontifici pro tempore existenti reservatæ, quatenus extractus in ejus defensionibus, quæ ad tramites juris, et ordinationum apostolicarum ei competunt, præfata elidat, et diluat indicia, et si illa minime eliserit, seu diluerit, et delinquens repertus fuerit, judici suo, scilicet ecclesiastico in clericum, sæculari in laicum, ut juris esse censuerit animadvertere liceat.

Contra contumaces extractio a loco immuni praecipienda est sola inspecta sententiæ condemnatoria.

§. 6. Quotias autem de jam bannito, aut in contumaciam condemnato ex causa homicidii superius excepti, sive laico, sive ecclesiastico agatur, quilibet judex ecclesiasticus, ut præfertur, competens ad illius, laici nimirum instante curia sæculari, et clerici ex officio extractionem ab ecclesia, locove immuni, cum interventu quoque personæ ecclesiasticæ ab episcopo deputandæ, ad traditionem suo respective judici, sicut mox dispositum est, faciendam procedat, solumque sententiæ contumacialis, et actorum, quibus illa fundatur, exhibitionem ad hoc sufficere decernimus, ut dictus judex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito, num istiusmodi sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit, ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat nec ne? exactis pariter, ac receptis a judice sæculari juramento, si delinquens sit laicus, ab ecclesiastico vero, si fuerit clericus, promissione ipsum, ut supra, restituendi ecclesiæ,

loceve immuni sub antedicta pœna excommunicationis, si extractus in suis similiter defensionibus, et ad præscriptum præfatarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit, quod si id præstare nequiverit, et ex eisdem sententia, et actis rite, et recte gestis reus repertus fuerit, judex ejus competens sententiam exequi, et quando aliquem in pœna irrogata excessum deprehenderit, etiam moderari valeat, ita quod quæcumque declaratio a prædicto judice ecclesiastico facta in judicio ecclesiasticæ immunitatis super consignatione banniti, et in contumaciam damnati, ejusque denegatione nullatenus deservire, et a nemine allegari possit in alio diverso, et separato judicio, in quo scilicet de prædictæ sententiæ contumacialis executione postmodum disputari contingerit, ad quem effectum dicta declaratio judicis ecclesiastici perinde habeatur, ac si non emanasset, nec ullus exinde scrupulus animo judicis competentis in cognoscenda, et definienda validitate, seu nullitate, justitia, sive injustitia ejusdem sententiæ contumacialis ingeratur.

Clementinæ constitutionis sanctiones extenduntur ad status, et ditiones comitis Palatini Rheni, et speciatim ad ducatus Juliæ, et Montium.

§. 7. Quoniam autem dilectissimus in Christo filius Noster Karolus Theodorus comes palatinus Rheni, et sacri romani imperii elector nobis nuper humiliter supplicari fecit, ut dispositionem prædictæ constitutionis Clementis prædecessoris prædicti superius expressam, et insertam, ad omnes suos status, et ditiones; atque expresse ad ducatus Juliæ, et Montium extendere, et ampliare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Karolum Theodorum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, et tam exitiale homicidiorum flagitium, quantum cum Domino possumus, propulsandum, exterminandumque advigilantes, præfatam constitutionem pro universa, sicut præfertur, S.R.E. prædictæ ditione a memorato Clemente prædecessore factam, quoad præinserta in his præsentibus literis respective ad dictos omnes status, ditiones, ac ducatus auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus; atque deinceps cum omnibus declarationibus, definitionibus, provisionibus, constitutionibus, et decretis contentis in aliis felicis recordationis Benedicti papæ XIV. prædecessoris itidem Nostri sub plumbo anno incarnationis Dominicæ. MDCCXL. idibus martii expeditis literis incipientibus = Officii Nostri = quarum tenorem hic de verbo ad verbum pro expresso, et inserto haberi volumus, omnino observari præcipimus, et mandamus.

Conditiones quibus alligatur executio constitutionis.

§. 8. Volumus autem veluti alias idem Clemens prædecessor voluit pariter, et decrevit, ut sicut in Nostra ditione ecclesiastica tum extractus in suis defensionibus, quæ ad tramites juris, et apostolicarum constitutionum ei competunt elidat, et diluat indicia, tum sola sententiæ contumacialis, et actorum quibus illa fundetur exhibitio ad hon sufficiat, ut judex ecclesiasticus ex illorum inspectione dumtaxat agnito; num sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam constitutionum apostolicarum pronunciare, et declarare queat, et debeat, an bannitus, et in contumaciam damnatus consignandus veniat, nec ne, tum denique si extractus in suis defensionibus, et ad præscriptum prædictarum constitutionum apostolicarum competentibus nullitatem, et injustitiam contumacialis sententiæ prædictæ ostenderit, et sceleris indicia diluerit, ita pariter in civitatibus, terris, oppidis, et locis statuum, ditionum, et ducatuum prædictorum hæc omnia præmissa ad dispositionem juris, et statuta localia intelligi debeant.

Reservationes circa personas privilegiatas.

§. 9. Ac insuper volumus, ut donec, et quousque sive per Nos ipsos; sive per romanos Pontifices pro tempore existentes declaratio hujusmodi facta non fuerit, ii tantummodo familiares, et officiales excepti intelligantur, et habeantur, quos de jure, et juxta consuetudinem loci cujuslibet usque ad hanc diem pro familiaribus, et officialibus habitos, et deputatos esse, et haberi, et deputari solitum est.

Clausula salutares.

§. 10. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; atque ab omnibus, et singulis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, ac ipsius S. R. E.

cardinales etiam de latere legatos, eorumdemque cardinalium congregationes, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 12. Non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatum, terrarum, oppidorum, locorum, statuum, ditionum, et ducatuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac quorumcumque prædecessorum Nostrorum literis, privilegiis, indultis, et facultatibus quibusvis etiam dictis cardinalibus, eorumque congregationibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu-proprio, et ex certa scientia, et potestatis plenitudine in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio præmittenda, ut lex suum sortiatur effectum: et fides habenda transumptis. §. 13. Volumus autem quod lapsis quindecim diebus postquam præsentes literæ per civitates, terras, oppida, et loca statuum, ditionum, et ducatuum prædictorum publicatæ fuerint, omnes, et singulos in ditionibus, et locis hujusmodi existentes perinde arctent ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim injunctæ fuissent, utque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo, septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXIX.

Datum die 11 decemb. 1772. Anno IV.

Christi fidelibus quamcumque ecclesiam fratris ordinis minorum Conventualium die xxx. martii, nempe in festo beatæ Angelæ a Fulginio, atque in festis sanctorum Rochi, et Seraphini a monte Granario, visitantibus plenaria indulgentia perpetuo conceditur, eisdemque fratribus, et chordigeris sancti Francisci fit facultas applicandi animabus fidelium defunctorum cunctas indulgentias ecclesiis hujusmodi generaliter elargitas, cum indulto quoad illarum visitationem pro legitime impeditis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. §. 1. In iis, per quæ Christi fidelium salus procuratur animarum pro Nostro pastorali munere intendentes, cœlestes indulgentiarum thesauros libenter erogamus, ut ipsi, spiritualibus hujusmodi donis allecti, ad pietatis, et religionis opera ferventius incumbant.

Concessio indulgentiæ, cum designatione operum præstandorum pro illius consecutione. §. 2. Supplicationibus itaque dilecti filii Nicolai Scandalibeni fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum procuratoris generalis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: omnibus, et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ejusdem ordinis tam erectis, quam in posterum erigendis, in sanctorum Seraphini a monte Granario, ac Rochi festis diebus, necnon die trigesima martii, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum con-

cordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Omnibus vero, et singulis memorati ordinis fratribus, ac confraternitatum sub titulo, seu denominatione funiculi ejusdem sancti Francisci, seu chordigerorum etiam nuncupaterum opera ministri generalis prædicti ordinis ubicumque usque modo institutarum, et posthac instituendarum confratribus, et consororibus eb aliqua corporis infirmitate, vel elio legitimo impedimento detentis, ut absque ecclesiarum hujusmodi visitatione, hesce indulgentias lucrari possint, dummodo tamen reliqua injuncta opera adimpleverint, impertimur.

Impertitur facultas illam applicandi etiam per modum suffragii.

§. 3. Utque etiam juxta nuperam concessionem eis per literas in simili forma Brevis a Nobis factam, præinsertas, cæterasque omnes, et singulas indulgentias præfatis ecclesiis generaliter ad hanc usque diem impertitas, Christi fidelium animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, auctoritate apostolica tenore præsentium, de specialis dono gratiæ elargimur.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad Instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo procuratoria generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXX.

Dat. die 18. decemb. 1772. Anno IV.

Concessio indulgentiarum a Paulo pontifice V. facta eis, qui spiritualibus exercitiis incumbunt, extenditur ad fratres, et moniales ordinis Prædicatorum pœnitentias agentes in memoriam quadraginta dierum quibus Dominus Jesus Christus fuit in deserto.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Præstantia operum piorum quæ exercentur a fratribus, et monialibus ordinis laudatur.

§. 1. Exponi nuper fecit dilectus filius Joannes Thomas de Boxadors magistar generalis ordinis fratrum Prædicatorum, quod in multis conventibus, et monasteriis dicti ordinis consuetum est, ut tam fratres, quam moniales eorumdem conventuum, et monesteriorum quotannis in aliquod cubiculum sibi a superioribus assignatum secedant, ibi per quadraginta dies diversis exercitiis spiritualibus alternative, nempe orationibus, mortificationibus, corporis flagellationibus, seu disciplinis, et aliis, in memoriam quadraginta dierum, quibus Dominus Noster Jesus Christus in deserto fuit, magna cum devotione, et silentio vacant.

Concessio indulgentiæ.

§. 2. Nos igitur devotionem hujusmodi cœlestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensatores a Domino constituti sumus, confovere volentes, ac supplicationibus ejusdem Joannis Thomæ magistri generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus, et singulis tam fratribus, quam monialibus dicti ordinis, qui per prædictos quadraginta dies piis hujusmodi exercitiis semel quotannis operam dederint, qua vice id egerint, easdem indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, quas fel. rec. Paulus pp. V. prædecessor Noster fratribus, et monialibus prædictis, aliorumque ordinum, quæ per decem dierum spatium spiritualibus exercitiis incumbunt, concessit, apostolica auctoritate tenore præsentium misericorditer indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Prohibetur quidquam pro concessione recipere, et fidem transum-

§. 4. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte

ptis habendam esse præcipitur.

oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decimaoctava decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 18. decemb. 1772. Anno IV.

CCXXI.

Plenaria indulgetur remissio peccatorum, lucranda ab eis qui missionibus interfuerint, præstandis a fratribus ordinis Prædicatorum de licentia Ordinariorum, et superiorum.

Clemens PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem

Quid sit præstandum pro consequenda indulgentia declaratur.

§. 1. Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libentes erogamus, cum ad religionis incrementum, et animarum salutem profuturos speramus. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli fratres ordinis Prædicatorum, de Ordinariorum, et superiorum licentia, in diversas christianæ reipublicæ provincias ad procurandam fidelium salutem mitti soleant: Nos eorum fratrum pietatem, omniumque, ad quos illi mittentur, devotionem confovere, atque augere cupientes; omnibus, et singulis fratribus prædictis, ac aliis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos mittendi accesserint, Nostram, et apostolicam benedictionem per præsentes impertimur; iisdemque vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui pro S. R. E. exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, ac hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, ad Deum preces effuderint, plenariam, una vice tantum, tempore uniuscujusque missionis, omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium, quoad Indias vero, ad quindecim annos tantum valituris.

Prohibetur sub poena nullitatis concessionis ne quid pro ea consequenda recipiatur.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decimaoctava decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 23. decemb. 1772. Anno IV.

CCXXII.

Declaratio constitutionis Clementinæ circa modum implendi, et conservandi numerum consiliariorum civitatis Veliternæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Decori simul et tranquillitati civitatum, quæ etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ sanctæ Sedi subditæ sunt, paterna charitate consulere cupientes, in id pastoralis Nostri officii partes interponere non omittimus, sicuti omnibus mature perpensis in Domino conspicimus expedire.

Consiliarios civitatis Veliternæ ad numerum quadraginta redegit Clemens XIII.

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro exposuerunt dilecti filii consilium, et priores, sive conservatores, et consiliarii civitatis Nostræ, tunc suæ, Veliternensis, quod præscriptus numerus sexaginta consiliariorum propter tresdecim familias tunc novissime ex patriciis extinctas, aliasque ob defectum prolis masculinæ, quam primum defecturas, haudquaquam suppleri poterat, quocirca ipsi supplices porrexerunt preces eidem Clementi prædecessori, ut numerus sexaginta consiliariorum ad quadraginta tantum consiliarios redigeret; idem vero Clemens prædecessor de consilio venerabilis fratris Karoli Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Cavalchini nuncupati episcopi Ostiensis, at Veliternensis, ac sacri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegii decani, et ejusdem civitatis gubernatoris,

dictæ civitatis Veliternæ consilium ex numero sexaginta consiliariorum tunc constitutum, ac præfinitum in posterum ad quadraginta tantum consiliarios sub certis modo, et forma tunc expressis redegit, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die secunda aprilis MDCCLXV. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Orta dubitatione super interpretatione Clementinæ constitutionis illius declaratio imploratur.

§. 3. Nuper vero memorati conservatores, seu consiliarii dictæ civitatis, quod cum orta dubitatio fuerit, an deficientibus consiliariis, qui filios, et successores post se relinquant, seu deficientibus fratribus, ac inter se divisim viventibus, filii, et successores, ac respective fratres superstites in defunctorum locum succedant, et respective an absentes, sive Nostro, et apostolicæ Sedis servitio addictos præscriptum, et non adhuc reductum consiliariorum hujusmodi numerum valeant diminuere; hinc dicti exponentes ad omnes, et quascumque lites, ac controversias penitus eliminandas dubitationem hujusmodi per Nos tolli penitus, ac declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Declarat pontifex ut pro conservatione numeri consiliariorum filii parentibus demortuis, et fratres fratribus succedant, servata consuetudine loci.

§. 4. Nos igitur, qui omnem quietem paterno desideramus affectu, ac ipsius civitatis antiquo splendori, ac decori providere cupientes, ipsosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati per præsentes declaramus, ac volumus, quod in honore, et munere consiliariorum ad effectum implendi, et conservandi horum numerum in memoratis literis ejusdem Clementis prædecessoris præfinitum debeant filii in locum defunctorum patrum succedere; quodque in honore illo, ac munere, atque hujusmodi effectum, ex fratribus in communione viventibus, præmortuo uno, alius debeat admitti, et subrogari; salva in reliquis, et firma manente consuetudine, et ordinatione, constitutione nuncupata Ludovisiana circa coadmissionem fratrum extra communionem viventium; quodque præterea ad eum consiliariorum numerum implendum recenseri, aut computari non debeant absentes, tum scilicet, qui animum redeundi visi sunt abiecisse, translato veluti aliorum domicilio, tum quia addicti servitio principis, comperiantur continuo, vel pro majori anni parte recessisse, et abesse, quæ omnia semper observanda esse auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, atque præscribimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 7. januarii 1773. Anno IV.

CCXXIII.

Exemptio monasterii sanctæ Luciæ monialium ordinis Cisterciensis civitatis Cæsaraugustanæ a cura, et regimine monachorum dicti ordinis, et episcopo subjectio.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Quieti, et tranquillitati prudentum virginum, quæ ad cœlestis agni nuptias vocatæ, spretis mundi illecebris, divini numinis obsequiis se manciparunt, paterna charitate consulere cupientes, sublimium principum votis libenter annuimus, ac pastoralis officii partes in id interponere non prætermittimus, sicuti expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda segregatione monasterii a gubernio monachorum Cisterciensium

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod dudum clar. mem. Petrus secundus, dum vixit, Aragoniæ rex monasterium monialium ordinis Cisterciensis in loco Iguzar vulgo nuncupato in montibus Pyrenæis fundavit, et erexit, eique dotem constituit, quodque postea monasterium hujusmodi ad desertum, quem vocant dc Cambron sub invocatione sanctæ Mariæ, deinde ad civitatem Cæsaraugustanam, ac locum, in quo nunc extat, sub titulo sanctæ Luciæ translatum fuit. Super itaque ejusdem monasterii regimine, ac gubernio duobus ab hinc, et ultra sæculis tot, tantæque ortæ fuerunt quæstiones, et controversiæ inter ejusdem ordinis Cisterciensis superiores, ut felicis recordationis Pius pp. IV. prædecessor Noster monasterium prædictum a gubernio, et jurisdictione monachorum ipsius ordinis Cisterciensis liberum, exemptumque declaraverit, illiusque curam, regimen, et gubernium bo. me. Ferdinando archiepiscopo Cæsaraugustano ad sui vitam commiserit, et demandaverit, ac alias prout in ipsius Pii prædecessoris in simili forma Brevis die 30. junii 1565. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæstiones hujusmodi, et controversiæ super gubernio, ac regimine dicti monasterii non solum post obitum memorati Ferdinandi archiepiscopi extinctæ minime fuerint, sed nunc quoque inter monachos ipsius ordinis perdurent, ac vigeant, ita ut quis revera sit ejusdem monasterii superior plane ignoretur, indeque pax, et mutua charitas inter moniales ipsas propter partium studia, et dissentiones magnum detrimentum patiantur, non sine regularis observantiæ præjudicio. Qua de re idem Karolus rex pro sua eximia, ac sane singulari pietate, ut quies, pax, atque concordia inter moniales prædictas inducatur, ac perpetuo conservetur, et augeatur, dictum monasterium a superioritate, gubernio, et regimine monachorum ordinis Cisterciensis eximi, et liberari, illiusque curam, regimen, ac jurisdictionem in eo nunc, et pro tempore existenti archiepiscopo Cæsaraugustano per Nos concedi plurimum desiderat.

Præcipitur liberatio ipsius monasterii, quod subiicitur visitationi, et gubernio archiepiscopi Cæsaraugustani.

§. 3. Nos igitur piis, ac laudabilibus ipsius Karoli regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ejusque pietatem, ac zelum in procuranda quiete, ac tranquillitate inter dictas moniales, ut ipsæ Deo ferventius inservire valeant, plurimum commendantes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, monasterium prædictum monialium ordinis Cisterciensis sanctæ Luciæ civitatis Cæsaraugustanæ a quacumque cura, gubernio, regimine, et administratione, superioritate, et jurisdictione monachorum ejusdem ordinis Cisterciensis, illiusque superiorum auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo, ac omnino eximimus, et liberamus, dictumque monasterium, ejusque moniales visitationi, correctioni, gubernio, regimini, et jurisdictioni venerabilis fratris nunc, et pro tempore existantis archiepiscopi Cæsaraugustani auctoritate, ac tenore similibus perpetuo pariter supponimus, atque subjicimus, ac pro supposito, et subjecto haberi volumus, et mandamus.

Consulitur temporali administrationi bonorum retinenda a seculari viro a rege seligendo, et deputando.

§. 4. Præterea, ut quæcumque in posterum litium, et controversiarum origo etiam quoad temporalem administrationem bonorum dicti monasterii quomodolibet penes fratres, seu monachos dicti ordinis, seu alias personas antea existentem penitus deficiat, eamdem administrationem in posterum ab ecclesiastico viro prudentia, pietate, integritate prastante, et ab ipso Karolo rege, suisque in Hispaniarum regnis successoribus eligendo, et nominando exercendam esse statuimus, atque præcipimus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Aliter judicandi cuilibet adimitur facultas.

§. 6. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ec irritum, et inane, si secus super his a quoquam quevis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ec insolitis clausulis, irritantibusque, et eliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die septima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXIV.

Datum die 8. januarii. 1773. Anno IV.

Confirmatio literarum segretariæ status, ac sententiæ latæ a cardinali legato Ferrariensi super augmento tertiæ partis gabellæ transitus subjiciuntur in favorem communitatis terræ Cottignolæ Ferrariensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Resolutio consiliaris qua con sennsentibus omnibus probatum fuit augmentum gabellæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines terræ Nostræ Cottignolæ Ferrariensis, seu alterius diœcesis, quod cum propter ingentem æris alieni quantitatem, dicta communitas summa premeretur angustia, hinc in publico consilio habito die 18. julii 1765. unanimiter resolutum fuit, ut in tertia parte eugendum esset datium *del transito* vulgo nuncupatum, illudque, accedente ad id hujus sanctæ Sedis assensu, et facultate, ab omnibus tem laicis, quam ecclesiasticis, et quocumque privilegio, et titulo quoque oneroso suffultis, persolvi omnino deberet, ac alias prout in eadem consiliari resolutione, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

Clemens XIII. consiliarem resolutionem confirmavit.

§. 2. Illius itaque confirmationem dicti exponentes postmodum petierunt a felicis recordationis Clemente pp. XIII. predecessore Nostro, qui probe noscens nullum alium modum inveniri, aut excogiteri posse, quo dicta communitas a gravissimis ejus angustiis levamen assequeretur, resolutionem prædictam approbavit, ac per literas secretariæ status die 25. decembris 1765. conscriptas cla: me. Marcello, dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardineli Crescentio nuncupato tunc temporis in civitate, et ducatu Nostro Ferrariensi apostolicæ Sedis de latere legato, ejusdemque civitatis archiepiscopo jussit, ac volnit, ut juxta resolutionem dicti consilii pro tertia parte ad ejus, suorumque successorum romanorum pontificum beneplacitum augendum esset en modo, quo alias auctum fuerat datium, seu gabella transitus hujusmodi, cui subjectæ esse deberent non solum personæ ecclesiasticæ, et privilegiatæ cujuscumque generis, sed omnes etiam res exteræ, quæ in territorium dictæ terræ introductæ essent, ac post aliquod temporis spatium ab eo extraherentur, et prout in eisdem literis, quarum pariter tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

A cardinali legato statuta deinde fuit taxatio gabellæ.

§. 3. Vigore igitur hujusmodi literarum idem Marcellus cardinelis legatus, et archiepiscopus die 8. februarii 1766. suem edidit sententiam, qua concessit dictæ communitati apostolicum beneplecitum, et licentiam augendi unam ex tribus partibus, seu pro tertio pluris gabellam, sive datium alias quoque impositum super transitu omnium mercium cujuscumque generis,

et speciei, quæ in terra Cottignolæ, ejusque territorio introductæ fuissent a quibuscumque personis tam civibus, quam extraneis, tam sæcularibus, quam ecclesiasticis cujuscumque generis, gradus, et conditionis etiam privilegiatis, ac privilegiatissimis ex titulo quoque oneroso, nec non gabellam, seu datium transitus ejusmodi una cum prædicto augumento tertii pluris exigi mandavit in posterum per illud temporis spatium, quod eidem Marcello cardinali, et legato, suisque in legatione hujusmodi successoribus bene visum fuisset juxta taxationem, seu tariffa vulgo nuncupatam, relatam in prædicta sententia, cujus quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Contentiones subortæ super gabellæ exactione, et super exemptionibus a nonnullis reclamatis.

§. 4. Verum tot promotæ deinde fuerunt lites, et controversiæ super solutione sic aucti datii, seu gabellæ transitus prædicti, ut eadem communitas potius quam ab illius exactione sibi necessarium auxilium assequi valuisset, litium, et controversiarum hujusmodi expensas non modicas subire coacta fuerit. Nonnulli siquidem contendebant eamdem gabellam, seu datium utpote in ipsius communitatis utilitatem cessurum camerale minime asse, neque idcirco ab ipsis persolvendum; illius præterea solutionem denegabant alii, qui spaciali aliquo privilegio, ut asserebant, suffulti erant, ex quo in literis prædictis secretariæ status distincte, ac singulatim comprahensi minime reperiebantur; nec rursus antiquarum conventionum cives terræ Lugi dictum datium persolvere abnuebant; ac demum nonnulli ex incolis ejusdem terræ Cottignolæ freti dispositione patrii statuti in rubrica, seu capitulo de foro libero Cottignolæ contendebant, nequaquam gabellam hanc debitam esse pro rebus exteris in ipsorum terram, seu territorium alias invectis, quæ post alicujus temporis lapsum mercimonii causa inde extraherentur.

Dissidia componit pontifex, et litibus finem imponit.

§. 5. In hoc itaque rerum statu, Nos paterna, qua omnes etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi subditos complectimur charitate, eorumdem exponentium necessitatibus consulere cupientes, atque ipsius communitatis statum œconomicum pluribus ab hinc annis in extremum discrimen ita adductum, ut onus æris alieni, et diurnarum expensarum ferre minime valeat, pietatis, ac misericordiæ oculis prospicientes, dictosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et ipsorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis informatione, et voto dilecti filii Nostri Scipionis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Burghesii nuncupati in civitate, et ducatu prædictis Nostri, et apostolicæ Sedis de latere legati, omnia, et singula a memorato Clemente prædecessore injuncta, et demandata in eisdem literis secretariæ status ad dictum Marcellum cardinalem legatum, et archiepiscopum, ut præfertur, scriptis, simulque totum id, quod postea idem Marcellus cardinalis legatus, et archiepiscopus relative ad illas, ac in earum executionem sua sententia, ut præmittitur, lata die 8. februarii 1766. quoad augmentum tertiæ partis gabellæ, seu datii transitus hujusmodi duraturum ad Nostrum, et romanorum pontificum successorum Nostrorum beneplacitum statuit, præscripsit, et ordinavit, auctoritate nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Præterea omnes, et quascumque lites, et causas super præmissis inter dictam communitatem, et quascumque sive ecclesiasticas sæculares, sive cujusvis ordinis, et instituti regularis quovis privilegio suffultas personas, sive cives, et habitatores terræ Lugi, sive incolas ejusdem terræ Cottignolæ coram quibuslibet judicibus, et tribunalibus motas, ac pendentes, et quocumque modo jam excitatas, seu in posterum excitandas, quarum omnium statum, merita, nominaque, et cognomina, ac qualitates judicum, et collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, specificatis, et insertis haberi volumus, in statu, et terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, ad Nos harum serie, cum suis emergentibus, annexis, et connexis, avocamus, illasque sic avocatas auctoritate, et tenore prædictis omnino, ac perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium desuper imponimus.

A solutione gabellæ pro tempore præterito eximit omnes qui judicialiter egerant pro observantia privilegiorum.

§. 6. Verum quia ab iis, qui ope prætensorum privilegiorum, seu exemptionum lites, et controversias prædictas moverunt, ac excitarunt, vel in illis quoquo modo comprehensi fuerunt, id totum bona fide gestum fuisse, pro Nostra benignitate, et clementia supponimus, atque putamus; præterea pari auctoritate, et tenore volumus, et injungimus, ut omnes prædicti a solutionibus gabellæ, seu datii, ejusque augmenti hujusmodi in controversiam adductis, at debitis usque ad hanc diem, et datam præsentium Nostrarum literarum absoluti omnino, ac liberi censeantur, et habeantur, prout quoque liberos, et absolutos declaramus quoscumque omnes ex prædictis collitigantibus, et privilegia, seu exemptiones hujusmodi asserentibus, qui obligationem solvendi in fine litis emisissent; imo etiam cuicumque ex eis, qui forsan pecunias deposuerunt, ad hoc, ut illæ consignandæ essent parti, quæ in causis, et controversiis prædictis victrix evasisset, easdem pecunias ipsis deponentibus restituendas esse præcipimus, atque mandamus.

Pro tempore futuro omnia privilegia revocantur, et solutioni gabellæ universi subjiciuntur.

§. 7. Id tamen pro eo, quod respicit præteritum tempus constitutum esse intelligimus: quandoquidem ab eadem data præsentium Nostrarum literarum in postarum ad solutionem prædictæ gabellæ, seu datii, ejusque augmenti una simul cum quibuscumque asserto quolibet privilegio, seu quacumque exemptione suffultis, omnes indistincte quavis dignitate etiam ecclesiastica, et cardinalatus quoque honore fulgentes, ac milites hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti personas regulares, etiam undecim congregationum, et societatis quoque Jesu, nec non obtinentes literas patentes nuncupatas a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota christiana republica adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum, atque cubicularios secretos, et familiares, ac continuos commensales Nostros, et romani Pontificis pro tempore viventis, atque cameræ apostolicæ præsidentes clericos, aliaque quæcumque loca pia, et quascumque personas, pro quarum comprehensione, individua, speciali, ac specialissima mentione opus esset, indistincte obligatas, seu obligatos omnino esse, auctoritate, et tenore prædictis declaramus, atque statuimus, privilegiaque, et indulta, quæ in contrarium quomodolibet adduci possent, quæque sive titulo etiam oneroso concessa, sive ex conventione competentia et a romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris quocumque modo, ac amplissime etiam confirmata sint, minime obstare decernimus, atque sancimus.

Extenditur onus solvendi gabellam pro omni genere rerum exterarum, quæ mercimonii causa extrahantur.

§. 8. Æque pariter omnes homines, et habitatores dictæ terræ Cottignolæ pro omni, ac quocumque genere rerum exterarum, quæ semel introductæ post aliquod temporis spatium in mercimonii causam inde extrahantur, non obstante statuto ejusdem terræ, sive in rubrica de foro libero Cottignolæ, sive in alia ejusdem statuti parte, ad solutionem dicti datii, seu gabellæ, ejusque augmenti obligatos itidem esse statuimus, atque præscribimus.

Confirmatur conventio anni 1450. inita super solutione ejusdem gabellæ.

§. 9. Volumus autem, ut firma, ac in suo robore, et omnimoda executione permaneat conventio, dudum, nempe anno 1450. inita; quocirca a solutione ejusdem gabellæ, seu datii, illiusque augmenti tam communitatem, et homines, ac habitatores terræ Lugi, ejusque territorii unum corpus, et unam, eamdemque communitatem constituentes, quam eos, qui cum suis mercibus se conferunt ad mercatum ejusdem terræ, transeundo per oppidum Barbiani, sive per quamcumque aliam viam territorii Barbiani, exemptos, et immunes tantummodo declaramus, et pro exemptis, atque immunibus haberi volumus, et mandamus.

Clausulæ salutares pro plena constitutionis executione.

§. 10. Decernentes easdem præsentes, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, neque ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas illæ emanarunt, adductæ, verificatæ, seu justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, et prætextu, de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delega-

tos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et quosvis earumdem Sedis, et cameræ officiales, ac ministros judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus prædictarum litium pendentia, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non terrarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, harum serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub anno piscatoris die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 8. januar. 1773. Anno IV.

CCXXV.

Reductio numeri consiliariorum terræ Corinalti Senogalliensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quieti, tranquillitati, ac simul decori civitatum, oppidorum omnium, quæ etiam quoad temporalia Nobis, et apostolicæ Sedi subdita sunt, pro commisso divinitus humilitati Nostræ summæ procurationis officio, paterna charitate consulere cupientes, ea omnia, quæ ad pacem ipsam, ac tranquillitatem fovendam, firmandam, augendamque opportuna esse dignoscimus, statuere, et ordinare non prætermittimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino expedire salubriter arbitramur.

§. 2. Sane consiliariorum numerus in terra Nostra Corinalti Senogalliensis diœcesis, prout Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni illius consiliarii, uniformans, et constans perpetuo minime fuit, sed juxta temporum, et rerum vicissitudines, diversas quoque subiit variationes, seu mutationes ita ut aliquando minor, quandoque etiam major extiterit. Expositio precum.

§. 3. Antiquitus enim, cum quadraginta, et octo numerarentur ibidem consiliarii, hinc ad vitanda scandala, et confusiones, quæ propter multitudinem consiliariorum hujusmodi sæpe contingere solebant, ex bono pacis, ac tranquillo, et pacifico statu asserendo, in publico consilio præscriptum fuit, ut ad viginti quatuor tantum esset redigendus, quam quidem resolutionem, seu ordinationem primum tunc existens vice-legatus provinciæ Anconitanæ confirmavit, ac deinde etiam felicis recordationis Clemens papa VII. prædecessor Noster per suas sub plumbo anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo vicesimo sexto, quarto decimo kalendas februarii expeditas literas approbavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum antiquitus quadraginta octo numerarentur consiliarii, eos cohibuit Clemens VII. ad numerum vigintiquatuor

§. 4. Deinde tamen aucto eorumdem consiliariorum numero, piæ quoque memoriæ Sixtus pp. V. itidem prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 3. octobris 1585. expeditas literas præscripserit, ut septuaginta duo tantum ipsi esse deberent, neque augeri possent, ac alias prout in ejusdem memorati Sixti prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri. Iterum eos amplievit Sixtus V. ad septuaginta duos.

§. 5. Verum quia a statuto ejusdem terræ in rubrica, seu capitulo » *de consilio faciendo* » sancitum, et ordinatum fuerat, ut sexaginta dumtaxat homines consilium generale constituerent, hinc postmodum idem Sixtus Hos vero sexaginta tantum admisit ad formam statuti.

prædecessor per alias suas in pari forma Brevis die 7. aprilis 1590. expeditas literas, non solum omnia, et singula statuta ab hominibus dictæ terræ, eorumque majoribus facta, nec non constitutiones, ordinationes, privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, concessiones, et decreta per romanos pontifices, et Sedem apostolicam usque tunc quomodolibet concessa, quatenus essent in usu, nec contra ecclesiasticam libertatem tenderent, confirmavit, et approbavit, sed etiam voluit, et jussit, ut juxta formam ordinationum circa buxolum publicæ quietis studio factarum electio confalonerii, et priorum, sicut tunc usque consueverat, de cætero fieret, nec quidquam contra ordinationes, consuetudines, et statuta prædicta innovaretur, et alias prout in secundodictis ipsius Sixti prædecessoris literis, quarum pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur quoque contineri.

Defectis nonnullis familiis numerus cohibetur iterum ad quadraginta octo, probante congregatione boni regiminis.

§. 6. Quoniam autem successu temporum quam plures consiliariorum hujusmodi familiæ defecerant, hac de re in consilio habito die secunda decembris 1751, uno tantum discrepante suffragio, resolutum fuit, ut numerus sexaginta consiliariorum ad quadraginta octo tantum esset cohibendus, porrectisque desuper precibus congregationi venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status nostri ecclesiastici præpositorum, eadem congregatio die xxii decembris 1751 per epistolas scriptas tunc existenti gubernatori provinciæ Marchiæ resolutionem a dicto consilio captam confirmavit, et approbavit. Super modo tamen, quo hujusmodi numerus tunc minuendus ita esset variæ, ac inter se difformes insurrexerunt eorumdem consiliariorum opiniones; plures enim ex eis putabant, quod non statim, sed expectata deficientia subinde familiarum, quæ locum in consilio obtinebant, quæque successione caruissent, resolutio prædicta sibi locum vindicare deberet; alii e contra cupiebant, eamdem resolutionem illico executioni demandare, pluresque idcirco querelæ, seu recursus expositi fuerunt memoratæ eorumdem cardinalium congregationi, quæ die sexta decembris 1752 aliis suis literis dicto gubernatori mandavit, ut peragenda esset consiliariorum hujusmodi reductio, demptis primum ab eorum iis consiliariis, qui plures ex una, eademque familia reperirentur, simulque viverent, ac quoties remotio eorum minime sufficeret, tum arbitrio ipsius gubernatoris reliquit, sam præscribere regulam, quæ sibi magis opportuna videretur pro remotione aliorum, qui numerum quadraginta, et octo consiliariorum excederent.

Novæ contentiones subortæ super numero servando et complemento locorum vacantium.

§. 7. Verum quia his omnibus minime recurrentes patres acquieverant, sed aliæ iterum querelæ, ac recursus præfatæ congregationi eorumdem cardinalium proposuerunt, hæc postmodum, die nempe 29. septembris 1753 alias literas dedit memorato gubernatori directas, quibus revocata priori ejusdem congregationis resolutione, ut præfertur, edita die 22. decembris 1751 mandavit, ut ipse gubernator terminum sibi benevisum præscriberet dicto consilio, intra quem omnia loca vacantia usque ad numerum volitum a statuto replenda essent, ac alias prout in dictis tribus epistolis prædictis, quarum pariter tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenius continetur. Sed qualiscumque esset tunc supplicantium, seu recurrentium opinio, denuo in consilio habito die xiv. aprilis 1756. uno pariter tantum discrepante suffragio, cæteri omnes censuerunt, quod eorum numerus ad quadraginta octo tantum esset cohibendus.

Impetrantur providentiæ, ut numerus quadraginta octo servetur continuo, etiam deficientibus nonnullis familiis.

§. 8. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, aliæ quoque interea consiliariorum familiæ vel defecerunt, vel in dies absque successione remansuræ sint, tot vero aliæ pro constituendo numero sexaginta familiarum, quæ civilitatis, et possessionis bonorum stabilium requisitis qualitatibus polleant, ita ut decor consilii, et recte publicarum rerum administratio inde sperari possit, modo non reperiuntur, hinc dicti exponentes, ut quies, et publica tranquillitas perpetuo constans, ac firma permaneat, confirmatis cæteroquin eorum statutis, ac privilegiis, et consuetudinibus, reductionem numeri eorumdem consiliariorum ad quadraginta octo tantum in casu extinctionis eorum familiarum, quæ in dies eventura sit, exequendam, et observandam per Nos decerni, ac declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Numeri prædicti quantitatem semper servandam esse pontifex mandat.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, siquas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut in posterum numerus consiliariorum dictæ terræ ad quadraginta octo tantum omnino sit cohibendus, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, decernimus, atque mandamus. Volumus autem, quod ejusdem numeri reductio, sic a nobis, ut præfertur, constituta, tum sibi locum vindicare debeat, quando nempe deficientibus familiis modo existentium consiliariorum, nemo ex iisdem familiis superstes reperiatur, ita ut in locum deficientium familiarum alii ultra numerum quadraginta et octo consiliariorum hujusmodi minime admittendi sint, sed ejusdem numeri quantitatem, sic, ut præmittitur, decretam, atque statutam semper servandam in posterum esse auctoritate, et tenore prædictis sancimus, atque jubemus.

Confirmat cæteras statuti, aliarumque constitutionum ordinationes.

§. 10. Cæterum in reliquis ejusdem statuti dispositionibus, tam statuta ipsa, nec non ordinationes, privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, et concessiones, ac decreta per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, et Sedem apostolicam hactenus concessa communitati, seu universitati dictæ terræ, quatenus sint in usu, ac constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini decretis non adversentur, auctoritate, et tenore similibus approbamus, et confirmamus; atque ut consiliariorum hujusmodi admissio juxta stylum, et consuetudinem, et formam ordinationum circa buxulum, sicut huc usque consuevit, ita et in posterum, intra tamen numerum constitutum per præsentes, de cætero quoque fiat, pari auctoritate, et tenore injungimus, atque præscribimus.

Clausulæ salutares.

§. 11. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXVI.

Datum die 26 januar. 1773. Anno IV.

Facultas generali ordinis ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum augendi numerum prædicatorum generalium provinciæ Aragoniæ usque ad decem.

Dilecto filio moderno generali ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Christophori Sierra provincialis, ac modernorum definitorum provinciæ Aragoniæ ordinis fratrum ssmæ Trinitatis redemptionis captivorum expositum Nobis fuit, quod licet provincia hujusmodi amplissima sit, ac regna Aragoniæ, Valentiæ, insulæ Majoricæ, et principatum Catalauniæ complectatur,

nihilominus a constitutionibus prædictorum ordinis, et provinciæ auctoritate apostolica confirmatis, octo tantummodo constituti sunt gradus prædicatoris generalis in præmium eorum omnium, qui suos labores in munere lectoris, theologiæ moralis, spatio quatuor annorum impenderunt, ac per duodecim annos officium prædicatoris majoris cujusque conventus exercuerunt. Ex his itaque gradibus unus omnino debetur iis tantum, qui ab insula Majoricensi sunt, tres vero pertinent ad eos, qui in conventibus, seu domibus regni Valentiæ nomen religioni, et ordini hujusmodi dederunt; reliqui demum quatuor æqualiter sunt assignati, duo nempe Aragonensibus, et duo iis, qui in conventibus principatus Catalauniæ professionem regularem emiserunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, attento tam exiguo numero graduum prædicatorum generalium hujusmodi, quam plures ordinis, et provinciæ prædictorum professoras, licet præditi omnibus iis qualitatibus, quæ juxta memoratas constitutiones ad id sunt requisitæ, atque idcirco inter jubilatos nuncupatos adnumerentur, nihilominus, aut sero nimis, aut nunquam ad gradum prædicatoris generalis perveniunt. Hinc dicti exponentes numerum eorumdem prædicatorum generalium usque adhuc ad octo tantum cohibitum per Nos ad decem extendi, et ampliari, atque ex illis unum conventui Majoricensi, reliquos vero novem æqualiter regnis Aragoniæ, Valentiæ, et principatui Catalauniæ, tres videlicet unicuique ex eis assignare posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Potestas augendi numerum prædicatorum usque ad decem.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione, seu voto dilecti filii Nostri Joannis Constantii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Caracciolo nuncupati, ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, qui dilectum filium modernum ipsius ordinis procuratorem generalem audivit, tibi, ut gradum seu numerum prædicatorum generalium dictæ provinciæ ad octo dumtaxat usque modo cohibitum, in posterum ad decem auctoritate Nostra apostolica perpetuo extendendi, et ampliandi.

Assignatio locorum pro singulis prædicatoribus.

§. 3. Utque ex eis unum Majoricensi conventui, tres vero unicuique ex regnis Aragoniæ, et Valentiæ, ac respective principatui Catalauniæ dicta auctoritate assignandi, et constituendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus et impertimur. Volumus autem, quod pro hac prima vice tantum duo prædicatores generales, qui ad complendum decennalem numerum, ut supra, præscriptum, eligendi sunt, a te ex jubilatis prædicatoribus eligantur, utqua unus ex regno Aragoniæ, alter ex principatu Catalauniæ assumatur, deinde vero in omnibus successive evenientibus vacationibus eorum electionem, et nominationem ad provincialem, et definitores provinciæ hujusmodi pro tempore existentes perpetuo spectare, et pertinere statuimus, et declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum affectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 20. februar. 1773. Anno IV.

CCXXVII.

Facultas promovendi ad gradum decanorum extra numerum eos, qui munus magistri novitiorum, parochorum et monialium confessarii exercuerunt pro congregatione Cassinensi.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus præsidens generalis congregationis Cassinensis monachorum ordinis sancti Benedicti, quod cum in constitutionibus congregationis, et ordinis hujusmodi apostolica auctoritate confirmatis ad alliciendos illius professores ad literarum studia in declaratione cap. xxi. regulæ num. xi. præscriptum sit, ut ii, qui per triennium, vel lectoris munere laudabiliter functi fuerunt, vel verbum Dei quadragesimæ tempore in præcipuis civitatum ecclesiis prædicarunt, promoveri possent ad decanatum supranumerarium posteaquam decimum sextum annum in congregatione compleverint, modo probitate morum, et aliis requisitis præditi sint; e contra vero ab iisdem constitutionibus nulla tribuatur merces illis, qui laboriosa munera parochorum, magistri novitiorum, at confessariorum monialium sustinuerunt; ita ut admodum difficile reddatur invenire monachos doctrina, atque prudentia præstantes, qui tria prædicta munera velint, ac valeant exercere.

Resolutio generalis capituli.

§. 2. Qua de re his omnibus perpensis in capitulo generali dictæ congregationis habito Perusii anno 1766. vocales in eo congregati censuerunt, ut ad alliciendos monachos ad prædicta quoque officia exercenda, facultas illos promovendi ad decanatum supranumerarium ab apostolica hac sancta Sede peti deberet, ideoque eam dictus exponens per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ cum præfinitione munerum præstandorum pro illius consecutione.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Karoli S.R.E. presbyteri cardinalis Rezzonico nuncupati ordinis, et congregationis hujusmodi apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem protectoris, ut in posterum nunc, et pro tempore existentes monachi ejusdem congregationis, et ordinis, qui vel per triennium laudabiliter in munere magistri novitiorum se gesserint, vel per sexennium officium parochi, seu confessarii monialium recte, et laudabiliter itidem exercuerint, tempusque a constitutionibus prædictis definitum compleverint, tam in majoribus, quam in minoribus comitiis ad decanatum extra numerum promovori libere, ac licite possint, et valeant, facultatem auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Quibus pollere requisitis teneantur, qui sunt promovendi.

§. 4. Volumus autem, ut ii, qui sic promovendi sunt, præter juratum testimonium prælati, qui pro tempore præerit monasterio professionis ejusdem promovendi, nec non illius, vel illorum, in cujus, vel quorum monasterio munera præfata sustinuerunt, habeant etiam de vitæ integritate, ac de prudentia, et diligentia in exercendo munere proprio peculiarem subscriptam attestationem præsidis, at duorum visitatorum illius provinciæ, in qua commorantur, aliter facta electio nulla censeatur.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam de-

rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 12. februar. 1773. Anno IV.

CCXXVIII.

Facultas episcopo Leodiensi supprimendi quæcumque hospitalia civitatis, et diœcesis Leodiensis, illaque uniendi hospitali generali erigendo ec.

Venerabili fratri episcopo Leodiensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Episcopi Leodiensis laudatur consilium erigendi hospitale pro orphanis, infantibus expositis, aliisque viris perpetuo laborantibus infirmitate.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod cum laudabiles leges, atque ordinationes a decessoribus episcopis Leodiensibus diversis temporibus apte, ac prudenter editæ ad coercendam impudentiam eorum, qui sub paupertatis fuco vagentes a circumexistentibus regionibus ad istam diœcesim, et principatum Leodiensem confluebant, optato effectu caruissent, inde evenerat, quod illorum maxima multitudo, absque lege, et sine recta vivendi ratione, suam sedem cum gravi orthodoxæ fidei præjudicio ibidem posuerat, itaut cum scandalo invecta fuerit perniciosa sane mendicitatis species, ex qua in posteros fore successionis titulo otium, aliaque vitia procedunt. Pastorali autem tua solicitudine præ oculis habens zelum gloriæ Dei, ac bonum Christifidelium omnium tuæ curæ commissorum, rebus cunctis serio perpensis, non aliud sane tot malis inde obvenientibus remedium adhibere posse putes, quam magnum hospitale erigere, in quo sub sedula directione virorum prudentia, ac probitate præstantium tam orphani, ac infantes expositi, quam mentecapti, ac viribus destituti, aliique continuis infirmitatibus laborantes refugium, opemque obtineant, et ii, qui a recta vivendi ratione aberrarunt, eam denuo amplectantur, distinctisque viris a mulieribus, animadverse cujusque ætatis qualitate, ac diversitate, illi, qui bona fruuntur valetudine ad assequendam peritiam in artibus, quarum ope sibi victum comparare valeant, habiles reddantur, omnes vero in rudimentis fidei, atque christianæ pietatis regulis erudiantur, ac imbuantur.

Probatur quoque electio facta bonorum applicandorum pro magni operis implemento.

§. 2. Magnum hoc opus, licet mente conceptum a tribus prædecessoribus episcopis Leodiensibus, minime tamen executioni commissum, pastoralem quoque solicitudinem tuam excitavit, quo circa serio perpendisti quæ, et qualia bona pro fundo operis hujusmodi, atque ejus conservationi sufficientia assignari possint. Cum itaque, sicut eadem expositio subjungebat, constituti proventus cujusdam lotteria vulgo nuncupati ad id satis esse minime videantur, ideoque salvis, ac integris manentibus piis fundationibus in quacumque parochia institutis ad curandos eos, qui temporalibus infirmitatibus detinentur, atque in auxilium pauperum mendicare erubescentium, omnia alia hospitalia cujuscumque generis, et speciei in civitate, et diœcesi Leodiensi existentia dicto magno hospitali, in quo piorum fundatorum, ac fundationum finis magis magisque suum consequatur effectum, unire, et incorporare, eique illorum respective bona, ac fundos applicare posse plurimum desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio omnium facultatum apostolicarum pro suppressione aliorum hospitalium minorum, erectione generalis cum incorporatione bonorum.

§. 3. Nos igitur te specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Francisci Xaverii archiepiscopi Petrensis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, ex peculiaribus causis animum Nostrum digne moventibus, fraternitati tuæ om-

nes, et singulas facultates, necessaries, et opportunes, quibus prævia suppressione, hospitalie tam in civiiete, quem in suburbiis, jurisdictione, statu, patria, ac diœcesi Leodiensi, una cum omnibus ædificiis, capitalibus, et redditibus trensferre, et respective unire, etque novo hospiteli genereli, ut supra, erigendo incorporere libere, ac licite possis, et veleas auctoritate epostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Volumus eutem, ut ægrotis temporaneis, etque eccidentelibus infirmitatibus detentis modis omnibus prospectum sit, sive ope hospitalium, quæ in respectivis parochiis reperiuntur, vel ex aliis fundetionibus ed hunc peculiarem effectum existentibus, vel alias prout rerum, et locorum necessitate, atque opportunitate, ad eorumdem ægrotantium subsidium, et curationem expedire in Domino judicaveris.

Translatio onerum hospitalium supprimendorum.

§. 4. Præterea, firmis, ec præservatis tam peculieribus fundationibus supradictorum hospitalium penes respectivas parochias existentium, quam omnibus, et singulis dispositionibus, atque institutis pro pauperibus verecundis, ac denique præservetis aliis oneribus per prædicta hospitalie unienda adimplendis, secundum peculiares fundatorum, et respectivorum benefactorum dispositiones ed hospitalitetem minime pertinentes, cujusmodi sunt onera missarum, et anniversariorum, atque subsidiorum dotalium distributio, horum adimplementum omnino præservatum euctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus; ita tamen, ut præsens suppressio, et respective unio effectum tantummodo sortiatur, cum prædicti hospitalis generalis erectio secuta fuerit.

Facultas eligendi, et subdelegandi commissarios.

§. 5. Atque ed præmissorum effectum eidem fraterniteti tuæ facultatem quoque unum, seu plures, prout magis in Domino expedire judieaveris, commissarios subdelegandi, submota quacumque appellatione, præter quam in devolutivo tantum ad epostolicam hanc sanctam Sedem, ec salva semper pro hujusmodi effectu euctoritete memoratæ congregationis eorumdem cardinalium, auctoritate, et tenore similibus tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutares.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literes firmes, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenerios, et integros effectns sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectet, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observeri.

Decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinerios, et delegatos etiam causarum pelatii epostolici euditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit ettentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quorumcumque testetorum etiam ultimis voluntetibus, quas ed præmissorum effectum expresse, ac sufficienter commutamus, nec non constitutionibus, et ordinetionibus apostolicis, dictorumque hospitalium statutis, consnetndinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque teooribus, et formis, ec cum quibusvis etiem derogetoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis cleusulis, irritantibusque, et eliis decretis in genere vel in specie, ec aliis in contrerium quomodolibet concessis, epprobatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ec de verbo ed verbum insertis habentes, illis alies in suo robore permensuris, ed præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctem Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima secunda februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificetus Nostri enno quarto.

CCXXIX.

Datum die 15 februar. 1773. Anno IV.

Collegium sancti Jacobi ordinis fratrum Prædicatorum civitatis Parisiensis subiicitur immediatæ jurisdictioni ministri generalis ejusdem ordinis.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Arelatensi, et episcopo Meldensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem

Proœmium.

§. 1. Cæteras inter solicitudines, et pastoralis officii curas, ed quod nullis nostris meritis, sed unins divinæ clementiæ lergiiete vocati fuimus, eam semper præcipuo Nobis loco habendam

existimavimus, qua sacros operarios, qui peculiari quadam ratione, arctissimisque vitæ regularis vinculis Deo mancipati in vineam Domini excolendam suos omnes conferunt labores, singulari prosequi tenemur affectu, propensa fovere voluntate, ac beneficentissimo fulcire patrocinio, ita ut quid quid accommodatum iis esse potest, vel ad pietatis, ac religionis studium, quo eos flagare oportet, conservandum, augendumque, vel ad regularis disciplinæ integritatem, si quid fortasse passa sit detrimenti cumulatissime restituendum, vel ad quaslibet propulsandas penitus difficultates, quæ impedimento sunt, quominus uberrimos illos procreare possint fructus, ac amplissimas utilitates, quas et universa christiana republica, et beata populorum salus ab iis maxime efflagitat, avideque præstolatur, ad id omne facili, libentique animo eis suppeditandum, effuseque largiendum prompti esse quovis tempore debeamus, atque parati.

Laudes ordinis fratrum Prædicatorum.

§. 2. Nos inter egregios in vinea Domini operarios, ex quorum assiduis laboribus maximum semper Christi Ecclesiæ decus accessit ornamentum, et præsidium, eos jure, ac merito recensemus, qui sancti Dominici vestigia sectantes, et regulas, inclytum, deque christiana republica optime meritum constituunt regularem ordinem fratrum Prædicatorum nuncupatum. Hinc muneris Nostri ratio, et vehementer optat, et modis omnibus expostulat, ut quibusvis ejus commodis, quantum in Domino possumus, sedulo prospiciamus, caveamusque diligentissime, ne quid in ullam ejus partem irrepat, ex quo splendor ille locuplentissimus pietatis, et doctrinæ, quo præclarus hic ordo hactenus ubique emicuit, aliquod vel minimum patiatur detrimentum.

Commendatur observantia regularum collegii s. Jacobi Parisiis siti.

§. 3. Relatum porro Nobis fuit, collegium sancti Jacobi eorumdem fratrum Prædicatorum Parisiis situm, eoque saluberrimo institutum consilio, ut ad illud, tamquam ad celeberrimam pietatis, et literarum arcem alumni ejusdem ordinis ex universis Galliarum provinciis accedentes, in assiduæ, et regularis disciplinæ, et sanioris doctrinæ exercitatione ita versentur, ut amplissimo inde decori afferendo universo ordini, et christianæ reipublicæ utilitati cumulandæ apti fiant, et idonei, a pristina non parum dignitate, ac celebritate nominis esse prolapsum, tum ob imminutam regularis instituti observantiam, cum ob rei domesticæ administrationem non rite gestam, atque idcirco ne ad ultimum pene excidium redigatur, opportuno aliquo, efficacique remedio ei quam citissime esse consulendum.

Expositio precum porrectarum a Ludovico francorum rege pro obtinenda reintegratione jurisdictionis magistri generalis.

§. 4. Expositum quoque Nobis fuit ex parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici francorum regis christianissimi aptius nullum, et accommodatius inveniri posse remedium ad idem collegium ab eo, in quo nunc versatur discrimine ad florentissimum suum pristinum statum revocandum, quam si sub immediata magistri generalis totius ordinis fratrum Prædicatorum jurisdictione, et cura constituatur, et apostolica præterea ejusdem collegii agatur visitatio, per quam pro malorum ibi vigentium varietate optimæ condantur leges perpetuo servandæ.

Indulget Pontifex preces.

§. 5. Quam ob rem et pastoralis officii Nostri debito, et ejusdem Ludovici regis precibus, et votis satisfacere cupientes, collegium prædictum civitatis Parisiensis, et ordinis fratrum Prædicatorum a cujusvis provincialis gubernio exemptum declarantes, omnimodæ subjectioni, et jurisdictioni nunc, et pro tempore existentis magistri generalis ejusdem ordinis auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo supponimus, atque subiicimus, itaut idem generalis ordinis magister ea ratione, qua domum pro recipiendis novitiis ipsa in Parisiensi urbe designatam sub sua habet immediata, ac plena potestate, et jurisdictione, æquissimisque eam moderetur legibus, quæ ad illius ornamentum, et splendorem mirum in modum conducunt, eadem quoque collegium prædictum libere, ac immediate gubernare, ac singula, quæ ad optimum illius regimen necessaria putaverit pro sua prudentia, ac religiosæ perfectionis studio disponere valeat, atque perficere.

Consulit quoque ut collapsæ disciplinæ causæ detegantur, et eliminentur.

§. 6. Quoniam vero ad idem collegium in pristinum honoris, et dignitatis gradum restituendum, necessarium quoque nedum opportunum videtur, ut serio investigentur, ac detegantur collapsæ disciplinæ regularis causæ, et rei domesticæ non rite se habentis rationes, tum etiam diligentissime perpendantur, quæ potissimum leges aptæ magis esse possent iis gravissimis incommodis longe, ac perpetuo propulsandis, quæ eidem collegio tanto sunt detrimento, ac ruinæ, et quæ tum ejusdem christianissimi regis Ludovici eximiam pietatem, ac religionem, cum Nostrum excitarunt animum ad novum hoc con-

alii genos do eo collegio suscipiendum: vobis idcirco venerabiles fratres, ut tamquam Nostri, et apostolicæ Sedis delegati, sacram instituatis ejusdem collegii visitationem, seduloque inquiratis tum in regularem disciplinam, cum in rei domesticæ administrationem, facultatem ad eonum duraturam auctoritate apostolica tonore præsentium facimus, ac plenissime indulgemus.

Facit potestatem visitatori apostolico pro una tantum vice eligendi officiales collegii.

§. 7. Et quia pro certo pariter habemus, eum ad finem, quem vehementer cupimus, celariori, promptiorique ratione obtinendum, plurimum in primis conferre, si oligantur collegii officiales, qui præclaris non modo fulgeant virtutibus, suoque exemplo cæteris in regularis disciplinæ semita præire valeant; verum etiam qui collegii redditibus nimio numero graves non sint, ac noxii, facultatem propterea vobis pro hac prima vice tantum, collegii præsidom, artium magistros, regentes, conventuales, et officiales quocumque nomine nuncupatos, eligendi, et nominandi, eorumdemque numerum collegii redditibus respondentem statuendi pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus.

Leges impositæ officialibus eligendis super munere, et remotione eorum.

§. 8. Qui autem ad prædicta officia a vobis electi fuerint, per illud tantummodo temporis spatium tradito sibi fungi poterunt munere, quod vel a generalibus ordinis, vel e peculiaribus ejusdem collegii constitutionibus statutum est, ac definitum. Huic vero temporis spatium initium fiet a sacræ visitationis, quam fidei vestræ committimus, fine, et a decretorum, quæ pro ejusdem collegii reformatione condonda putabitis, promulgatione. Id tamen impedimento vobis minime erit, quominus ab ipso etiam visitationis exordio, hos ipsos, vel alios, quos magis congruere arbitrabimini, officiales interim, seu per modum provisionis, ut ajunt, constituere valeatis.

Præcipitur ut novis legibus œconomicæ administrationi bonorum firmissime consulatur.

§. 9. Vestrum præterea crit, quæ optimum ejusdem collegii regimen, et œconomicam illius bonorum administrationem respiciunt, firmissimo novarum legum præsidio constituere, ac definire, et singulos, qui irrepserunt, pravos usus aptissimis remediis evellere, et futuris etiam temporibus, quoed fieri potest, impedire. Qua quidam in re confidimus, imo pro certo habemus, omnem vos operam collaturos esse, studium, et industriam, ut singula religioni vestræ, ac prudentiæ, quibus plurimum, et maxime valetis, et quarum virtutum plura, eaque egregia alias prætulistis argumenta, apprime respondeant.

Reservatio adprobationis legum edendarum.

§. 10. Quascumque autem in ejusdem collegii bonum, et utilitatem sanciendas putaveritis leges, eas omnes, antequam a vobis promulgentur, ad Nos deferri curabitis, ut non modo ex vestris deliberationibus, opportunisque reformationis decretis novum Nobis prudentiæ, ac sapientiæ vestræ satis jam cognitæ adsit testimonium, lætemurque vehementer, cos ad hujusmodi munus Nos delegisse viros, qui tanto cum fructu, tantaque cum sui nominis gloria illud absolverunt; sed etiam, ut auctoritati vestræ, Nostra quoque, et sanctæ hujus Sedis apostolicæ accedente potestatis plenitudine, et approbationis robore, utilius deinde, et efficacius promulgari a vobis eæ possint, at iis, ad quos pertinet, perpetuo, et inviolabiliter observanda proponi.

Consulitur plenariæ executioni aditæ constitutionis.

§. 11. Decernimus denique, atque jubemus præsentes Nostras literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio omnium in contrarium facientium.

§. 13. Non obstantibus quibusvis apostolicis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit ejusdem ordinis fratrum Prædicatorum, vel prædicti collegii Parisiensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo roboro permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumta-

xat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 15. februar. 1773. Anno IV.

CCXXX.

Divisio custodiæ Gallo-Belgicæ, ordinis minimorum sancti Francisci Cappuccinorum ab altera Flandro-Belgica ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Vices illius gerentes in terris, qui ascensurus ad coelum pacem suis discipulis reliquit, pacem, ac quietem inter eos præsertim, qui divinis obsequiis mancipati sunt, fovere, conservare, et augere paternæ charitatis affectu indesinenter adnitimur, ac piissimorum, sublimiumque principum id anhelantium votis, libenti animo annuimus, et apostolicæ auctoritatis Nostræ partes ad pacem, ac tranquillitatem hanc perpetuo firmandam interponere non prætermittimus, sicuti in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni minister provincialis, definitores et custodes provinciæ Insulensis nuncupatæ ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, quod alias, nempe anno 1687 distincta provincia hujusmodi in duas custodias, quarum una Gallo Belgica, altera Flandro-Belgica respective nuncupatæ fuerunt, divisio isthæc fraternæ paci, et animorum tranquillitati grave intulit præjudicium, ita ut pluribus agitationibus provincia ipsa huc usque obnoxia reperiatur. Præter enim idiomatum, et indolis inter utriusque custodiæ fratres maximam diversitatem; cum in electionibus capitularibus vocales unius minime dignoscere queant vocales alterius custodiæ seorsim ab ipsis viventes, inde plerumque evenire solet, ut ipsorum respective suffragia in eos, qui minus digni sint, non quidem consulto, sed ex sola tantum ignorantia conferantur: hinque accidit inæqualitas numeri conventuum utriusque custodiæ, quippe quia, licet in custodia Gallo-Belgica undecim conventus reperiantur, et septem tantummodo in custodia Flandro-Belgica numerentur, nihilominus unusquæque ex eis definitores suæ nationis, et custodem pro capitulo generali, nec non jus ad provincialatum æqualiter habet. Quocirca optimo sane consilio in capitulo nationali fratrum dicti ordinis anno 1771. celebrato in civitate Parisiensi, præmissis omnibus serio perpensis, statutum fuit, ut in proximo capitulo dictæ provinciæ quæcumque rationes, et viæ, quibus, eliminatis cunctis conventionibus, pax, et optata tranquillitas firmiter, ac perpetuo statui posset, proponi deberent.

Resolutio capituli provincialis, quæ probata fuit justis de causis separatio custodiæ Gallo Belgicæ a cæteris custodiis, cum suis attributis, et prærogativis.

§. 3. Convocato igitur postmodum, die scilicet prima mensis septembris; 1772. capitulo provinciali prædicto, omnes in eo tunc existentes vocales unanimi voto putarunt, quod pro bono pacis, et observantia disciplinæ regularis, ac quiete conscientiarum, necessaria sit omnimoda separatio custodiæ Gallo-Belgicæ a custodia Flandro-Belgica, et provincia Insulensis ex undecim conventibus adhuc constituta, nimirum Insulensi, Duacensi, Cameracensi, Valencensi, Malbodiensi, Condatensi, Orchiacensi, Armentavlensi, Mervillano, Aviensi, et Audomarensi, titulum, et prærogativam provinciæ retineat, atque juxta ejusdem ordinis constitutiones a provinciali, et quatuor definitoribus gubernetur. Custodia vero Flandro-Belgica septem habens conventus, Iprensem scilicet, Dunkercanum, Furnensem, Bergensem, Burburganum, Belliolanum, et Meoenensem immediate subjecta sit dilecto filio nunc, et pro tempore existenti ministro generali dicti ordinis, qui illam gubernabit per commissarium ibidem permanentem, et ab eo deputatum juxta commissionem ipsi dandam, in qua sane custodia quolibet triennio celebrandum sit capitulum custodiale, ac in eo a guardianis, et discretis dictæ custodiæ eligendi erunt duo definitores, qui cum commissario prædicto instituent guardianos, et omnia alia præstabunt, quæ competunt definitoribus provincialibus juxta ipsius ordinis constitutiones apostolica auctoritate confirmatas, unusque ex illis eligi poterit, atque in officio hujusmodi continuare in sequenti capitulo.

Alia resolutio super numero custodum mittendorum ad capitulum generale.

§. 4. Quoniam vero prædicta provincia Insulensis jam pluribus ab hinc annis misit unum tantum custodem ad capitulum generale dicti ordinis; et custodia Flandro-Belgica alterum, hinc

memorati vocales statuerunt, ut in capitulis provinciali, et respective custodiali ante capitulum generale hujusmodi immediate celebrandis, provincia Insulensis eligat unum tantum custodem de corpore dictæ provinciæ, qui una cum provinciali ibit ad memoratum capitulum generale, et dicta custodia Flandro-Belgica unum quoque de corpore dictæ custodiæ, in qua quidem electione pro tempore existens commissarius generalis vocem activam, et passivam habebit, quemadmodum alias, anno nempe 1662. statutum fuit a definitorio generali quoad provinciam Lotharingiæ, et custodiam Campaniæ in similibus circumstantiis cum decreto edito die 13. junii ejusdem anni, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiur dicitur contineri.

Preces porrectæ pro confirmatione decretorum.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius præmissa omnia a dictis vocalibus in memorato capitulo provinciali tanta æquitate, et in commune bonum, ac tranquillitatem utriusque partis unanimiter conventa, atque hinc inde admissa subsistant, et serventur exactius, apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri dicti exponentes plurimum cupiant, idque etiam pro eximia, et singulari sua pietate carissimus in Christo filius Noster Ludovicus francorum rex christianissimus enixe desideret.

Confirmatio separationis custodiæ cum suis declarationibus, legibus, et prerogativis.

§. 6. Nos piis, ac laudabilibus ejusdem Ludovici regis votis quantum cum Domino possumus, libenter annuere, dictosque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ipsorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, prædictam separationem custodiæ Gallo-Belgicæ ab altera custodia Flandro-Belgica fratrum minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum a memorato capitulo provinciali unanimiter volitam, conventam, atque statutam, et hinc inde admissam, cum omnibus, et singulis conditionibus, declarationibus, legibus, prærogativis, ac privilegiis superius expressis, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, ac singulos juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausulæ salutares.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ, et custodiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta januarii millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 5. martii 1773. Anno IV.

CCXXXI.

Facultas episcopis Derthonensi et Aquensi provinciæ Mediolanensis deputandi vicarios generales, pro locis suarum diœcesum in ditione reipublicæ Januensis existentibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. Circumspecta romani pontificis omnium Christifidelium patris, et pastoris providentia sicuti spiritualibus eorum utilitatibus jugi vigilantia consulere studet, ita et temporalibus illorum commodis paterna charitate providere satagit, prout vota præsertim catholicorum principum exposcunt, et in Domino conspicit expedire.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et gubernatorum reipublicæ Januensis Nobis expositum fuit, quod nonnulli venerabiles fratres episcopi, ac præsertim Derthonensis, et Aquensis provinciæ Mediolanensis partim habent suas diœceses in ditione Januensi, quamvis eorum cathedrales ecclesiæ, et civitates, in quibus cathedrales prædictæ reperiuntur, extra illam sita sint. Etsi vero nulla unquam orta fuerit controversia quoad jus visitandi, et exercendi quemcumque actum jurisdictionis in ea parte eorum diœcesum in memorata ditione existente, et solum quoad modum, an scilicet ab eisdem episcopis retinendus esset nec ne in eadem parte vicarius foraneus juxta juris canonici regulas, vel potius deputandus esset vicarius generalis, quemadmodum commoditas subditorum postulare videbatur, ne subditi ipsi in re qualibet saltem relevanti propriam patriam relinquere, et pro agendis litibus ad tribunal ecclesiasticum coram episcopo, seu ejus vicario generali, qui plerumque morari solet, ubi episcopus degit, se transferre cogerentur. Ut igitur suorum subditorum commoditati consultum sit, dicti nobiles viri dux, et gubernatores reipublicæ Januensis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Facultas deputandi vicarios salvis juribus episcoporum quoad exercitium jurisdictionis.

§. 3. Nos itaque eorum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, salva semper, et illæsa manente eorumdem episcoporum Derthonensis, et Aquensis provinciæ Mediolanensis auctoritate quoad visitationem, et exercitium cujusvis actus jurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticæ in ea parte suarum diœcesum in ditione prædicta existente; ut in posterum vicarium generalem eisdem nobilibus viris duci, et gubernatoribus reipublicæ Januensis minime suspectum, qui ipsorum episcoporum nomine, ac jurisdictione eidem vicario ab ipsis attributa tractare, definire, et judicare debeant omnes, et quascumque causas tam civiles, quam criminales respicientes personas illas, super quibus jus habent judicandi, deputare possint, et teneantur apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus.

Leges imponendæ singulis vicariis in eorum electione, et pœnæ quibus subjicere debent nisi obediant.

§. 4. Volumus autem, quod dicti episcopi in deputatione vicarii generalis hujusmodi ab unoquoque eorum peragenda in dicta parte suarum diœcesum in præfata ditione existente suo utique vicario generali præscribere debeant, ut ipse ad aliquem actum, qui consequentiæ sit, multoquo minus ad ullam sententiam criminalem, absque eorum respective integra participatione, ac prævio ipsorum assensu præcedere minime possit, et valeat; in casu autem contraventionis pœnam excommunicationis majoris ipso facto a vicario hujusmodi, quatenus sacerdos minime sit, incurrendam, ac quoties sacerdos existat suspensionis a divinis pariter ipso facto incurrendam, præter revocationem ab officio, aliasque arbitrio infligendas pœnas, auctoritate, et tenore prædictis imponimus, sancimus, et mandamus.

Clausulæ salutares, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Preceptum procedendi ad tramites præsentium literarum.

§. 6. Quocirca eisdem venerabilibus fratribus episcopis Derthonensi, et Aquensi nunc, et pro tempore respe-

ctive existentibus in ditione prædicta jurisdictionem spiritualem in terris, locis, castris, et oppidis intra limites diœcesum prædictarum consistentibus habentibus, ut ipsi, et unusquisque eorum per se ad omnimodam præsentium Nostrarum literarum executionem procedant, illasque, et in eis contenta quæcumque juxta earumdem præsentium tenorem, et continentiam observari curent, et faciant.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, quæ præsentibus literis adversentur, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum Nostrarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXII.

Datum die 8. martii 1773. Anno IV.

Unio canonicatus, et præbendæ in metropolitana ecclesia Elborensi suffraganatui dictæ ecclesiæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In iis omnibus, quæ ecclesiasticarum dignitatum decus respiciunt, pro commissi Nobis divinitus summi apostolatus officio favorabiliter auctoritatis Nostræ partes interponimus, præsertim ubi sublimium principum vota id exposcant, ac in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum porrectarum a rege fidelissimo pro obtinenda unione canonicatus, ad majorem utilitatem mensæ archiepiscopalis, et suffraganei.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi nuper Nobis expositum fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatoram militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem ministri plenipotentiarii, quod cum congrua episcopo suffraganeo pro tempore existenti metropolitanæ ecclesiæ Elborensis adhuc assignata super ejusdem metropolitanæ ecclesiæ fructibus non tantum arbitraria fuerit, verum etiam dignitati episcopali, eo, quo par est honore sustinendæ impar, adeout dilectus filius Noster Joannes Cosma Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Cunha nuncupatus ex concessione, et dispensatione apostolica modernus ejusdem metropolitanæ ecclesiæ præsul existimaverit, quod in majus tam ipsius suffraganei, quam ejusdem mensæ archiepiscopalis commodum, atque utilitatem redundaret, si loco, ac vice congruæ super præfata archiepiscopali mensa adhuc reservatæ episcopo suffraganeo, ejusdem metropolitanæ suffraganatui integer canonicatus, ac præbenda prædictæ metropolitanæ ecclesiæ Elborensis uniretur, ac perpetuo applicaretur.

Indulget Pontifex juxta preces, mandetque suffraganeum nil aliud recipere, quam integrum canonicatum.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Josephi regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, dicto suffraganatui ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Elborensis pro congrua suffraganei pro tempora existentis primo vacaturum integrum canonicatum, et præbendam ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Elborensis, itaut dictus suffraganeus ratione sui muneris nihil aliud percipere possit, ac valeat, quam præfatam integram præbendam canonicalem, ipsius Josephi regis ad hæc præsertim accedente consensu, auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium unimus, et applicamus.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existare, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores et Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provinciali-

busque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac dictæ ecclesiæ Elborensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 8. martii 1773. Anno IV.

CCXXXIII.

Facultas episcopo Pœnafidelensi erogandi in construendam domum episcopalem, ac stabiliendam sacram primariam ædem redditus ecclesiarum vacantium.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Necessitatibus ecclesiarum omnium pro commissi Nobis divinitus pastoralis officii debito consulere cupientes, in id apostolicæ auctoritatis partes libenter interponimus, ac piis sublimium principum votis annuimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire arbitramur.

Exponitur necessitas consulendi habitationi episcopi, et sacris ædibus primariis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi expositum Nobis fuit per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatorem militiæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusdemque Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministri plenipotentiarii, quod cum in tota diœcesi Pœnafidelensi nulla esset domus, in qua venerabilis frater Ignatius episcopus, illiusque in episcopatu hujusmodi successores habitare possint, nullique designati sint redditus pro sacra æde primaria aut reparanda, aut reædificanda, neque aliunde sperari, aut expectari possint pecuniæ, quibus instanti huic necessitati consultum sit, præter eas, quæ ex redditibus, et proventibus ecclesiarum dictæ diœcesis jampridem vacantium subductæ modo depositæ reperiuntur, hinc idem Ignatius episcopus sibi facultatem erogandi in constructionem domus episcopalis habitationis, ac instabiliendam primariam sacram ædem, omnes pecunias ad vacantes ecclesias spectantes, et nunc depositas, ac quævis alia earumdem ecclesiarum bona a vacationis tempore usque nunc reservata, de ipsius tamen Josephi regis consensu, et consilio a Nobis concedi plurimum desiderat.

Facultas tributa erogandi in hanc causam omnes pecunias ad vacantes ecclesias spectantes.

§. 3. Nos igitur piis eorumdem Josephi regis votis annuere, ac eumdem Ignatium episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, petitam facultatem erogandi omnes pecunias spectantes ad ecclesias dictæ diœcesis vacantes, et modo in deposito existentes, nec non quævis alia earumdem ecclesiarum bona a vacationis tempore usque nunc reservata in constructionem dictæ domus episcopalis, ac in primariam sacram ædem stabiliendam, de consensu tamen, et consilio ipsius Josephi regis, eidem Ignatio episcopo auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXIV.

Datum die 20. martii 1773. Anno IV.

Confirmatio articulorum concordiæ inter archiepiscopum Russiæ, et episcopos Uladimiriensem, ac Brestensem initæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ea omnia, quæ ad pacem, concordiamque fovendam, firmandam, conservandamque inter Christifideles, et præsertim illos, qui episcopali dignitate insigniti suæ, ac aliarum animarum æternæ saluti consulere debent, provide, ac prudenter constituta, ac præscripta dignoscimus, libenti animo apostolicæ confirmationis robore communimus, prout omnibus mature perpensis, in Domino salubriter expedire conspicimus.

De inita concordia lætatur Pontifex.

§. 2. Nuper sane, magna animi Nostri lætitia accepimus, quod opera, ac studio venerabilis fratris Josephi archiepiscopi Berytensis Nostri, et apostolicæ Sedis nuntii in regno Poloniæ, et magno ducatu Lituaniæ concordia inita fuerit inter venerabilem fratrem Felicianum Wolodkowicz totius Russiæ metropolitanum, et simul quoque episcopum Uladimiriensem, ac Brestensem ex una, et venerabiles quoque fratres Leonem Szeptycki episcopum Leopoliensem, ac Antonium Strus Mlodowski episcopum Brestensem ejusdem metropolitani respective coadjutores cum futura successione apostolica auctoritate deputati, cujus quidem concordiæ articuli sunt tenoris, qui sequitur nempe

Ex tenore primi articuli concordiæ nuntius apostolicus, metropolitam reintegrat in plenaria administratione diœcesum tam in spiritualibus, quam in temporalibus.

§. 3. 1.° Excellentissimus, et reverendissimus dominus nuntius apostolicus promittit, se reintegraturum illustrissimum, et reverendissimum dominum metropolitam in universa plenaria, et libera administratione tum spirituali utriusque diœceseos, tum honorum temporalium, ad earumdem mensas metropoliticam, et episcopalem respective competentium ad normam decreti sacræ congregationis de Propaganda Fide editi die ii. aprilis anni MDCCLXX. nec non epistolæ secretariæ status sanctissimi domini Nostri Clementis pp. XIV. datæ die xxviii. augusti, ac demum decreti excellentissimi, ac reverendissimi domini Angeli Durini archiepiscopi Ancyrani tunc temporis nuntii apostolici in hoc regno expediti die xix. septembris ejusdem anni. Quæ reintegratio habebit effectum eo ipso, quo illustrissimus, et reverendissimus metropolita officia, et obsequia sua exhibuerit serenissimo regi juxta mandata summi pontificis.

Tenor secundi articuli, vi cujus rescinditur complanatio facta inter metropolitam, ac suos coadjutores.

§. 4. 2.° Cum illustrissimum, et reverendissimum metropolitam pœnituerit complanationis dudum factæ inter ipsum, et eosdem suos coadjutores, die xvi. januarii anno MDCCLXVIII. prædicti coadjutores in obsequium, ac venerationem, quam ex toto corde profitentur erga coadjutum, plena, libera, ac deliberata voluntate renuntiant omni juri, ac actioni ex dicto contractu sibi quomodolibet competentibus: adeo ut ex utraque parte dicta complanatio haberi debeat, ac si nunquam facta, aut effectum ullum sortita fuisset.

Tenor tertii articuli, quo deletis actis, cuique liti renunciatur.

§. 5. 3.° Retractantur ex utraque parte, quæcumque occasione litium, et prætensionum super administratione tam spirituali, quam temporali utriusque diœceseos, ab ipsis partibus, vel earum agentibus, et procuratoribus contra alterius honorem, famam, existimationemque tam in judicio, quam extra, dicta, prolata, vel scripta fuisse constaret; eaque ab actis publicis, ac privatis deleri mandantur: sine præjudicio tamen jurium utriqua partium competentibus super prætensis resarci-

tionibus damnorum, de quibus in sequenti articulo cavetur.

Tenor quarti articuli in cujus sequelam præcipitur concordia super sarcitione damnorum, vel ea non secuta electio arbitrariorum suadetur.

§. 6. 4.° Unicuique parti reservantur illæsa, et integra omnia, et singula jura, et actiones (si quæ, vel quas habent:) ad agendum in judicio contra alteram pro resarcitione damnorum, et violentiarum (si quæ, vel quas aut sustinuerit, aut se sustinuisse prætendat:) tam in personis propriis, quam pro officialibus, et curialibus aulicis, cæteris alterius partis servitio addictis, nec non pro quibuscumque aliis interesso habentibus, tam occasione administrationis spiritualis, vel temporalis ab illustrissimis, et reverendissimis dominis coadjutoribus susceptæ, quam occasione revindicationis, et occupationis secutæ ex parte illustrissimi, et reverendissimi metropolitani; super quibus omnibus primum concordia procurabitur amicabiliter, qua non secuta, unus judex compromissarius nominabitur ab illustrissimo, et reverendissimo domino metropolitano, alius vero ab illustrissimis, et reverendissimis coadjutoribus, qui ambo judices compromissarii debeant in termino quatuor mensium a die nominationis computandorum, et nullo modo ulterius prorogando, suum laudum, vel arbitramentalem sententiam pronunciare. Iis vero non plenarie, et uniformiter in omnibus, et singulis punctis concordantibus, vel intra prædicti temporis spatium suum arbitrium, vel sententiam non proferentibus, tunc totum negotium devolvetur ad judicium sacræ nuntiaturæ apostolicæ, quæ summarie, simpliciter, de plano, ac omni appellatione remota, quia sic inter partes fuit specialiter, et expresse conventum, ad finalem sententiam procedet.

Tenor quinti articuli reservat metropolitæ jus consequendæ redditionis rationis a coadjutoribus.

§. 7. 5.° Reservat sibi illustrissimus, et reverendissimus metropolita actionem adigendi illustrissimos, et reverendissimos coadjutores ad reddendam rationem administrationis bonorum temporalium ad easdem mensas spectantium, nec non proventuum ab ipsis perceptorum vigore decreti sacræ congregationis de Propaganda Fide editi die xxviii. augusti anni MDCCLXVIII. In qua quidem re, quidquid investigationem redditunm perceptorum concernet, eadem servabitur methodus, quæ supra num. 4. superius est expressa. Quoad vero eorumdem adjudicationem, vel divisionem, si quæ fieri debeat, unaquæque partium se submittit judicio excellentissimi nuntii, qui similiter procedat, ut supra num. 4.

Tenor sexti articuli vi cujus ipsi coadjutores ad speciales administrationes deputantur.

§. 8. 6.° Cum illustrissimus, et reverendissimus metropolita propter labores hucusque susceptos, et ob gravem suam ætatem, nec non valetudinis incommoda, vix se sufficere in posterum posse credat regimini utriusque diœceseos, multoque minus eas personaliter (ut decet, et canonice, nec non Zamosciensis synodi sanctiones præscribunt) visitare, eosdem suos coadjutores in partem solicitudinis suæ pastoralis ex nunc vocare constituit. Proindeque reservata sibimetipsi, suæque propriæ administrationi, ea diœcesis metropoliticæ parte, quæ totum magnum ducatum Lituaniæ comprehendit, reliquam, quæ nempe per Ucrainam, ac palatinatum Braclaviensem, aliasque adjacentes regiones protenditur, committit, et assignat illustrissimo, et reverendissimo domino Szeptychi episcopo Leopoliensi cum plena, libera, et absoluta, ac irrevocabili administratione spirituali: pari quoque modo, et forma illustrissimo, et reverendissimo domino Mlodowski episcopo Brestensi regendam, et gubernandam, ac administrandam committit, et assignat diœceses sibi invicem unitas Uladimiriensem, et Brestensem. Ad quem effectum illustrissimus, et reverendissimus metropolita patentes dictarum respective administrationum literas eisdem modo, forma, facultatibus, conditionibus, et clausulis, quæ in aliis vicariatus literis die xx. decembris MDCCLXVII. expeditis continentur, a se ipso subscriptas tradet, et deponet infra tres dies in manus excellentissimi, et reverendissimi domini nuntii apostolici, publicandas deinde, et executioni demandandas tempore eisdem beneviso, postquam tamen præsens concordia fuerit beneplacito summi pontificis roborata, et confirmata.

Tenor septimi articuli quo consulitur administrationi, et curæ bonorum temporalium utriusque mensæ.

§. 9. 7.° Idem tamen illustrissimus, et reverendissimus metropolita reservat sibi plenam, et liberam administrationem, et curam bonorum temporalium utriusque mensæ, quocumque nomine censeantur, et ubicumque sita sint: quorum redditus in sui usum, ac in utilitatem ecclesiarum suarum ad normam canonicarum sanctionum fideliter procurare, et administrare promittit, eorum statum hodiernum per commissarium suum, una cum commissario ab ipsis coadjutoribus designando, describi quam primum curabit intra quatuor mensium spatium, a die publicatæ administrationis suorum coadjutorum, de quibus duo similia inventaria, et com-

missariorum prædictorum juramento firmata, legaliter conficientur, quorum unum etiam a respectivo coadjutore subscriptum illustrissimus metropolitanus a se retinebit; alterum vero illustrissimo coadjutori, ad quem spectabit, tradet, et reddet, eaque illustrissimus metropolitanus, ut quotannis ad instantiam suorum coadjutorum renoventur, minime detractet.

Tenor octavi articuli, quo coadjutoribus necessaria ad vitam adsignantur.

§. 10. 8.° Quia vero monet apostolus eum, qui altari inservit, de altari vivere debere, volens illustrissimus, et reverendissimus metropolita coadjutoribus suis se se etiam liberalem exhibere, sponte dimittit illustrissimo, et reverendissimo domino Mtodowski, præter obventiones illas, quæ ex actuali exercitio jurisdictionis tam contentiosæ, quam gratiosæ per universam Uladimiriensem, et Brestensem diœcesim provenire possunt, ac debent, etiam cathedraticum assignat, quod sacri canones episcopis permittunt, ut annuatim a subjectis sibi presbyteris exigat; quia vero dicta cathedratici exactio vix, si etiam plenarie fieri posset ad summam quatuormillium florenorum Polonicalium ascendet, nec etiam æquum est, quod calamitosis hisce temporibus clerus hujusmodi exactione, præter vires suas gravetur; ideo illustrissimus, et reverendissimus metropolita summam decem millium florenorum Polonicalium in parata pecunia quotannis (sed rationem nempe 2500. singulis trimestribus postecipate) se soluturum promittit, vel si illustrissimo coadjutori magis placuerit, tot villas ad mensam Uladimiriensem spectantes, a suo coadjutore, vel episcopis residentiæ magis commodas, et vicinas, ex quibus æqua extimatione facta, et judicio excellentissimi nuntii absque ulteriori recursus, aut appellationis remedio, approbanda possit, tam in rebus, quam in pecuniis summam decem millium florenorum Polonicalium similium quotannis percipere, administrationi, et curæ ejusdem coadjutis irrevocabiliter committet, ut idem illustrissimus coadjutor possit necessitatibus suis commodius consulere, et providere. Hæc autem villarum designatio, quatenus loco assignationis pecuniariæ adoptetur, fieri debebit statim a publicatione literarum administrationis spiritualis, ac judicio, et auctoritate excellentissimi nuntii confirmari; adeo ut ab eo die in potestatem coadjutoris transeant una cum fructibus pendentibus, et inexactis, absque eo, quod pro expensis, et laboribus antea factis, aliquid, vel minimum prætendere possit illustrissimus metropolita.

Tenor noni articuli obventiones distribuit provenientes ex jurisdictione contentiosa, et gratiosa.

§. 11. 9.° Pari modo illustrissimus metropolita illustrissimo domino Szeptychi pro suo assignamento præter obventiones ex jurisdictione contentiosa, et gratiosa in parte diœceseos sibi commissæ provenientes, etiam exactionem cathedratici committit, quod felicioribus annis ad vigintiquinque millia et amplius ascendebat, florenos; hac tamen adjecta conditione, quod ipse pro suo congruo assignamento quindecim millia florenorum dumtaxat sibi reservet, reliquam vero summam in tuto loco, et apud fidam personam deponat, non inde amovendam, nisi ex dispositione illustrissimi metropolitæ, qui pro eo, quo flagrat, zelo erga ecclesiam sibi commissam, nequaquam vult eos in usum proprium derivare, aut convertere, sed omnino ex nunc consecrat, et devovet bono, et utilitati ecclesiarum suarum, expendendos nempe in processibus, vel continuandis, vel incipiendis pro recuperatione bonorum ecclesiarum prædictarum, pro stipendiis agentium, et procuratorum, ubicumque existentium, vel pro aliis utilibus, seu necessariis causis inter dominum metropolitam, et unum, vel alterum ex suis coadjutoribus in ea re interesse habentem concordandis, et judicio excellentissimi nuntii approbandis.

Tenor decimi articuli quo alteri ex visitatoribus diœcesim consulitur de apta, et congrua domo.

§. 12. 10.° Præterea, ut idem illustrissimus, et reverendissimus dominus coadjutor Szeptychi visitando diœcesim sibi commissam habeat domum aptam, et congruam, in qua residentiam figere possit, illustrissimus, et reverendissimus dominus metropolita assignabit ei domum, et locum ad dictum effectum idoneam, nempe domum metropoliticam de Radomysl nuncupatam, absque tamen perceptione fructuum, et redditum ex adnexis bonis provenientium, eidem tamen dimittit, ac cedit bona dicta Barachty, jam per decretum recuperata, vel recuperanda; si quæ tamen aliæ expensæ in eam causam essent faciendæ relinquuntur arbitrio, et oneri illustrissimi coadjutoris.

Tenor undecimi articuli vi cujus metropolita sibi reservat jura in literis patentibus exprimenda.

§. 13. 11.° Demum reservat sibi illustrissimus, et reverendissimus metropolita omnia jura etiam honorifica suæ metropoliticæ jurisdictionis in literis patentibus vicariatus superius enunciatis, nempe de data xx. decembris MDCCLXVII. anno expressa, et nunc in novis literis administrationis spiritualis iterum exprimenda.

Tenor duodecim articulorum mandat concordiam a rege, et Sancta Sede esse confirmandam, ut suum sortiatur effectum.

§. 14. 12.° Postquam unaquæque partium contrahentium huic concordiæ pro suo peculiari interesse consensum præstiterit, eamque sua subscriptione firmaverit, ejus effectus in suspenso habeantur donec constet de serenissimi regis satisfactione, et sancta Sedes apostolica beneplacitum, et approbationem impertiri dignata fuerit.

Actum Varsaviæ die xxviii. novembris anno MDCCLXXII.

Omnia laudat, et confirmat Pontifex etiam de consilio venerabilium cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum.

§. 15. Nos igitur, qui pacem, et quietem inter metropolitanum, et episcopos prædictos paterno desideramus affectu, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, insertos articulos concordiæ, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Concordiam servandam esse præcipit per clausulas salutares, et dempta cuique judici aliter judicandi potestate.

§. 16. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis prædictæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatis etiam omnibus in contrarium facientibus, ac etiam speciali mentione dignis.

§. 17. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXXXV.

Dat. die 29. martii 1773. Anno IV.

Confirmatio brevis Clementis VIII. super jure inquilinatus ad hebræos conductores etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor constitutionis Clementis VIII.

§. 1. Alias a fe: recordat. Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro prodiesunt literæ in simili forma Brevis expeditæ, quarum tenor est qui sequitur nempe Clemens pp. VIII. universitati hebræorum urbis viam veritatis agnoscere, et agnitam custodire, apostolica Sedes nedum christianæ fidei cultores veluti suos peculiares filios intra gremium suum complecti consuevit, sed et ab ipsa christiana fide alienos, ut sciant divinæ misericordiæ januam iis, qui ad illam per salutis semitas confugere velint, clausam non esse, quandoque se gratiosam exhibet, et benignam; proinde Nos volentes universitatem vestram diversis impositionibus, et oneribus obnoxiam aliqua speciali gratia benigne prosequi, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, vos, et singulares universitatis vestræ personas a quibuscumque transgressionibus, excessibus, et criminibus, exceptis tamen homicidii, falsificationis monetæ, sacrilegii, læsæ majestatis, et rebellionis, et casibus ad tribunal officii sanctissimæ inquisitionis pertinentibus usque ad præsentem diem par vos factis, et commissis, dummodo tamen pro illis carcerati, aut sub cautionibus etiam juratoriis relaxati de præsenti non fueritis, nec non habita pace, et concordata parte, in casibus, in quibus venit de jure concordanda, et reservato nihilominus parti læsæ jure civiliter agendi, auctoritate apostolica, tenore præsentium gratiose absolvimus, et liberamus, ac pœnas quascumque per vos

propterea incursas, dummodo, si sint pecuniariæ, non fuerint depositatæ, vobis remittimus, et condonamus.

Extinctio litis super possessione petii terræ cœmeteriis hebræorum contigui, illiusque perpetua concessio.

§. 2. Præterea sicut Nobis exponi fecistis, vos super possessione cujusdam petii terræ cœmeteriis vestris contiguæ ad vestram universitatem spectantis, diversas molestias, ac lites, tam a camera Nostra apostolica, quam a domo cathecumenorum urbis, et forsan aliis etiam particularibus personis hactenus substinueritis, ac pensiones, seu affictus ipsius petii terræ, quod locari ad usum articulorum consuevit penes montem Pietatis ad instantiam domus cathecumenorum, seu cameræ, et aliorum litigantium depositatæ reperiantur: Nos quascumque lites, et causas super dicto petio terræ contra vos etiam ad instantiam cameræ Nostræ apostolicæ, et domus cathecumenorum hujusmodi, vel quorumvis aliorum quovis prætextu motas, et indecisas pendentes in eisdem statu, et terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos harum serie avocamus, illasque penitus extinguimus, ac dictis cameræ, et domui cathecumenorum, et quibusvis illarum ministris, et agentibus, at quibuscumque aliis perpetuum desuper silentium imponimus, ac pecunias, pensiones, seu affictus dicti petii terræ, ut præfertur, depositatas, seu penes quoscumque sequestratas vobis tradi, et consignari debere volumus, et ordinamus, et quæcumque sequestra desuper facta relaxamus, utque universitate vestra illud petium terræ perpetuo possidere, ac locare, et dislocare, et pretium locationis, et affictus hujusmodi percipere, exigere, et levare, ac in vestros usus, et utilitatem convertere libere, et licite possitis, et valeatis concedimus, et indulgemus.

Privilegium inhabitandi, et meliorandi domus in claustro absque eo quod vel augeri pensiones possint, vel ab illis eiici nisi in casu morositatis in solutione pensionum.

§. 3. Nec non vobis, et particularibus vestræ universitatis hebræorum personis, ut in domibus, quas inhabitatis, et quilibet vestrum inhabitat (pensiones, quas nunc ratione dictarum domorum respective quilibet vestrum persolvit, persolvendo) remanere, nec exinde quovis prætextu ab eorumdem domorum dominis, seu patronis christianis eiici possitis, nec etiam pensiones præfatæ vobis augeri possint, nisi in eventum, in quem prædicti domini, seu patroni domorum in ipsis domibus aliquid notabile, et evidens augmentum, et melioramentum non necessarium propriis dominorum, seu patronorum sumptibus pro tempore fecerint, quo casu pro rata expensarum in hujusmodi augumentis, et melioramentis per dictos domorum dominos, seu patronos faciendis pensiones prædictas ad eam rationem, pro centenario, et anno qua declarabitur augeri posse statuimus, prout, nec etiam christiani, sive proprietarii, sive usufructuarii, sive inquilini domorum contiguarum clausuræ hebræorum possint de cætero eorum domos ampliare illas incorporando, vel uniendo cum domibus ipsorum hebræorum in dicta clausura existentibus; vobis vero, et cuilibet vestrum in eisdam domibus, quas inhabitatis, et in futurum inabitabitis quæcumque melioramenta pro vestro usu, et commoditate, dummodo facies domorum non mutetur, nec illis deterioramentum aliquod inferatur, ac requisitis prius illarum dominis, seu patronis, an illa eorum sumptibus facere velint, illisque recusantibus, judicis licentia prius obtenta, interesse habentibus legitime citatis, vestris sumptibus facere licitum sit, nec vos desuper impediri, aut eo casu pensiones earumdem domorum vobis augere possint, si tamen domini hujusmodi expensas, et melioramenta eorum propriis sumptibus facere, aut a vobis pro tempore facta persolvere voluerint, tunc similiter pro rata expensarum in hujusmodi melioramentis faciendis pensiones prædictas ad eam rationem pro centenario, et anno, quæ declarabitur, augeri posse statuimus auctoritate, et tenore prædictis perpetuo similiter concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos judicari, et deliniri debere, ac irritum, et inane, si quidquam secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Deputatio cardinalis camerarii pro executione concessionum.

§. 5 Quo circa dilecto filio Nostro Petro sancti Nicolai in Carcere diacono cardinali Aldobrandino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Nostro secundum carnem, et fratre germano nepoti, et pro tempore existente Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario per præsentes committimus, et mandamus, quatenus spectat ad officium camerariatus, per se vel alium, seu alias vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate Nostra vos, et quemlibet vestrum eorumdem præmissorum effectu pacifice frui, et gaudere, non permittens vos desuper a quoquam quavis auctoritata, quomodolibet indebite molestari, et insuper eidem camerario, nec non præsidentibus, ac clericis cameræ apostolicæ mandamus, quatenus præ-

sentes Nostras in eadem camera recipiant, et admittant, et in eisdem camerae libris registrari mandent, et faciant; contradictores quoscumque per opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac almae urbis, et camerae, ac domi cathecumenorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis illis, ac quibusvis aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta junii millesimo sexcentesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo tertio.

Controversia suborta super executione privilegiorum concessorum.

§. 7. Nuper vero nomine ejusdem universitatis, et Gabrielis de Ambron, ac Davidis de Segni illius factorum nuncupatorum expositum Nobis fuit, quod licet ipsi in executionem praeinsertarum literarum praefati Clementis praedecessoris pontificiae beneficentiae favoribus, et gratiis tunc concessis pacifice semper gavisi fuerint, neque unquam iis, qui prompte pensiones domorum solverunt, in dubium, aut controversiam revocatum sit privilegium juris inquilinatus vulgo inter eos nomine juris Gazaca vocari solitum, quod inter ipsos non solum pretio aestimabile est, sed etiam cedi, in dotem assignari solet, et super eo hypothecae quoque contrahuntur in utilitatem, atque compendium eorumdem hebraeorum, qui praeter istud nullum aliud habent jus, quod ipsi acquirere valeant; nihilominus novissimis tantum temporibus anno nempe MDCCLXXI. unus ex eis privilegium, atque jus hujusmodi destruere adnixus fuit, ineundo locationem perpetuam super una parva apotheca cum parva itidem interiori mansione, quae ab archiconfraternitate SSmae Trinitatis peregrinorum, et convalescentium de urbe illius domina proprietaria jampridem locata fuerat, eamque propterea pacifice obtinebat Angelus Aron Benedetti, qui prompte debitas pensiones persolverat: novus siquidem conductor, ut dictum Angelum Aron praecedentem conductorem, et possessorem repelleret, pensiones dictae apothecae, ac mansionis interioris, hac de re, augere, voluit, atque promisit. Verum pro parte dictae universitatis, atque ipsius Angeli Aron, nec non Isaac Josephi Tedeschi porrectis Nobis super hac re supplicibus precibus, editum fuit rescriptum, quo in locatione ejusdem apothecae et mansionis praefatum Angelum Aron praeferendum esse declaravimus, ac alias prout ex eodem rescripto, atque decreto postmodum, die nempe decimatertia augusti MDCCLXXI. desuper lato a dilecto filio Nostro Jannario modo Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali De Simone nuncupato auditore Nostro, cujus quidem decreti, ac respective memorati rescripti tenor est, qui sequitur, nempe.

Januarius De Simone.

Tenor rescripti auditoris sanctissimi, qui litem dirimit super praelatione inquilino tribuenda in jure perdurandi in locatione etiam perpetua.

§. 8. Januarius De Simone Smi dni Nostri papae auditor, ab eodem Smo specialiter electus, et deputatus: universi, et singuli hoc praesens publicum decreti instrumentum lecturi, visuri, legique pariter audituri; noverint; qualiter unus ex cursoribus retulit in scriptis se die viii. augusti MDCCLXXI. pro parte, et ad instantiam universitatis hebraeorum urbis, ac Angeli Aron deBenedictis, et Isaac Josephi Tedeschi principalium, sive etc. coram Nobis per acta infrascripti notarii citasse dominum AngelumContinenza exadverso procuratorem assertum venerabilis archiconfraternitatis sanctissimae Trinitatis peregrinorum urbis exadverso principalis, ac Emmanuelem Modigliano exadverso principalem, ac alias omni etc. ad dicendum contra memoriale cum rescripto Sanctissimi, et pro hujusmodi effectu etiam in executionem Bullae sanctae memoriae Clementis VIII. sub data v. junii MDCIV., qua impertitur privilegium hebraeis universitatis Ghetti urbis, ne a domibus, et apothecis conductis expellantur, nisi in casu morositatis in solutione pensionum, mandari, rescindi instrumentum locationis perpetuae per dictam venerabilem archiconfraternitatem stipulatum die xxiii. martii currentis anni per acta Pauletti notarii capitolini favore dicti Emmanuelis Modigliano apothecae cum parva retromansione jam per eamdem archiconfraternitatem locatae dicto Angelo Aron Benedetti, dictumque instrumentum locationis, omniaque pacta in eodem apposita declarari non mereri ullam executionem ad effectum impediendi manutentionem favore ejusdem Angeli Aron

Benedetti in detentione, usu, et exercitio ejusdem apothecæ, et domus, et respective ad effectum impediendi executionem dictæ Bullæ sanctæ memoriæ Clementis VIII. et interim sibi inhiberi in forma, ne audeant aliquid innovare coram quocumque judice, et tribunali super prætensa evacuatione instantium ab eadem apotheca, et domo sub pœnis etc. et decretum etc. ad primam diem etc. = qua adventa delatione facta comparuit dominus Paschalis de Dominicis procurator petiit ut supra = ex tunc nos mandavimus exequi rescriptum editum ex audientia Sanctitatis Suæ sub hodierna die 13. augusti tenoris sequentis videlicet = Sanctissimus oratricis precibus inclinatus benigne annuit pro prælatione Angeli Aron Benedetti in contractu locationis, de quo agitur, juxta petita: et pro hujusmodi effectu præficit eidem Benedetti terminum unius mensis ab hodierna die decursuri ad conficiendum cum archiconfraternitate sanctissimæ Trinitatis peregrinorum urbis instrumentum locationis conductionis sub iisdem tamen omnino pactis, conditionibus, et obligationibus appositis in simili contractu inter ipsam archiconfraternitatem et Modiglianum inito sub die 23. martii proximi, ita cæteroquin, ut jam impertitum super hoc ipso contractu beneplacitum apostolicum valeat, et applicatum censeatur, et sit pro prælatione favore nominati Benedetti ut supra stipulanda; contrariis quibuscumque non obstantibus. Declaravit vero Sanctitas Sua, quod si per eumdem Banedettum steterit, quominus infra præfixum, ut supra, mensis terminum prælationis instrumentum conficiatur, hoc rescriptum perinde debeat haberi ac si nunquam emanasset = et amplius,principalibus. ec.= Quæ omnia, et singula præmissa vobis omnibus, et singulis supradictis tenore præsentium intimamus, insinuamus, et ad vestram notitiam deducimus; deducique, volumus, et mandamus, ne de præmissis ignorantiam ullo unquam tampore allegare possitis, seu præsumere valeatis: Taliter etc. In fidem etc. Datum Romæ ex ædibus nostris in palatio apostolico montis Quirinalis hac die xiii. augusti MDCLXXI.

I. de Simone auditor,

Loco ✠ signi.

Placentinus de Montibus notarius.

§. 9. Ut autem sicut eadem exposition subjungebat præmissa omnia tam in præinsertis literis ipsius Clementis prædecessoris concessa, et elargita, quam in præinsertis pariter rescripto, et decreto constituta, disposita, et declarata firmius subsistant, et serventur exactius, dicti exponentes ea apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, et quatenus opus sit, illa denuo per Nos concedi, ac insuper ne quæcumque etiam renunciatio juri inquilinatus emissa obstare ullo modo possit conductori pariter declarari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ pro confirmatione Clementinæ constitutionis, et rescripti ordinis sanctissimi.

§. 10. Nos igitur eorumdem exponentium quieti consulere volentes, audita super præmissis relatione, ac voto venerabilis fratris Nostri Karoli episcopi Sabinensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Rezzonico nuncupati, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarii, præinsertas literas ejusdem Clementis prædecessoris, atque rescriptum, et decretum pariter præinserta cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, atque quatenus opus sit, ipsis exponentibus, et particularibus dictæ universitatis ea de novo concedimus, et indulgemus, ac præterea quamcumque renunciationem juri inquilinatus, sive usque adhuc emissam, sive in posterum quandocumque emittendam, dummodo conductores dictarum domorum conventas pensiones prompte persolvant, nullius roboris, ac momenti esse, neque eisdem conductoribus ullo modo præjudicium aliquod inferre, aut obstare posse auctoritate, et tenore prædictis declaramus, statuimus, et ordinamus.

Omnia confirmat Pontifex, et etiam de novo concedit si ta opus erit.

§. 11. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super

Clausula sublata, et decretum irritans.

his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Clemens prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona maii MDCCLXXIII., pontificatus nostri anno quarto.

Dat. die 30. martii 1772. Anno IV.

CCXXXVI.

Facultas fratribus conventus de Xerez ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum in civitate Pacensi existentis exequendi onera, et legata pia in eorum conventu, quæ in aliis erant relicta.

Clemens PP. XIV:

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Josephus Freyre de Andrade sacerdos, et frater expresse professus, ac minister provincialis provinciæ Beticæ ordinis fratrum sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum, quod cum conventus civitatis Pacensis ejusdem ordinis, et provinciæ una cum suis redditibus, fructibus, et bonis unitus fuerit alteri conventui ordinis, et provinciæ hujusmodi in oppido civitate Xerez della Frontera vulgo nuncupata Hispalensis diœcesis existente; hinc facultatem adimplendi in secundo dicto conventu, ejusque ecclesia omnia onera spiritualia, legata pia, fundationes, seu memorias spirituales relicta, seu relictas in primodicto conventu Pacensi, non obstante contraria quacumqua voluntate, etiam cum clausula irritanti in suis respective fundationibus, ac dispositionibus apposita idem Antonius Josephus sibi per Nos concedi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, at ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ.

§. 2. Nos igitur ipsum Josephum Antonium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forta incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nunc, et pro tempore existentibus fratribus memorati conventus oppidi Xerez de la Frontera ordinis, et provinciæ prædiatorum, ut ipsi in eo, ac in illius ecclesia omnia onera spiritualia, legata pia, fundationes, seu memorias spirituales relicta, seu relictas, atque arectas in memorato conventu Pacensi, quacumque contraria lege fundationum, dispositionum, et voluntatum ac pœna, et irritantibus clausulis in eis appositis minime obstantibus, exequi, et adimplere libere, ac licite possint, et valeant, plenam, et amplam facultatem, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Roboratio concessionis.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, ac fundatorum etiam ultimis voluntatibus, quibus quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictorum conventuum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam ma- Derogatio contrariorum.

jorem sub annulo piscatoris die trigasima martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 1. aprilis 1773. Anno IV.

CCXXXVII.

Confirmatio concordiæ, quoad scholas seminarii, et civitatis Eugubinæ initæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Decet romani pontificis providentiam, ut dissidiorum occasiones, quæ præsertim juventutis educationi, et mutuæ inter pastorem, et gregem charitati officere possent, sua auctoritate removeat, ea disponendo, quæ conciliandis animis, et promovendis literis magis noverit opportuna.

Controversia suborta inter episcopum, et communitatem super executione concordiæ diei 7 julii 1692 pro unione scholarum seminarii et civitatis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, judicialis orta esset controversia inter venerabilem fratrem episcopum Eugubinum, et dilectos filios communitatem, et homines civitatis ejusmodi, super executione, vel rescissione instrumenti conventionis initæ die septima julii 1692. ab eorum respective antecessoribus pro unione scholarum seminarii, ac civitatis, et sententia in judicio possessorio prodiisset in tribunali dilecti itidem filii causarum curiæ cameræ apostolicæ generalis auditoris per acta Placentini de Montibus die decima octava septembris 1770. favore prædictæ communitatis pro executione ejusdem instrumenti, et adversus illam idem episcopus adire parabatur signaturæ justitiæ tribunal pro suspensiva obtinenda appellatione.

Praeceptum componendi litem amicabiliter, et tenor initæ conventionis.

§. 3. Nos litem hujusmodi per dilectum filium Nostrum Januarium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum cardinalem de Simone nuncupatum tunc auditorem Nostrum avocari præcipimus, et committi venerabili fratri Francisco archiepiscopo Patracensi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositæ, secretario, ut rem componeret de bono, et æquo, prout studiosæ juventuti tum seminarii, cum civitatis magis in Domino expedire judicasset. Idem autem Franciscus archiepiscopus Nostris hujusmodi parendo mandatis, pluribus habitis congressibus cum uniuscujusque partis defensoribus nonnullas conventiones communi placito efformavit, quarum tenor est qui sequitur nempe.

§. 4. I. Quod homines, et communitas prædicti omnes peractæ litis expensas, quæ de jure essent reficiendæ, seminario condonent. Condonatio expensarum

§. 5. II. Quod antiquæ conventiones initæ anno 1692. suum sortiantur effectum ad totum annum 1771., cumque communitas, post clausuram seminarii sequutam die prima novembris 1769. solvisset magistro humanarum literarum, et rethoricæ scuta 173. 33., et alia scuta 13. magistro rudimentorum, pro salario, ad quod juxta prædictas conventiones, consuetudinem, et sententiam auditoris cameræ tenebatur seminarium, idcirco ab eodem seminario restituenda forent communitati scuta 160. 33. pro integra hujus damni emendatione, ac etiam pro lucro cappellæ seminarii, quo caruit magister prædictus, condonato residuo. Antiquæ conventionis executio sub expressis cauthelis, et reservationibus usque ad annum 1771.

§. 6. III. Quod a die prima januarii 1772. in posterum resolutæ censeantur omnes prædictæ conventiones antiquæ, omnisque sublata communio contributionis stipendiorum, novaque deinceps servetur communio loci dumtaxat, ita ut magistri a communitate non minus, quam a seminario conducti, docere teneantur in ædibus seminarii seminaristis promiscue, et sæcularibus, sive clericis extra seminarium degentibus. Post ann. 1772 resolutæ habentur conventiones antiquæ, et novæ subrogantur, ut in solo seminario doceatur.

§. 7. IV. Quod ibidem tres continuo doceant magistri a seminario conducti, per episcopum singulis annis eligendi, vel confirmandi, unus totius grammaticæ, alter theologiæ scholasticæ, vel moralis arbitrio episcopi, tertius cantus ecclesiastici. Electio magistrorum a seminario conductorum.

§. 8. V. Quod similiter tres sint magistri a communitate conducti, et a generali consilio singulis annis eligendi, vel confirmandi, ad formam statuti, quorum unus ibidem doceat prima literarum, et grammaticæ rudimenta, alter humaniores literas, et rethoricam, tertius philosophiam. Electio aliorum magistrorum a consilio eligendorum.

§. 9. VI. Quod prædicta magistrorum electio, vel confirmatio libera utrique sit respective episcopo, et generali consilio, sine ullius dependentia ab altero; at si magistri defecerint in officio, vel reprehensibiles fuerint, quemadmodum episcopus ad instantiam communitatis, ita communitas ad requisi- Promiscue dependentia in simplici reprehensione magistrorum, qui defecerint.

tionem episcopi, pro suis respective dependentibus, opportune providere teneantur; ita tamen, ut nullum inde præjudicium allatum intelligatur juribus, quæ episcopo competunt super publicis scholis, et magistris ad formam sacrorum canonum, et sacri concilii Tridentini, quæque semper præservata censeantur, et in suo robore plene permanere debeant.

Providentia quoad electionem magistrorum pro opere pio Sperella.

§. 10. VII. Quod episcopus, et vexilliferi justitiæ pro tempore, qui simul sunt præpositi operi pio nuncupato congregatio Sperella, curare debeant, ut professores arithmeticæ, et scribendi, ac institutionum utriusque juris, qui ab eodem opere pio stipendium accipiunt, doceant pariter, ut antea, in ædibus seminarii, servata tamen quoad eorum electionem voluntate præsulisSperelli pii fundatoris, citra ullam innovationem.

De expensis a seminario, et communitate subeundis.

§. 11. VIII. Quod præter ostiarium posthac a seminario conducendum, nec ipse, nec communitas ad majores teneantur sumptus, quam nunc subeunt, ratione stipendii magistrorum.

De inspectoribus scholarum deputandis.

§. 12. IX. Quod duo, ut antea a communitate eligi possint scholarum ispectores, ad formam statuti, et consuetudinis enunciatæ in instrumento anni 1692.; et tam inspectores prædicti, quam magistratus civitatis, vel conjunctim, vel divisim possint pro libitu scholas invisere, etiam magistrorum seminarii, et scholares examinare, exceptis iis, qui privative subsunt episcopo ad formam sacri concilii Tridentini.

De Tabella efformanda dierum in quibus vel lectiones, vel vacationes habeantur.

§. 13. X. Quod episcopi simul, et magistratus, ac inspectorum prædictorum communi placito, nova efformanda sit tabella dierum, in quibus lectiones, aut vacationes habendæ sunt, in singulis scholis affigenda.

De veteribus conventionibus in reliquis servandis.

§. 14. XI. Quod præter supradicta in reliquis serventur conventiones, ut supra, initæ in instrumento die 7. julii 1692., quod confirmatum hic censeatur in omnibus, quæ præmissis non adversantur.

De apostolica confirmatione impetranda circa novas conventiones.

§. 15. XII. Quod damnum hujusmodi novæ conventiones, et concordia perpetuo servari debeant inter seminarium, et communitatem, et pro majori illarum firmitate Nostram, et Sedis apostolicæ approbationem, et confirmationem communibus sumptibus procurare teneantur per literas apostolicas in forma Brevis.

Confirmatio apostolica.

§. 16. Nos igitur earumdem conventionum seriem perpensa, illasque utrique parti proficuas, et restaurandæ paci, promovendisque literis idoneas judicantes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præinsertas conventiones omnes, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Eidemque Francisco archiepiscopo nunc, et pro tempore existenti memoratæ congregationis secretario committimus, et mandamus, ut easdem conventiones a Nobis, sic, ut præfertur, confirmatas, ab iis, ad quos spectat, perpetuo faciat inviolabiliter observari.

Clausulæ salutares, et decretum irritans.

§. 17. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quacumque auctoritate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstant. constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoras præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud

sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die prima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 3. aprilis 1773. Anno IV.

CCXXXVIII.

Confirmantur costitutiones recentiores pro fratribus ordinis minorum sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum provinciarum Franciæ editæ seu conditæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Ineffabili Dei bonitate in supremo apostolatus solio præsidentes, inter postoralis officii Nostri curas, illam potissimum a Nobis omplectendam esse putamus, per quam Christifidelium sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium felici directioni, ac gubernio consulitur, et quæ in id pie, prudanterque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis præsidio roboramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Anselmus Lorette procurator generalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia Discalceatorum, et Recollectorum nuncupatorum, quod cum novissime in comitiis generalibus omnium provinciarum Recollectorum dicti ordinis in regno Franciæ existentium absolutum sit opus recentiorum constitutionum generalium, quibus ea omnia, quæ in antiquis illarum statutis, inspecto præsenti rerum statu, mutatione, aut correctione indigere deprehensum fuerat, quæque ratione temporum, et circumstantiarum perfectæ earumdem provinciarum uniformitati minime conveniebant, ita correcta, et emendata sunt, ut nil quidquam a regula, et instituti substantia detractum, imo vero priscum illarum decus restitutum, et auctum dignoscatur; hinc, ut recentiores constitutiones prædictæ firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri idem exponens plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem tam venerabilis fratris Nostri Joannis Francisci episcopi Prænestini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Stuppani, quam dilecti filii Nostri Aloisii ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati dicti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris attenderunt, consilio, recentiores constitutiones prædictas in comitiis generalibus earumdem provinciarum regni Franciæ pro iisdem provinciis, ut præfertur, editas auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ salutares pro plena observantia concessionis.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Qui-

bus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem majorem sub annulo piscatoris die tertia aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28. aprilis 1773. Anno IV.

CCXXXIX.

Confirmatio cessionis ecclesiæ veteris ssmæ Trinitatis oppidi Podii Mirteti in favorem fratrum ordinis s. Francisci Conventualium a confraternitate ssmi Sacramenti ejusdem oppidi factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status ecclesiarum ante cessionem

§. 1. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Innocentius Salomoni minister provincialis, et commissarius generalis provinciæ romanæ ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, ac fratres conventus sancti Valentini oppidi Podii Mirteti nullius diœcesis abbatiæ sanctæ Mariæ Farfensis in districtu Urbis ejusdem ordinis, quod cum alias parochialis, et collegiata ecclesia sanctissimæ Trinitatis dicti oppidi integra denuo ædificata sub titulo, seu invocatione Assumptionis beatæ Mariæ virginis fuisset, tunc existentes archipresbyter, et canonici, translata a veteri ad novam ecclesiam hujusmodi animarum cura, veterem ecclesiam prædictam sanctissimæ Trinitatis dederunt, ac cesserunt societati sanctissimi Sacramenti ejusdem oppidi, ea tamen adjecta lege, ut societas præfata propriis expensis augustissimum eucharistiæ sacramentum in veteri ecclesia, lampade semper accensa, retineret, ac dicta vetus ecclesia pro tempore existentibus archipresbyteris memorati oppidi subjecta esse deberet, et alias prout in instrumento die 21. augusti 1721. a quondam Angelo Cosimati desuper stipulato, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Concessio facta ordini minorum s Francisci, et ratio ipsius concessionis.

§. 2. Dilecti vero filii moderni confratres dictæ societatis, ut novum erga Nos singularis eorum devotionis exiberent argumentum, simulque demostrarent peculiarem affectum, quo ipsi prosequuntur universum ordinem minorum sancti Francisci, illumque præsertim Conventualium nuncupatorum, cujus fratres duobus ab hinc sæculis in oppido prædicto commorati sunt, et nunc quoque commorantur, in congregatione habita die VI. præteriti mensis januarii, animo etiam ipsi perpendentes, quod ex accepta cessione veteris ecclesiæ prædictæ eadem societas nil aliud sane peregerat, quam sibi non leve onus imponere, propriis sumptibus ecclesiam hujusmodi, ejusque sacra supellectilia, una cum lampade accense conservandi, et sacristam retinendi, quæ omnia simul sumpta annuam spectabilem quantitatem constituebant, itaut dicta societas tot oneribus pressa eodem decenti modo, quo reliquæ societates ejusdem oppidi in publicas processiones incedunt, apparere minime posset, ac indeclinabile pondus præsertim subsidiorum dotalium subire minime valeret.

Leges concessionis.

§. 3. Ideoque dicti confratres eamdem veterem ecclesiam sanctissimæ Trinitatis in memorata congregatione, ut præfertur, habita cedere statuarunt eisdem fratribus conventus sancti Valentini ordinis minorum sancti Francisci Conventualium, his tamen sub conditionibus, videlicet, ut præfata societas nil aliud cessisse intelligeretur, quam ecclesiæ hujusmodi muros tantum, pro se retentis omnibus redditibus ipsius societatis, ac præterea, ut transferenda esset ad memoratam novam ecclesiam, in qua dicta societas in posterum residebit, omnia sacra supellectilia, et quæcumque onera missarum, jura, et actiones, quæ sibi ejusdem ecclesiæ veteris, vel alio quocumque titulo competere possent, reservata ei quoque una ex campanis in dicta ecclesia veteri existente, et in loco eidem bene viso ponenda; declaratione addita, quod concessio hujusmodi nec posset, nec deberet præjudicium inferre juri subjectionis ipsius ecclesiæ veteris, quod in ea, ut præmittitur, obtinent archipresbyter, et canonici prædicti, super quo, et super aliis juribus, quæ ipsis competere possent, illa capitula, illæque conventiones inter eos, ac fratres

conventus hujusmodi ineundæ essent, quæ tam parochialibus, quam aliis juribus præjudicium minime inferrent, ac quoties ipsi inter se quoad hæc minime convenirant, ejusdem ecclesiæ veteris concessio pro nulla haberetur.

Ulteriores declarationes onerum impositorum.

§. 4. Itidem declaratum fuit, ut cappellanus transferendus esset ad novam ecclesiam parochialem cum omnibus illis oneribus, quæ de præsenti habet, et quemadmodum superioris auctoritas præscripsisset; excepto tamen dilecto filio Dominico Spinelli moderno cappellano hujusmodi, cui libertatem suo arbitrio in dicta ecclesia permanendi, suumque officium ibidem exercendi memorati confratres tribuerunt.

Preces porrectæ pro confirmatione concessionis.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ex conditionibus in dicta cessione, ut præfertur, adjectis, vel lites postmodum, et controversiæ oriturae sint, vel ejusdem ecclesiæ veteris decus diminutum reddatur, hinc dicti exponentes præfatam cessionem ecclesiæ hujusmodi ab ipsa confraternitate, ut præmittitur factam, temperatis tamen ad perpetuam tranquillitatem, ac pacem assequendam, nec non ejusdem ecclesiæ decus conservandum, conditionibus prædictis, per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 6. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memorati instrumenti, nec non cessionis a dicta societate, ut præfertur, initæ una cum conditionibus in ea contentis tenores præsentibus pro plene, et sufficienter, et de verbo ad verbum expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatam cessionem ecclesiæ sanctissimæ Trinitatis veteris nuncupatæ oppidi Podii Mirteti a dicta societate in congregatione, ut præfertur, habita die sexta præteriti mensis januarii favore eorumdem exponentium factam, juxta tamen sequentes Nostras declarationes, et dispositiones auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eique perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, et omnes, ac singulos juris, et facti, atque solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intarvenerint supplemus, at sanamus.

Declarationes salutares pro eliminandis litibus.

§. 7. Ne itaque ulla in posterum oriri possit lis, et controversia per easdem præsentes volumus, et declaramus, quod cum societas quoque sub invocatione ssmi Rosarii dudum jam canonice, sicuti asseritur, in dicta ecclesia veteri erecta fuerit, onusque habeat recitandi nonnullis diebus intra hebdomada, ac etiam quotidie Rosarium B. M. Virginis, hinc, ut hujusmodi cultus, et erga eamdem beatam Virginem devotio perpetuo maneat, et conservetur, facultatem eisdem fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium quotannis dominica prima octobris peragendi, ut moris est, publicam processionem, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Consulitur decori cappellæ ss. Rosarii existentis in veteri ecclesia.

§. 8. Ac præterea, ut decus quoque cappellæ ssmi Rosarii in eadem ecclesia veteri existentis sartum tectumque permaneat, omnia onera missarum addicta eidem cappellæ, seu altari, ibidem adimplenda quoque in futurum semper esse statuimus, atque decernimus; nec non ad majorem publicam totius populi commoditatem campanæ, omnes nunc existentes in turri campanaria dictæ ecclesiæ veteris, ne ab ea ullo unquam tempore amoveri possint, pari auctoritate, et tenore prohibemus, et interdicimus. Secuto vero obitu memorati Dominici moderni cappellani prædictæ ecclesiæ veteris (reservato jure nominandi ejus successorem iis, ad quos legitime spectat) omnia onera missarum una cum redditibus, ac privilegiis, quibus ipse Dominicus nunc fruitur, potitur, et gaudet, in memoratos fratres ordinis minorum conventualium transire debere itidem statuimus, et declaramus, atque insuper volumus, ut alia etiam onera missarum, seu cappellaniæ relictæ in memorata ecclesia veteri ssmæ Trinitatis ibidem quoque futuris temporibus in ejusdem ecclesiæ decus omnino permaneant; salvo tamen iis, ad quos pariter legitime spectat, jure pro celebratione missarum, sive ad cappellanias hujusmodi nominandi cappellanos sibi benevisos etiam ex fratribus ordinis, at conventus prædictorum. Ne autem successu temporum ullum unquam oriri possit dubium, tam quoad jus tumulan-

di, seu sepeliendi cadavera defunctorum, quam quoad alia jura, quæ in præfata ecclesia ssmæ Trinitatis nunc obtinet memoratus archipresbyter, statuimus, et mandamus, ut omnia jura, quibus fratres prædicti in eorum ecclesia sancti Valentini nunc utuntur, potiuntur, et gaudent, pari forma, et absque ulla prorsus differentia in ecclesia quoque veteri ssmæ Trinitatis perpetuo uti, frui, potiri, et gaudere libere, ac licite ipsi possint, et valeant.

Conditiones, et onera quibus subesse debent confratres ss. Rosarii, quoties ad novam ecclesiam transire velint.

§. 9. Quod si prædicti confratres confraternitatis sanctissimi Sacramenti a prædicta veteri ecclesia ab eis, ut præfertur, eisdem fratribus cessa, ad aliam ecclesiam novam communiter nuncupatam transire velint, id utique facere possint, secum transferendo id totum, quod in sola proprietate ad eamdem confraternitatem pertinet, non autem cætera, quæ propria sunt ecclesiæ veteris prædictæ. Verum quia admodum conveniens, quinimo, et necessarium videtur, quod ipsi fratres, qui eidam ecclesiæ veteri sanctissimæ Trinitatis, ut præfertur, eis cessæ inserviunt, ejusque onera adimplere, ac processiones sancti Antonii, at sancti Josephi a Cupertino, aliasque ecclesiasticas functiones juxta proprii ordinis usus, et consuetudines peragere debent, aliquod habeant ai proximum cœnobium, in quo ipsi commorantes onera quoque missarum adjecta ecclesiæ eorum conventus sancti Valentini adimplere valeant; hinc auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, ut missæ omnes, sive ad altare sanctissimi Rosarii, sive ad altare sanctissimi Sacramenti in dicta ecclesia veteri sanctissimæ Trinitatis celebratæ suffragentur, et suffragari debeant, ae habeantur, perinde ac si in quocumque ex præscriptis altaribus dictæ ecclesiæ sancti Valentini celebratæ fuissent, eosdem fratres, tam jure lignandi, et medicamina in eorum infirmitatibus assequendi, quam omnibus aliis juribus, privilegiis, gratiis, et concessionibus, quæ sibi a dilectis filiis communitate, et hominibus memorati oppidi usque ab initio eorum receptionis in territorio Podii Mirteti quomodolibet tributa, et elargita fuerunt, in eadem quoque ecclesia veteri sanctissimæ Trinitatis, ejusque hospitio, seu conventu frui, potiri, et gaudere omnino debere volumus, atque sancimus.

Clausulæ præservativæ, et salutares.

§. 10. Et juxta præmissas Nostras omnes declarationes, dispositiones, et ordinationes præfatam cessionem dictæ ecclesiæ veteris sanctissimæ Trinitatis a memorata confraternitate eisdem fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium factam, ut præfertur, non obstantibus conditionibus in eadem cessione appositis, quibus per præsentes derogamus, accipiendam, intelligendam, ac semper perpetuis futuris temporibus exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, jubemus, atque mandamus.

Exemptio literarum a vitio obreptionis, vel subreptionis.

§. 11. Decernentes ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, licet memorati archipresbyter, capitulum, et canonici, atque dicta confraternitas, et confratres ad ea vocati, citati, et auditi non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis vitio, ae nullitatis, alioque defectu impugnari, et retractari, seu in controversiam revocari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere, ae illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ae irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio omnium in contrarium facientium.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non sociatatum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ae insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub

annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28. aprilis 1773. Anno IV.

CCXL.

Confirmatio, et renovatio prohibitionis alias a Clemente XI. factæ, ne quaelibet persona sub pœna excomunicationis ingredi possit in monasterium monialium Carmelitarum civitatis sanctæ Fidei in Indiis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum pro consequenda revocatione ad observatiam constitutionis Clementinæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ moniales ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Excalceatæ nuncupatæ civitatis sanctæ Fidei de Bogota in Indiis occidentalibus, quod cum regularis earum vivendi ratio in eo potissimum versetur, ut a mundanis rebus alienæ in silentio vitam solitarie ipsæ ducant, neque puellæ educationis causa illarum monasterium ingrediantur; hinc alias anno nempe MDCCXIX. felicis recordationis Clemens pp. XI. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas ad preces tunc existentium monialium dicti monasterii sub certis tunc expressis pœnis prohibuit, ne quæcumque persona monasterium hujusmodi ingredi valeret, ac alias prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictarum literarum dispositio in desuetudinem abiisse nunc dignoscatur, ipsæ vero exponentes, ut clausura, et monasterii disciplina rigorose observetur, et religiosi earum quieti consultum sit, omnisque distractionis præcidatur occasio, opportune a Nobis in præmissis opportune provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderant.

Confirmatur constitutio, et etiam novæ adjiciuntur cauthelæ

§. 2. Nos piis earumdem exponentium votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, easque specialis favore gratiæ prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas prædicti Clementis prædecessoris literas prohibitionem hujusmodi continentes, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et innovamus, illisque apostolicæ firmitatis vim, robur, et efficaciam adjungimus, ac literas prædictas, et in eis contenta quæcumque adversus quemcumque non usum, seu desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam etiam forsan publicam, ac notoriam, ac quantolibet tempore tolleratam in integrum, et pristinum statum restitulmus, et plenarie reintegramus, illasque perpetuo inviolabiliter; et inconcusse observari præcipimus, et mandamus, et quatenus opus sit, ne de cætero absque speciali Sedis apostolicæ facultate ulla persona cujusvis status, gradus, ætatis, et conditionis monasterium prædictum sub quovis prætextu, quæsito colore, occasione, et causa etiam educationis, et expectandi tempus suscipiendi habitum regularem, neque quisquam quavis superioritate, officio, aut dignitate fungens, ullam personam etiam ex nobili sanguine procreatam, sive conjugatam, sive innuptam in monasterium hujusmodi introducere, seu, ut introducatur permittere audeat, seu præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrendæ pœna, a qua nemo absolutionis beneficium, nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus, obtinere queat, auctoritate apostolica, tenore præsentium prohibemus, et interdicimus.

Sanctio pœnalis.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ dictus Clemens prædecessor in suis literis præfatis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud san-

ctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 28. aprilis 1773. Anno IV.

CCXLI.

Erectio provinciæ Lusitanæ ordinis Beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo fratrum Discalceatorum nuncupatorum in novam congregationem Lusitanam nuncupandam.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna Sedis apostolicæ benignitas quieti, ac tranquillitati omnium Christifidelium, ac eorum præsertim, qui divinis obsequiis mancipati sunt, consulere satagit, et catholicorum principum id anhelantium votis libenter annuit, sicuti personarum, et locorum circumstantiis mature perpensis, in Domino salubriter expedire arbitratur.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi per dilectum filium Franciscum de Almada, et Mendoza commendatarium militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium Nobis expositum fuit, quod cum Lusitana provincia sancti Philippi nuncupata ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum quam maxime distet a conventu ejusdem ordinis in regno Castellæ novæ existente ubi generale capitulum celebrari solet, hinc, attenta nimia paupertate, quam fratres prædictæ provinciæ Lusitanæ profitentur, et colunt, eis fere impossibile redditur, sumptibus ejusdem provinciæ, non solum triennio quolibet quatuor suos fratres ad capitulum generale mittere, sed etiam unus ex eis penes præsulem generalem continuo alere, ac detinere. Hisque accedit, quod propter eamdem locorum distantiam provincia hujusmodi non raro gravissima incommoda, una cum observantiæ regularis detrimento patiatur, dum ob arctissimam in rebus etiam minimis obedientiam frequentissime recurrere debet ad præsules superiores, ac definitorium generale longissime extra regnum Lusitaniæ existentes, pluriesque, experientia teste, evenit, quod omnia, quæ eis communicanda, seu patefacienda erant, minime communicata, seu patefacta fuerunt: ac præterea cum indoles, moresque diversarum nationum dissoni plane sint a Lusitana educatione, inde sequitur, quod ea, quæ ab extero regimine constituuntur, passim non modo inutilia, sed etiam toti provinciæ noxia evaserunt, maximasque insuper dissentiones producere solent.

Resolutio habita in comitiis generalibus provinciæ Lusitanæ.

§. 3. Præmissis itaque omnibus mature perpensis in comitiis dictæ provinciæ Lusitanæ nuperrime habitis in Lisbonensi cœnobio beatæ Mariæ virginis a Remediis nuncupatæ universi fratres in eo legitime congregati putarunt, ut pro justo, ac perfecto regimine tam in spiritualibus, quam in temporalibus ipsius provinciæ nimis necessaria esset illius separatio, ac omnimoda independentia erga exteros præsules, quibus subjecta reperiebatur, hancque propterea separationem, una cum facultate condendi communi consilio eas leges, et constitutiones, quæ majorem primitivæ regulæ observantiam, ac Christi fidelium ædificationem, Deique gloriam respiciant, a nobis petendam esse dicti fratres in eisdem comitiis provincialibus congregati censuerunt. Cum autem dilecti filii moderni prior provincialis, ac definitores provinciales dictæ provinciæ humiliter Nobis supplicari fecerint, ut præfatam separationem, una cum facultate condendi leges, et constitutiones prædictas, de benignitate apostolica dignaremur; idque etiam ipse Josephus rex pro eximia, qua pollet, pietate, et singulari fratrum prædictorum quietis, ac tranquillitatis studio plurimum desideret.

Exemptio a jurisdictione cujuscumque exteri superioris.

§. 4. Nos ipsis ejusdem Josephi regis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, et priorem, definitoresque prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratam provinciam Lusitanam sancti Philippi nuncupatam ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, ejusque conventus, domos, et fratres a quacumque jurisdictione, subjectione, cor-

rectione, obedientiæ, et visitatione cujuscumque exteri superioris generalis dicti ordinis auctoritate apostolica tenore præsentium eximimus, et liberamus, eamdemque provinciam sic exemptam, liberatam, sejunctam, et separatam in novam congregationem Lusitanam nuncupandam ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum auctoritate, et tenore prædictis erigimus, ac instituimus.

Facultas condendi leges, et constitutiones ad tramites sacrorum canonum, et conciliorum decretorum

§. 5. Præterea fratribus novæ congregationis Lusitanæ hujusmodi sic a Nobis per præsentes, ut præfertur, erectæ, atque institutæ facultatem juxta regulares sui ordinis constitutiones apostolice auctoritate confirmatas sibi eligendi generalem, ac definitores, aliosque superiores generales, qui congregationem ipsam dirigere, atque gubernare possint, ac debeant, pari auctoritate, et tenore concedimus, et indulgemus; simulque eisdem fratribus potestatem pro recto gubernio, ac regimine novæ congregationis hujusmodi, communi consilio condendi eas leges, et constitutiones, quæ sacris canonibus et conciliorum decretis non adversentur, sed majorem primitivæ regulæ observantiam, Christifidelium ædificationem, et Dei gloriam respiciant, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Præceptum de exhibendis legibus, et constitutionibus, Sedi.

§. 6. Volumus autem, quod novæ leges, atque constitutiones hujusmodi Nobis, et apostolicæ Sedi exhibeantur, ut stabili inde apostolice approbatione possint confirmari.

Clausulæ salutares.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et dictæ Sedis nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octave aprilis millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLII.

Dat. die 8. maii 1773. Anno IV.

Confirmatio suppressionis confraternitatis sanctæ Catharinæ Castri sancti Petri Bononiensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Vetus agendi methodus confraternitatis laudatur.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Nostri Vincentii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsbyteri cardinalis Malvetii nuncupati metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis expositum Nobis fuit, quod dudum in Castro sancti Petri Bononiensis diœcesis jam erecta reperiebatur confraternitas sub titulo, seu invocatione sanctæ Catharinæ, cujus confratres Deo inservientes plura pietatis, et charitatis opera antiquitus exercebant, dotalia subsidia usque ad quantitatem librarum circiter quinquaginta pauperibus puellis distribuendo, ac copiosas eleemosynas dando, ac præter medicamenta, quæ ægrotis indigentibus ipsi suppeditabant, opem, auxiliumque hospitali peregrinorum præbere solebant.

Quomodo a piis operibus nuperrime confratres defecerint, memoratur.

§. 2. Progressu tamen temporis diversimode se res habuit, non solum enim bona dictæ confraternitatis haud recte administrata fuerant, ec in eo statu reperiuntur, ut pro illis reparandis, restaurandisque necessaria sit quantitas

librarum circiter quatuor millium; sed etiam minime rectus fuit usus redditnum ejusdem confraternitatis; quippe quia illius confratres quantitatem subsidiorum dotalium tenuissimam sane reddiderunt, eam præterea inter consorores tantum confraternitatis hujusmodi distribuendo, suspensisque eleemosynis, aliisque pietatis operibus, redditus ipsius confraternitatis ipsi, vel inter se diviserunt, vel consumpserunt in lites, ex quibus odia intestina, atque civiles dissentiones inter loci hujus familias exorta fuerunt.

Justam inde surrexisse causam suppressionis constituitur.

§. 3. Ut igitur his malis omnibus remedium aliquod adhiberetur, idem Vincentius cardinalis, et archiepiscopus eximia, qua pollet vigilantie, ac præcipuo pacis, et tranquillitatis studio, non semel, sed bis hac de causa ejus vicarium generalem illuc expedire curavit, deinde occasione pastoralis visitationis ed dictum Castrum sancti Petri se contulit, et posteaquam certe agnovit, et inspexit, quod mala, et inordinationes, in quibus confraternitas ipsa versabatur, nequaquam reparari poterant, re prius serio, ac mature discussa, et enucleata, de suorum convisitatorum consilio, eo bonis omnibus plaudentibus, die deinde nona februarii MDCCLXXII, decretum edidit, quo confreternitatem prædictam suppressit, atque extinxit, ejusque bona, jura, et actiones transtulit, et applicavit hospitali infirmorum nuncupato sancti Francisci de Charitate ejusdem Castri sancti Patri, una cum eorum honoribus, et oneribus, ec alias prout in dicto decreto, cujus tenor est qui sequitur nempe.

In Dei nomine amen.

die ix. februarii MDCCLXXII.

Tenor decreti suppressionis editi a cardinali archiepiscopo Bononiensi.

§. 4. Eminentissimus, et reverendissimus dominus cardinalis Bononiæ archiepiscopus occasione suæ personalis pastoralis novæ visitationis habitæ de ecclesia archipresbyterali Castri sancti Petri, et de locis piis sub illa parœcia existentibus relate ad confraternitatem sanctæ Catharinæ virginis, et martyris in dicto Castro, et sub illa parœcia existente, sequens fecit decretum videlicet.

1.° Ex justis causis moventibus animum eminentiæ suæ reverendissimæ, eadem eminentia sua reverendissima decrevit omnimodam suppressionem istius confraternitatis, ita ut ab hodierna die sit, et reputari debeat omnino extincta; ad quem effectum mandat domino archipresbytero Castri sancti Petri, ut tamquam executor istius decreti, et cum ordinibus eidem per dominum ejus vicarium generalem de mandato eminentiæ suæ reverendissimæ expediendis, transportare faciat omnes libros, scripturas, et documenta quovis modo ad dictam modo suppressam confraternitatem pertinentia, ad ecta notarii sacræ visitationis in iisdem actis asservanda; utensilia vero sacra, mobilia, et alia supellectilia ec., quæ commode asportari poterunt ad civitatem Bononiæ voluit per dictum dominum archipresbyterum quo citiùs fieri possit, tranferri facere, et per ipsum consignari domino cancellario dictæ sacræ visitationis ed effectum, ut ee vendantur, summaque retrabenda erogetur ad commodum infrascripti hospitalis etc. quo vero ad usum ecclesiæ dictæ confraternitatis modo suppressæ, oratorinm eidem adnexum, aliaque, si quæ sint adjacentia eminentia sua reverendissima reservavit sibi omnimodam facultatem de illis disponendi juxta ejus mentem, et placitum.

Incorporatio bonorum favore hospitalis infirmorum s. Francisci de Charitate.

§. 5. 2.° Alia vero bona stabilia cujuscumque generis, vel quæ stabilibus æquiparantur, itemque alii effectus fortasse non comprehensi in superiori decreto, juraque, actiones tam activas, quam passivas eadem eminentia sue transtulit, et applicavit hospitali infirmorum nuncupato sancti Francisci de Charitate ejusdem Castri sancti Petri, cum omnibus, oneribus, piisque dispositionibus, legatis etc. quibus fortasse subjecta erant bona prædicte ex quavis dispositione juris, vel hominis, reservavitque sibi eminentiæ suæ reverendissimæ facultetem præscribendi, et demandandi methodum quoad œconomiam dictorum bonorum, quoad personas, et numerum præsidentium eidem hospitali, et alia omnia, quæ concernere possint tum plenariam executionem istorum decretorum, cum alias quascumque ordinationes, quas in futurum, quoad hoc eminentia sua reverendissima opportunas arbitrabitur.

De mandato eminentiæ suæ reverendissimæ Joannes Baptista Palmieri sacræ pastoralis visitationis cancellarius etc.

Preces porrecta pro confirmatione decreti suppressionis, et assignationis bonorum.

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebet, quo firmius decretum bujusmodi subsistat, et servetur exactius, unaque simul inter ipsius Castri cives pax, et tranquillitas perpetuo maneat, et augeatur, ac præterea

necessitatibus dicti hospitalis infirmorum jugiter sit consultum, idem Vincentius cardinalis, et archiepiscopus prædictum decretum editum, ut præfertur, occasione sacræ visitationis apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Nos piis, ac laudabilibus memorati Vincentii cardinalis, at archiepiscopi votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ejusque pastoralem sollicitudinem in præmissis plurimum collaudantes, auditis desuper opportunis informationibus, nec non serio perpensis juribus nomine dictæ confraternitatis, ejusque confratrum in illorum supplicibus libellis deductis, præinsertum decretum ab eodem cardinali, et archiepiscopo die ix. februarii MDCCLXXII. ut præfertur, editum, una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, at approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, perpetuumque silentium desuper imponimus, ac decretum hujusmodi semper observandum, et exequendum esse volumus, at mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, at obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, at delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, at inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus præmissis, et constitutionibus, ac ordinationibus apostolicis, nec non dictæ confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

CCXLIII.

Datum die 8. maii 1773. Anno IV.

Concessio facultatum pro translatione ecclesiæ patriarchalis Lisbonensis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Reformationes, et suppressiones nonnullarum congregationum canonicorum regularium s. Augustini Portugalliæ.

§. 1. Alias Nos decori, atque utilitati congregationis canonicorum regularium sancti Augustini Portugalliæ consulere volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, novem monasteria ejusdem congregationis a frequentia populi dissita, in quibus plura jam adhibita remedia collapsam regularem observantiam restituere minime valuerant, suppressimus, atque extinximus, eorumque bona omnia stabilia, fructusque, redditus, ac proventus regio conventui de Mafra, in quo fratres ordinis minorum sancti Francisci sub reformatione sancti Petri de Alcantera tunc existebant, univimus, et applicavimus, ut ibidem, ac in aliis monasteriis, quæ majori numero canonicorum hujusmodi referta erant, nempe sancti Augustini de Serra e conspectu civitatis Portugallensis, sanctæ Crucis, et collegii Sapientiæ nuncupati, Colimbriensis, atque sancti Vincentii de Fora Lisbonensis, commodius ac utilius canonici prædicti regularem observantiam custodire possent, at deberent; eumdemque conventum de Mafra; accedente consensu carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi, prædictæ congregationis canonicorum regularium sancti Augustini concessimus, ac in monasterium ejusdem congregationis instituimus.

Mandatum tributum cardinali de Cunha ut de consensu regis omnia peragere, qua

§. 2. Præterea dilecto filio Nostro Joanni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Cosma da Cunha nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Elborensi

necessaria putaret pro executione suppressionum, et reformationum prædictarum congregationum.

ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli commisimus, ut omnia, et singula, quæ necessaria, et opportuna pro executione prædietorum judicasset, de consensu, et consilio eiusdem Josephi regis, faceret, atque decerneret, plenam ad id facultatem ipsi tribuendo, ac elies prout in Nostris literis die quarta julii MDCCLXXI. in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Expositio status veteris patriarchalis ecclesiæ.

§. 3. Nuper autem pro parte ipsius Josephi regis Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almeda, et Mendoza commendatarius militiæ Domini Nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc senctam Sedem minister plenipotentiarius, quod, cum regia cappella, quæ jam pridem patriarchalis ecclesiæ usui destinata reperiebatur enno MDCCLXXV. propter terræ motus ruinam passa fuisset, atque vix numerabili impensa, ecclesia, domibusque patriarchalibus deinde constructis in loco vulgo nuncupato la Cotovia, omnia hæc a meximo incendio secuto anno MDCCLXVIII. consumpta rem.nsissent, et quamvis officiatura ecclesiæ patriarchalis prædictæ ed non adhuc perfectam ecclesiam monesterii ordinis sancti Benedicti de Salute nuncupati postmodum translata fuisset, magnoque sumptu, extractis ibidem iis omnibus, quæ commoditati patriarchalis ecclesiæ, suorumque principalium,ac ministrorum necessaria dignoscebantur, tamen cuncta hæc mejus, atque vorax incendium superventum enno MDCCLXXI itidem consumpsisset.

Designatio loci pro nova ecclesiæ patriarchali facta a Josepho rege, in altera ex ecclesiis monasterii.

§. 4. Hinc idem Josephus rex post tot, tantasque vicissitudines hujusmodi, pie, prudenterque putavit, uoum seligendum, et constituendum esse locum pro patriarchali ecclesia prædicta non solum magnificentia præstantem, sed ab jam passis periculis magis tutum, neque ad id eptiorem, et opportuniorem adinvenire potuit, quam ecclesiam dicti monasterii sancti Vincentii de Fora præfatæ congregationis canonicorum regularium sancti Augustini, quod, sicut eadem expositio subjungebat, regiæ erat fundationis, et dotationis, ec jurispatronetus cum singulari prærogativa regiæ cameræ nuncupatæ, atque ad ecclesiam, et monasterium hujusmodi patriarchelem, suosque principales, et ministros transferendos esse duxit.

Exceptiones propositæ ab executore literarum apostolicarum.

§. 5. Verum, quia memoratus Joannes cardinalis, et executor in prædictis literis a Nobis, ut præfertur, deputatus agnovit, quod manutentioni oanonicorum regularium monasterii de Mafra, et conservationi collegii studiorum in maximam eorumdem canonicorum utilitatem ibidem regia voluntate erecti, satis minimo erant redditus adhuc extantes menasteriorum suppressorum, et extinctorum ipsius congregationis, oc totum id, quod usque nunc perceptum fuit ex alienatione eorum bonorum, quæ propter distantiam a Mafra nullos reddebant fructus, quinimo sumptus exquirebant; quodque præterea inspecta ædificii monesterii hujusmodi magnificentia, et collegii prædicti necessitate, minime sufficiens apparebat præsens, ac tenuis numerus septuaginta canonicorum regularium, non quidem in une, ec florenti ætate constitutorum; quippe quia, ut provisum sit obligationibus, muneribus, et officiis communitetis hujusmodi, vix centum regulares satis esse videentur; et denique, quod, attenta distantia prædicti monasterii de Mafra, non alia sane qualites redditiuum monasteriorum suppressorum illius usui opportuna dignoscebatur, nisi censuum, contributionum, aliarumque certarum responsionum, itaut non solum deficiet commoditas illa admodum necessaria œconomicæ administrationi communitatis ex magno personarum numero constitutæ, fructuum nempe, aliarumque rerum, quæ ex propriis, et proximis bonis percipiuntur, sed etiam adhuc desideretur una domus, ad quam canonici prædicti in eorum, et collegialium levamen quandoque animi recreandi causa sc valeent transferre.

Consilium initum a rege pro submovendis difficultatibus.

§. 6. Ut igitur necessitatibus tam patriarchalis ecclesiæ prædictæ, quam monasterii de Mafra hujusmodi una simul prospiciatur, idem Josephus rex præfatæ patriarchali ecclesiæ dictum monasterium sancti Vincentii de Fora donare intendit; ita tamen, ut solum eidem monasterio sancti Vincentii consultum sit, sed etiam augeatur patrimonium, quo indiget aliud monasterium de Mafra, quo circa illi uniantur villæ, proventus, redditus, ac jura monasterii sancti Vincentii de Fora prædicti, quæ necessaria judicabantur manutentioni, et conservationi fabricæ, et memoratæ domus, ec una pariter simul canonici regulares nunc commorantes in menasterio sancti Vincentii hujusmodi, aliisque suppressis ad illud Mafræ, aut ad aliud nunc quoque exi-

stens monasterium dictæ congregationis transferantur juxta modum declarandum ipsi Joanni cardinali, cui idem Josephus rex omnes facultates ad præmissa omnia necessarias per Nos concedi plurimum desiderat.

Facultas apostolica regi impertita procedendi ad nutum, et proul melius ad rem expedire putaverit.

§. 7. Nos igitur ipsius Josephi regis votis decus domns Dei, et utilitatem, commoditatemque ejus ministrorum respicientibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eidem Joanni cardinali plenam, liberam, amplam, et omnimodam facultatem, et potestatem quæcumque omnia, et singula respicientia tam patriarchalis ecclesiæ prædictæ translationem, quam eorumdem monasteriorum statum, et bonorum applicationem, ac alia, quæ justa datam sibi a Domino prudentiam in præmissis omnibus, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna esse judicaverit, etiamsi in præsentibus expressa minime sint, de consilio, et assensu ipsius Josephi regis mandandi, faciendi, decernendi, et exequendi, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulis salutaribus concessio roboratur, dempta cuivis judici aliter judicandi potestate.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non patriarchalis ecclesiæ, et monasteriorum, ac congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quarto.

CCXLIV.

Datum die 18. maji 1773. Anno IV.

Prohibitio extrahendi, et commodandi paramenta confraternitatis ssmi Sacramenti Castri s. Heraclii diœcesis Fulginatensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio prohibitionis, et poena adversus contrafacientes irrogata.

§. 1. Conservationi, et manutentioni paramentorum, et ornamentorum confraternitatis ssmi Eucharistiæ sacramenti in ecclesia sancti Marci castri sancti Heraclii Fulginatensis diœcesis canonice, ut asseritur, institutæ quantum cum Domino possumus benigne consulere, ac dilectos filios officiales, et confratres dictæ confraternitatis specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ne de cætero quisquam quavis auctoritate, vel superioritate, aut officio fungens, vasa, calices, candelabra, cruces, aliaque paramenta, et ornamenta, ac supellectilia sacra quæcumque, tam ex auro, vel argento, quam ex alia quacumque alia materia confecta per quoscumque christifideles eidem confraternitati hactenus donata, ac pro ornatu ejusdem ecclesiæ empta, ac in posterum donanda, ac emenda ex hujusmodi ecclesia, et illius sacristia extrahere, et asportare, seu, ut commodentur, et asportentur permittere, aut consentire, sub quovis prætextu, aut quæsito colore, causa, ingenio, ratione, vel occasione audeat, seu præsumat, sub

excommunicationis latæ sententiæ, e qua nemo, nisi e Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente absolutionis beneficium, præterquam in mortis erticulo constitutus valeat obtinere, pœna per contrafacientes ipso facto ebsque elia declaratione incurrenda, auctoritate epostolica, tenore præsentium interdicimus, et prohibemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

De exemplari prohibitionis ad valvas ecclesiæ servando.

§. 3. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis exemplum in valvis dictæ ecclesiæ, vel illius secristiæ, aut in eliquo conspicuo loco, ut ab omnibus cerni, et legi possit, continuo effixum remaneat. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub ennulo piscatoris, die decima tertie maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri enno quarto.

Datum die 13. maji 1773. Anno IV.

CCXLV.

Prohibitio sub pœna excomunicationis Sedi epostolicæ reservatæ ne scripturæ extrahantur ex archivio ecclesiæ sancti Martini Portugellensis civitatis, vel diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii capitulum, et canonici insignis, (ut asseritur) collegiatæ ecclesiæ sancti Martini de Cedofeite vulgo nuncupatæ Portugallensis civitatis, vel diœcesis ipsi archivium habeant, in quo monumente, scripturæ, aut tituli ad eamdem collegiatam ecclesiam pertinentes asservantur, nonnulla vero ex monumentis, scripturis, seu titulis hujusmodi e diversis personis modo in occulto detineantur.

Ratio, et tenor prohibitionis.

§. 2. Idcirco Nos conservetioni, et manutentioni monumentorum, scripturarum, seu titulorum dicti erchivii quantum cum Domino possumus benigne consulere, ipsosque exponentes specielibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas e quibusvis excummunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si

quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus, ne ullo unquam tempore monumenta, scripturas, aut titulos ex archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, eut extrahantur, seu asportentur permittere, aut consentire eudeant quovis modo, vel præsumant sub excommunicationis latæ sententiæ, e qua nemo absolutionis beneficium, præterquam a Nobis, seu romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus valeat obtinere auctoritete epostolica tenore præsentium interdicimus, et prohibemus; ac præterea in eamdem excommunicationem omnes occupantes modo, seu occultantes monumente, scripturas, seu titulos ad dictum archivium spectantes, quatenus ille infra duos menses a die habitæ notitiæ præsentium Nostrarum literarum computendos ad præfatum archivium non retulerint, incurrisse auctoritete, et tenore prædictis declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de servando prohibitionis exemplari ad valvas archivii.

§. 4. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis, et declarationis exemplum, in valvis dicti archivii, aut in aliquo alio conspicuo loco, ut ab omnibus cerni, et legi possit, continuo affixum remaneat. Datum Romæ epud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Datum die 15 maji 1773, Anno IV.

CCXLVI.

Moderatio prohibitionis extrahendi libros ex archivio cathedralis ecclesiæ Astoricensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Astoricensis, quod alias Nos per quasdam in simili forma Brevis die xxi. novembris 1772 expeditas literas sub certis tunc expressis pœnis auctoritate apostolica prohibuimus, ne quisquam quavis superioritate, et auctoritate fungens, et functurus, ac cujusvis status, gradus, conditionis, præeminentiæ, et dignitatis tunc, et pro tempore existens, ullo unquam tempore libros, monumenta, quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta eidem archivio hactenus assignata, seu in posterum assignanda ex archivio hujusmodi extrahere, commodare, seu asportare, vel ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, ac consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquomodo auderet, seu præsumeret; ac alias prout in Nostris literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipsi exponentes compererint prohibitionem prædictam gravem enimi molestiam eis afficere, attento quod non raro occurrat aliquem ex libris, quinternis, aliisve foliis dicti archivii ex eo asportari debere; propterea exponentes prædicti opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, et ut infra indulgeri summopere desiderent.

Tenor, et conditiones concessionis.

§. 2. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, exponentibus prædictis, ac pro tempore existentibus ejusdem capituli canonicis, ut libros, quinterne, folia, aliaque prædicta ex memorato archivio extrahere, et commodare, seu, ut asportentur, extrahantur, et commodentur permittere, ac consentire valeant pari auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus; sed quoties hæc fieri contingat, toties in libro ad hoc destinato nomen, et cognomen personæ, seu porsonarum, quibus licentia hujusmodi fuerit concessa, nec non dies, mensis, et annus, ac libri, quinterna, aliaque similia extracta describantur, atque in eodem archivio, eorum usu finito reportentur, et reponantur sub eadem excommunicatione auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in prædictis Nostris literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta maii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. die 27. maji 1773. Anno IV.

CCXLVII.

Erectio universitatis studiorum in civitate Monasteriensi.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Christianæ reipublicæ optime gerendæ quavis ætate plurimum semper contulisse publicas studiorum universitates, in quibus bonorum artium, ac scientiarum documenta ingenuæ juventuti traduntur, et concors prudentium judicium, et jugis experientia rerum omnium magistra rem testatam faciunt. Per viros siquidem literarum scientia præditos, atque excultos procul arcentur tenebræ, fugantur caligines, quibus homines utpote originalis culpæ hæredes obteguntur, eliminantur errores, qui a literarum inscitie plerumque enati sacræ doctrinæ puritatem sæpe deturpant, et hominum moribus ad æquitatis, et justitiæ rationem conformatis tum privatæ, cum publicæ res omnes prudenter, utiliterque administrantur, proindeque Nos inter varias solicitudines, quibus pro injuncto Nobis apostolico munere rite obeundo undique angimur, illam libenter amplectimur, per quam ubique locorum literarum studio vacare cupientibus, illarum addiscendarum occasio, et commoda opportunitas tribuatur.

Consilium susceptum erigendi, et dotandi publicum scientiarum, et bonarum artium gymnasium.

§. 2. Cum itaque venerabilis frater Maximilianus Fridericus Coloniensis archiepiscopus, et sacri romani imperii princeps elector, nec non ecclesiæ Monasteriensis perpetuus administrator apostolica auctoritate constitutus Nobis exponi fecerit jampridem Ferdinandum archiepiscopum, atque electorem Coloniensem, eumdemque Monasteriensem episcoporum antecessorem suum in votis habuisse publicum scientiarum, bonarumque artium gymnasium in civitate Monastesiensi erigere Ferdinando secundo romano imperatore literis hac de re datis, illins consilia probente, sed neque tum ab ipso, neque postea ab aliis episcopis prædecessoribus suis, bellorum magnitudine pressis, et ab omnibus rebus imparatis tam utile, ac necessarium opus perfici potuisse; deesse item in eadem Monasteriensi civitate ecclesiasticum seminarium, in quo futuri Dei ministri, verbique dispensatores efformentur, ideo quam plures præ rei familiaris angustia, atque ob scholarum penuriam ab optimarum artium, et severioris disciplinæ studiis erceri: aliis vero, qui locupletes sunt, ac doctrinæ acquirendæ causa a patria egrediuntur, quia Monasteriensi diœcesi circumadjacentia gymnasia acatholicorum sunt, gravissimum imminere periculum, ne ipsi iis laticibus veneficas aquas haurientes dum humanæ scientiæ acquisitioni paulo cupidius incumbunt ab orthodoxæ religionis semita longius aberrent; unum propterea adversus tot mala, et incommoda comparari posse præsidium, si in ipsa Monasteriensi civitate publicum scientiarum, et artium lyceum cunctis pateret, atque ad præscriptum concilii Tridentini seminarium clericorum sæcularium institueretur.

Difficultates quæ pii operis executionem remorarunt.

§. 3. Hisce tamen adeo utilibus, quin imo religiosis inchoandis, dotandisque operibus ea omnia deesse media, ex quibus necessarios sumptus maxime per idem concilium, apostolicasque sanctiones educi posse permittitur. Etenim nec ab ecclesiasticorum unione beneficiorum, quæ jampridem ad alias pias causas traducta fuere, nec a Monasteriensi clero, neo ab ipsa episcopali mensa ob recentes adhuc bellorum calamitates vexatis, et ingenti ære elieno etiam nunc obrutis, quidquam auxilii in præsens expectari potest.

Providentia ea pia a Clemente XIII. favore monasterii monialium B. M. V. Transaquas nuncupati

§. 4. Cum autem prout eadem expositio subiungebat in ipsa civitate Monasteriensi quoddam extet monasterium monialium beatæ Mariæ virginis Transaquas nuncupatum ordinis sancti Benedicti congregationis Bursfeldensis, in quo tametsi per apostolicas literas in forma Brevis felicis recordationis Clementis pp. XIII, prædecessoris Nostri sub annulo piscatoris die 21. aprilis anni Domini MDCCLXVI. expeditas permissum fuerit, ut in illud puellæ etiam non nobiles admitti, et recipi possent, nihilominus quinque tantum moniales numerentur choro, divinisque officiis addictæ, conversis, et inservientibus nequaquam comprehensis; quæ vero moniales chorales sunt religionis muneribus, et accurate juxta peculiare earum institutum disciplinæ servandæ ob illarum paucitatem nequaquam pares reputantur. Ex hujus itaque monasterii bonis, ac redditibus, et ex adeptione pariter aliorum proventuum, quos in posterum acquiri possent idem Maximilianus Fridericus archiepiscopus, et administrator diu, multumque cogitavit, præmissis cleri, et populi totius indigentiis occurrere. Verum ex hujus monasterii redditibus non utrumque, sed seposita modo seminarii ecclesiastici fundatione, publicas tantummodo instituere scholas sibi datum esse arbitratus fuit; ideo prædecessoris Nostri Clementis papæ XIII., et deinde Nostram opem, ac necessariam auctoritatem imploravit.

et consilium susceptum supprimendi monasterium, et convertendi bona pro dotatione gymnasii.

Suppressio prædicti monasterii.

§. 5. Nos igitur animo reputantes in primis, quantum catholicæ religioni, et apostolicæ Sedi intersit civitatem, totamque diœcesim Monasteriensem civium nobilitate, hominum frequentia, ecclesiarum numero, locorum amplitudine, aliisque nominibus conspicuam in orthodoxæ fidei veritate, puritate, atque integritate sartam, tectamque servare. Et quo ejus incolis graviora a finitimis hæterodoxorum gymnasiis pericula imminent, eo validius esse muniendos ad sanam percipiendam doctrinam. Opportunis propterea informationibus habitis a venerabili etiam fratre Nostro Joanne Baptista archiepiscopo Iconiensi Nostro, et apostolicæ Sedis ad Tractum Rheni nuntio, et auditis quoque venerabilibus fratribus Nostris Paderbonensi, et Hildesimensi episcopis, quoniam ex dicti monasterii suppressione, ejusque bonorum proventu sufficientes adhuc non suppatunt redditus, ut una cum universitate studiorum peculiare etiam ecclesiasticum seminarium, in quo alumni elantur, erigi possit, tametsi alteram altero potiorem minime esse ducimus, ne tamen dum seminarii erectio necessario differtur, utroque præsidio juventutem Mo-

nasteriensem diutius carere contingat, valde soliciti, ac de summa ejusdem Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris diligentia confisi, quem minime dubitamus strenne curaturum, ut quo celerius fieri poterit, seminarium ecclesiasticum quoque in prædicta Monasteriensi civitate erigatur, atque instituatur prout ipse Nobis recepit, et confirmavit; ideo supplicationibus dicti Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris, ac dilectorum etiam filiorum capituli, et canonicorum Monasteriensis ecclesiæ, ac totius ordinis equestris nobilium Westphaliæ, quantum in Domino possumus, annuere, et secundare volentes juxta decretum, et relationem dilecti filii Petri Mariæ Nigroni congregationis rebus consistorialibus præpositæ a secretis sub die xviii. decurrentis mensis a Nobis peractura, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac etiam motu Nostro proprio idem monasterium beatæ Mariæ viginis Transaquas nuncupatum dictæ congregationis, in quo, ut præfertur, præter convarsas, et deserventies nonnisi quinque moniales choralesad præsens degunt, ac diversantur; nec non ipsius monasterii officia, munera, gradus, et titulos, et prærogativas atiam a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus per quasvis literas apostolicas quomodolibet concessas, ita ut deinceps monasterium illud monialium minime existat, nec ulla ex ipsis quinque monialibus in eodem monasterio gradus, officia, munera, ac titulos obtinere, ac retinere possint penitus, et omnino perpetuis futuris temporibus ipsarum vigore præsentium supprimimus, et extinquimus.

Consulitur monialibus choralibus, et conversis, e suppresso monasterio educendis.

§. 6. Et quia per monasteril prædicti extinctionem nihil de earumdem monialium tam choralium, quam conversarum, et deservientium ibidem professarum disciplina, ac susceptis regularibus obbligationibus remissum, vel imminutum fore intendimus, ut illæ in eadem vocatione manere, eamque cumulate, at accurate servare valeant, omnibus, ac singulis prædiotis monialibus tam choralibus, quam conversis, et deservientibus, expresse tamen professis, quod infra temporis spatium per infrascriptum præsentium exequutorem præfiniandum a monasterio, ut præfertur, suppresso conjunctim, vel seorsim recedere, proprioque servitio addictam, et necessariam dumtaxat supellectilem, ac mobilia, non tamen sacra, neque ecclesiæ utensilia asportare, atque comitatæ a personis ab eodam exequutore deputandis, recto tramite ad aliud, seu alia claustralia sacrarum virginum monasteria ejusdem ordinis sancti Benedicti congregationis Bursfeldensis in eadem Monasteriensi civitate, vel alibi sita se conferre possint, et valeant, ita tamen, ut prædictæ moniales non antea e monasterio Transaquensi migrare debeant, quam ab eodem Maximiliano Friderico, et exequutore præsentis, illarum in aliis ejusdem congregationis Bursfeldensis monasteriis receptionem ratam, gratam cessuram fore, opportunis ad id præmissis diligentiis, studiisque adhibitis, compertum fuerit, ibique omnibus, et singulis privilegiis, præeminentiis, nec non activa, et passiva voce non secus, ac aliæ inibi professæ moniales uti, frui, potiri, et gaudere debeant etiam vigore præsentium licentiam, et omnimodam facultatem concedimus, et impertimur. Nos enim cunctis ac singulis monialibus, et abbatissis monasteriorum, ad quæ moniales primodictæ translatæ erunt in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, et jubemus, ut illas vitæ clectione, ac morum integritate nequaquam degeneres oomiter, atque benigne excipiant, eodemque cultu habeant ac si in ipsis monasteriis professæ fuissent. Cætarum cum nuper existens suppressi monasterii abbatissa, ac reliquæ illius moniales omni administratione bonorum, redditunm, proventuum, ac jurinm illius monasterii carere dabeant, non ideo illam, aut illas ad redditionem rationis peractæ administrationis tenari intendimus; quin imo eas ab onere hujusmodi eximimus, et liberamus. Quo vero ad nuper existentem suppressi monasterii abbatissam, quamvis illa sui muneris exercitio in posterum carere debeat, nihilominus præsentium literarum Nostrarum exequutori prædicto serio injungimus, ut ipse nupar existenti abbatissæ aliquam honoris prærogativam, vel titulum, vel exemptionem absque alicujus præjudicio tribuat, illamque ab aliis ei impertita prærogativa, vel titulo, aut exemptione prosequi curet. Ut autem ipsarum monialium choralium, at conversarum, ac deservientium expresse taman professarum cibariis, vestibus, aliisque vitæ necessitatibus prompte, atque commode sit consultum præcipimus, at mandamus. Exequutori earumdem præsentium, ut ipse œconomo, seu administratori bonorum suppressi monasterii

monialium, quem deputabit, onus imponat ex dictorum bonorum fructibus solvendi annis singulis in numerata pecunia summam, quæ commodæ atque decenti illarum sustentationi sufficiat juxta personarum numerum regularis instituti sobrietatem, et locorum consuetudinem, quæ quidem solutio quater in anno quatuor æqualibus portionibus anticipata præstari debebit, eaque summa juxta prudens dicti exequutoris arbitrium congrua servata proportione inter moniales chorales, ac conversas, et deservientes expresse tamen professas distribuatur. Cum vero contigerit ex monialibus, et conversis, ac deservientibus unam, seu plures naturæ cedere, non ideo portiones defunctarum superestitibus monialibus, sed eas, ut infra, impendi volumus, et statuimus.

Mandatum pro explenda erectione universitatis studiorum.

§. 7. Hisce peractis ut in illis præsertim regionibus, ubi orthodoxæ religionis cultus maxime est imminutus, sanaque doctrina per multis errorum tenebris obscurari solet, cuilibet personarum ordini publicum pateat sub catholicis, probatisque antecessoribus scientiarum omnium, et artium lyceum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, ac ipsius catholicæ militantis Ecclesiæ exaltationem, ac commune bonum, præcipueque Monasteriensis civitatis, et diœcesis in aedibus monasterii Transaquensis a Nobis, ut præfertur, suppressi, seu alio apto, ac opportuno ædificio per dictum Maximilianum Fridericum archiepiscopum, et administratorem designando, et forsan ampliori forma, constituendo unam publicam studiorum, et scientiarum generalem universitatem, in qua illius professores, et antecessores, nec non lectores, et magistri rethoricam, philosophiam, theologiam, scholasticam, et moralem, ac etiam dogmaticam, et positivam, sacram scripturam, sacrosque canones, et ipsum jus civile, itemque linguas orientales, ac jus naturale gentium, et publicum, historiam pariter ecclesiasticam, et prophanam, facultatem quoque medicam doceant, aliarumque scientiarum, et artium studia profiteantur, ea tamen lege, ut quæ stipendia lectoribus, sive præceptoribus da capituli cathedralis Monasteriensis arca constituta sunt, in posterum suppeditentur. Qui omnes ultra annuam præstationem eis costituendam nullo alio prætenso, aut recepto stipendio juvenes quoscumque confluentes, scholasque frequentantes doceant, apostolica auctoritate ipsarum præsentium tenore, sine tamen alicujus præjudicio in perpetuum erigimus, et instituimus.

Erecta universitas curæ committitur archiepiscopi.

§. 8. Ipsamque universitatem, ut præfertur, erectam, et institutam curæ, regimini, et administrationi dicti Maximiliani Friderici archiepiscopi, et administratoris, ac pro tempore existentis episcopi Monasteriensis eadem auctoritate etiam perpetuo subponimus, atque subiicimus.

Indulta, privilegia, honores aliæque prærogativæ quibus donata est universitas, et personæ quoquo modo eidem addictæ.

§. 9. Ac eidem universitati, illiusque pro tempore existentibus præsidi, seu rectori, ac professoribus, antecessoribus, lectoribus, magistris, ac præceptoribus, et aliis quibuslibet pro ejus regimine, et administratione quandocumque deputandis, nec non scholaribus, aliisque personis ei quoquomodo addictis, ut omnibus, at quibuscumque privilegiis, indultis, libertatibus, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, honoribus, et præeminentiis, aliisque similibus, et celebribus publicis studiorum generalium universitatibus, illarumque pro tempore existentibus præsidibus, rectoribus, antecessoribus, lectoribus, doctoribus, magistris, præceptoribus, scholasticis, procuratoribus, bidellis, nuntiis, officialibus, ministris; et aliis personis, illis respective addictis in genere, vel in specie quomodolibet concessis non solum ad eorum instar, sed uniformiter, et æque principaliter in omnibus, et per omnia uti, potiri, et gaudere. Atque insuper futuro, et pro tempore existenti universitatis, ut præfertur, erectæ præsidi, seu rectori, ut quoscumque ad illam accedentes, ac per tempus debitum ibidem studiis vacantes, si scientia, et moribus idoneos esse compererit in singulis facultatibus, quæ in dicta universitate, ut præfertur, erecta docebuntur ad baccalaureatus, et licentiaturæ, ac doctoratus et magisterii gradus, ac laureas, servatis tamen in omnibus Viennensis, et Tridentini conciliorum decretis, ac infrascripta felicis recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri dispositione juxta alias laudabiles quarumlibet publicarum universitatum consuetudines promovere, illisque sic promotis, ut post promotionem hujusmodi solita insignia deferre, et gestare, ac facultates, ad quas promoti fuerint, docere, et legere, ac interpretari, in iisque disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per eos receptis convenientes gerere, ac alias omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, et favoribus, prærogativis, et indultis, quibus alii in ce-

lebrioribus universitatibus juxta earum ritus, et mores ad gradus ipsos promoti de jure, vel consuetudine, ac alias utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, æque principaliter uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant ac etiam debeant, et teneantur eadem auctoritate harum quoque serie specifice, et expresse respective concedimus, et indulgemus.

Prohibitio ne aliæ universitates privilegia concessa subvertere præsumant.

§. 10. Præterea quibuscumque aliarum universitatum, seu scholarum publicarum moderatoribus, præsidibus, rectoribus, regentibus, antecessoribus, lectoribus, magistris, ac quibusvis aliis, ne universitatis per præsentes erectæ personas quaslibet quovis prætextu per se, vel alium, seu alios super libero jurium hujusce Nostræ universitatis, et privilegiorum ei concessorum, ut præfertur, et illorum usu, ac exercitio impedire, vel molestare quoquomodo audeant, seu præsumant expresse interdicimus, et prohibemus.

Dos universitatis.

§. 11. In dotem vero universitatis, ut præfertur, erectæ præter id omne, quod certis conducendis lectoribus, seu præceptoribus de capituli cathedralis Monasteriensis arca jam adsignatum, ut supra, constitutumque est, omnia et singula bona mobilia, immobilia, et semoventia, jura quoque, pertinentiæ, et proprietates ad suppressum monasterium Transaquense jam spectantia, et pertinentia, ita tamen, ut quæcumque onera ex quavis causa ante præsentem suppressionem super bonis hujusmodi infixa, atque illud solvendi superextitibus monialibus choralibus, et conversis, ac deservientibus expresse tamen professis præmissam annuam præstationem in ipsam universitatem translata in posterum sint, et esse censeantur, nec non bona ipsa hypothecæ subjecta habeantur pro eorumdem onerum solutione, et satisfactione, nec ullæ unquam congregationi Bursfeldensi lites, et molestiæ inferantur, aut pericula imminere queant præsentium literarum vigore plenarie constituimus, et assignamus, atque illi applicamus, et appropriamus.

Archiepiscopus rector, et cancellarius constituitur, cum facultate condendi leges, et administrandi bona.

§. 12. Porro ipsum Maximilianum Fridericum archiepiscopum, et administratorem, ejusque in regimine Monasteriensis ecclesiæ pro tempore successores, ut ipsi prosperum, et felix ejusdem universitatis gubernium procurare valeant, aptiorique methodo literæ, et scientiæ omnes inibi doceantur, et catholicæ religionis præscribantur exercitia, rectores, et cancellarios perpetuos ejusdem futuræ universitatis nominamus, constituimus, et deputamus, ut ubi ipsi præesse non poterunt, aliquem ex canonicis cathedralis ecclesiæ in eorum locum delegandi jus, et facultatem omnem tribuimus. Præterea quasvis leges, statuta, et ordinationes sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis conformes condere, et promulgare, ac pro temporis opportunitate immutare, aliaque de novo edere, atque adversus contravenientes pœnas condigoas statuere. Pariter, ut ejusdem universitatis antecessores, lectores, magistros, ministros, bidellos, et alias quasvis personas ad munera obeunda respective idoneas deputare, et deputatas ad sui libitum amovere. Bona itidem, et jura, ut præfertur applicata administrare, ac recuperare, annua stipendia singulis ipsius universitatis personis assignare, ac portiones dictarum monialium decedentium obvenientes, vel in novarum cathedrarum dotationem, vel in stipendiorum augmentum impendere. Ac demum, omnia, et singula gerere, et exequi, quæ mente, et animo ad ipsius universitatis utilitatem, et splendorem, sanæque doctrinæ propagationem prospicere in Domino arbitratus fuerit, et a sapiente, ac longe in posterum prospiciente viro expectari queunt, plenariam, omnimodamque facultatem etiam ipsarum tenore præsentium tribuimus, concedimus, et impertimur.

Quod electionem superiorum lectorum, aliorumque officialium præcipitur observantia constitutionis Pii IV.

§. 13. Inhærentes præterea providis ordinationibus, ac legibus, quas prædecessores Nostri, et præcipue felicis recordationis Pius pp. IV. edita speciali constitutione incipiente = In sacrosancta = sub datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ MDLXIV., idibus novembris, pontificatus sui anno quinto, solemniter promulgavit, eidem Maximiliano Friderico archiepiscopo, et administratori, ejusque futuris in regimine Monasteriensis ecclesiæ successoribus serio injungimus, quinimo apostolica auctoritate præcipimus, et mandamus, ut ipsi constitutioni prædictæ, quam ad hujusmodi effectum, una cum pœnis inibi inflictis expresse innovamus, debite obsequantur, et antequam hujusce universitatis præsidem, seu rectorem, cancellarium, antecessores, lectores, magistros, aliasque personas ad munera obeunda, aut ad publice, vel etiam privatim, quasvis scientias, facultates,

et artes docendum, et legendum recipiant, et admittant, ita pariter prius quam aliquem in ipsa universitate studentem, et scholarem, illamque frequentantem ad ullum gradum in eisdem scientiis, facultatibus, et artibus assequendum promoveri possint ab iis omnibus, et singulis personis coram se, aut eorum officiale in spiritualibus generali, prævio etiam processu, vel debita informatione, quantum eis sufficere videbitur super religione, fideque catholica singulorum rite præcepta ejusdem fidei catholicæ professionem juxta formæ in eadem constitutione præscriptæ tenorem conceptis palam, et solemniter profiteri teneantur, et insuper instrumentum publicum, ac de processu, et informatione, atque catholicæ fidei peracta professione in privilegio doctoratus, vel alterius gradus, specialis, ac de verbo ad verbum mentio, et relatio fieri debeat.

Præses, et rector constituuntur judices privativi in causis universitatis

§. 14. Demum ad asserenda ipsius universitatis jura, et personarum illi addictarum indemnitati consulendum, et ne illa ad judicium alio non trahantur, ipsius universitatis præsidi, seu rectori omnem facultatem, et jurisdictionem tribuimus, et impertimur, ut ipse in causis, litibus, et actionibus quibuslibet civilibus, criminalibus, et mixtis etiam gravioribus, quæque a personis quantumvis privilegiatis in cancellarium, antecessoras, lectores, magistros, bidellos, aut adversus studentes scholares, et personas dictæ universitati addictas intentandæ, et introducendæ forent, salvis tamen juribus Ordinarii in iis, quæ pertinent ad morum correctionem, judex sit et arbiter privativus, qui causas hujusmodi, lites, et actiones, una cum earum incidentibus, emergentibus, annexis, et connexis audiat, et cognoscat, ac de jurisperitorum sibi in assessores adscitorum consilio definitivam sententiam dicere, et pronuntiare, opportunaque mandata relaxare possit, et valeat, debeat, et teneatur. Et si forte in causis civilibus pars, quæ in judicio succubuerit, appellationis beneficium experiri vellet, tunc provocatio ad tribunal tantum competat Monasteriensis episcopi, qui causam dirimere curaturus erit. In causis vero criminalibus, si, quod absit, aliquis vel capitali, vel corporali supplicio plectendus criminis reus esset, nihilominus in eodem universitatis tribunali judicium subire debebit, et ubi causa ibidem legitime discussa, is, qui inquisitus erat, damnatus fuerit, tunc pronunciata sententia curiæ ordinarii judicis, vel ecclesiastici, vel sæcularis juxta reorum, vel inquisitorum qualitates exequenda tradatur.

Exemptio literarum a vitio obreptionis, et subreptionis.

§. 15. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quivis in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes hisce omnibus, et singulis non consenserint, minusque abbatissa, et moniales dicti monasterii Transaquensis, aut congregatio Bursfeldensis, aut quicumque alii citati, vocati, vel auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, et prætextibus de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis dispositionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus, aut alias quandocumque, et quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed ab illis semper, exceptas, semperque firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit perpetuo, et inviolabiliter observari, ac dictæ universitati, ut præfertur, erectæ, illiusque personis perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, Sedisque apostolicæ nuntios, ac pro tempore existentem Monasteriensem episcopum, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Publicatio solemnis

§. 17. Quocirca eidem venerabili fratri Nostro Joanni Baptistæ archiepiscopo, et nuntio, ejusque successoribus, nimirum pro tempore existenti romani pontificis, et apostolicæ Sedis ad tractum Rheni nuntio per apostolica scripta mandamus, eique facultatem, auctoritatem, omnimodamque jurisdictionem tribuimus, et elargimur, ut ipse præsentes Nostras literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus

fuerit solemniter publicans omnia, et singula in præsentibus Nostris literis contenta, sancita, et præscripta exequi curet, eidemque universitati, et illius personis efficacis defensionis præsidio assistens faciat Nostra, et apostolicæ Sedis auctoritate ipsas præsentes, et in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari, ipsamque universitatem, ut præfertur, erectam, illiusque personas, quas easdem præsentes quomodolibet concernunt, et concernent in futurum, omnibus, et singulis earumdem præsentium tenore elargitis pacifice frui, et gaudere; non permittens eam, vel quempiam ex ipsis personis per quoscumque quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari.

Sanctio poenalis. §. 18. Contradictores quoslibet cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, vel facti remedia, appellatione posposita, compescendo; ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Derogatio contrariorum. §. 19. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure etiam quæsito non tollendo, ac Symmachi, et Pauli secundi de rebus Ecclesiæ non alienandis, nec non Bonifacii pp. VIII., qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim ad judicium evocetur, seu ne judices a Sede apostolica deputati extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere possint, et in concilio generali edita de duabus dietis, aliisque apostolicis aliorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, dictique monasterii Transaquensis, et Bursfeldensis congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem monasterio, et congregationi prædictæ, eorumque personis, ac bonis per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem, vel alios quoscumque sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et irritantibus decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, certaque scientia, et potestatis plenitudine concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi perinde ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata præsentibus Nostris literis inserti essent, pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes, plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ suppressionis, extinctionis, facultatum impertitionis, præcepti, jussionis, mandati, erectionis, institutionis, subpositionis, subjectionis, concessionis, indulti, prohibitionis, assignationis, applicationis, appropriationis, præcepti, decreti, commissionis, mandati, et derogationis infringere; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, quinto kalendas junii, pontificatus Nostri anno quarto.



CLEMENS XIV.

ANNO QUINTO



Dat. die 9. junii 1773. Anno V.

CCXLVIII.

Committitur archiepiscopo Ravennatensi tradendi fratribus ordinis sancti Joannis Dei hospitale infirmorum dictæ civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pessimus hospitalis status exponitur.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater Antonius archiepiscopus Ravennatensis, quod hospitale infirmorum civitatis Ravennæ in deplorando statu ita reperitur, ut celeri sane indigeat providentia, et auxilio: propter enim suorum redditnum exiguam quantitatem infirmi destituti sunt numero sufficienti ministrorum, qui eis valeant inservire, ac propterea pluribus ipse carent rebus illorum saluti restituendæ, et curandæ necessariis, nihilo tamen minus exitus admodum excedit introitum, et post quoque contractum magnum æs alienum, hospitale prædictum proximam ruinam minatur.

Modus adhibendi remedium rei necessitati.

§. 2. In hoc itaque rerum statu unicus tantum excogitari potest modus, quo gravissimo huic malo remedium valeat adhiberi, tradendo scilicet dictum hospitale curæ fratrum ordinis sancti Joannis Dei, quorum singularem non solum charitatem ac diligentiam, et erga infirmos servitutem, sed etiam retam, ac utilem honorum administrationem idem Antonius archiepiscopus in hospitali Faventino expertus fuit, in eumdemque sensum etiam convenit dilectus itidem filius Noster Vitalianus S.R.E. presbyter cardinalis Borromæus nuncupatus in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Noster, et apostolicæ Sedis de latere legatus, qui præterea eximia sane liberalitate offert donationem jam existentis capitalis scutorum trium millium quingentorum monetæ.

Expensa necessaria pro consequendo remedio.

§. 3. Verum quia, ut id executioni demandari possit, necessaria profecto apparet expensa decem circiter millium scutorum similium tam pro augenda ejus fabrica, seu habitatione, quam pro comparandis mobilibus, aliisque ad usum dicti hospitalis apprime necessariis, idem autem Antonius archiepiscopus ab aliis suæ diœcesis indigentiis distentus, cum integram hanc qualitatem nullo modo suppeditare possit, hinc onus unius pensionis annuæ scutorum quingentorum super fructibus, redditibus, et proventibus mensæ archiepiscopalis Ravennatensis apostolica auctoritate constituendæ, reservandæ, et eidem hospitali assignandæ, ac respective solvendæ donec, et quousque illius ope fructus, et capitale census in dicta summa decem millium scutorum creandi persolvantur, in ejusdem hospitalis subventionem, et auxilium sibi e velle plurimum desiderat.

Supplicatio pro constituenda pensione annua scutorum quingentorum.

§. 4. Nobis propterea supplicari fecit, ut pensionem hanc reservare, eamque firmam reddere usque ad solutionem prædictam, atque in præmissis dicto hospitali providere de benignitate apostolica dignaremur.

Potestas archiepiscopo data, ut hospitale tradere possit fratribus ordinis s. Joannis, et cum eis condendi leges, et constitutiones in posterum servandas.

§. 5. Nos igitur dicti Vitaliani cardinalis, et legati, atque ipsius Antonii archiepiscopi zelum, pietatem, charitatem, et liberalitatem plurimum In Domino commendantes, supplicationibus ejusdem Antonii archiepiscopi nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita jampridem relatione super præmissis tam ipsius Vitaliani cardinalis, et legati, quam dilecti quoque filii Nostri Francisci Xaverii tunc congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem S.R.E. cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, et modo ipsius S.R.E. presbyteri cardinalis de Zelada nuncupati, eidem exponenti, una cum præfato Vitaliano cardinali, et legato omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas, quibus dictum hospitale curæ, et ad-

portunum remedium apostolica auctoritate adhiberi plurimum desiderabant.

Facultas tributa ipsi episcopo indulgendi licentiam extrahendi reos ab ecclesiis.

§. 3. Nos igitur piis eorumdem votis favorabiliter annuere volentes, debitamque sacris locis venerationem cum publica civium in dicta civitate, ejusque suburbiis habitantium quiete, ac tranquillitate, quantum cum Domino possumus, conjungere cupientes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, venerabili fratri Joanni archiepiscopo Januensi, ejusque in archiepiscopatu hujusmodi successoribus tenore præsentium concedimus, et indulgemus omnes, et singulas facultates necessarias, et opportunas, ad hoc, ut tam ipse, quam successores prædicti ab omnibus ecclesiis dictæ civitatis, ejusque suburbiorum) quibus sane ecclesiis universas, et singulas immunitatis prærogativas, quæ præsentibus nostris literis non adversentur, firmas et illæsas in posterum quoque permansuras esse intelligimus, et declaramus, libere, absque ulla forma processus, nullaque interposita mora, extrahi facere valeant quascumque personas, quæ ad ecclesias præfatas usque adhuc confugerint, et in eis modo quoque reperiantur, vel in posterum quandocumque ad illas confugere quomodolibet contingat; eidem Joanni archiepiscopo, ac præfatis ejus successoribus facultatem quoque easdem personas a dictis ecclesiis, ut præfertur, extractas, libere, ac licite transferri faciendi ad ecclesiam, seu ecclesias a memorato Joanne archiepiscopo designandam, seu respective designandas in numero duarum, seu pro suo arbitrio plurium juxta necessitatem in dicta civitate, et unius pro unoquoque ex illius suburbiis ubi commodior confugentium statio, simulque minor inde sit nova patrandi crimina facilitas, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus tribuimus, et impertimur.

Reus semel extractus non gaudet privilegio immunitatis, sed tantum imminutionem unius gradus poenæ eidem debitæ.

§. 4. Verum quia sicuti eorumdem nobilium virorum ducis, et gubernatorum dictæ reipublicæ Januensis expositio subjungebat, extractio, et translatio eorum, qui ad ecclesiasticum asylum confugerunt, vel in posterum ad illud se transferrent inanes prorsus essent, cum, hisce omnibus non obstantibus, ipsi adhuc ob superius expressas circumstantias tam numeri, quam propinquitatis ecclesiarum, et peculiaris viarum angustiæ (quæ in re hac prefatam piam, illustremque principem civitatem ab aliis distinctam reddunt) facile possent a dictis designandis permanentis confugii ecclesiis recedere, novisque patratis (ut ex eorum prava indole suspicari licet) criminibus, sacrum asylum vel in ecclesiis ipsis, ad quas translati, vel in illis a quibus extracti fuerant, aut in aliis locis immunibus pari facilitate arripere, nisi hujusmodi perniciosis evasionibus aditus præcludatur; hinc nos peculiaribus præfatæ civitatis circumstantiis mature perpensis, per præsentes decernimus, et mandamus, ut quoties criminum rei ad unam ex ecclesiis, ut præfertur, designatis traducti ab ea recedant, et ad illam, a qua extracti fuerant, redeant, vel ad cujuscumque alius immunis loci asylum confugiant, tunc, et eo casu beneficio ejusdem sacri asyli privati remaneant, et a brachio ecclesiastico statim sæculari brachio consignentur, facta tamen prius in venerationem ecclesiæ per brachium sæculare promissione minuendi unum gradum pœnæ ordinariæ, et convenientis qualitati per eos commissi delicti.

Reus novi criminis intermedio tempore patrati imminutione gradus poenæ non gaudet

§. 5. Si vero rei prædicti, postquam ab aliqua ex designandis ecclesiis, ad quam, translati fuerant, vel ad quam velut ad primum spontaneum asylum ultro confugerant, recesserint, denuo in eamdem se confferant, volumus, quod idem Joannes nunc, et pro tempore existens archiepiscopus possit, et valeat cum solis probationibus extrajudicialibus super novo delicto, quod ipsi intermedio tempore patrarint, eos extrahi fecere, et sæculari brachio consignare, ad hoc ut in carceribus Ecclesiæ nomine detineantur, formatoque inde per eumdem archiepiscopum processu, ad effectum dignoscendi, an rei prædicti revera novum nec ne commisserint intermedio tempore crimen; ubi hoc exclusum remaneat ipsos ad designatam ecclesiam reducendos esse, ut ibi sacro asylo gaudere pergant; e contra ubi novum facinus ex processu comprobetur, eos sub potestate brachii sæcularis cum prædicta diminutione gradus pœnæ relative ad primum delictum remanere debere per præsentes statuimus, et declaramus.

Clausulæ solutares, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis

respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

Datum die 14 junii 1773. Anno V.

CCL.

Unio hospitalis expositorum civitatis Castelli, cum alio hospitali infirmorum dictæ civitatis.

Dilecto filio magistro Aloisio Gazzoli in utraque signatura Nostra referendario.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur providentiæ captæ ut consuleretur necessitatibus hospitalis expositorum s. Mariæ de Misericordia.

§. 1. Alias Nos necessitatibus hospitalis expositorum sanctæ Mariæ de Misericordia Fraternità vulgo nuncupati civitatis Nostræ civitatis Castelli consulere volentes, eique levamen aliquod ab ære aliono contracto afferre, ac debitæ christianæ educationi pauperum, puellorum et puellarum providere cupientes, ut opus istud pium subjectum publico consilio Regimenti nuncupatum, ac pro tempore existenti dictæ civitatis gubernatori, nec non congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum status Nostri ecclesiastici præpositorum utiliter, rectaque dirigi, et commode conservari perpetuo posset, per alias Nostras in simili forma Brevis die xxi. martii superioris anni expeditas literas, te in apostolicum illius visitatorem, et commissarium sub certis modo, et forma tunc expressis constituimus, et deputavimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inseri, haberi volumus, uberius continetur.

Laudatur solertia præsulis Gazzoli in executione muneris sibi concrediti adhibita.

§. 2. Impositum tibi munus hujusmodi summa diligentia, ac zelo assumpsisti, prudenter etiam animadvertendo, quod omnimoda plenaria unio ejusdem loci pii expositorum alteri hospitali infirmorum sub invocatione sancti Floridi civitatis prædictæ, quod commodam possidet domum, et habitationem, secum tulisset considerabilem expensarum diminutionem in locandis, sustentandisque expositis, ac prætærea inde obvenirent ea omnia bona, quæ ab unione utriusque piæ institutionis hujusmodi certo certius procedunt. Nos itaque considerantes quanta cum utilitate non solum in archiospitali sancti Spiritus in Saxia nuncupato Nostræ almæ urbis, sed etiam alibi, unum, aliudque opus hujusmodi pium simul exerceatur, et aliunde etiam comperto, quod æqua utilis futura esset prædicta unio in eadem civitate, dignam propterea illam apostolica Nostra approbatione dubio procul esse usque tunc putavimus. Verum quia dictum hospitale expositorum directioni laicalis consilii prædicti opera unius ab eo deputati subjectum reperiebatur; e contra vero hospitale infirmorum regebatur a capitulo ejusdem civitatis per unum pariter ab eo deputatum; hinc ne ulla unquam oriri posset ex unione hac inter utrosque amaritudo, tibi commisimus, et mandavimus, ut antequam unio hujusmodi effectum habitura esset, utriusque cœtus ecclesiastici simul, et laicorum mentem, voluntatemque pro ulteriori quiota, atque pacifica directione, et gubernio utrius-

que piæ institutionis, unire, at conciliare curares. Ra autem ipsa tuos in id contulisti labores, atque effecisti, ut dictum capitulum quotuor ex canonicis suis, mamoratum vero consilium totidem ex consiliariis pro negotio hujusmodi agendo respective deputaverint. Ipsi vero sic depntati nonnulla folia distincte ab eis confacta, atque subscripta tibi præsentarunt, ax quibus patebat quid ipsi pro sartis tectisque conservandis proprii raspectivi cœtus juribus, ac pro utilitate, et bono pii operis post secutam ejus unionem cogitarent; ac postmodum octo omnes deputati hujusmodi coram te simul convenerunt, pro constituendo modo, quo unio hæc fieri, atqua loca pia sic unita perpatuo deinde dirigi, et gubernari deberent. Hic autem modus reipsa confectus, approbatus, et subscriptus fuit a te, quam a septem ex prædictis deputatis, dum unus tantum ex ecclesiasticis aum subscribere immerito recusavit. Vidimus sane hæc originalia folia, sed animo perpendentas, quod ex una parte prædicta unio celerem ad divini servitii incrementum exposcit executionam, quodqua ax alia parte modus conventus, juxta quem in posterum regi, ac gubernari debeant loca pia unita, antequam approbetur, longiorem, at maturam animadvarsionam requirit, inspacta quoque daficienta subscriptiona unius ex prædictis deputatis, attentisqua iis, quæ tam quoad substantiam, quam quoad modnm ejusdem unionis tam nomine, at ax parte dicti capituli, quam aliorum ecclesiasticorum, et laicorum dictæ civitatis ad Nos interim delata fuerunt. Hinc est, quod reservata opportuniori tampori approbatione, seu reformatione ejusdem modi a te, et a septam deputatis, ut præfertur, subscripti una cum præscriptione regularum, juxta quas unio dicti hospitalis expositorum cum alio infirmorum dirigenda, et gubernanda erit.

Eidem præsuli mandatur, ut unionem decernat cum assignatione omnium bonorum

§. 3. Nos motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine per præsentes tibi committimus, et mandamus, ut pro nunc, at sine præjudicio jurium ad quoscumqua sive cœtus, sive personas, vel ecclasiasticas, vel sæculares spectantium, et pertinentium, ad plenariam, et perpatuam unionem dictorum duorum locorum piorum, cum omnibus, et quibuscumque eorum bonis stabilibus, mobilibus, juribus, et actionibus universis usque nunc auctoritate Nostra apostolica procedas, illaque plenarie, ac perpetuo unita esse decernas, constituas, atque declares. Nos enim administrationem, ct directionem locorum piorum sic unitorum, aorumqua bonorum, jurium, et actionum, ab omnibus, et cunctis personis, illam modo obtinentibus avocantes pro nunc, et quousque alitar a Nobis provisum fuerit, eam tibi, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concedimus, atquo committimus, ad hoc ut eamdem administrationem, et directionam per modum provisionis detinere, illamque nostro nomina, eum facultate proprio arbitrio tuo nominandi unum, seu plures deputatos ecclesiasticos, siva sæculares, eis tributo priorum, sive alio nomina, prout melius tibi videbitur, simulque eligendi quoscumqua alios subaltarnos ministros, libere, ac licite axercera possis, ct valeas: interea vero omnem auctoritatem, ac jurisdictionam sive dicti capituli, sive communitatis hujusmodi, sive cujuscumque alius super præmissis donec, et quousque alitar a Nobis rasolutum, ac constitutum sit, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, suspensas omnino esse volumus, ac daclaramus.

Clausulæ salutares, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsantas literas, etiam ex co, quod prædicti, aliique in præmissis quomodolibet interesse habentes, ad ea citati, et auditi non fuerint, nec causæ propter quas præsentes emanarunt, verificatæ, et justificatæ sint, nullo unquam tampore de subreptionis, obreptionis, ac nullitatis, aliove quolibet defectu impugnari, retractari, ac in controvarsiam revocari posse, sed semper firmas, validas, atque efficaces existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisqua, ad quos spectat, et pro tempore quandocnmque spectabit in omnibus at per omnia plenissime suffragari, atque ab eis raspective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et dalegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et corum cuilibet quavis alitar judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, val ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quorumcumqua tastatorum, ac fundatorum etiam ultima voluntate, quam qnoad præmissa sufficienter, ac expresse commuta-

mus, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, capituli, et hospitalium hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ec cum quibusvis aliis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 18 junii 1773. Anno V.

CCLI.

Alumnis collegii Urbani de Propaganda Fide assignatur dies pentecostes pro recitatione orationis in cappella pontificia ab aliquo eorum faciendæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium. §. 1. Ad summum apostolatus fastigium ineffabili Dei clementia, licet immerentes, evecti, nihil potius habendum Nobis esse intelligimus, quam ut fidei catholicæ lumen ubique splendescat, et evangelicæ sonus doctrinæ ad eas quoque gentes perveniat, quas adhuc circumfundi errorum caligine, ac tenebris, intimo cordis nostri dolore, ingemiscimus. Profecto vas illud quasi linteum e cœlo demissum in ea mirabili, quam habuit Petrus, visione, et vox audita *occide, et manduca*, quid aliud voluit, nisi ut princeps apostolorum, ejusque futuri successores perpetuum humani generis in unum ovile congregandi curam haberent? et hi quidem ab Ecclesiæ initio quam fortiter huic negotio peragendo incubuerint, omnes norunt quot quot historiæ sacræ monumenta percurrentes nullam prope orbis extremi partem relictam conspiciunt, quam evangelici præcones a romana Sede ablegati non adierint, et Christi regno lucri facere non fuerint conati. Sed nunquam clarius divini verbi præconium inter gentes enituit, quam post erectam a felicis recordationis Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro congregationem de Propaganda Fide nuncupatam, quæ pontificiæ administrationis præcipuum opus vocari potest, cujusque est munus idoneos operarios in vineam Domini immittere, et rem catholicam sartam tectamque ab hostium incursibus ubique servare.

§. 2. Hujus inter egregia molimina religioni orthodoxæ apprime utilia collegii Urbani de Propaganda Fide fundatio præsertim est recensenda, quod jure, ac merito tamquam seminarium ecclesiæ universalis haberi debet. In eo siquidem nationum soboles a diversis mundi plagis accita, pietate, ac literis imbuitur, proprios ritus, ac linguas ediscit, et omnia demum præsidia comparat, quibus instructos esse oportet Dei ministros, vel spergendo in hæreticos evangelico semini, vel hæreticæ labi impugnandæ seloctos, ac deputatos. Longum nimis esset hic verbis prosequi, quot viri insignes doctrine, et morum sanctitate, quot eximii præsules e dicto collegio prodierint, quantoque studio, ac benevolentia romani pontifices prædecessores Nostri ipsum foverint, ornaverint, et indultis apostolicis in eum, quod nunc obtinet, splendoris, et celebritatis culmen provexerint. Æquum est igitur, ut Nos etiam in peculiaris argumentum amoris, quo præcellens hoc opus complectimur, et ipsi collegio novum addamus dignitatis incrementum, et ejusdem alumnos filios Nostros, qui de longe venerunt, aliquo singulari favore adauctos, et condecoratos esse velimus. Præstantia congregationis de propaganda Fide.

§. 3. Quare cum nemo ignoret, quod prima fidei promulgandæ contentio a sacro incœpit pentecostes die, quo Spiritus Sanctus illapsus apostolis eorum corde inflammavit, eumque exinde, veluti signo dato, apostolorum coriphæus, et princeps Petrus adeo feliciter suæ Ratio, et tempus concessionis.

prædicationis cursum auspicatus fuerit, ut uno sermone tria hominum millia in Christi legem attraxerit; nihil aptius censemus, atque opportunius quam si recurrente quotannis hoc ipso die festo prærogativam, et locum dicendi coram Nobis, uti mos est, de Spiritus Paracliti adventu alumnis jam dictis concedamus; sic enim fiet, ut omnes, et singuli suæ vocationis memores, atque juramenti, quod præstiterunt, alacriores evadant ad ministerium apostolatus quandoque obeundum, eosque uberes fructus reddendos, quos mater Ecclesia ab ipsis suo in gremio nutritis, atque educatis cupide multum, ac sollicite expectat. Volumus tamen, ut eorum nullus hanc sermocinandi provinciam assumat in sacello Nostro pontificio, nisi quem dilectus filius magister Stephanus Borgia modernus, et pro tempore existens dictæ congregationis de Propaganda Fide secretarius tamquam prælibati collegii superior, ac moderator ad hoc officium elegerit, et voce, vel scripto ejusmodi facultatem tribuerit.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLII.

Datum die 16. junii 1773. Anno V.

Supplicante regina Hungariæ prohibitio capitularibus ecclesia Olomucensis ne vacante dicta ecclesia audeant ad electionem novi episcopi seu administratoris devenire sine licentia Sedis apostolicæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum et gratiæ.

§. 1. Pastoralis officii Nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi cura expostulat, ut Nos omnibus, et singulis, quæ ecclesiarum quarumlibet, præsertim cathedralium necessitatem respiciunt, opitulante divini numinis gratia, sedulo occurramus, hinc est, quod Nos indigentiis ac necessitatibus cathedralis ecclesiæ Olomucensis consulere, eisque opportunum remedium adhibere cupientes, ac piissimis charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris votis idipsum anhelantibus annuere volentes, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, omnibus, et singulis capitularibus prædictæ ecclesiæ Olomucensis, ne in eventum vacationis ejusdem ecclesiæ, ullatenus audeant ipsi, nec ipsorum quilibet audeat ad aliquam electionem novi episcopi, seu administratoris episcopatus Olomucensis devenire, nisi præcedente Nostra, et Sedis apostolicæ licentia, alias quævis electio dicti novi episcopi contra Nostrarum præsentium literarum tenorem quomodolibet facta irrita sit, et nulla, interdicimus, et prohibemus. Mandantes propterea eisdem capitularibus omnibus in virtute sanctæ obedientiæ, et sub indignationis Nostræ aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, ne posteaquam præsentes Nostræ literæ eis intimatæ, præsentatæ, vel alias quomodolibet ad eorum notitiam deductæ fuerint, ipsi, vel eorum aliquis quidquam contra earum formam, et tenorem agere, vel quovis modo innovare præsumat. Decernentes ex nunc irritum, et inane quidquid secus super his a quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ ejusque capituli et etiam juramento, confirmatione apostolica, vel

quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quinto.

Datum die 16. junii 1773. Anno V.

CCLIII.

Confirmatio decretorum congregationis Rituum super recitatione officii, et missæ sanctæ Rosæ Limanæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces primitus porrectæ pro obtinenda facultate recitandi missam, et officium s. Rosæ.

§. 1. Alias venerabilis frater Didacus Antonius archiepiscopus Limanus supplices Nobis porrexit preces pro facultate recitandi anno quolibet officium, ac celebrandi missam translationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ totius regni Peruviani patronæ ab universo clero ejusdem regni; auditaque desuper relatione dilecti filii Nostri Marii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Marefuschi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, sacris ritibus præpositorum præfecti, petitæ gratiæ Nos annuendum esse censuimus, editumque fuit decretum tenoris, qui sequitur, nempe.

Regni Peruviani, seu Limana.

Tenor primæ concessionis.

§. 2. Cum rmus archiepiscopus Limanus sanctissimo domino nostro Clementi papæ XIV. humillimas preces porrexerit pro facultate singulis annis recitandi ab universo clero regni Peruviani officium, et celebrandi missam translationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ totius dicti regni patronæ, Sanctitas Sua ad relationem eminentissimi, at reverendissimi domini cardinalis Marii Marefuschi Sacræ Rituum congregationis præfecti censuit annuendum pro gratia concessionis officii, et missæ translationis dictarum reliquiarum de communi virginum cum lectionibus secundi nocturni approbandis sub ritu semiduplici pro die a dicto reverendissimo archiepiscopo designanda, servatis breviarii, et missalis romani rubricis. Die 27. Februarii 1773.

M. card. Marefuscus præfectus.

Loco ✠ Signi

M. Gallo S. R. C. Secretarius.

Aliæ preces pro obtinendis lectionibus propriis, et oratione.

§. 3. Deinde vero idem Didacus Antonius archiepiscopus iterum Nobis humiliter supplicari fecit, ut orationem, ac lectiones proprias secundi nocturni in præfato officio recitandas approbare de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque orationem, at lectiones hujusmodi ab eodem Mario cardinali, et præfecto revisas, atque correctas alio decreto approbavimus, easque ab utroque clero dicti regni recitare posse censuimus; tenor vero orationis, ac lectionum hujusmodi, et secundi hujus decreti est qui sequitur, videlicet.

In festo translationum reliquiarum sanctæ Rosæ virginis Limanæ

Oratio

Tenor orationis.

§. 4. Omnipotens sempiterne Deus, qui mundi contemptum te diligentibus inspirasti, da nobis in commemoratione sanctæ Rosæ virginis, ejus intercessione terrena despicere, et amare cœlestia. Per Dominum etc.

In secundo nocturno

Lectio IV.

Tenor lectionis IV. in secundo nocturno.

§. 4. Sanctæ Rosæ Limanæ virginis tertii ordinis sancti Dominici corpus vere fuisse templum Spiritus Sancti, in quo Deum glorificavit, atque portavit, dum viveret, etiam postquam sepulturæ mandatum fuit, manifesto apparuit. Cum enim ob eximia curationum beneficia populi frequentia in dies magis cresceret, prioribus civitatis sa-

erunt illud corpus in locum celebriorem transferendum enixe postulantibus, decreto archiepiscopi Limani extractum, ita incorruptum repertum est, ut etiam suavem odorem efflaret. Depositum fuit decentissime ad dexteram aræ majoris. Verum ob copiosam multitudinem offerentium ibi vota sua, alius locus eidem collocando eligendus fuit, sacellum scilicet sanctæ Catharinæ Senensis, quæ illi jam ab infantia spiritualis vitæ magistra a Christo data fuerat. Debebatur enim tam simili filiæ sinus seraphicæ matris ad quietem.

LECTIO V.

Tenor lectionis quintæ.

§. 6. Quam vero sublimem gloriæ gradum in cœlis obtineat, ostendit Deus maximis signis, quorum illa celeberrima, et crebra fuere, quæ, ut ait sanctus Augustinus, cœli, et terræ creationem excedunt, conversiones scilicet peccatorum insignes, quæ ejus meritis obtentæ a Deo fuerunt. Ad solum enim virginei corpuscoli contactum, agente intus Deo, quamplurimi repentinis compunctionis stimulis ita fuere perculsi, ut confestim elatis vocibus anteactæ vitæ scelera detestati fuerint, prorumpentes in lacrymosam criminum confessionem, audiante, spectante, et mirante circumstantium turba. Ne igitur tantæ consolationis memoria e fidelium mentibus unquam excideret, tum ut ad ejus imitanda virtutum exempla acrius omnes excitarentur cogitationes, quæ nobis Deus servet in regione vivorum, qui tanta præstat de pulvere mortuorum, Clemens XIV. pontifex maximus, ut dies festus anniversarius translationum reliquiarum sanctæ Rosæ ab universo clero regni Peruviani celebraretur, benigne indulsit.

LECTIO VI.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de sancta virginitate cap. 2. et 12.

Tenor lectionis sextæ.

§. 7. Cum ipsa universa Ecclesia virgo sit desponsata uni viro Christo, sicut dicit apostolus, quanto digna sunt honore membra ejus, quæ hoc custodiunt etiam in ipsa carne, quod tota custodit in fide? Proinde cum universa Ecclesia sit sancta et corpore, et spiritu, quanto sanctior est in his membris, ubi virgo est et corpore, et spiritu? Habeant conjugia bonum suum: virginalis autem integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est, et in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.

Regni Peruviani, seu Limana

§. 8. Concessis jam a ssmo domino nostro Clemente pp. XIV. die xxvii. februarii currentis anni universo clero regni Peruviani officio, et missa de communi virginum in festo translationum reliquiarum sanctæ Rosæ a sancta Maria virginis Limanæ præfati regni patronæ principalis sub ritu semiduplici pro die a rmo archiepiscopo designanda; idem rmus archiepiscopus iterum ssmo domino Nostro pro approbatione orationis, ac lectionum propriarum secundi nocturni in præfato officio recitandarum humillime supplicavit. Et Sanctitas Sua suprascriptas orationem, et lectiones proprias ab emo, et rmo domino cardinali Marefusco sacræ Rituum congregationis præfecto accurate revisas, atque correctas benigne approbavit, easque ab utroque clero dicti regni recitari posse concessit. Die xxiii. aprilis MDCCLXXIII.

Approbatio dictarum lectionum, et orationis.

§. 9. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit ipse Didacus Antonius archiepiscopus præmissa omnia, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desideret, Nos eumdem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis novissime super hoc porrectis inclinati, præinserta decreta una cum oratione, et lectionibus prædictis auctoritate nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Confirmantur decretum, et concessiones.

§. 10. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces, existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apo-

Clausulæ efficacissimæ, et irritantes.

stolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 19. Junii 1773. anno V.

CCLIV.

Confirmatio laudi seu sententiæ ab auditore domini cardinalis Borromæi legati Romandiolæ super dependentia nonnullorum castrorum a civitate Imolensi editæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Commendatam Nobis una cum suprema Ecclesiæ, et reipublicæ administratione omnium populorum apostolicæ Sedis temporali dominio subditorum felicitatem pro viribus conservare, et augere cupientes, hinc ea omnia, quæ ad pacem, quietem, concordiamque inter illos firmandam ac fovendam prudenter, ac provide constituta fuisse noscuntur, apostolici Nostri muniminis præsidio roboramus, sicuti rerum, locorum, atque personarum qualitate mature perpensa in Domino salubriter expedire arbitramur.

Constitutio Julii II, super restitutione castrorum facienda favore communitatis Imolensis,

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum civitatis Nostræ Imolensis Nobis nuper expositum fuit, quod alias felicis recordationis Julius pp. II. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die quarta novembris 1504. expeditas literas declaravit subdita esse sibi, atque communitati, et consilio dictæ civitatis castra existentia in ejus comitatu, ac inter ea Casolam, Riolum, et Mordanum, atque insuper jussit, et præscripsit, ut in casu, quo ab apostolica hac sancta Sede recuperata fuissent illa, quæ tunc ab aliis detinebantur, eidem civitati forent restituenda.

Executio datæ Pontificiæ constitutioni.

§. 3. Sequenti itaque anno 1505. a republica Venetiarum castrum Casolæ ab ea tunc retentum re ipsa restitutum fuit: vix autem secuta hujusmodi restitutione, tunc existens commissarius apostolicus illud consignavit magistratui Imolensi, cui castra prædicta vigore earumdem literarum, et respective consignationis hujusmodi eodem anno 1505 juramentum fidelitatis præstiterunt, ac alias prout in actis Sygismondi Marconi tunc temporis notarii Imolensis uberius dicitur contineri. Consilium proinde dictæ civitatis super eisdem castris exercuit jurisdictionem, et auctoritatem sibi a romanis pontificibus tributam non solum mediate, opera nempe unius consiliarii anno quolibet ab eo deputati pro gubernio uniuscujusque ex castris prædictis cum facultate judicandi in civilibus causis, ac omnimode præsidendi œconomico regimini illarum communitatum, sed etiam directe, ac immediate; quippe quia idem consilium in gravioribus rebus dictarum communitatum, quæ opportuna esse censuit, decrevit, et ordinavit, earumque annonæ consuluit, ac illis facultatem concessit renovandi catastra, atque capitula condendi quoad earum appaltus, seu datia; ac rursus opportuna adhibuit remedia malis, seu inordinationibus, quæ in earum consiliis irrepsisse, viderentur, ope reformationis numeri, ac personarum illud constituentium. Immediate quoque communitatibus, et hominibus dictorum castrorum idem consilium præcepit, ut in civitatis Imolensis auxilium, servitiumque currus, aliaque suppeditarent eo tempore, quo statio militum exterorum anni 1736, 1742, 1743, 1744, in ea reperiebatur. Tam scripto igitur, quam factis castra prædicta hanc illorum subjectionem erga eamdem civitatem semper admiserunt, et fassa sunt, nec unquam eam in dubium revocare, aut perturbare cogitarunt usque ad annum 1766, quo quidem tempore loquendi modus ex parte nonnullorum ex dictis castris tunc adhibitus animum eamdem subjectionem amplius non dignoscendi satis superque patefecit.

Lites subortæ circa exercitium jurisdictionis.

§. 4. Qua de re consilium præfatæ civitatis, ut sartum tectumque conservaret suum jus, petiit, obtinuitque in tribunali dilecti etiam filii causarum curiæ cameræ apostolicæ generalis auditoris monitorium jactationis jactationum super manutentione adversus castra prædicta, vi cujus introducta lite coram dilecto itidem filio magistro Francisco Carrara uno ex locumtenentibus dicti tribunalis, is sua sententia

declaravit, præfatam civitatem manuteneodam esse non solum in sua possessione jurisdictionis super castra prædicta, quoad civilia, et œconomiam respicientia, quamadmodum communitas ipsa petierat, sed etiam quoad criminalia, licet id nunquam memorata civitas sibi competere asseruisset, sed ad superiores majores semper spectare prænoverit. Adversus sententiam hanc appellatione prius a castris prædictis interposita, deinde eorum nomine supplices Nobis porrectæ fuerunt preces, quibus postulabatur, ut novum causæ hujusmodi examen alteri judici committendum esset. Nos tamen quieti, et tranquillitati utriusque partis charitate paterna consulere volentes, et litem hanc penitus dirimere desiderantes, porrectas preces Nostro rescripto edito die decima nona januarii 1771. remisimus dilecto filio Nostro Vitaliano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Borromæo nuncupato provinciæ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ de latere legato, eique amplam, et plenam facultatem concessimus judicandi, ac terminandi causam prædictam ope laudi, seu transactionis, Nostra desuper approbatione reservata. Postmodum ipse Vitalianus cardinalis, et legatus judicium hujusmodi dilecto quoque filio Calixto Marini ejus auditori commisit, qui die undecima januarii 1772. suum protulit laudum, quod memorata civitas Imolensis per publicum instrumentum deinde approbare, atque acceptare debuit; tenor vero dicti laudi, et instrumenti hujusmodi est qui sequitur nempe.

In Christi nomine amen etc.

Anno Domini 1772. indictione 5. divo Clemente XIV. papa sedente, et die sabathi tertia mensis octobris.

Tenor laudi editi ad lites obtruncandas.

§. 5. Essendo che nell' anno prossimo scaduto 1771. tra le molto illustri communità di Riolo, Casola, e Mordano da una etc., e l' illm̃a comunità d' Imola dall' altra parte insorgessero varie controversie, pretensioni, e differenze in materia di giurisdizione, pretendendo quelle di non avere alcuna dipendenza da questa, e pretendendo questa di avere una piena, e totale giurisdizione sopra di essa, motivo per il quale il fisco generala, e la sagra consulta ricorsero alla santità del glorioso regnante sommo pontefice mediante umilissima supplica, colla quale si degnò rimettere un tale affare alla somma prudenza, e rettitudine dell' em̃o, e rm̃o sig. cardinale Vitaliano Borromeo legato degnissimo di questa provincia di Romagna con amplissima facoltà di decidere, comporre, e transiggere anche ex officio ec. sopra le dette insorte controversie, come appare dal benigno rescritto in data delli 19. gennaro anno scorso 1771, che in copia autentica a me notaro ec. si consegna ad effetto d' inserirlo nel fine del presente ec. ut sit pars etc.

In sequela di che avendo il prelodato em̃o, e rm̃o sig. cardinale legato a norma delle preci per parte delle illm̃e comanità d' Imola, Mordano, Riolo, e Casola, con suo benigno rescritto, che pure in copia autentica mi si dà in data dei 29. gennaro anno corrente 1772. affine d' inserirlo ec. ut similiter sit pars etc. deputato l' illustrissimo sig. abbate Calisto Marini suo sig. uditore meritissimo di camera, per esaminare, e laudare sulle controversie medesime; quale esama essendo di già seguito, intesi tanto in iscritto, che in voce li difensori dell' una e dell' altra parte, coll' avere, detto sig. uditore, promulgato il suo laudo, col quale dichiara, che le suddette comunità di Riolo, Casola, e Mordano sono del territorio, e contado della città d' Imola, in conformità di quanto anche fù dichiarato dalla sacra rota romana nella decisione 177. impressa appresso il de Vecchis ad Bullam Romani regiminis; siccome pure con detto laudo è stato dichiarato di competere il gius all' illustrissima comunità, e città d' Imola di eleggere il podestà, vicario, e capitano rispettivamente, il quale come giudice ordinario, e rappresentante di detta città d' Imola in detti castelli, e suoi distretti conosca le cause civili, e quelle componga, e finisca, e che inoltra assista ai consigli in qualla conformità è stato finora praticato, e che colle facoltà economiche possa far render conto dell' amministrazione di tutte la rendite, e proventi comunitativi di detti castelli, siccome pure di tutto ciò, che spetta, ed appartiene alle annone frumentarie, ed olearie, colla facoltà principalmente di considerare, ed osservare, e sottoscrivere la tabella dalle respettive comunità, le quali poi si trasmettono alla legazione, e di poi alla sacra congregazione del Buon Governo; a finalmente rimane dichiarato, e laudato di competere alli suddetti capitano, podestà, e vicario respet-

tivamente il gius di conoscere, e terminare le canse dei danni dati semplici solamente in conformità della Bolla della santa memoria di Benedetto XIV. dei 25. genoaro 1751. alla quale ec.

In somma, che detti giusdicenti tanto nel civile, quanto nel regimento economico debbano essere riconosciuti dalla comunità delli castelli, rispettati, ed obbediti, come rappresentanti l'illma comunità, e città d'Imola, che gli elegge, e gli investe di ona tal carica; nel rimanente poi vien dichiarato, e laudato, che alla prafata illma comunità d'Imola non è competuto, nè compete il gius di vassallaggio, nè di fendalità sopra li nominati castelli, nè qualunque altro simile gius, e principalmente di esercitare la giurisdizione criminale nè direttamente, nè indirettamente nelli detti castelli, e suol distretti per mezzo de' suddetti respettivi podestà, vicario, e capitano, nè per mezzo di qualsivoglia altra persona da eleggersi, e deputarsi da detta illustrissima comunità d' Imola; ma che ogni, e qualunque giorisdizione criminale spetta, e spettar debba al governatore, e curia di detto governatore della città d' Imola, ed alla curia generale della legazione di Romagna, e come più diffusamente risulta dal medesimo laodo, ossia sentenza del predato illustrissimo sig. uditore Marini giudice come sopra deputato, e pubblicata sotto li 31. gennaro corrante anno 1772, che in copia autentica a me ec. si consegna per inserirlo in fine di questo ec. ut pariter sit pars etc, ed alla quale ec.

Successivamente essendosi fatta istanza per parte delle ridette perillustri comunità di Riolo, Casola, e Mordano, affinchè dall' illma comunità d'Imola si venga alla stipulazione dell' istromento alla forma del laudo di detto illmo sig. uditore Marini, ed in conformità del rescritto dell' emo, e rmo sig. cardinal legato di questa provincia di Romagna delli 14. marzo anno corrente 1772. con cui onninamente si ordina alla sudetta illma comunità d' Imola di venire alla stipulazione dell' istromento, giusta quel tanto, che vieo disposto, stabilito, ed ordinato nell'enunciato laudo, e come meglio risulta dalle sudette preci, e suo benigno rescritto, che in copia autentica a me notaro ec. pure si consegna per inserirlo; ed allegarlo al presente ec. ut sit pars etc. et aubstantia ejusdem, ed alli quali ec.; indi citate le parti, e fatto da sua signoria illma giudice ec. come sopra, decreto sotto li 21 luglio scorso, ed anno corrente 1772, col quale si stabilisce, e si ordina, che nel termine di 20. giorni dall' illma comunità d' Imola si venga alla effettiva stipulazione dell' istromento anche ex officio ec. come risulta dalla citazione, e suo consecutivo decreto, che in copia autentica mi si dà per inserirlo in fine ec. ut similiter sit pars etc.

Stanti le quali cose ravvisando la prefata illustrissima comunità d'Imola, essere cosa ben giusta, ragionevole, ed equa di venire alla accettazione di detto laudo, e respettivamente alla stipulazione dell'istromento sopra tutte, e singole cose ordinate, ed espresse nel predetto laudo; quindi è, che la medesima comunità ha dato commissione all' eccellentissimo sig. dottore Girolamo Gradara suo agente, a legittimo procuratore specialmente eletto a questo atto di presentarsi avanti l'illustrissimo sig. uditore Marini giudice, ut supra deputato, come costa da mandato di sua generale procura rogata, e riconosciuta per gli atti del notaro signor Giovanni Gommi notaro pubblico, ed uno de' segretarj di detta illustrissima comunità d' Imola fin sotto li 25. agosto corrente anno 1772., che nel suo originale mi si consegna per inserirlo al presente ec. ut sit pars etc. ad oggetto di accettare in tutto, e per tutto il più volte ricordato laudo, e su del medesimo stipularne ex officio o perpetua memoria pubblico, e legale istromento in forma ec.

Pertanto avanti l'illustrissimo signor abbate Calisto Marini uditore meritissimo di camera dell'eminentissimo e reverendissimo sig. cardinale Vitaliano Borromeo legato a latere degnissimo di questa provincia di Romagna, e giudice al presente atto specialmente deputato etc., ed avanti ancora di me notaro, e delli testimonj infrascritti ec. di persona costituito l'eccellentissimo sig. dottore Girolamo Gradara procuratore curiale collegiale di questa città di Ravenna, del quondam sig. Felice da me notaro benissimo conosciuto, a qui presente ec. che come procuratore di detta illustrissima comonità d'Imola alle suddette, ed infrascritte cose specialmente costituito, come da detta sua procura, alla quale ec. parte presente etc. et omni etc. par, ed in nome della medesima illustrissima comunità ha accettato, approvato, ed emologato, ed accetta, approva, o pienis-

simamente emologa il surriferito laudo pubblicato dall' illustrissimo sig. uditor Marini giudice deputato come sopra, e quello promette, e si obbliga nomine, quo supra, sempre, ed in perpetuo perpetuis futuris temporibus etc. aver rato, grato, valido, e fermo, e puntualmente, ed inviolabilmente attendere, ed osservare, nè a detto laudo mai sotto qualunque pretesto anche di dolo, quesito colore, ragione, jus, titolo, o causa pensata, o impensata, e che de jure anche pensar si potesse, e dovesse habenti causa dal passato, presente, e futuro, nè per essa comunità d'Imola, nè per altri direttamente, o indirettamente in judicio, et extra etc. mai impugnare, controfare, contradire, e contravenire, nè dare eccezioni ec., o in contrario sperimentare, nec de nullitate, et invaliditate dicti laudi, sive sententiæ numquam opponere; ma detto sig. dottore Gradara come procuratore suddetto chiamando, e conoscendo ben contenta, e pienamente soddisfatta la suddetta comunità d' Imola sua illustrissima principala di quanto viene disposto, stabilito, ed ordinato nel medesimo laudo, ossia sentenza, quale in tutte, e singole sue parti promettono nomine ut supra sempre, ed in perpetuo etc. di nuovo ha accettato, approvato, e pienissimamente emologato, alias nomine ut supra teneri voluit in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc.

Successivamente, ed incontanente avanti l'illustrissimo signor abbate Calisto Marini giudice come sopra deputato, e di me notaro, e testimonj infrascritti ec. di persone constituenti gli eccellentissimi signori dottori Vittorio Contarini procuratore curiale collegiale di questa città, della bo. me. sig. Gregorio a questo atto specialmente eletto dalla molto illustre comunità di Mordano come risulta dal mandato di sua generale procura riconosciuto per gli atti del sig. Giacinto Poletti notaro pubblico d'Imola sin sotto li 7 luglio 1772, alla quale ec., ed Agostino Maria Bezzi figlio del sig. Baldassare procuratore anche egli specialmente a queste cose deputato dalla molto illustre comunità di Riolo, come costa da mandato di procura rogato per gli atti del sig. Sebastiano Carlo Fabbri notaro pubblico d'Imola in data dei 19 aprile corrente anno 1772, e le quali procure nel loro originale a me ec. si consegnano per inserirle in fine del presente ec. ut sint pars etc., ed alle quali ec., ambo da me notaro benissimo conosciuti, e qui presenti ec. che sponte ec. et omni ec., come procuratori suddetti respettivamente per, ed in nome della medesima loro respettiva comunità hanno accettato, approvato, ed emologato, e respettivamente accettano, approvano, e pienissimamente emologano il medesimo laudo promulgato dall' illustrissimo signor uditore Marini giudice deputato come sopra, e quello promettono, e si obbligano respettivamente nominibus ut supra sempre, ed in perpetuo perpetuis futuris temporibus etc. avere rato, grato, valido, e fermo, e puntualmente, ed inviolabilmente attendere, ed osservare, nè a detto laudo mai sotto qualunque pretesto anche di dolo, quesito colore, ragione, jus, titolo, o causa pensata, ed impensata, e che de jure anche pensar si potesse, o dovesse, habenti causa dal passato, presente, e futuro, nè per esse loro respettive comunità di Mordano, e Riolo, nè per altri direttamente, o indirettamente in judicio ec. et extra etc. mai impugnare, controfare, controdire, o controvenire, nè dare eccezioni ec. o in contrario esperimentare, nec de nullitate, et invaliditate dicti laudi, sive sententiæ unquam opponere; ma detti signori dottori Contarini, e Bezzi come procuratori suddetti respettivamente chiamando, e conoscendo ben contente, e pienamente soddisfatte le loro respettive comunità molto illustri di Mordano, e Riolo di tutto quello vien disposto, stabilito, e ordinato nel medesimo laudo, ossia sentenza, quali in tutte, e singole sue parti propriis respective ut supra nominibus sempre, ed in perpetuo ec. e di nuovo hanno respettivamente accettato, approvato, e pienissimamente emologato, alias nominibus ut supra respective teneri voluerunt in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. et ad omnia damna etc. expensas etc., et interesse in eadem forma reverendæ cameræ apostolicæ.

Ad oggetto poi, che il presente istromento abbia la sua perpetua osservanza, e si mantenga sempre nella sua plena forza, e vigore li sopranominati signori dottori Girolamo Gradara come procuratore dell'illustrissima comunità d' Imola da una parte, il signor dottore Vittorio Contarini come procuratore della molto illustre comunità di Mordano, ed il signor dottor Agostino Maria Bezzi come procuratore della molto illustre comunità di Riolo dalle altre parti, tutti e tre legittimamente deputati

alla solennità di quest' atto, e qui presenti ec. nel più ampio modo, e forma ec. hanno respettivamente rinunciato, e rinunciano espressamente a qualunque sentenza, decreto, ed a qualunque atto, che precedentemente fosse stato fatto, ed emanato, e che fosse, o sia contrario, e non consentaneo a tutto, in tutto, ed anche in minima parte al laudo, o sentenza, ed al presente istromento, ma questo in perpetuo ec. estinguono, cassano, irritano, ed aboliscono imponendone perpetuo silenzio in forma ec. (salve però, e riservate quelle decisioni rotali, che sono espresse, ed enunciate nel più volte ricordato laudo da sua signoria illustrissima emanato) volendo, e promettendo detti signori procuratori in nome di ciascheduna loro respettiva comunità anche per patto speciale convenuto, e concordato de quo ec. et sine quo ec., che solo il predetto laudo, e presente istromento si debba, e si possa in avvenire considerare, e valere intorno tutti, e singoli li respettivi gius attivi, e passivi, e tutte, e singole liti, cause, e controversie tra dette loro respettive comunità come sopra nate, et quomodolibet vertite, e le quali introdurre, e nascer potessero per le cose sopra espresse, e da esprimersi più oltre, volendo, e intendendo propriis respective nominibus ut supra, che col presente istromento rimanga tolta di mezzo, e sepolta in perpetuo silenzio giaccia ogni, e qualunque pretensione, questione, diritto, e gius, che sia, o fosse direttamente, o indirettamente opposto, contrario, e non consentaneo alla stipulazione del presente istromento ec. quale propriis nominibus respective ut supra vogliono, che dalle respettive loro comunità si possa, e debbasi solamente valere per tutti li casi relativi, ed intelligenze della suddetta sentenza, e laudo alias propriis nominibus respective ut supra teneri voluerunt in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. et respective ad omnia damna ec. expensas, et interesse in dicta forma reverendæ cameræ apostolicæ etc.

Inoltre rimanendo compresa nella enunciata sentenza, o laudo la molto illustre comunità di Casola come una delle comunità soggette alla giurisdizione della città d' Imola, per la quale quantunque non sia comparso, nè in tempo, che si è agitata la causa avanti sua signoria illustrissima, nè alla stipulazione del presente istromento alcun legittimo procuratore, ciò non ostante ad indennità delle riferite tre comunità di Imola, Riolo, e Mordano, valendosi l' illustrissimo sig. abate Calisto Marini giudice come sopra delle facoltà ad esso attribuite, e competenti in virtù del surriferito rescritto di sua eminenza legato ex officio etc in nome, e per essa comunità di Casola, e qui presente ec. sponte etc. et omni etc, ha accettato, approvato, ed emologato, ed accetta, approva, e pienamente emologa il medesimo suo laudo, e tutto in nome come sopra promette, e si obbliga sempre, ed in perpetuo etc. perpetuis futuris temporibus etc. avere fermo, rato, grato, e valido, e puntualmente attendere, ed osservare, nè a detto laudo mai sotto qualunque pretesto anche di dolo, quesito colore, ragione, jus, titolo, o causa pensata, od impensata, e che de jure anche pensar si potesse, o dovesse haventi causa dal passato, presente, e futuro, nè per essa comunità di Casola, nè per altri ec. direttamente, o indirettamente in judicio, et extra etc. mai impugnare, contrastare, controdire, o controvenire, nè dare eccezione ec. o in contrario esperimentare, nec de nullitate, et invaliditate dicti laudi, sive sententiæ unquam opponere, anzi detto illustrissimo sig. uditore Marini nomine, quo supra, et ex officio etc. chiamando, e conoscendo ben contenta, e pienamente soddisfatta la nominata comunità di Casola di quanto viene disposto, stabilito, ed ordinato nel medesimo laudo, o sentenza, quale nomine ut supra sempre, ed in perpetuo ec. di nuovo accetta, ed approva, ed ha accettato, approvato, e pienamente emologato in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. siccome pure proprio ut supra nomine per detta comunità di Casola ha rinunziato, e rinunzia espressamente a qualsivoglia sentenza, decreto, ed a qualunque atto, che precedentemente fosse, o potesse essere contrario, e non consentaneo in tutto, o in parte al laudo, o sentenza, ed al presente istromento, ma quale in perpetuo ec. e del tutto cassa, irrita, ed abolisce, imponendovi perpetuo silenzio in forma ec. (salve però sempre, e riservate quelle decisioni rotali, che sono espresse, enunciate, e stabilite nel medesimo già publicato laudo). Volendo, e dichiarando detto illustrissimo signor abbate, uditore Marini in nome come sopra anche per patto espresso, concordato, e convenuto de quo ec., et sine quo ec. che la predetta comunità di Casola solo

del memorato lando, o presente istromento possa, e debba in ovvenire valersi rapporto a tutti, e singoli li rispettivi gius attivi, e passivi, e tutte, e singole liti, cause, e controversie tra dette comunità respettivamente nate, et quomodolibet fin qui vertite, e le quali introdurre, e nascer potessero per li motivi sopra espressi, e da esprimersi più oltre; promettendo, e volendo attentis facultatibus ut supra, et ex officio etc. che col presente istromento rimanga onninamente tolta di mezzo, e sepolta in perpetuo silenzio resti ogni, e qualunque pretensione, questione, diritto, e gius, che sia, o fosse o direttamente, o indirettamente opposto, contrario, e non consentaneo alla stipulazione del presente istromento ec. quale attentis facultatibus, et ex officio ut supra etc., vuole detto illustrissimo sig. uditor Marini, che dalla comunità di Casola suddetta si possa, e debbasi solamente valere per tutti li casi relativi, e d' intelligenza della suddetta sentenza, o laudo, e nella maniera, e termini sopra espressi relativamente agli altri castelli, ed interessati, alias attentis facultatibus, et ex officio ut supra teneri voluit in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc., et ad omnia domna etc. expensas, et interesse etc. in eadem forma reverendæ cameræ apostolicæ etc.

In fine detto illustrissimo signor abbate uditore Marini, sig. dottore Gradara, sig. dottore Contarini, e sig. dottore Bezzi respettivamente attentis facultatibus, et ex officio, et propriis respective ut supra nominibus hanno dichiarato, e dichiarano, e protestano, che col presente respettivo atto non intendono di restare obbligati nè se stessi, nè li di loro respettivi beni, ed eredi etc.; ma solamente le loro respettive comunità d' Imola, Mordano, Riolo, e Casola, e li di loro respettivi proventi, ed effetti, quale protesta intendono, e vogliono respettivamente, che si abbia per espressa, e ripetita in principio, mezzo, e fine del presente ec. dimodochè perisca piuttosto il presente atto, che la motivata protesta, et cum clausula ita quod etc. quamvis etc.

Quæ omnia sua suis, et singula singulis etc. in præsenti instrumento contenta affirmando vera fuisse etc. dicti illustrissimus dominus abbas Calixtus Marini auditor, et judex deputatus, ut supra, attentis facultatibus ab eminentissimo domino cardinali legato eidem impertitis, ex officio etc., nec non excellentissimus dominus doctor Hieronymus Gradara, dominus doctor Victorius Contarini, et dominus doctor Augustinus Maria Bezzi omnes hic præsentes etc. promiserunt hinc inde propriis nominibus, et ex officio respective ut supra habere perpetuo firma etc. eaque etc. minusque contrafacere etc. quovis prætextu, vel causa etc. olias, inde propriis nominibus, et ex officio respective ad omnia damna etc. Pro quibus omnibus inviolabiliter observandis propriis, et ex officio respective ut supra nominibus hinc inde obligarunt proventus, bona, et jura præsentia, et futura dictarum illustrissimarum respective comunitatum Imolæ, Mordani, Rioli, et Casulæ in amplissima forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. cum solitis clausulis, vinculis et reservationibus in forma etc. consentientes etc., unica etc., citro etc. renuntiantes propriis nominibus, et ex officio ut supra respective hinc inde beneficio restitutionis in integrum ex quocumque capite resultant. etc. ac dispositioni legis cum ti, et legis de iis ff., et cod. de transactionibus, omnique legum, et juris, auxilio etc. Insuperque ad majus robur jurarunt omnes, et quatuor in animas respective illustrissimorum DD. PP. RR. earumdem illustrissimarum respective comunitatum prout singulatim jurarunt omnes, et quatuor tactis litt. ad mei etc. in forma etc. super quibus etc. rogat. me etc. die etc.

Quibus omnibus tamquam rite, et recta peractis dictus illustrissimus dominus auditor, et judex ut supra deputatus etc. suam, suique officii interposuit auctoritatem, et judiciale decretum causa cognita etc., supplendo etc. si qui etc. et non tantum etc., sed et omni etc.

§. 6. Tenor precum cum rescriptis, et mandatorum procuræ ast sequens videlicet. *Recursus habitus ad summum Pontificem, ut jura civitatis Imolensis pro suo arbitrio moderari dignaretur.*

Foris = Alla santità di Nostro signore pp. Clemente XIV. = A monsignor uditore = Per il fisco generale, e sacra consulta = Intus vero = Bmo padre = Il fisco generale, e la sacra consulta oratori umilissimi della Santità Vostra ossequiosamente l'espongono, che la città d' Imola pretendendo di signoreggiare le terre alla giurisdizione di quel governo subordinate fin sotto li 4. settembre 1766. ne spedì monitorio avanti l'A. C. contro le comunità di Valsenio, Mordano, Riolo, ed altri per far dichiarare vassalli della città i popoli de' luoghi sopra nominati. Questa ideale, ed orgogliosa istanza promossa dalla cit-

tà d'Imola fu in silenzio fino a che un amorevole concittadino desideroso di rendere la sua patria gloriosa non ne riassumesse l'idea; ed in fatti affidatosi il difensore, e promotore delle glorie della città d'Imola alla costituzione di Giulio II. emanata in occasione che riunì le città di Romagna alla soggezione della santa Sede, ne promosse l'istanza avanti monsignore A. C. Cerrara domandando non tanto la manutenzione di esercitare sopra i detti luoghi la giurisdizione civile con fare statuti, editti, trasmettervi podestà, ed altro doruto soltanto alla suprema autorità della Santità Vostra, ma benanche la giurisdizione criminale con fare dichiarare i detti luoghi, immediatamente soggetti alla santa Sede, feudi della città d'Imola. Fu nel principio dell'esame di questa causa creduta vana dal lodeto giudice la esorbitante pretensione della città medesima, onde contenti i popoli di Valsenio, Riolo, e Mordano, ne speravano stante il propalato sentimento una sentenza assolutoria. Delusi peraltro rimasero nella loro concepita speranza, mentre all'improviso sotto i tre del passato ottobre intesero promulgata una sentenza contro di essi, dichiarando vassalli della città d'Imola soggetti alla giurisdizione civile, e criminale di quella con tutto quel dispotismo, che richiedevasi dagl'imolesi. Promulgatasi tal sentenza, ed avutane notizia il fisco generale, come pure la sacra consulta per la giurisdizione, che le vien tolta, ha creduto d'implorare dalla suprema volontà della Santità Vostra una congregazione particolare affinchè possa rivedersi l'enunciata sentenza lesiva alla giurisdizione del principato, con degnarsi insieme di ordinare a monsignor uditore, che conceda una inibizione, acciò non passi detta causa in giudicato. Si spera pertanto, che la Santità Vostra avrà in vista le ragioni per parte degli oratori con brevità, ed ossequio esposte per sostenere quelle giurisdizione tanto gelosa al principato, e però sarà per benignamente accordare la richiesta congregazione. Che etc.

Che ne parli = Die 19 januarii 1771. = Ex audientia Sanctissimi = Sanctissimus, auditis relatione, et voto eminentissimi et reverendissimi cardinalis Æmiliæ legati, causam, et causas, de quibus agitur, eidem benigne commisit cum omnibus facultatibus, necessariis, et opportunis, ut eam easque pro suo justo, et æquo arbitro, et prudentia finiat, et consapiet sive per laudum, sive per transactionem stipulandam quatenus opus sit etiam ex officio, epprobendum tamen, vel approbaudam deinde per sententiam suam.

J. De Simone auditor.

Loco ✠ Signi.

Quam quidem copiam supradicti supplicis libelli cum rescripto ego infrascriptus notarius licet aliena mihi tamen fida manu extrahere feci e suo met originali in actis mei existente, cum quo facta debita collatione, consonare inveni, salvo semper etc.

In quorum fidem etc. Datum Ravennæ hac die 2. octobris 1772. = Ita est Joannes Baptista Zani notarius primarius generalis ad civilia rogat.

Loco ✠ Signi = dicti d. notarii.

Foris = All' eminentissimo, e reverendissimo principe il signor cardinal Borromeo legato di Romagna = Per la comunità d'Imola, Mordano, Riolo, e Casola.

Intus vero = Eminentissimo, e reverendissimo principe = La comunità d'Imola, Mordano, Riolo, e Casola oratori umilissimi dell'eminenza vostra avendo saputo, che il Santo Padre con lettera all'eminenza vostra diretta abbia rimessa al sapere, e giustizia di vostra eminenza la totale definizione della loro controversia giurisdizionale; supplicano pertanto l'eminenza vostra a volere ordinare al degnissimo signor uditor Marini dell'eminenza vostra di stendere, e promulgare il laudo su tale pendenza, affine di terminare affatto un simile affare. Che della grazia ec. quam Deus etc.

Rescriptum Sanctissimi quo mandatur, ut R. P. D. auditor Cameræ extendat laudum.

§. 7. Attentis narratis dominus auditor noster cameræ extendat laudum, de quo in precibus habita præsertim ratione voti per Nos panditi sub die 22 maii anni proximi præteriti per epistolem R. P. D. auditoris Sanctissimi cum omnibus facultatibus nobis competentibus etiam ad formam facultatum specialium a Sanctissimo domino nostro nobis tributarum, quibuscumque non obstantibus. Datum Ravennæ hac die 29 jenuarii 1772. = Joseph de Seraphinis secretarius = V. card. Borromæus legatus.

Loco ✠ Bulli eminentiæ suæ reverendissimæ.

Quam quidem copiam rescripti supplicis libelli cum rescripto ego infrascriptus notarius licet aliena, mihi tamen fida manu extrahere feci a suomet originali in actis mei existente, cum quo facta debita collactione concordare inveni, salvo semper etc. In quorum fidem etc. Datum Ravennæ hac die 2.

octobris 1772. = Ita est Joannes Baptista Zani notarius primarius generalis ad civilia rogat. etc.

Loco ✠ Signi dicti d. notarii.

Die 31 januarii. 1772. = In causa illustrissimæ communitatis Imolæ cum perillustribus communitatibus Rioli, Casulæ, et Mordani ut in actis.

Decretum R. P. D. auditoris cameræ.

§. 8. Illustrissimus dominus auditor cameræ in vim specialis commissionis ab eminentia sua reverendissima eidem directæ per rescriptum diei 29 dicti januarii, visis, ac rimatis juribus, alias, ac noviter adductis tam ex parte communitatis civitatis Imolæ, quam ex parte castrorum, Rioli, Casulæ, ac Mordani, nec non habita ratione jurium ex parte curiæ laicalis guberníi civitatis Imolæ elies allegatorum, decrevit, laudavit, ac declaravit, castra præfata Rioli, Casulæ, et Mordani esse de territorio, et comitatu civitatis Imolæ, quod etiam declaratum alias fuit per sacrum rotæ romanæ tribunal decisione 177. ædita apud De Vecch. ad Bullam romani regiminis; item declaravit, et laudavit jus eidem communitati Imolæ competiisse, et competere eligendi prætorem, vicarium, ac capitaneum respective, qui in castris præfatis, eorumque districtibus causas civiles cognoscat, atque uti judex ordinarius componat, ac finiat, qui insuper consiliis præsit, quod hactenus actum est. Item cum facultatibus etiam œconomicis quoad edministrationem redditnum omnium, et proventuum communitatum dictorum castrorum, nec non quoad res omnes ad annonam frumentariam, atque oleariam spectantes, ac præsertim cum facultate videndi, ac signandi cartulas, vulgo tabellæ, quæ de more ad eminentissimum Romandiolæ legatum, seu provinciæ præsidem, ac successive ad sacram congregationem Boni Regiminis mittuntur; item declaravit, atque laudavit capitaneo, prætori, et vicario respective jus competiisse, et competere cognoscendi, ac terminandi causam damnorum datorum simplicium tantum, servata tamen Bulla sac. mem. Benedicti XIV. quæ incipit = Inveterata reipublicæ incommoda = diei 25 januarii 1751.

In reliquis vero declaravit, atque laudavit, nullum jus, nullamque actionem competiisse et competere communitati Imolæ super castris præfatis, nec jure asserti vassallagii, nec jure feudalitatis, nec pro quocumque alio jure, ac præsertim declaravit, nullam communitati Imolæ competiisse, ejusque hominibus competere jurisdictionem criminalem in castris præfatis, eorumque districtibus exercendam, nec directe, nec indirecte per vicarium, prætorem, ac capitaneum respective, aeu per quoscumque alios ab eadem communitate electos, et deputatos, omnemque jurisdictionem criminalem decrevit, laudavit, ac declaravit spectasse, et spectare ad curiam gubernatoris civitatis Imolæ, nec non ad curiam generalem legationis Romandiolæ, quæ ad easdem curias eamdem deinceps spectare voluit, ac mandavit, atque ad formam præsentis decreti, laudi, ac declarationis prolatæ in vim commissionis præfatæ eminentiæ suæ reverendissimæ (salva tamen ejusdem eminentissimi domini cardinalis legati approbatione) mandavit inter communitatem Imolæ ex una, et castra præfata stipulari instrumentum in executionem oraculi sanctissimi domini nostri Clementis XIV. concessi, eidem eminentissimo domino cardinali legato, ac semel, et iterum panditi eminentiæ suæ reverendissimæ per epistolas rev. patris domini De Simone auditoris Sanctissimi diei 25. januarii, ac diei 14. decembris 1771., et ita etc. singula singulis etc., non tantum etc., sed et omni etc.

Calixtus Marini auditor.

Die 31 jenuarii 1772 = lata, data, et publicata fuit præsentibus dd. Thoma a Scala, ac Francisco Gaiani testibus adhibitis, atque rogatis etc.

Ita est Joannes Baptista Zani not. prim. ad civilia.

Preces porrectæ judici a Sanctissimo deputato pro approbatione laudi.

§. 9. Foris = All' eminentissimo, e reverendissimo principe = Il sig. cardinale Vitaliano Borromeo legato di Romagna, e giudice specialmente deputato da nostro signore Clemente XIV. = Per la comunità di Riolo, Casola, Mordano, ed Imola = Intus = Eminentissimo, e reverendissimo principe = Le comunità di Riolo, Casola, Mordano, ed Imola oratrici umilissime dell' eminenza vostra con ogni rispetto le rappresentano aver riportato sin sotto li 31. prossimo scorso gennaro dal sig. uditore dell'eminenza vostra qual giudice deputato la pubblicazione del laudo, ossia sentenza concernente la causa giurisdizionale fra dette comunità oratrici, vertita, e desiderandosi l'approvazione di esso laudo dall' eminenza vostra in quella maniera più opportuna, ed adattata per la piena osservanza, ed esecuzione dell'accennato laudo, quindi le oratrici supplicano vostra eminenza a degnarsi approvare detto laudo, ed ordinare la di lui esecuzione. Che della grazia etc.

Approbatio laudi, et præceptum de celebrando instrumento ad tramites illius.

§. 10. Attentis narratis, oe viso laudo de mandato nostro ab uditore nostro domestico extenso, et auditis partibus sæpius par eorum præsertim procuratores, utendo faeultatibns legationis nostræ, nec non specialibus a Sanetitate Sua nobis impertitis in vim rescripti dici 19. jannarii 1771, nec non literarum rev. patris domini auditoris Sanetissimi dici 23 januarii, et 14. decembris anni prædicti, mandamus intra mensem a die intimationis præsentis rescripti, stipulari instrumentum ad formam prætati laudi inter commúnitatem Imolæ, ae castri, Rioli, Casulæ, et Mordani, revocata quacumqua sententia, seu deereto tam super manutentione, quam super bono jure, alias lato in parte, qua prædieto lando obstaret; mense vero elapso mandamus stipulari dietum instrumentum ex officio coram domino auditore nostro domestico, quibuscumqne non obstatibus. Datum Ravennæ hae die 14. martii 1772.

Vitalianus Barromæus legatus.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph de Seraphinis segret.

Quam quidem copiam laudi sive sententiæ, nec non supplicis libelli cum rescripto, ego infrascriptus notarius licet aliena, mihi tamen fida manu extrahere feci e suis met originalibus in actis mei cxistentibusete. cum quibus facta debita collatione consonare inveni, salvo etc. In quorum fidem etc. Datum Ravennæ hac die 2. octobris 1772.

Ita est Joannes Baptista Zani notarius primarius generalis ad civilia rogatus ete.

Loco ✠ Signi dicti d. notarii etc.

In Christi nomina amen etc.

Dic vero vieesima prima mensis julii 1772

Coram illnstrissimo, et reverendissimo domino mct, seu illustrissimo domino illius auditore supradicto a Sanctissimo domino nostro Clemente pp. XIV felieiter regnante deputato.

Pro perillustri communitate Rioli principali mandatarius euriæ retulit sub die 20. dieti intimasse dd. Hieronymo Gradara exadverso procuratori asserto illnstrissimæ comunitatis Imolæ exadverso prineipalis, nec non Victorio Contarini exadverso principali asserto perillustris communitatis, ct liti consorti ut in actis exadverso principalium, qualiter fuit produetum rescriptum eminentiæ suæ reverendissimæ, nec non mandatum procuræ in personam domini comparentis ad effactum stipulandi istrumentum ad formam laudi dicti domini illustrissimi auditoris, et rascripti dictæ eminantiæ suæ reverendissimæ, ac alias prout in actis, od quæ etc. Ideo eitcntur iidem ad eomparendum die erastina coram etc. hora solitæ audientiæ, et videndum præfigi dominis citatis brevem terminum ad stipulandum istrumentum ad formam eorumdem laudi, et reseripti, alias mandari stipulari ex officio per quemcumque notarium eoram illustrissimo domino auditore, et ordinem quemcumque neccssarium, et opportunum eoneedi, decerni, et relaxari una cum expensis, et decretum quodcumque ad dictam diem, et horam etc.

Delatione faeta comparuit dominus Augustinus Bezzi procurator ete. assignavit terminum eitato viginti dierum pro effectu, de quo in citatione, alias obtinuit absque expensis præsentis dccreti eni pareat, sin minus una eum expansis ete. et amplius procuratore presente etc.

Quam quidem copiam supradictæ citationis eum decreto in calce ejusdem ego inlrascriptus notarius lieet aliena, mihi tamen fida manu extrahere feci e suomet originali penes me, et in aetis mei existente ete. cum quo faeta debita collatione diligenti consonare inveni, salvo semper etc. In eujus fidem hic me scripsi, et subseripsi, atque authenticam reg. = Ravennæ hac die 2. oetobris 1772.

Ita est Joannes Baptista Zani notarius primarius ad eivilia rogatus.

Loco ✠ Signi dicti d. notarii.

Tenor instrumenti super executione laudi stipulati.

§. 11. Al nome del signore Iddio questo dì 25. agosto anno di nostra salute 1772. indizione quinta nel tempo del pontificato della santità di nostro signore Clemente XIV. pontefice ottimo massimo etc.

Vertendo lite fra l'illustrissima comunità d'Imola, e li eastelli di Riolo, Mordano, e Casola Valsenio avanti monsig. illustrissimo, e reverendissimo A. C. Carrara sopra la giurisdizione, che tiene la suddetta illustrissima eomunità sopra i detti castelli, proferì il medesimo giudiee sentenza sopra tale controversia sotto li 3. ottobre 1770. per gli atti del Gineobuzzi, dalla quale sentenza essendosi per parte dei castelli avuto ricorso alla Santità di nostro signore felicemente regnante Clemente XIV. con supplicarlo volervi porre qualehe riparo, ad oggetto di non soggiacere ad una ben lunga, e dispendiosa lite, quali castelli essendo stati esauditi con avere la Santità sna nell' udienza tenuta li 19 gennaro 1771 rimesso a sua eminenza legato questa tal causa, ed al medesi-

mo concedute tutte le facoltà necessaria, ed opportune, affine di comporre, e terminare secondo il suo giusto, ed equo arbitrio, e prudenza la detta causa, o per via di laudo, o per transazione da stipularsi anche ex officio etc. caso facesse di bisogno, da approvarsi però dalla medesima Santità sua, come dal decreto di commissione emanato il dì suddetto 19 gennaro 1771 al quale ec.

Attesa pertanto la suddetta facoltà, e delegazione degnossi il prefato eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal legato di fare intendere per mezzo di questo illustrissimo sig. governatore all' illustrissimo magistrato, che facesse giungere a sua eminenza legato copia dei documenti concernenti la ragioni che pretendavasi assistere all' illustrissima comunità; siccome ancora ordinò all'illustrissimo governatore mandargli li recapiti di queste ragioni, cha assistono al di lui governo, per poter venire alla definizione dell' affare; perlochè essendo stati da cadauna comunità, e dal governo medesimo spediti gli opportuni recapiti, fu dall'eminenza sua per mazzo del suo uditore di camera proferito laudo concernente la terminazione delle controversie suddette, ed ordinandosi ora dall' eminenza sua la stipulazione dell' istromento per approvare quanto da lui per mezzo di detto suo sig. uditore è stato firmato, a deciso, onde volendosi dall' illustrissimo magistrato dopo avere partecipato all' illustrissimo generale consiglio il detto laudo, a replicatamente sopra di questo conferito con la illustrissima congregazione economica, venire alla costituzione, e deputazione di un procuratore, quale in nome di detta illustrissima comunità intervenga alla celebrazione del riferito istromento, e per la medesima stipuli, ed accetti.

Quindi è, che personalmente costituiti alla presenza degli infrascritti testimonj, ed avanti di me notaro, e prosegretario infrascritto gl' illustrissimi signori conte Innocenzo Gadronchi gonfaloniere di giustizia, Vincenzo de' Cattani di Toranello, Rafaello Poli Cerroni, Gio. Francesco Galloni, Giovanni Vandini conservatori, che presentemente risiedono nella nobilissima carica di magistrato, e tutto rappresentano l' illustrissimo pubblico generale consiglio sponte etc., nè indotti, nè sedotti ec.; ed in ogni altro miglior modo ec. costituiscono, nominano, c deputano di loro procuratore, attore, e mandatario generale, e speciale, dimodochè la specialità non deroghi alla generalità, nè per lo contrario ec. l' eccellentissimo signore in ambi le leggi dottore Girolamo Gradara causidico della città di Ravenna, ed agente dell' illustrissima comunità absente, benchè, ma come se fosse presente etc. a comparire avanti qualsisia notaro, e qualunque altra persona, ove sarà necessario, ed ivi in nome, a veci di detti illustrissimi signori costituenti, e comunità suddetta stipulare qualunque istromento sopra le vertenze già enunciate tra detta illustrissima comunità, e li castelli suddetti, ed alla medesima uniti con approvare il laudo ogni qualvolta sarà stato dall'eminenza sua approvato a tenore della riserva fatta dal suddetto sig. uditor Marini nella estensione dello stesso laudo, con espressamente dichiarare che la comunità d'Imola non ha mai preteso, nè pretende di avere veruna giurisdizione criminale sopra gli uomini di detti castelli; ma che questa è totalmente spettante alla legazione, o alla curia del governo della città d' Imola, c non intendendo, che la città, e giudici da essa destinati abbiano, che la pura giurisdizione civile, ed economica in quella cese, ohe riguardaoo il pubblico interesse, e l' interesse civile dei particolari, null' altro avendo mai preteso questa illustrissima comunità, del che se ne protestò, e riprotestò in forma ec. salvi que' diritti ad assa competenti in vigore di transazioni già altre volte stipulate, o di sentanze dalle comunità de' castelli accettate, a passate in giudicato, sopra la quali col presente non s' intende, che mai possa dirsi fatta novazione veruna, nè da quelle receduto, e non altrimenti, nec alio modo ec., dando al suddetto signor procuratore come sopra costituito tutte le necessarie facoltà per venire alla celebrazione del detto istromento, ancorchè fossero tali, che richiedessero speciale, e specialissima menzione ec. con facoltà di rinunziare con giuramento a qualunque beneficio, ed ajuto di legge; siccoma ancora prendere qualunque giuramento in anima di detti signori costituenti, lecito però, ed onesto, ed obbligare li beni dell' illustrissima comunità, e successori ec., dandogli, e concedendegli ec. Promettendo tutto quanto verrà dal predetto sig. procuratore circa le premesse cose fatto, ed operato, averlo, e che si avrà sempre rato, grato, fermo, e valido, nè mai verrà impugnato sotto qualsisia

pretesto, titolo, o causa, rilevandolo ec., sotto l'ipoteca ec., non solum ec. sed omni etc., super quibus rogatus me etc., et extendatur etc.

Actum Imolæ sub paræcia sancti Laurentii in palatio illustrissimæ communitatis, ac in residentia illustrissimi magistratus ibidem præsentibus Bernardo Gottarelli Mazzerio, et Guido Cantoni Ramicello illustrissimæ communitatis præfatæ ambobus mihi cognitis testibus ad prædicta vocatis, adhibitis, rogatis etc. In quorum etc.

Ego Joannes Gommi nobilis imolensis publicus notarius, atque illustrissimæ communitatis alter a secretis de præmissis rogatus, ideo scripsi, subscripsi, at sigillo illustrissimæ communitatis præfatæ requisitus munivi, videlicet.

Loco ✠ Signi

Mandatum procura relaxatum a comunitate pro stipulatione instrumenti.

§. 12. Al nome del Signore Iddio questo giorno settimo del mese di luglio, anno di nostra salute 1772., indizione romana quinta in tempo del pontificato della santità di nostro signore Clemente XIV. P. O. M.

Personalmente costituiti alla presenza di me notaro, e testimonj infrascritti il signor Lorenzo della bo. me. Domenico Bellondi, e sig. Gio. Andrea della bo. me. Giuseppe Poggi ambedue moderni priori della parillustre comunità della terra di Mordano a me benissimo cogniti, sponte ec. inerendo alle facoltà ad essi loro attribuite nel generale consiglio legittimamente convocato, e tenutosi li 30. giugno prossimo scaduto dell' anno andante 1772., particola del qual consiglio concernente il presente affare in copia autentica, mi si consegna da colligarsi nel presente ec. come parte sostanziale a cui ec. fanno, creano, ordinano, e deputano in vero, ed indubitato procuratore della comunità suddetta generale, e speciale; di maniera tale però, che la generalità non deroghi alla specialità, nè pel contrario ec. l'illustrissimo signore in ambi le leggi dottore, Vittorio Contarini curiale di Ravenna assente ec., ma come presente ec. a potere, e dovere in nome, e per conto, ed interesse della riferita comunità, e per quanto alla medesima spetta, ed appartiene venire coll' illustrissima comunità d'Imola ad una stabile composizione sopra le pretensioni ad istanza di quest' ultima promosse, e suscitate contro le castella del di lei contado, e ultimamente discusse, e ventilate avanti l'eminentissimo e reverendissimo sig. cardinale Vitaliano Borromeo legato della provincia di Romagna giudice specialmente deputato dalla santità di nostro signore papa Clemente XIV. felicemente regnante, contenendosi nella riferita composiziona in tutto e per tutto a norma dal laudo, che piacque al lodato eminentissimo legato, e giudice di proferire, e promulgare dopo intese, esaminate, e riconosciute le ragioni hinc inde delle rispettive parti. E per la piena, ed inalterabile fermezza della suaccennata composizione a celebrarne pubblico, a giurato istromento a rogito di legale notaro munito della opportuna clausula, ed in quello obbligare li beni presenti, e futuri di detta comunità di Mordano col patto del confronto, ed in ampia forma della reverenda camera apostolica ec., rinunziare a qualunque benefizio di legge, e statuti, che in contrario allegare potesse ec. prendere qualunque lecito giuramento in anima del signori comunisti generali, e generalmente a dire, fare, ed operare tutto ciò sarà espediente, e necessario, onde si effettui validalmente la suddetta composizione, sempre a norma dell'enunciato laudo, ancorchè fossero cose tali, che abbisognassero di più speciale, ed individuo mandato, dando, e concedendo al suddetto procuratore costituito qualunque ampia, ed amplissima facoltà colla clausula alter ego, et cum libera etc. ita ut deficientia mandati nunquam opponi possit etc. promettendo, che quanto dirà, farà, ad opererà il detto sig. procuratore deputato, si avrà dalla comunità di Mordano sempre rato, grato, valido, e fermo, a di rilevarlo sotto l'ipoteca ec. Per la perpetua osservanza della quali cose tutte obbligarono li beni della suddetta loro comunità presenti, e futuri in ampia forma della reverenda camera apostolica ec., colle solite clausule ec. rinunciarono ec., e toccate le scritture ec. di me ec., giurarono ec. in anima dei signori comunisti generali super quibus rogatus me etc., et extendatur etc.

Hic cadunt jura da quibus etc.

In Dei nomen amen etc. Anno Domini 1772. inditione romana quinta tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris, et D. N. D. Clementis divina providentia papæ XIV. die vero sexta mensis julii.

§. 13. Infrascripta ast copia authentica particulæ cujusdam consilii habiti sub die 5 mensis iunii 1772., quam ego infrascriptus notarius, ac perillustris communitatis Mordani segratarius de

Particula consilii habiti sub die 5 junii 1772 quo permissa fuit relaxatio mandati procuræ.

verbo ad verbum, omissis clausulis, ad rem facien. fidaliter levavi ut infra videlicet

Al noma del Signore Iddio questo dì 30 giugno 1772. = Radunatosi nella sala de' consigli d'avanti l'illmo. signor conte Camillo Zampieri nobile patrizio, e senatore imolese li signori consiglieri, e deputati eccmi premesso il solito invito ai signori rannati per mezzo di Francesco Patroncini Dongello, ed Il replicato suono della campana, ed altre solennità etc. de more, ed invocato l'ajuto dello Spirito Santo si venne alle infrascritte cose, e li signori radunati furono li segnenti cioè = Il sig. Lorenzo Bellondi Priora = L'Illmo sig. Cristoforo Merighi = Il sig. Francesco Crocetti = Il sig. Francesco Pennazzi = Il sig. Antonio Lippi Bruni = Il sig. Giuseppe Collorelli = L' eccmo sig. dottore Gio. Battista Zacconi = Il sig. Domenico Folli = Il sig. Antonio Cavallazzi = E me infrascritto segretario = Il molto reverendo signor d. Domenico Mattenzzi arciprate e deputato eccmo = Il sig. don Antonio Morara dep. eccmo = Fu poi proposto da signori priori avere scritto il sig. procuratore di Ravenna, cha era necessario, che lo munissero di nn mandato di procura per potere atipnlare l'istromento di composizione a norma del lando di sua emza. tra la comunità d'Imola, e li castelli. Che inteso, fù commesso a signori priori di fare il detto mandato di procura dandogli tutte le necessarie, ed opportune facoltà ec.

Ita est Andrea Poggius publicns Dei gratia, ac apostolica auctoritate Mordani notarius, ac perillustris cummnnitatis Mordani secratarius in archigymnasio romano descriptus; suprascripta copia particulæ ax librn partitarum levare curavi, factaque diliganti collatione, concordare reperii, salvo semper ec. Ideoque scripsi, subscripsi, et solito meo tabellionatus sigillo, sicnt in margine mnnivi rog. L. ✠ S. =

Actum Imolæ sub parochia Sancti Laurentii martyris in palatio illmæ communitatis, et in publico arch. ejusdem, præsentibus ibidem eccmo Domino J. U. D. Joanne b. m. domini Dominici Zappi, et domino Josepho Maria Manzoni notario ambohus civibus imolensibus testibus adhibitis ac.

Ego Hyacinthus Polattus publicus apostolica auctoritate Imolæ notarius, in arch. Romæ descriptus fui rogatus; in quorum ec. Loco ✠ Signi d. notarii =

§. 14. Al nome del Signore Iddio questo di vigesimo nono mese di aprile, anno di nostra salute 1772 in tempo del pontificato di nostro signore Clemente XIV P. O. M. Tenor alterius mandati procurae pro stipulanda transactione.

Avanti di me notaro, e infrascritti testimonj presente, e parsonalmente costituito l'illmo sig. Giulio Cesare della bo. me. sign. capitano Bernardo Costa nobile della città di Faenza dimorante in quasto castello di Riolo, a me notaro infrascritto benissimo cognito sponte ec. agendo le presenti cose come moderno vica capo di questa perillustre comunità in virtù delle facoltà a simili signori officiali competenti, ed in ogni altro miglior modo ec. fa, crea, costituisce, e deputa, ha fatto, creato, costituito, a deputato in vero, certo, e legittimo procuratore di questa perillustre comunità di Riolo l'eccmo sig. dottore Agostino Maria Bezzi curiale di Ravenna assente ec. ma che accetterà ec. il peso della presenta procura ec. a potere in nome, e vece di questa perillustre comunità comparire avanti l'emo, e rmo sig cardinale Borromeo legatn di Romagna, o avanti qualsivoglia altro illmo sig. giudice all'infrascritto attn da sua emza. depntato, e avanti di quello, e qnelli stipulare l'istromentn di transazione sopra il lando emanato dall'illmo sig. abbate Calisto Marini uditore disua emza rma sotto il 31 gennaro corrente anno 1772 concernente la causa giurisdizionale agitatasi tra la comunità di questo castello di Riolo, e gli altri castelli, e l'illma comunità d'Imola a norma però del laudo madesimo, o della consecutiva approvazione segnata dall' emza sua legato li 14 marzo correnta anno ec. a non altrimanti, nè in altro modo ec. dando, e concedando a detto sig procuratore come sopra costituito la piena, ed ampla facoltà di poter fare, ad operare in nome di detta parillustra comunità, e suoi signori publici rappresentanti tutto ciò cha sarà nacessario, ed opportnno a detta effetto; promettendo il tutto aver rato, grato, fermo, e valido in tutte le sue parti, e che sarà rilevato ec. non solo in questo, ma in ogni altro miglior modo ec.

Actnm Rioli in arce, et in sala consilii, ibidem præsentibus admodum reverendo dominn Dominico qnondam alterius Dominici Mariæ Anderlini, ac perillnstri domino Dominico quondam Josephi Valli ambobus de hoc castro testibus adhibitis, vocatis, atque rogatis.

Ego Sebastianus Karolus Fabbri notarius fui rogatus.

Et ego Sebastianus Karolus Fabbri publicus apostolica auctoritate notarius Imolæ collegialis, et in archigymnasio romano descriptus, et modo a secretis hujus perillustris communitatis Rioli præsentem copiam infrascriptæ procuræ per me rogat. ex ejus originali mea propria manu levavi de verbo ad verbum prout jacet etc. nil etc. sed etc. In quorum fidem scripsi, subscripsi, et solito meo signo signavi rogatus etc. Loco ✠ Signi dicti domini notarii.

Coram eñio, sive illño domino auditore = pro illña communitate castri Rioli = contra illñam communitatem Imolæ nomine ut in actis die 20 julii 1772. J. B. Z. notarius primarius.

Actum Ravennæ in mansionibus residentiæ dicti illñi domini auditoris Calixti Marini positis in palatio apostolico legationis juxta etc. præsentibus ibidem domino Josepho Seraphini secretario hujus provinciæ Romandiolæ quondam domini Hyppoliti, et domino Francisco Miserocchi filio domini Petri de Ravenna testibus adhibitis, vocatis, atque rogatis etc.

Et ego Dominicus Maria Stella publicus apostolica auctoritate ex collegio Ravennæ notarius de præsenti rogatus authenticavi rogatus etc. S. semper mel. coll.

Loco ✠ Sigilli dicti domini Stella notarii.

Ego Sebastianus Karolus Fabbri publicus apostolica auctoritate notarius Imolæ collegialis et ad præsens a secretis illñæ communitatis castri Rioli præsentem copiam instrumenti ut supra per dominum Dominicum Mariam Stella Ravennæ notarium rogatum ex copia ejusdem notarii in hac priorali segretaria existente aliena manu, mihi tamen fida levare feci, prout jacet etc. factaque collatione concordare inveni etc. salva semper etc. In fidem etc. subscripsi, et signavi rogatus.

Loco ✠ Signi.

Preces porrectæ pro declaratione initæ concordiæ.

§. 15. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis in dicto laudo declaratum fuerit, civitati Imolensi competere jus anno quolibet pro unoquoque ex castris hujusmodi eligendi unum jusdicentem, qui facultatem habeat judicandi in causis civilibus, illasque decidendi, eorum consiliis assistendi, atque universo illorum œconomico regimini præsidendi, prout antea usu consueverat; nihilominus cum propter indiligentiam forsan eorum, qui dictæ civitatis jura tuebantur, deducta, et præsentata non fuerint monumenta comprobantia jurisdictionem quoque, et auctoritatem, quam consilium ejusdem civitatis, quemadmodum superius dictum fuit, immediate, ac independenter, a præfato jusdicente exercuit; hinc in laudo prædicto nulla de ea facta mentio reperitur, quinimo cum gravi ejus præjudicio ibidem non solum dictum fuit, nullum jus, nullamque actionem competiisse, et competere civitati Imolæ super castris præfatis nec jure asserti vassallagii, nec jure feudalitatis, quod sane ex parte dictæ civitatis quoad criminalia non inficiatur, sed præterea superaddita reperiuntur verba, quæ generalia sunt, nec ullam patiuntur restrictionem et a communitatibus, atque hominibus eorumdem castrorum proprio arbitratu interpretantur cum evidenti præjudicio jurisdictionis civilis, et œconomicæ super castris hujusmodi ad dictam civitatem pertinentis. Qua de re dicti exponentes, qui, ut præfertur, civitatis nomine acceptare, et approbare debuerunt laudum hujusmodi cum superius relato instrumento, in quo nulla itidam pars jurisdictionis reservata fuit favore civitatis præfatæ, licet in mandato procuræ, quo deputatus fuit is, qui confectioni instrumenti ejus nomine præsens esse debebat, declaratio superaddita reperiebatur, quod per instrumentum, et laudum hujusmodi in aliqua parte minime revocatæ, aut vulneratæ intelligendæ essent præcedentes transactiones, et sententiæ alias a memorata civitate obtentæ, et a dictis castris acceptæ, ut firma, et in suo robore maneant ipsius civitatis jura, eorumdem castrorum dependentiam quoad illorum res civiles, et œconomicas, intelligendum esse non solum relative ad præfatum jusdicentem ab eodem consilio civitatis anno quolibet, ut præfertur, deputatum, sed multo magis respectu ejusdem consilii, suique magistratus, per Nos declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissi, opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur, et declaratur Transactio adjecto onere subjectionis castrorum in negociis, et rebus civilibus atque oeconomicis.

§. 16. Nos igitur ipsos exponentes propter singularem eorum in Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem devotionem, ac fidem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et quarumcumque controversiarum initium ra-

movere cupientes, nec non dictorum exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, ac voto ejusdem Vitaliani cardinalis, et legati, præinsertum laudum, ac stipulatum desuper instrumentum auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, nec non ea servari omnino, et exequi volumus, et mandamus: ac præterea, quatenus opus sit, quod castra Rioli, Casulæ, et Mordanj debeant in negotiis, et rebus civilibus, atque œconomicis suam ipsorum dependentiam non tantum a judicibus per civitatis Imolæ consilium electis, et destinatis, sed ittio, atque eo magis ab ipso civitatis consilio, vel a magistratu per idem consilium specialiter deputando, auctoritate, et tenore prædictis declaramus.

Clausula efficacissimæ, et irritantes.

§. 17. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLV.

Datum die 25. Junii 1773. Anno V.

Monasterium monialium ordinis Prædicatorum in loco de Tulna Passaviensis diœcesis existens eximitur a jurisdictione fratrum ejusdem ordinis, et episcopo subjicitur.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut ex plurium fide dignorum concordi testimonio nuper accepimus, in monasterio dilectarum in Christo filiarum monialium ordinis Prædicatorum loci de Tulna diœcesis Passaviensis, œconomicæ ejusdem monasterii rationes adeo inversæ existant, et in angustiis versentur, ut regulari quoque observantiæ non leve intulerint præjudicium; quocirca opus omnino sit, eas omnes minuere expensas, quæ periclitanti conservationi piæ illius communitatis re ipsa necessariæ minime dignoscantur. Nos igitur pro commissi nobis pastoralis officii munere, ejusdem monasterii indigentiis, ut illud in posterum quoque, benedicente Domino, perpetuo servetur, et majora in dies suscipiat incrementa, paterna charitate consulere, atque laudabilibus carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Ungariæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris enixis votis dicti monasterii conservationem anhelantibus libenti animo annuere volentes, monasterium prædictum a non levi quidem onere manutentionis nonnullorum fratrum dicti ordinis in loco de Tulna hujusmodi ea tantum de causa commorantium, ut spirituali ipsarum monialium directioni operam dare valeant, immune reddere, illique de congruo, nec sumptuoso spirituali auxilio providere, decrevimus.

Motuproprius pro liberatione a dependentia fratrum ordinis, et subjectione ordinario.

§. 2. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, prædictum monasterium monialium ordinis Prædicatorum loci de Tulna a dependentia, regimine, et gubernio fratrum dicti ordinis Prædicatorum perpetuo eximimus, atque illud omnimodæ jurisdictioni tam in spiritualibus, quam in temporalibus dilecti filii Nostri Leopardi Hernesii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis de Firmian nuncupati moderni, et pro tempore existentis episcopi Passaviensis subjicimus.

Eximuntur literæ a vitio obreptionis, et subreptionis.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas, neque etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes citati, vocati, & auditi, & causæ propter quas emanarunt, verificatæ, & justificatæ minime fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut nullitatis, aliove quamvis magno defectu notari, impugnari, aut in dubium revocari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis, ac ordinis, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCIVI

Dat. die 25 junii 1773. Anno V.

Mandatum domino cardinali Aquaviva capiendi possessionem bonorum spectantium tam ad collegium Germanicum et Hungaricum in ducatu Urbini quam ad collegium societatis Jesu erigendum in civitate Senogalliæ.

Dilecto filio nostro Paschali S. R. E. diacono cardinali Aquaviva de Aragonia nuncupato in Urbinatensi, Eugubinæ Pisaurensi, et reliquis civitatibus et oppidis apostolico incorporationis decreto comprehensis, et ad apostolicam Sedem devolutis pro = præsidi.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Præceptum de capienda possessione bonorum.

§. 1. Cum super bonis, rebus, ac juribus tam ad collegium Germanicum, et Hungaricum almæ urbis spectantibus, et in castro montis Radii, aliisque locis ducatus Urbinatensis existentibus, quam ad collegium clericorum regularium societatis Jesu in civitate nostra Senogalliensi erigendum pertinentibus nonnullæ provisiones, ordinationes, atque dispositiones præscribere intendamus, hinc, ut hæc omnia commodius et facilius suum consequantur effectum circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut per te, vel alium, seu alios corporalem, realem, et actualem possessionem dictorum bonorum ad utrumque collegium hujusmodi tam erectum, quam erigendum spectantium, et pertinentium, et illis forsan annexorum, juriumque, et pertinentiarum suarum quarumcumque nostro, et Sedis apostolicæ nomine, omnibus mora et dilatione postpositis apprehendas atque quoscumque clericos sæculares dictæ societatis ad custodiam, seu regimen eorumdem bonorum, seu alios quomodolibet deputatos amoveas, aliosque probitate, et integritate præstantes viros in eorum locum pro recta bonorum hujusmodi administratione, eligas, ac deputes, nec non archivia, libros, et scripturas prædicta bona, eorumque administrationem quovis modo respicientia in tuto ponere, et conservare cures, et facias

Omnibus committitur ut necessaria præbeant pro plena literarum executione.

§. 2. Ut autem præmissa omnia, et singula debitæ executioni demandentur, omnibus et singulis locorum ordinariis, gubernatoribus, locumtenentibus,

prætoribus, et aliis quocumque nomine nuncupatis officialibus, et ministris civitatum, terrarum, et locorum Nobis, et S.R.E. subiectorum quavis potestate, auctoritate, et privilegio suffultis, nec non communitatibus, ac universitatibus earumdem civitatum, terrarum, et locorum, omnia et quæcumque occasione præmissorum, quæ tibi necessaria et opportuna visa fuerint, et quoties volueris, injungendi, mandandi, iubendi, et imperandi; ac mandatis tuis obtemperare recusantes per censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia cogendi, et compellendi plenam, liberam, absolutam, et omnimodam facultatem, potestatem et auctoritatem tenore præsentium tibi concedimus, et impetimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis ac prædictæ societatis et collegiorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apost., vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus nostri anno quinto.

CCLVII.

Datum die 26. junii 1773. Anno V.

Mandatum R. P. D. episcopo Montis Alti capiendi possessionem nomine summi Pontificis, et Sedis apostolicæ bonorum spectantium ad collegium Romanum Societatis Jesu loci Fiastra nuncupati

Venerabili fratri Francisco Antonio episcopo Montis Alti

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Electio commissarii apostolici pro executione mandati super possessione capienda.

§. 1. Cum super bonis, rebus, ac juribus ad collegium Romanum Societatis Jesu spectantibus, et in loco de Fiastra nuncupato Nullius seu Camerinensis, aut alterius dioecesis existentibus non nullæ provisiones, ordinationes, atque dispositiones præscribere intendamus, hinc ut præmissa omnia commodius, et facilius suum consequantur effectum fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut per te, vel alium, seu alios corporalem, realem, at actualem possessionem bonorum prædictorum ad collegium Romanum hujusmodi spectantium, et pertinentium, et illis forsan annexorum, juriumque, et pertinentiarum suarum quarumcumque Nostro, et Sedis apostolicæ nomine, omnibus, mora et dilatione postpositis, apprehendas, atque quoscumque clericos regulares dictæ Societatis ad custodiam, seu regimen eorumdem bonorum, vel alios quomodolibet deputatos amoveas, aliosque probitate, integritate præstantes viros in eorum locum pro recta bonorum hujusmodi administratione eligas, ac deputes; nec non archivium, libros, et scripturas prædicta bona, eorumque administrationem quovis modo respicientia in tuto ponere, et conservare cures, et facias. Nos enim ad præmissa omnia peragenda plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tibi concedimus, et impertimur. Quocirca dilecto filio magistro Jacobo Filomarino civitatis Nostræ Montis Alti, ejusque comitatus et districtus præside per præsentes præcipimus, ut tibi in præmissis efficacis defensionis præsidio assistat, tuaque monita, et mandata quæ quoquomodo earumdem præsentium executionem respiciant, exequi omnino curet, et faciat.

Quicumque commissario apostolico resisteret rebellis declaratur, et condignæ pœnæ subjicitur.

§. 2. Mandentes præterea in virtute sanctæ obedientiæ, ec sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis ed qnos spectat, ut tibi in præmissis pareant, et obediant, tuaque jussa, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, faciemus, auctorante Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Societatis, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 7. julii 1773. anno V.

CCLVIII.

Facultas moderno, et pro tempore existenti superiori monasterii sancti Bertini ordinis sancti Benedicti deputandi presbyteros pro absolutione a reservatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur plurima privilegia Abbati monasterii a diversis Pontificibus indulta.

§. 1. Alias felicis recordationis Leo pp. X., et Clemens pp. VII. prædecessores Nostri per suas sub plumbo anno MDXIX. et respective anno MDXXV. expeditas literas pro tempore existenti abbati monasterii sancti Bertini ordinis sancti Benedicti Audomarensis civitatis, ejusque ecclesiæ, nec non etiam ecclesiæ sancti Mummolini nuncupatæ ab eo dependenti nonnulla privilegia, et gratias concesserunt, ac indulserunt, quæ postea e rec: me: Clemente pp. VIII. prædecessore quoque Nostro per suas in simili forma Brevis die iii. junii anni MDXCIII. expeditas literas sub certis modo, et forma tunc expressis approbata, et confirmata fuerunt, ac alias prout in eorumdem prædecessorum literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri.

Novum privilegium conceditur deputandi confessarios, qui certis vicibus a reservatis absolvere valeant

§. 2. Nos igitur ecclesies prædictas, ac dilectum filium modernum, et pro tempore existentem superiorem claustralem, seu regularem dicti monasterii specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, at pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus dicti moderni superioris nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem nunc, et pro tempore existenti superiori regulari dicti monasterii, ut tam ipse, quam sui in officio hujusmodi successores, absente ejusdam monasterii abbate commendatario, vel eo deficiente, inter præsbyteros tam sæculares, quam cujusvis ordinis, et instituti regulares ab episcopo Audomarensi ad confessiones Christifidelium audiendas approbatos, eos quotannis deputare valeant, qui die festo dedicationis earumdem respectiva ecclesiarum, ac in aliis duobus diebus immediate antecedentibus festivitatem hujusmodi, Christifidelium eorumdam confessionibus diligenter auditis, ipsos, et eorum quemlibet ab omnibus, et singulis peccatis, criminibus, et excessibus, ac etiam Sedi apostolicæ reservatis casibus, exceptis sententiis in Bulla cœnæ Domini, absolvere, et pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, nec non vota quæcumque, ultramarino, visitationis limitum apostolorum Petri, et Pauli, ac sancti Jacobi de Compostella, religionisque, et castitatis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant plenam, et liberam deputandi facultatem apostolica auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Concessio plenariæ indulgentiæ favore eorum qui certis diebus, et præstitis conditionibus ecclesias monasterii, et sancti Mummolini visitaverint.

§. 3. Præterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui sive ecclesiam dicti monasterii sancti Bertini, sive præfatam ecclesiam sancti Mummolini nuncupatam die, quo festum illarum dedicationis respective celebrari solet, a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devota visitaverint, et ibi pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, principum christianorum unione, infidelium conversione, hæresum extirpatione, pront unicuique suggererit devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vii. julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Datum die 9. julii 1773. Anno V.

CCLIX.

Unio ecclesiarum Syrmiensis, et Bosnensis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Universi orbis ecclesiis, eo disponante, qui cunctis imperat, et cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præsidentes, in omnes agri Dominici partes oculos Nostræ mentis vigilis more pastoris intendimus, inspecientes quid ecclesiarum ipsarum præsertim cathedralium statui, et decori maxime conveniat, atque hoc quidem tanto liberalius, promptiusque curandum censemus, quanto magis subblimium parsonarum vota id exposcunt, et Nos in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Sane pro parte carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Uungariæ apostolicæ, at Bohemiæ reginæ illustris expositum Nobis fuit, quod propter tenuitatem redditunm cathedralis ecclesiæ Syrmiensis, ad quam, dum illa pro tampore vacat, nominatio personæ idoneæ romano Pontifici pro tempore existenti facienda ad eamdem Mariam Theresiam reginam ratione regni Hungariæ ex fundatione, vel dotatione spectat, et pertinet, quæque per translationem bo. me. Joannis Baptistæ Paxy olim illius episcopi ad ecclesiam Zagabriensem, de præsenti vacans, existit, non solum canonicis, et capitulo caret, verum etiam seminario, episcopali residentia, et cathedrali quoque ecclesia penitus destituta reperitur. Ut autem tot tantisque hujusmodi necessitatibus consultum sit, eadem Maria Theresia regina pro sua eximia, qua pollet, pietate, et singularis religionis zelo præfatam ecclesiam Syrmiensem alteri finitimæ acclesiæ Bosnensi, ad quam dum illa etiam pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ romano pontifici pro tempore existenti facienda ad ipsam Mariam Theresiam ratione regni Hungariæ hujusmodi ex fundatione, vel dotatione, aut privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, quæ insuper decenti episcopali domo, atque cathedrali ecclesia ornata reperitur, apostolica auctoritate æque principaliter, et in perpetuum unire plurimum desiderat.

§. 3. Nos igitur, omnibus matura perpensis, ac laudabilibus, enixisque ipsius Mariæ Theresiæ reginæ votis, quantum cum Domino possumus, annuere volantes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictas Syrmiensem, et Bosnensem ecclesias auctoritate apostolica tenore præsentium æqua principaliter, et in perpetuum unimus, ita quod dictarum unitarum ecclesiarum unus præsul, et episcopus sit; diœceses vero harum respective ecclesiarum, ut antea, sic et in posterum perpetuis futuris temporibus separatæ, ac illæsæ remaneant, et jurisdictioni venerabilis fratris archiepiscopi Coloczen uti suffraganeæ subiiectæ existant. — Concessio gratiæ juxta petita.

§. 4. Volumus autem, ut redditus quicumque ad dictam ecclesiam Syrmiensem spectantes (comprehensis etiam iis, qui ab ærario regio persolvuntur) integre, at absque ulla diminutione applicentur præfatæ ecclesiæ Bosnensi, cujus propterea taxa respectu applicationis hujusmodi augeatur in florenis centum triginta tribus, ac uno tertio, ad quos memorata ecclesia Syrmiensis taxata apparet, salvisque præterea juribus, si quæ habet ecclesia Quinqueclesiensis, in posterum episcopum pro temporeBosnensem etiam episcopumSyrmiensem nuncupari debere auctoritate; — Speciales providentiæ quoad redditus bonorum.

et tenore prædictis præcipimus, et mandamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicqua in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctæ Romenæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuntios iudicari, ot definiri debere, ac irritum, et inane ai secus super his a quoquam quavis auctoritate scionter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 6. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes, citatis quorum interest, ac Leterenensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in cesibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, at synodalibus conciliis cditis generalibus, vel specialibus constitutionibus, at ordinationibus, dictarumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolice, val quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ao cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficecioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specio, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expresse, et individua, non autem par clausulas generales idem importantes mentio, ant aliqua exquisita forma ad id servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ec da verbo ad verbum insertis babentes, illis alias in suo robora permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialitar, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die noua julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLX.

Dat. die 20. julii 1773. Anno V.

Dispensatio super perpetua abstinentia ab esu carnium pro monachis monasterii sancti Ghisleni, ordinis sancti Benedicti Camcrecensis diœcesis.

Clomens PP. XIV.

Ad perpetuem rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Amandas de Cazlez abbas monasterii sancti Ghisleni ordinis sancti Benedicti diœcesis Cameracensis in Hannonia, et monachi omnes dicti monastorii, quod ad instar aliorum monasteriorum in Belgio axistentium, istud quoque sancti Ghisleni sub regula, et constitutionibus ordinis sancti Benedicti congregationis Brusfaldensis erectum, fundatumque fuit centum, ot quinquaginta annis prius quam in Lotharingia constituta reperiretur alie nova congregatio reformata ejusdem ordinis sancti Benedicti sub invocatione, seu titulo sanctorum Vitonis, et Idulphi, in qua perpetua ab esu carnium abstinentia servatur. Anno itaque MDCXL, reluctante etiam parte monachorum dicti monastcrii sancti Ghisleni, tuno in humanis egens Augustinus Curlay illius abbas excepit, atque in suum monasterium admisit reformatam qualitatem memoratæ congregationis sanctorum Vitonis, et Idulphi, desuper conditis nonnullis capitulis, quæ postmodum felicis recordationis Urbanus pp. VIII. prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die xx. augusti MDCXLIII. expeditas literas confirmavit, at approbavit, ec alias prout in oisdem literis quarum tenores præsentibus pro plone, et sufficienter expressis, ac de verbo ed verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Ratio concessionis

§. 2. Verum cum longi temporis experientia compartum sit, quod abstinentia ab esu carnium in eodem monasterio sancti Ghisleni servata grave admodum præjudicium inferebat; modo vero dignoscatur, quod exequi amplius minime possit absque eo, quod monasterium ipsum extinguatur, atque deficiat, tum quia cariori sane pretio victus comparari debet, itaut monasterium prædictum aliis otiam immensis sumptibus obnoxium quam primum onere quoque æris alieni gravatum reperitur, tum etiam quia propter qualitatem loci inter paludes, ac sub insalubri cœ-

lo existentis, ubi inundationes frequentes quandoque sunt, nequaquam possibile foret, vitam ibi ducere salsamenta comedendo, et si forte alicui ex monachis superveniat infirmitas, quæ alibi curabilis esset, ibi tamen curari minime posset, quemadmodum in medica, et chirurgica arte periti deposuerunt. Hinc dicti exponentes super præfata abstinentia perpetuâ ab esu carnium, vigore dictæ reformatæ qualitatis alterius congregationis sanctorum Vitonis, & Idulphi in eorum monasterium, ut præfertur, alias admissæ, et per memoratas literas ipsius Urbani prædecessoris approbatæ, in posterum per Nos dispensari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio dispensationis sub certis reservationibus.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis quovis modo, & quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, & absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, & consultationibus episcoporum, & regularium præpositorum, qui relationem venerabilis fratris Thomæ Mariæ archiepiscopi Hodiensis Nostri, et apostolicæ Sedis in Belgicis ditionibus nuntii super præmissis ad eosdem cardinales transmissam attenderunt, consilio, cum eisdem exponentibus nunc, & pro tempore existentibus abbate, & monachis dicti monasterii sancti Ghisleni super perpetua abstinentia prædicta ab esu carnium auctoritate apostolica tenore præsentium dispensamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissima suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac memoratis ipsius Urbani prædecessoris literis, et ordinis, ac congregationum, nec non monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, ac vice dumtaxat, specialiter, expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima-julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLXI.

Dat. die 21. junii 1773. Anno V.

Suppressio, et extinctio Societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Dominus ac Redemptor noster Jesus Christus princeps pacis a propheta prænunciatus quod hunc in mundum veniens per angelos primum pastoribus significavit, ac demum per se ipsum antequam in cœlos ascenderet semel et iterum suis reliquit discipulis, ubi omnia Deo patri reconciliavisset, pacificans per sanguinem crucis suæ, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt, apostolis etiam reconciliationis tradidit ministerium, posuitque in eis verbum reconciliationis, ut legatione fungentes pro Christo, qui non est dissentionis Deus, sed pacis, et dilectionis, universo orbi pacem annuntiarent, et ad id potissimum sua studia conferrent, ac labores, ut omnes in Christo geniti solliciti essent servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, et unus spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis, ad quam nequaquam perti-

gitur, ut inquit sanctus Gregorius Magnus, si non ad eam unita cum proximis mente curratur.

Prosecutio proemii

§. 2. Hoc ipsum potiori quadam ratione Nobis divinitus traditum reconciliationis verbum, et ministerium ubi primum meritis prorsus imparibus, erecti fuimus ad hanc Petri sedem in memoriam revocavimus, diu, noctuque præ oculis habuimus, cordique altissime inscriptum gerentes, et pro viribus satisfacere contendimus, divinam ad id opem assidue implorantes, ut cogitationes, et consilia pacis Nobis, et universo dominico gregi Deus infundere dignaretur, ad eamque consequendam tutissimum Nobis, firmissimumque iter tum reservare. Quinimo probe scientes, divino Nos consilio constitutos fuisse super gentes, et super regna ut in excolenda vinea Sabaoth, conservandoque christianæ religionis ædificio, cujus Christus est angularis lapis, evellamus, et destruamus, et disperdamus, et dissipemus, et ædificemus, et plantemus, eo semper fuimus animo constantique voluntate ut quemadmodum pro Christianæ reipublicæ quiete, et tranquillitate, nihil a Nobis prætermittendum esse censuimus, quod plantando, ædificandoque esset quovis modo accommodatum, ita eodem mutuæ charitatis vinculo expostulante, ad evellendum destruendumque quidquid jucundissimum etiam Nobis esset, atque gratissimum, et quo carere minime possemus sine maxima animi molestia, et dolore, prompti æque essemus atque parati.

Plurimum ad catholicæ fidei incrementum tunc conferre declaratur, quod constituantur religiosi ordines, ac vicissim si detrimentum ex illis christianus populus recipiatur, necessitas exponitur illos evellendi

§. 3. Non est sane ambigendum, ea inter quæ ad catholicæ reipublicæ bonum, felicitatemque comparandam plurimum conferunt, principem fere locum tribuendum esse regularibus ordinibus, et quibus amplissimum in universam Christi ecclesiam quavis ætate dimanavit ornamentum, præsidium, et utilitas. Hos idcirco apostolica hæc Sedes approbavit non modo suisque fulcita est auspiciis, verum etiam pluribus auxit beneficiis, exemptionibus, privilegiis, et facultatibus, ut ex his ad pietatem excolendam, et religionem, ad populorum mores, verbo, et exemplo rite informandos, ad fidei unitatem inter fideles servandam, confirmandamque magis, magisque excitarentur, atque inflammarentur. Ast ubi eo res devenit, ut ex aliquo regulari ordine, vel non amplius uberrimi ii fructus, atque optatissima emolumenta a christiano populo perciperentur, ad quæ afferenda fuerant primitus instituti, vel detrimento potius esse visi fuerint, ac perturbandæ magis populorum tranquillitati, quam eidem procurandæ accommodati, hæc eadem apostolica Sedes, quæ eisdem plantandis operam impenderat suam, suamque interposuerat auctoritatem, eos vel novis communire legibus, vel ad pristinam vivendi severitatem revocare, vel penitus etiam evellere, ac dissipare minime dubitavit.

Exempla enumerantur suppressionum ordinum.

§. 4. Hac sane de causa Innocentius pp. III. prædecessor Noster cum comperiisset nimiam regularium ordinum diversitatem gravem in ecclesiam Dei confusionem inducere, in concilio generali Lateranensi IV. firmiter prohibuit, ne quis de cætero novam religionem inveniat, sed quicumque ad religionem converti voluerit unam de approbatis assumat, decrevitque insuper, ut qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam, et institutionem accipiat de approbatis. Unde consequens fuit, ut non liceret omnino novam religionem instituere sine speciali romani pontificis licentia, et merito quidem; nam cum novæ congregationes majoris perfectionis gratia instituantur, prius ab hac sancta apostolica Sede ipsa vitæ futuræ forma examinari, et perpendi debet diligenter, ne sub specie majoris boni, et sanctioris vitæ plurima in ecclesia Dei incommoda, et fortasse etiam mala exoriantur.

Renovata incomoda iterum alii Pontifices eliminarunt.

§. 5. Quamvis vero providentissime hæc fuerint ab Innocentio III. prædecessore constituta, tamen postmodum non solum ab apostolica Sede importuna petentium inhiatio aliquorum ordinum regularium approbationem extorsit, verum etiam non nullorum præsumptuosa temaritas diversorum ordinum, præcipue mendicantium nondum approbatorum effrœnatam quasi multitudinem adinvenit. Quibus plene cognitis, ut malo statim occurreret Gregorius pp. X. pariter prædecessor Noster in generali concilio Lugdunensi renovata constitutione ipsius Innocentii prædecessoris districtius inhibuit, ne aliquis de cætero novum ordinem aut religionem adinveniat, vel habitum novæ religionis assumat; cunctas gero generaliter religiones, et ordines mendicantes post concilium Lateranense IV. adinventos, qui nullam confirmationem Sedis apostolicæ meruerunt perpetuo prohibuit. Confirmatos autem ab apostolica Sede modo decrevit subsistere infrascripto, ut videlicet professoribus eorumdem ordinum ita liceret in illis remanere, si voluerint, quod nullum dein-

ceps ad eorum professionem admitterent, nec de novo domum, vel aliquem locum acquirerent, nec domos seu loca quæ habebant alienare valerent sine ejusdem sanctæ Sedis licentia speciali. Ea enim omnia dispositioni Sedis apostolicæ reservavit in terræ sanctæ subsidium, vel pauperum, vel alios pios usus per locorum ordinarios, vel eos quibus Sedes ipsa commiserit, convertenda. Personis quoque ipsorum ordinum omnino interdixit, quoad extraneos, prædicationes, et audiendi confessiones officium, aut etiam sepulturam. Declaravit tamen in hac constitutione minime comprehensos esse Prædicatorum, et Minorum ordines, quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ universali proveniens perhibeat approbatos. Voluitque insuper Eremitarum sancti Augustini, et Carmelitarum ordines in solido statu permanere, ex eo quod istorum institutio prædictum generale concilium Lateranense præcesserat. Demum singularibus personis ordinum ad quos hæc constitutio extendebatur, transeundi ad reliquos ordines approbatos licentiam concessit generalem, ita tamen ut nullus ordo ad alium, vel conventus ad conventum se ac loca sua totaliter transferret, non obtenta prius speciali Sedis apostolicæ licentia.

Templariorum militaris ordinis suppressio memoratur a Clemente V. præcepta consentientium concilii Viennensis.

§. 6. Hiscemet vestigiis secundum temporum circumstantias inhæserunt sancti romani Pontifices prædecessores Nostri quorum omnium decreta longum esset referre. Inter cæteros vero Clemens pp. V. pariter prædecessor Noster per suas sub plumbo sexto nonas maii anno incarnationis Dominicæ MCCCXII. expeditas literas ordinem militarem Templariorum nuncupatorum, quamvis legitime confirmatum, et alias de christiana republica adeo præclare meritum, ut a Sede apostolica insignibus beneficiis, privilegiis, facultatibus, exemptionibus, licentiis cumulatus fuerit, ob universalem diffamationem suppressit, et totaliter extinxit, etiamsi concilium generale Viennense, cui negotium examinandum commiserat, a formali, et definitiva ferenda sententia censuerit se abstinere.

Laudatur sanctus Pius V. qui Humiliatorum fratrum congregationem extinxit, ex quo in necem s. Caroli Borromaei, eorum non nulli conspiraverant.

§. 7. Sanctæ memoriæ Pius pp. V. similiter prædecessor noster, cujus insignem sanctitatem pie colit, et veneratur Ecclesia catholica, ordinem regularem fratrum Humiliatorum concilio Lateranensi anteriorem, approbatumque a felicis recordationis Innocentio III. Honorio III. Gregorio IX et Nicolao V. romanis pontificibus prædecessoribus itidem Nostris ob inobedientiam decretis apostolicis, discordias domesticas, et externas exortas, nullum omnino futuræ virtutis specimen ostendentem, et ex eo quia aliqui ejusdem ordinis in necem sancti Caroli S. R. E. cardinalis Borromæi protectoris, et visitatoris apostolici dicti ordinis scelerate conspiraverint, extinxit, ac penitus abolevit.

Laudatur quoque Urbanus Octavus, qui spirituales fratres Reformatos suppressit, qui spirituales fructus amplius non exhibebant.

§. 8. Recolendæ mem. Urbanus pp. VIII. etiam prædecessor noster per suas in simili forma Brevis die vi. februarii MDCXXVI expeditas literas congregationem fratrum Conventualium reformatorum, a felicis memoriæ Sixto pp. V itidem prædecessore Nostro solemniter approbatam, et pluribus beneficiis, ac favoribus auctam, ex eo quia ex prædictis fratribus ii in Ecclesia Dei spirituales fructus non prodierint, imo quamplures differentiæ inter eosdem fratres Conventuales reformatos, ac fratres Conventuales non reformatos ortæ fuerint, perpetuo suppressit, ac extinxit. Domus, conventus, loca, suppellectilem, bona, res, actiones, et jura ad prædictam congregationem spectantia ordini fratrum minorum sancti Francisci Conventualium concessit, et assignavit, exceptis tantum domo Neapolitana, et domo sancti Antonii de Padua nuncupati de urbe, quam postremam cameræ apostolicæ applicavit, et incorporavit suæque, suorumque successorum dispositioni reservavit. Fratribus denique prædictæ suppressæ congregationis ad fratres sancti Francisci Cappuccinos, seu de observantia nuncupatos transitum permisit.

Idem Pontifex Urbanus VIII. regulares ordinis ss. Barnabæ, et Ambrosii suppressit, et sæculares effecit.

§. 9. Idem Urbanus pp. VIII. per alias suas in pari forma Brevis die II. decembris MDCXLIII. expeditas literas ordinem regularem sanctorum Ambrosii, et Barnabæ ad Nemus perpetuo suppressit, extinxit, et abolevit, subiecitque regulares predicti suppressi ordinis jurisdictioni, et correctioni ordinariorum locorum, prædictisque regularibus licentiam concessit, se transferendi ad alios ordines regulares ab apostolica Sede approbatos. Quam suppressionem recordatæ memoriæ Innocentius pp. X prædecessor quoque Noster solemniter per suas sub plumbo kalendis aprilis anno incarnationis Dominicæ MDCLXV. expeditas literas confirmavit, et insuper beneficia, domus, et monasteria prædicti ordinis, quæ antea regularia erant ad sæcularitatem reduxit, ac in posterum sæcularia fore, et esse declaravit.

Idipsum præstavit Innocentius X. circa

§. 10. Idemque Innocentius X prædecessor per suas in simili forma Bre-

ea regulares ordinis pauperum Matris Dei scholarum Piarum ob graves excitatas perturbationes.

vis die XVI martii MDCXLV ob graves perturbationes excitatas inter regulares ordinis Pauperum Matris Dei scholarum Piarum, etsi ordo ille, prævio maturo examine a Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro solemniter approbatus fuerit, prefatum regularem ordinem in simplicem congregationem, absque ullorum votorum emissione ad instar instituti congregationis presbyterorum sæcularium Oratorii in ecclesia sanctæ Mariæ in Vallicella de urbe sancti Philippi Neri nuncupata reduxit; regularibus prædicti ordinis sic reducti transitum ad quamcumque religionem approbatam concessit. Admissionem novitiorum, et admissorum professionem interdixit. Superioritatem denique, et jurisdictionem, quæ penes ministrum generalem, visitatores, aliosque superiores residebat, in ordinarios locorum totaliter transtulit. Quæ omnia per aliquot annos consecuta sunt effectum, donec tandem Sedes hæc apostolica, cognita prædicti instituti utilitate, illum ad pristinam votorum solemnium formam revocavit, ac in perfectum regularem ordinem redegit.

Eadem de causa suppressionem idem Pontifex decrevit ordinis s. Basilii de armenis.

§. 11. Per similes suas in pari forma Brevis die xxix. octobris MDCL. expeditas literas idem Innocentius X prædecessor ob discordias quoque, et dissentiones exortas suppressit totaliter ordinem sancti Basilii de armenis; regulares prædicti suppressi ordinis omnimodæ jurisdictioni, et obedientiæ ordinariorum locorum subjecit in habitu clericorum sæcularium, assignata iisdem congrua sustentatione ex redditibus conventuum suppressorum; illisque etiam facultatem transeundi ad quamcumque religionem approbatam concessit.

Presbyteros sub congregatione boni Jesu receptos sæculares in posterum idem pontifex haberi jussit, qui fructus spirituales minime dabant.

§. 12. Pariter ipse Innocentius X. prædecessor per alias suas in dicta forma Brevis die xxii. iunii MDCLI. expeditas literas, attendens nullos spirituales fructus ex regulari congregatione presbyterorum boni Jesus in Ecclesia sperari posse, præfatam congregationem perpetuo extinxit; regulares prædictos jurisdictioni ordinariorum locorum subjecit, assignata iisdem congrua sustentatione ex redditibus suppressæ congregationis, et cum facultate transeundi ad quemlibet ordinem regularem approbatum a Sede apostolica, suoque arbitrio reservavit applicationem bonorum prædictæ congregationis in alios pios usus.

Nec secus sese gessit Clemens nonus, qui iisdem de causis

§. 13. Denique felicis recordationis Clemens pp. IX prædecessor itidem Noster, cum animadverteret, tres regulares ordines, canonicorum vedelicet regularium sancti Georgii in Alga nuncupatorum, Hieronymianorum de Fesulis, ac tandem Jesuatorum a sancto Joanne Columbano institutorum parum vel nihil utilitatis, et commodi christiano populo afferre, aut sperare posse eos esse aliquando allaturos, de iis supprimendis, extinguendisque consilium cæpit, idque perfecit suis literis in simili forma Brevis die vi. decembris MDCLXVIII. expeditis, eorumque bona, et redditus satis conspicuos, venetorum republica postulante, in eos sumptus impendi voluit, qui ad Cretense bellum adversus turcas sustinendum erant necessario subeundi.

tres regulares ordines dissolvit.

In suppressionibus hujusmodi s. sedes procedere solet de plenitudine potestatis, absque forma iudicii.

§. 14. In his vero omnibus decernendis, perficiendisque satius semper duxerunt prædecessores Nostri ea uti consultissima agendi ratione, quam ad intercludendum penitus aditum animorum contentionibus, et ad quælibet amovenda dissidia, vel partium studia magis conferre existimarunt. Hinc molestia illa, ac plena negotii prætermissa methodo, quæ in forensibus instituendis iudiciis adhiberi consuevit, prudentiæ legibus unice inhærentes, ea potestatis plenitudine, qua tamquam Christi in terris vicarii, ac supremi Christianæ reipublicæ moderatores amplissime donati sunt, rem omnem absolvendam curarunt, quin regularibus ordinibus suppressioni destinatis veniam facerent, et facultatem sua experiendi jura, et gravissimas illas vel propulsandi criminationes, vel causas amoliendi, ad quas ad illud consilii genus suscipiendum adducebantur.

Quæ esset Societatis Jesu institutio, quibus legibus, quæ vota servanda.

§. 15. His igitur, aliisque maximi apud omnes ponderis et auctoritatis exemplis Nobis ante oculos propositis, vehementique simul flagrantes cupiditate, ut in ea quam infra aperiemus, deliberatione fidenti animo, tutoque pede incedamus, nihil diligentiæ omisimus et inquisitionis, ut quidquid ad regularis ordinis, qui Societatis Jesu vulgo dicitur, originem pertinet, progressum, hodiernumque statum perscrutaremur, et compertum inde habuimus, eum ad animarum salutem, ad hæreticorum, et maxime infidelium conversionem, ad majus denique pietatis, et religionis incrementum a sancto suo conditore fuisse institutum, atque ad optatissimum hujusmodi finem facilius, feliciusque consequendum, arctissimo evangelicæ paupertatis voto tam in communi, quam in particulari fuisse Deo consecratum, exceptis tantummodo stu-

diorum, seu literarum collegiis, quibus possidendi redditus ita facta est vis, et potestas, ut nihil tamen ex iis redditibus in ipsius societatis commodum, utilitatem, ac usum impendi unquem posset, atque converti.

Privilegia concessa eidem Societati.

§. 16. His, eliisque sanctissimis legibus probate primum fuit eadem Societas Jesu a recordatæ memoriæ Paulo pp. III. prædecessore nostro per sues sub plumbo v. kelendas octobria anno incarnationis Dominicæ MDXL expeditas literas, ab eodemque concessa ei fuit facultas condendi jura, atque statuta, quibus Societatis præsidio, incolumitati, atque regimini firmissime consuleretur. Et quamvis idem Paulus prædecessor societatem ipsam angostissimis sexeginte dumtexat elumnorum limitibus ab initio circumscripsisset; per alias temen suas itidem sub plumbo pridie kalendas martii enno incarnationis Domioicæ MDXLIII expeditas literas locum dedit eedem in Societate iis omnibus quos in eam excipere illius moderatoribus visum fuisset opportuoum eut necessarium. Anno deinde MDXLIX suis in simili forma Brevis die xv. novembris expeditis literis idem Paulus prædecessor pluribus, atque amplissimis privilegiis eamdem Societatem donavit, ac in his indultum elies per eumdem præpositis generalibus dictæ Societatis concessum admittendi viginti presbyteros coadjutores spirituales, eisque impertiendi eesdem facultates, gratiam, et auctoritatem, quibus socii ipsi professi donantur, ad alios quoscumque, quos idoneos forc iidem præpositi generales censuerint, ullo absque limite, et numero extendendum voluit, atque mandavit, ac præteree Societatem ipsam, et universos illius socios, et personos, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, jurisdictione, corretione quorumcumque ordineriorum exemit, et vindicavit, ec sub sue, et epostolicæ Sedis protectione suscepit.

Munera eidem concredita.

§. 17. Haud minor fuit reliquorum prædecessorum Nostrorum eamdem erga Societetem liberalitas, ec munificentia. Constat enim a recolendæ memoriae Julio III, Paulo IV, et Pio IV, at V, Gregorio XIII, Sixto V, Gregorio XIV, Clemente VIII, Paulo V, Leone XI, Gregorio XV, Urbeno VIII., aliisque romanis pontificibus privilegia eidem Societeti jam entea tributa, vel coofirmata fuisse, vel novis aucta eccessionibus, vel apertissime declarata. Ex ipso tamen apostolicarum constitutionum tenore, et verbis palam colligitur eadem in Societate suo fere ab initio varie dissidiorum, ec æmulationum semina pullulesse ipsos non modo inter socios, verum etiam cum eliis regularibus ordinibus, clero sæculari, ecedemiis, universitatibus, publicis litererum gymnesiis, et cum ipsis etiem principibus, quorum in ditionibus societes fuerat excepte, easdemque contentiones, et diseidia exeitata modo fuisse de votorum indole, et natura, de tempore edmittendorum sociorum ed vote, de facultate socios expellendi, de iisdem sociis ad secros ordines promovendis sine congrue, ac sine votis solemnibus, contra concilii Tridentini, ac sanctæ memoriæ pp. Pii V. prædecessoris Nostri decreta; modo de absolute potestate, quem præpositus generelis ejusdem Societatis sibi vindicabat, ac de eliis rebus ipsius Societatis regimen spectantibus; modo de variis doctrinæ capitibus, de scholis, de exemptionibus, et privilegiis, quæ locorum ordinarii, aliæque personæ in acelesiastica, vel sæculari dignitate constitutæ suæ noxia esse jurisdictioni, ec juribus contendebant; ac demum minime defuerunt gravissimæ accusationes eisdem sociis objectæ quæ christianæ reipublicæ pecem, ec tranquillitetem non parum perturbarunt.

Incomoda quæ ex immunitatibus hujusmodi obvenere, et querelæ adversus societatem motæ.

§. 18. Multæ hinc ortæ edversus Societatem quærimoniæ, quæ nonnullorum etiem principum auctoritate munitæ, ec relationibus ad recolendæ memoriæ Paulum IV, Pium V, et Sixtum V, prædecessores Nostros delatæ fuerunt. In his fuit claræ memoriæ Philippus II. Hispaniarum rex catholicus, qui tum grevissimes, quibus ille vehemeoter impellebatur, retiones, tum etiam eos, quos ab Hispaniarum inquisitoribus adversus immoderate Societatis privilegia, ac regiminis formem acceperat, clamores, et contentionum capita a nonnullis ejusdem etiam societetis viris doctrina, et pietete spectatissimis confirmata eidem Sixto V. prædecessori exponenda curavit, apud eumdemque egit, ut apostolicam Societatis visitationem decerneret, etque committeret.

Novis privilegiis indultis conatur Gregorius XIV querelis finem imponere.

§. 19. Ipsius Philippi regis petitionibus, et studiis, quæ summa inniti æquitate animadverterat, annuit idem Sixtus prædecessor, delegitque ad apostolici visitatoris munus episcopum prudentie, virtute, et doctrina omnibus commendetissimum, ac præterea congregationem designavit nonnullorumSanctæ Romanæ Ecclasiæ cardinalium, qui ei rei perficiendæ sedulam navarent ope-

ram. Verum dicto Sixto V. prædecessore immaturà morte perempto, saluberrimum ab eo susceptum consilium evanuit, omnique caruit effectu. Ad supremum autem apostolatus apicem assumptus fel. rec. Gregorius pp. XIV. per suas literas sub plumbo iv. kalendas julii anno Dominicæ incarnationis MDXCI. expeditas Societatis institutum amplissime iterum approbavit, rataque habere jussit, ac firma privilegia quæcumque eidem Societati a suis prædecessoribus collata, et illud præ cæteris, quo cautum fuerat, ut a Societate expelli, dimittique possent socii, forma iudiciaria minime adhibita, nulla scilicet præmissa inquisitione, nullis confectis actis, nullo ordine judiciario servato, nullisque terminis etiam substantialibus servatis, sola facti veritate inspecta, culpæ vel rationabilis causæ tantum ratione habita, ac personarum, aliarumque circumstantiarum. Altissimum insuper silentium imposuit, vetuitque sub pœna potissimum excommunicationis latæ sententiæ, ne quis dictæ Societatis institutum constitutiones, aut decreta directe, vel indirecte impugnari auderat, vel aliquid de iis quovis modo immutari conaret. Jus tamen cuilibet reliquit, ut quidquid addendum, minuendum aut immutandum censeret sibi tantummodo, et romanis solum pontificibus pro tempore existentibus vel immediate, vel per apostolicæ Sedis legatos, seu nuncios significare posset, atque proponere.

Internæ simultates, et exterorum querelæ ipsi generali congregationi suaserunt.

§. 20. Tantum vero abest, ut hæc omnia satis fuerint compescendis adversus Societatem clamoribus, et querelis, quin potius magis, magisque universum fere orbem pervaserunt molestissimæ contentiones de Societatis doctrina, quam fidei veluti ortodoxæ, bonisque moribus repugnantem plurimi traduxerunt; domesticæ etiam, externæque efferbuerunt dissentiones et frequentiores lactæ sunt in eam de nimia potissimum terrenorum bonorum cupiditate accusationes, ex quibus omnibus suam hauserunt originem tum perturbationes illæ omnibus satis cognitæ, quæ Sedem apostolicam ingenti mœrore affecerunt, ac molestia, tum capta a principibus nonnullis in Societatem consilia. Quo factum est, ut eadem Societas novam instituti sui, ac privilegiorum confirmationem a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro impetraturæ, coacta fuerit ab eo petere, ut rata habere vellet, suaque confirmare auctoritate decreta quædam in quinta generali congregatione edita, atque ad verbum excripta in suis sub plumbo pridie nonas septembris anno incarnationis dominicæ MDCVI. desuper expeditis literis, quibus in decretis discretissime legitur, tam internas sociorum simultates, ac turbas, quam exterorum in Societatem querelas, ac postulationes socios in comitiis congregatos impulisse ad sequens condendum statutum.

Tenor decreti congregationis super reformatione Societatis.

§. 21. Quoniam Societas nostra, quæ » ad fidei propagationem, et anima» rum lucra a Domino excitata est, » sicut per propria instituti ministeria, » quæ spiritualia arma sunt, cum Ec» clesiæ utilitate, ac proximorum ædi» ficatione sub crucis vexillo finem fe» liciter consequi potest, quem inten» dit, ita et hæc bona impediret, et » se maximis periculis exponeret, si ea » tractaret, quæ sæcularia sunt, et ad » res politicas, atque ad status guber» nationem pertinant; idcirco sapientis» sime a nostris majoribus statutum » est, ut militantes Deo, aliis quæ a » nostra professione aborrent, non im» plicemur. Cum autem his præsertim » temporibus valde periculosis, pluri» bus locis, et apud varios principes » (quorum tamen amorem, at chari» tatem sanctæ memoriæ pater Igna» tius conservandam ad divinum obse» quium pertinere putavit) aliquorum » fortasse culpa, et vel ambitione, vel » indiscreto zelo religio nostra male au» diat, et alioquin bonus Christi odor » necessarius sit, ad fructificandum; » censuit congregatio ab omni specie » mali abstinendum esse, et querelis » quoad fieri poterit, etiam ex falsis » suspicionibus provenientibus occurren» dum. Quare præsenti decreto gravi» ter, et severe nostris omnibus inter» dicit, ne in hujusmodi publicis ne» gotiis, etiam invitati, aut allecti ulla » ratione se immisceant, nec ullis pre» cibus, et suasionibus ab instituto de» flectant. Et præterea quibus efficacio» ribus remedils omnino huic morbo, » sicuti opus sit, medicina adhibea» tur, patribus definitoribus accurate » decernendum et definiendum com» mendavit.

Adhibita remedia, optatum finem, minime produxerant.

§. 22. Maximo sane animi Nostri dolore observavimus, tam prædicta, quam alia complura deinceps adhibita remedia nihil ferme virtutis præsetulisse, et auctoritatis ad tot, ac tantas evellendas, dissipandasque turbas, accusationes, et quærimonias, in sæpedictam Societatem, frustraque ad id la-

borasse cæteros prædecessores Nostros Urbanum VIII, Clementem IX, X, XI, et XII, Alexandrum VII, ac VIII, Innocentium X, XI, XII, et XIII, ac Benedictum XIV, qui optatissimam conati sunt Ecclesiæ restituere tranquillitatem, plurimis saluberrimis editis constitutionibus, tam circa sæcularia negotia, sive extra sacras missiones, sive earum occasione minime exercenda, quam circa dissidia gravissima, ac jurgia adversus locorum ordinarios, regulares ordines, loca pia, atque communitates cujusvis generis in Europa, Asia, et America non sine ingenti animarum ruina, ac populorum admiratione a Societate acriter excitata; tum etiam super interpretatione, et praxi ethnicorum quorumdam rituum aliquibus in locis passim adhibita, omissis iis, qui ab universali Ecclesia sunt rite probati, vel super earum sententiarum usu, et interpretatione, quas apostolica Sedes tamquam scandalosas, optimæque morum disciplinæ manifeste noxias merito proscripsit, vel aliis demum super rebus, maximi equidem momenti, et ad christianorum dogmatum puritatem sartam, tectam, servandam apprime necessariis, et ex quibus nostra hac non minus, quam superiori ætate plurima dimanarunt detrimenta, et incommoda, perturbationes nimirum ac tumultus in nonnullis catholicis regionibus Ecclesiæ persecutiones in quibusdam Asiæ, et Europæ provinciis, ingens denique allatus est moeror prædecessoribus Nostris, et in his piæ memoriæ Innocentio pp. XI, qui necessitate compulsus eo devenit, ut Societati interdixerit novitios ad habitum admittere, tum Innocentio pp. XIII, qui eamdem pœnam coactus fuit eidem comminari, ac tendem rec. mem. Benedicto pp. XIV, qui visitationem domorum, collegiorumque in ditione carissimi in Christo filii Nostri Josephi Lusitaniæ, et Algarbiorum regis fedelissimi existentium censuit decernendam; qui ullum subinde vel Sedi apostolicæ solamen, vel Societati auxilium, vel christianæ reipublicæ bonum accesserit ex novissimis apostolicis literis a felicis recordationis Clemente pp. XIII. immediato prædecessore Nostro extortis potius ut verbo utamur a prædecessore Nostro Gregorio X. in supracitato Lugdunensi œcumenico concilio adhibito, quam impetratis, quibus Societatis Jesu institutum magnopere commendatur, ac rursus approbatur.

Augeatur imo in dies dissidia, scanda.

§. 23. Post tot tantasque procellas, ac tempestates acerbissimas futurum optimus quisque sperabat, ut optatissima illa tandem aliquando illucesceret dies, quæ tranquillitatem, et pacem esset cumulatissime allatura. At Petri cathedram gubernante eodem Clemente XIII prædecessore longe difficiliora, ac turbulentiora accesserant tempora. Auctis enim quotidie magis in prædictam societatem clamoribus, et querelis, quinimo periculosissimis alicubi exortis seditionibus, tumultibus, dissidiis,, et scandalis, quæ christianæ charitatis vinculo labefactato, ac penitus disrupto, fidelium animos ad partium studia, odia, et inimicitias vehementer inflemmarunt; eo discriminis, ac pericull res perducta visa est, ut ii ipsi, quorum avita pietas, ac in Societatem liberalitas hæreditario quodam veluti jure a majoribus accepta omnium fere linguis summopere commendatur, charissimi nempe in Christo filii Nostri reges francorum, Hispaniarum, Lusitaniæ, ac utriusque Siciliæ suis ex regnis, ditionibus, atque provinciis socios dimittere coacti omnino fuerint, et expellere; hoc unum putantes extremum tot malis superesse remedium, et penitus necessarium ad impediendum quominus christiani populi in ipso sanctæ matris Ecclesiæ sinu se se invicem lacesserent, provocarent, lacerarent.

Ia et exterorum principum querelæ

§. 24. Ratum vero habentes prædicti charissimi in Christo filii nostri remedium hoc firmum esse non posse, ac universo christiano orbi reconciliando accommodatum, nisi Societas ipsa prorsus extingueretur, ac ex integro supprimeretur; sua indcirco apud præfatum Clementem XIII prædecessorem exposuerunt studia, ac voluntatem, et qua valebant auctoritate, et precibus, conjunctis simul votis expostularunt, ut efficacissima ea ratione perpetuæ suorum subditorum securitati, universæque Ecclesiæ bono providentissime consuleret. Qui tamen præter omnium expectationem contigit ejusdem pontificis obitus rei cursum, exitumque prorsus impedivit. Hine nobis in eadem Petri cathedra, divina disponente clementia, constitutis eædem oblatæ sunt preces, petitiones, et vota, quibus sua quoque addiderunt studia, animique sententiam episcopi complures, aliique viri dignitate, doctrina, religione plurimum conspicui.

Unum superfuit propterea congregationem supprimere.

§. 25. Ut autem in re tam gravi, tantique momenti tutissimum caperemus consilium, diuturno Nobis temporis spatio opus esse judicavimus, non

Maturæ deliberationes præmittuntur, et divinum imploratur auxi-

Iura in re tam gravi, tantique momenti.

modo ut diligenter inquirere, maturius expendere, et consultissime deliberare possemus; verum etiam ut multis gemitibus, et continuis preoibus singulare a potre luminum exposceremus auxilium, et præsidium, qua etiam in re fidelium omnium precibus, pietatisque operibus Nos sæpius apud Deum juvari curavimus. Perscrutari inter cætera voluimus, quo innitatur fundamento pervagata illa apud plurimos opinio, religionem scilicet clericorum Societatis Jesu fuisse a concilio Tridentino solemni quadam ratione epprobatam et confirmatam, nihilque aliud de ea octum fuisse comperimus in citato conoilio, quam ut a generali illo exciperetur decreto, quo de reliquis regularibus ordinibus cautum fuit, ut finito tempore novitiatus, novitii qui idonei inventi fuerint, ad profitendum admittantur, out e monasterio ejiciantur. Quamobrem eadem sancta synodus (Sess. 25 cap. 16 de regular.) deolaravit se nolle aliquid innovare, aut prohibere, quin prædicta religio clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum a sancta Sede apostolica approbatum, Domino, et ejus Ecclesiæ inservire possint.

Pro bono Ecclesiæ, et animarum salute suppressio decernitur, cum necessariis cauthelis.

§. 26. Tot itaque, ac tam necessariis adhibitis mediis, divini Spiritus, ut confidimus, adjuti præsentia, et afflatu, nec non muneris Nostri compulsi necessitate, quo et ad christianæ reipublicæ quietem, et tranquillitatem conciliandam, fovendam, roborandam, et ad illa omnia penitus de medio tollenda, quæ eidem detrimento vel minimo esse possunt, quantum vires sinunt, arctissime adigimur; cumque prætarea animadverterimus prædictam Soc. Jesu uberrimos illos, amplissimosque fructus, et utilitates afferre amplius non posse, ad quos instituta fuit, e tot prædecessoribus Nostris approbata, ac plurimis ornata privilagiis imo fieri aut vix, aut nullo modo posse ut ea incoluma manente, vera pax, ac diuturna Ecclesiæ restituatur. His propter gravissimis adducti causis, aliisque pressi rationibus, quos et prudentiæ leges, et optimum universalis Ecclesiæ regimen nobis suppeditant, altaque mente repositas servamus, vestigiis inhærentes eorumdem prædecessorum Nostrorum, et præsertim memorati Gregorii X. prædecessoris in generali concilio Lugdunensi, cum et nunc de Societate agatur tum instituti sui, tum privilegiorum etiam suorum ratione mendicantium ordinum numero adscripta, maturo consilio, ex certa scientia, et plenitudine potestatis apostolicæ sæpedictam Societatem extinguimus, et supprimimus: tollimus et abrogamus omnia, et singula ejus officia, ministeria, et administrationes, domus, scholas, collegia, hospitia, et loca quæcumque quavis in provincio, regno, et ditione existentia, et modo quolibet ad eam pertinentia: ejus statuta, mores, consuetudines, decreta, constitutiones, etiam juramento, confirmatione apostolica, aut alias roboratas; omnia item, et singula privilegia, et indulta generalio, vel specialia, quorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum essent inserta, ac etiamsi quibusvis formulis, clausulis irritantibus, et quibuscumque vinculis, et decretis sint concepta pro plene, et sufficienter expressis haberi volumus. Ideoque declaramus cassatam perpetuo manere, ac penitus extinctam omnem, et quamcumque auctoritatem præpositi generalis, provincialium, visitatorum, aliorumque quorumlibet dictæ Societatis superiorum tam in spiritualibus, quam in temporalibus, camdemque jurisdictionem et auctoritatem in locorum ordinarios totaliter, et omnimode transferimus juxta modum, casus, et personas, et iis sub conditionibus, quas infra explicabimus, prohibentes, quemadmodum per præsentes prohibemus, ne ullus amplius in dictam Societatem excipiatur, et ad habitum, ac novitiatum admittatur; qui vero hactenus fuerunt excepti ad professionem votorum simplicium, vel solemnium sub pœna nullitatis admissionis, et professionis, aliisque arbitrio Nostro, nullo modo admitti possint, et valeant. Quinimo volumus, præcipimus, et mandamus, ut qui nunc tyrocinio actu vacant, statim, illico, et immediate, et cum effectu dimittantur; ac similiter vetamus, ne qui votorum simplicium professionem emiserunt, nulloque sacro ordine sunt usque adhuc initiati, possint ad majores ipsos ordines promoveri prætextu, aut titulo vel jam emissæ in Societate professionis, vel privilegiorum contra concilii Tridentini decreta eidem Societati collatorum.

§. 27. Quoniam vero eo nostra tendunt studia, ut quemadmodum Ecclesiæ utilitatibus, ac populorum tranquillitati consulere cupimus, ita singulis ejusdem religionis individuis, seu sociis, quorum singulares personas paterne in Domino diligimus, solamen aliquod, et auxilium afferre studeamus, ut ab omnibus, quibus hactenus vexati fue-

Consulitur ut socii professi votorum dumtaxat simplicium congruum munus consequantur.

runt, contentionibus, dissidiis, et angoribus liberi, fructuosius vineam Domini possint excolere, et animarum saluti uberius prodesse; Ideo decernimus, et constituimus, ut socii professi votorum dumtaxat simplicium, et sacris ordinibus nondum initiati, intra spatium temporis a locorum ordinariis definiendum, satis congruum ad munus aliquod, vel officium, vel benevolum receptorem inveniendum, non tamen uno anno longius a data præsentium nostrarum literarum inchoando, domibus, et collegiis ejusdem Societatis omni votorum simplicium vinculo soluti egredi omnino debeant, eam vivendi rationem suscepturi, quam singulorum vocationi, viribus, et conscientiæ magis aptam in Domino judicaverint; eum et juxta Societatis privilegia dimitti ab ea hi poterant non alia de causa, præter eam, quam superiores prudentiæ, et circumstantiis magis conformem putarent, nulla præmissa citatione, nullis confectis actis, nulloque judiciario ordine servato.

Sociis ad S. ordines promotis tribuitur facultas ingrediendi in quamcumque regularem religionem.

§. 28. Omnibus autem sociis ad sacros ordines promotis veniam facimus, ac potestatem, easdem domos, aut collegia Societatis deserendi, vel, ut ad aliquem ex regularibus ordinibus a Sede apostolica approbatis se conferant, ubi probationis tempus a concilio Tridentino præscriptum debebant explere, si votorum simplicium professionem in Societate emiserint: si vero solemnium etiam votorum per sex tantum integros menses in probatione stabunt, super quo benigne eum eis dispensamus, vel ut in sæculo maneant tamquam præsbyteri, et clerici sæculares sub omnimoda, ac totali obedientia, et subjectione ordinariorum, in quorum diœcesi domicilium figant; decernentes insuper, ut his, qui hac ratione in sæculo manebunt, congruum aliquod, donec provisi aliunde non fuerint, assignetur stipendium ex redditibus domus, seu collegii ubi morabuntur, habito tamen respectu tum redditum, tum onerum eidem annexorum.

Deleto penitus societatis nomine conceditur unum, ut infirmi, aliique nonnulli maneant in domibus societatis utentes vestibus clericorum sæcularium, et sub gubernio sacerdotis sæcularis.

§. 29. Professi vero in sacris ordinibus jam constituti, qui vel timore ducti non satis honestæ sustentationis ex defectu, vel inopia congruæ, vel quia loco carent ubi domicilium sibi comparent, vel ob provectam ætatem, infirmam valetudinem, aliamque justam, gravemque causam, domus Societatis seu collegia derelinquere opportunum minime existimaverint, ibidem manere poterunt; ea tamen lege, ut nullam prædictæ domus, seu collegii administrationem habeant, clericorum sæcularium veste tantummodo utantur, vivantque ordinario ejusdem loci plenissime subjecti. Prohibemus autem omnino, quominus in eorum qui deficient, locum alios sufficiant, domum de novo juxta concilii Lugdunensis decreta, seu aliquem locum acquirant; domos insuper, res, et loca quæ nunc habent, alienare valeant, quinimo in unam tantum domum, seu plures, habita ratione sociorum, qui remanebunt, poterunt congregari, ita, ut domus, quæ vacuæ relinquentur, possint in pios usus converti juxta id quod sacris canonibus, voluntati fundatorum, divini cultus incremento, animarum saluti, ac publicæ utilitati videbitur suis loco, et tempore recte, riteque accommodatum. Interim vero vir aliquis ex clero sæculari, prudentia, probisque moribus præditus designabitur, qui dictarum domorum præsit regimini, deleto penitus, et suppresso nomine Societatis.

In generali suppressione comprehenduntur, etiam qui antea a provinciis expulsi fuerant.

§. 30. Declaramus individuos etiam prædictæ Societatis ex omnibus provinciis, a quibus jam reperiuntur expulsi, comprehensos esse in hac generali Societatis suppressione: ac proinde volumus, quod supradicti expulsi etiamsi ad majores ordines sint, et existant promoti, nisi ad alium regularem ordinem transierint, ad statum clericorum, et præsbyterorum sæcularium ipso facto redigantur, et locorum ordinariis totaliter subiiciantur.

Ordinariis locorum conceditur potestas impertiendi, vel denegandi potestatem sociis suppressis excipiendi sacramentales confessiones.

§. 31. Locorum ordinarii, si eam, qua opus est, deprehenderint virtutem, doctrinam, morumque integritatem in iis, qui regulari Societatis Jesu instituto ad presbyterorum sæcularium statum in vim præsentium nostrarum literarum transierint, poterunt eis pro suo arbitrio facultatem largiri, aut denegare excipiendi sacramentales confessiones christifidelium, aut publicas ad populum habendi sacras conciones, sine qua licentia in scriptis, nemo illorum iis fungi muneribus audebit. Hanc tamen facultatem iidem episcopi, vel locorum ordinarii numquam quoad extraneos iis concedent, qui in collegiis, aut domibus antea ad Societatem pertinentibus vitam ducent; quibus proinde perpetuo interdicimus sacramentum pœnitentiæ extraneis administrare, vel prædicare quemadmodum ipse etiam Gregorius X. prædecessor in citato generali concilio simili modo prohibuit. Qua de re ipsorum episcoporum oneramus conscientiam, quos memores cu-

pimus severissimæ illius rationis, quam de ovibus eorum curæ commissis Deo sunt redditurí, et durissimi etiam illius judicii, quod iis qui præsunt, supremus vivorum, et mortuorum judex minatur.

Præcipitur ut magistri munus illi tantum conservare possint, qui prudentia, et doctrina ita polleant, ut gravissimarum contentionum periculum non inducant.

§. 32. Volumus præterea, quod si quis eorum, qui Societatis institutum profitebantur munus exerceat erudiendi in literis juventutem, aut magisterium agat in aliquo collegio, aut schola, remotis penitus omnibus a regimine, administratione, et gubernio, iis tantum in docendi munere locus fiat perseverandi, et potestas, qui ad bene de suis laboribus sperandum signum aliquod præseferant, et dummodo ab illis alienos se præbeant disputationibus, et doctrinæ capitibus, quæ sua vel laxitate, vel inanitate gravissimas contentiones, et incommoda parere solent, et procreare, nec ullo unquam tempore ad hujusmodi docendi munus ii admittantur, vel in eo, si nunc actu versantur, suam sinantur præstare operam, qui scholarum quietem, ac publicam tranquillitatem non sunt pro viribus conservaturi.

Sibi reservat Pontifex arbitrium concedendi ad sacras missiones, a sociis dari solitas.

§. 33. Quo vero ad sacras attinet missiones, quarum etiam ratione intelligenda volumus quæcumque de Societatis suppressione disposuimus; Nobis reservamus ea media constituere, quibus, et infidelium conversio, et dissidiorum sedatio facilius, et firmius obtineri possit et comparari.

Abolitis privilegiis societatis habiles socii facti sunt ad quodcumque munus seculare.

§. 34. Cassatis autem, et penitus abrogatis, ut supra, privilegiis quibuscumque, et statutis sæpedictæ Societatis, declaramus ejus socios, ubi a dominibus et collegiis Societatis egressi, et ad statum clericorum regularium redacti fuerint, habiles esse, et idoneos ad obtinenda juxta sacrorum canonum, at constitutionum apostolicarum decreta, beneficia quæcumque tam sine cura, quam cum cura, officia, dignitates, personatus, et id genus alia, ad quæ omnia eis in societate manentibus aditus fuerat penitus interclusus a fel. record. Gregorio PP. XIII. per suas in simili forma Brevis die x. septembris MDLXXXIV. expeditas literas, quarum initium est = *Satis superque*. Item eisdem permittimus, quod pariter vetitum eis erat, ut eleemosynam pro missæ celebratione valeant percipere: possintque iis omnibus frui gratiis, et favoribus, quibus tamquam clerici regulares Societatis Jesu perpetuo caruissent. Derogamus pariter omnibus, et singulis facultatibus, quibus a præposito generali, aliisque superioribus vi privilegiorum a summis pontificibus obtentorum, donati fuerint, legendi videlicet hæreticorum libros, et alios ab apostolica Seda proscriptos, et damnatos, non servandi jejuniorum dies, aut esurialibus cibis in iis non utendi, anteponendi, postponendique horarum canonicarum recitationem, aliisque id genus, quibus in posterum eos uti posse severissime prohibemus, cum meus Nobis, animusque sit, ut iidem tamquam sæculares presbyteri ad juris communis tramites suam accomodent vivandi rationem.

Clausulæ salutares pro plena executione constitutionis.

§. 35. Vetamus, ne postquam præsentes nostræ literæ promulgatæ fuerint, ac notæ redditæ, ullus audeat earum executionem suspendere etiam colore, titulo, prætextu cujusvis petitionis, appellationis, recursus, declarationis, aut consultationis dubiorum, quæ forte oriri possent, alioque quovis prætextu præviso, vel non præviso: Volumus enim ex nunc et immediate suppressionem, et cassationem universæ prædictæ Societatis, et omnium ejus officiorum suum effectum sortiri forma, et modo a Nobis supra expressis sub pœna majoris excommunicationis ipso facto incurrendæ Nobis, Nostrisque successoribus romanis pontificibus pro tempore existentibus reservatæ adversus quemcumque qui Nostris hisce literis adimplendis impedimentum, objcem aut moram apponere præsumpserit.

Prohibetur ne quis scribat, vel agat aliquid adversus suppressam societatem, illiusque socios.

§. 36. Mandamus insuper, ac in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus omnibus, et singulis personis ecclesiasticis regularibus, sæcularibus cujuscumque gradus, dignitatis, qualitatis, et conditionis, et iis signanter, qui usque adhuc Societati fuerint adscripti, et inter socios habiti, ne defendere audeant, impugnare, scribere, vel etiam loqui de hujusmodi suppressione, deque ejus causis, et motivis, quemadmodum nec de Societatis instituto, regulis, constitutionibus, regiminis forma, aliave de re quæ ad hujusmodi pertinet argumentum absque expressa romani Pontificis licentia, ac simili modo sub pœna excomunicationis Nobis, ac nostris pro tempore successoribus reservatæ prohibemus omnibus, et singulis ne hujus suppressionis occasione ullum audeant, multoque minus eos qui socii fuerunt injuriis, jurgiis, contumeliis, aliove contemptus genere, voce, aut scripto clam, aut palam afficere, ac lacessire.

Hortantur Principes ut Socios defendant.

§. 35. Hortamur omnes christianos principes, ut ea, qua pollent, vi, auctoritate, et potentia, quam pro Sanctae Romanae Ecclesiae defensione, et patrocinio a Deo acceperunt, tum etiam eo quo in hanc apostolicam Sedem ducuntur obsequio, et cultu, suam praestent operam, ac studia, ut hae nostrae literae suum plenissimum consequantur effectum, quinimo singulis in iisdem literis contentis inhaerentes similia constituant, et promulgent decreta, per quae omnino caveant, ne dum haec nostra voluntas executioni tradetur, ulla inter Christifideles excitentur jurgia, contentiones, et dissidia.

Christi fideles deprecantur, ut remotis jurgiis, multoque magis insidiis, socios diligant christiana charitate,

§. 36. Hortamur denique christianos omnes, ac per Domini nostri Jesu Christi viscera obsecramus, ut memores sint, omnes eumdem habere magistrum, qui in coelis est; eumdem omnes reparatorem, a quo empti sumus pretio magno; eodem omnes lavacro aquae in verbo vitae regeneratos esse, et filios Dei, coaeredes autem Christi constitutos; eodem catholicae doctrinae, verbique divini pabulo nutritos, omnes demum unum corpus esse in Christo, singulos alterum alterius membra; atque idcirco necesse omnino esse, ut omnes communi charitatis vinculo simul colligati omnibus cum omnibus pacem habeant, ac nemini debeant quidquam, nisi ut invicem diligant, nam qui diligit proximum legem implevit, summo prosequentes odio offensiones, simultates, jurgia, insidias, eliaque hujusmodi ab antiquo humani generis hoste excogitata, inventa, et excitata ad Ecclesiam Dei perturbandam, impediendamque aeternam fidelium felicitatem sub fallacissimo scholarum, opinionum, vel etiam christianae perfecionis titulo, ec praetextu. Omnes tandem totis viribus, contendant veram, germanamque sibi sapientiam comparare, de qua scriptum est per sanctum Jacobum (cap. 3. epist. canon vers. 13) = Quis sapiens, et disciplinatus inter vos ostendat ex bona coversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae. Quod si zelum enimarum habetis, et contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, et mendaces esse adversus veritatem. Non est etiam ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus, et contentio, ibi inconstantia, et omne opus pravum. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis non judicans, sine aemulatione. Fructus autem justitiae in pace seminantur facientibus pacem. =

Efficacia literarum ad privilegiatissimas etiam personas licet non interpellatas extenditur, remoto vitio obreptionis, et subreptionis.

§. 37. Praesentes quoque literas etiam ex eo quod superiores, et alii religiosi saepe dictae Societatis, et caeteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in praemissis, seu eorum aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda servata non fuerint, aut ex quocumque alio capite a jure vel consuatudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sen etiam enormis, enormissimae, et totalis laesionis, et quovis alio praetextu, occasione, vel causa, etiam quamtumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiem revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, eut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concesso aut impetrato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, sed easdem praesentes semper, perpetuoque validas, firmas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac per omnes, et singulos ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 38. Sicque, et non eliter in praemissis omnibus et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicae nuncios, et alios quavis auctoritate, et potastate fungentes et functuros in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, et auctoritate judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 39. Non obstantibus constitutionibus, et ordinibus apostolicis etiam in conciliis generalibus editis, et qua-

tanus opus sit, regula nostra de jure quæsito non tollendo, nec non sæpedictæ Societatis illiusque domorum, collegiorum, ac ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem Societati, illiusque superioribus, religiosis, et personis quibuslibet sub quibusvis tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; illorum omnium, et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur præsentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 40. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus nostri anno quinto.

CCLXII.

Datum die 19. Julii 1773. Anno V.

Capitulo, et beneficiatis collegiatæ ecclesiæ de Guimaraes Bracharensis diœcesis communicantur privilegia etc. ordinis canonicorum regularium sancti Augustini.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoris æterni, qui pro gregis salute in ara crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes, in terris pia Christifidelium vota, divini cultus augumentum, ac ipsorum fidelium animarum salutem concernentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, et devota opera exercenda indulgentiis, et peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium, ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque sicut dilecti filii prior, capitulum, et beneficiati, aliique inservientes insignis, ut asseritur, collegiatæ, et regiæ ecclesiæ nuncupatæ de Guimaraes Bracharensis diœcesis Nobis nuper exponi fecerunt, in dicta ecclesia a primæva usque illius erectione per plura deinde sæcula extiterint canonici regulares ordinis sancti Augustini in regnis Portugalliæ, et Algabiorum sanctæ crucis Colimbriensis nuncupati, illorumque institutum profiteretur, cum peculiaribus constitutionibus sancti Teutonii olim canonici ejusdem ordinis, et quamvis progressu temporis, dicta collegiata ecclesia ad statum sæcularem redacta, modo clerus sæcularis illi inserviat, nihilominus in priore, capitulo, et beneficiatis, aliisque pro tempore existentibus, et eidem ecclesiæ inservientibus semper fuerit peculiaris erga dictum ordinem affectus, atque constans devotio in sanctos, et festivitates ejusdem ordinis, ita ut hoc ineunte sæculo ab illius superiori generali communicationem spiritualium gratiarum alias ecclesiæ quoque cathedrali Colimbriensi concessam ipsi obtinuerint. Hinc, ut communicatio hujusmodi firmius subsistat, et efficacior evadat, dicti exponentes privilegia, gratias, et indulta, quibus ordo ipse, ejusque canonici regulares fruuntur, sibi, et ecclesiæ collegiatæ prædictæ per Nos etiam communicari summopere desiderent,

Concessio gratiæ.

§. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes applicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratam privilegiorum ordini canonicorum regularium hujusmodi alias concessorum communicationem quoad gratias spirituales tantum dictis exponentibus, ac pro tempore existentibus priori, capitulo, beneficiatis, aliisque ecclesiæ prædictæ inservientibus, necnon eidem ecclesiæ auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Sanctio concessionis per clausulas irritantes, et cum derogatione contrariorum.

§. Decernentes ipsas presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ec irritum, et inane, si secus super his e quoquam quevis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die xxviii. julii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIII.

Dat. die 29. Julii 1773. anno V.

Absolutio militum Aurei Velleris a juramento, et facultas eis conferendi habitum aliarum militiarum.

Charissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictonem.

Exponitur lex statuti militaris ordinis, prohibens concessionem habitus ei, qui non abdicaverit habitum alterius militiæ, cui nomen dederat, et necessitas derogandi legi prædictæ, juramento licet confirmatæ.

§. 1. Cum sicut pro parte majestatis tuæ Nobis nuper expositum fuit, statutis militiæ Aurei Velleris, quæ illius milites solemni juramento servare spoponderunt, inter alia caveatur expresse in eorum articulo secundo, ne habitus ejusdem militiæ cuique conferretur, qui alterius militiæ, seu ordinis militaris habitu insignitus existat, nisi ejusmodi militiarum, seu ordinum habitum abdicaverit; multoties vero, rationabilibus causis ita suadentibus, ab hac statutaria dispositione recessum fuit, et concesso habitu primodictæ militiæ variis personis aliis militiis seu ordinibus jam adscriptis, illæ ad dimittendum earumdem militiarum seu ordinum habitum adstrictæ minime fuerunt, nec eum dimiserunt; et quamvis statuta prædicta sive a capitulo ipsius militiæ, te præside congregato, sive e majestate tua tamquam suo principe, ejusque fundatoris hærede juxta temporum, et circumstantiarum varietates mutari, seu innovari posse putetur, nihilominus attenta ejusdem militiæ eximia nobilitate, et antiquitate e quacumque statutorum hujusmodi mutatione, seu renovatione abstinere intendis. Cupiens tamen securitati, et quieti eorum omnium, quibus habitum dictæ militiæ usque adhuc contulisti, quique etiam alterius militiæ, seu ordinis militaris habitum, vel antea habuerunt, et non dimiserunt, vel postmodum susceperunt, nec indultum illum simul gestandi apostolica auctoritate obtinuerunt, opportune a Nobis providari; ac præterea facultatem ut in posterum, non obstantibus statutis prædictis, eorumque articulo secundo, et juramento desuper præstito, quicumque milites Aurei Velleris, tue ad id accedente licentia, habitum alterius militiæ, sive aliorum ordinum militarium suscipere, simulque gestare possint; itaut statim, ac habitum alterius militiæ ei exhibue-

ris, aut, tuo accedente consensu, ipsi milites ab alio principe habitum alterius militiæ, seu ordinis militaris obtinuerint ex facto, et assensu hujusmodi, ab observantia eorumdem statutorum, quoad præmissa, et consequenter a juramento desuper præstito absoluti censeantur, per Nos tibi concedi plurimum desideres.

Hispaniarum Regi indulgetur arbitrium a lege dispensandi, non obstantibus statutis ordinis, etiam pontificia auctoritate confirmatis.

§. 2. Nos igitur milites primo dictæ militiæ tuo intuitu specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes: et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, eosdem milites omnes qui habitum alterius militiæ seu ordinis militaris jam antea habuerunt, et non dimiserunt aut postea susceperunt, ut putatur, a quibusvis reatibus, perjuriis, et sententiis, censuris, et pœnis, quæ propter præmissa quomodolibet incurrisse dici, et censeri possit, auctoritate apostolica tenore præsentium absolvimus, et totaliter liberamus, absolutosque, et liberatos esse decernimus. Eidemque majestati tuæ facultatem (non obstantibus statutis prædictis et consequenter juramento de illis observandis) militibus cujuscumque alterius militiæ, seu ordinis militaris, habitum etiam militiæ Aurei Velleris exhibendi, atque assensum, ut ab alio principe habitus aliarum militiarum, seu ordinum hujusmodi ipsius exhibeatur præstandi, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Dispensationes salutares a perjurii periculo, et a pœnis ecclesiasticis.

§. 3. Eisdem vero militibus, ut ipsi ex solo facto exhibitionis habitus militiæ Aurei Velleris a te peragendæ, vel ex solo tuo assensu, ut præfertur, præstendo habitum aliarum militiarum, et ordinum militarium libere, ac licite sine ulla perjurii, aliarumque ecclesiasticarum pœnarum incursu, et conscientiæ scrupulo, simul gestare libere, et licite possint, et valeant pari auctoritate, et tenore tribuimus, et impertimur. Per præsentes tamen non intendimus quidquam detractum, aut præjudicium ullum irrogatum facultatibus, et privilegiis tam majestati tuæ uti ejusdem militiæ Aurei Velleris principi, quam quibuscumque illius fratribus militibus quomodolibet spectantibus, et vigore sive ejus fundationis, sive quarumcumque constitutionum, et ordinationum, ac literarum apostolicarum competentibus, quin imo eadem privilegia, prædictasque constitutiones, ordinationes, ac literas apostolicas præsertim felicis recordationis Eugenii pp. IV. et Leonis pp. X. prædecessorum Nostrorum in sua integra vi, et robore semper, ac perpetuo permanere debere, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaremus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac militiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea præstitum fuerit juramentum; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona junii millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIV.

Dat. die 18. august. 1773. Anno V.

Deputatio particularis congregationis pro executione omnium contentorum in Brevi suppressionis Societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Motus proprius pro deputatione congregationis

§. 1. Gravissimis ex causis nuper Nos per alias Nostras in simili forma brevis die xxi. superioris mensis julii expeditas literas, Societatem Jesu extinctam, atque suppressam decrevimus, et declaravimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expres-

ais haberi volumus, uberius continetur. Accitis postmodum die vi. currentis mensis augusti dilectis filiis Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteris cardinalibus Andrea s. Matthæi in Merulanam Corsino, Mario s. Augustini Marefusco, Francisco sancti Clementis Carafa, et Francisco Xaverio ss. Silvestri, et Martini ad Montes de Zelada respective nuncupatis, ac dilecto quoque filio Nostro Antonio sancti Georgii ad Volum Aureum, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Casali pariter nuncupato, nec non dilectis etiam filiis magistris Vincentio Macedonio, et Onuphrio Alfano, Nos eisdem omnibus causas ipsas, totamque rei gestæ seriem, ejusque singulares etiam circumstantias aperuimos, ac uberrime patefecimus, perlectisque Nostris literis prædictis, ipsi omnia per Nos gesta, et in eis contenta quam maxime, ac unanimiter commendantes, omnem promereri laudem agnoverunt, putarunt, ac crediderunt. Modo autem volentes, ut quæ in prædictis literis disposita, constituta, et præscripta sunt debitæ executioni, ac juxta animi Nostri sententiam committantur; hinc est, quod motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, unam erigimus, atque instituimus congregationem ex supra dictis quinque cardinalibus, ac duobus romanæ curiæ prælatis, nec non ex duobus quoque regularibus in sacra theologia præclaris, tamquam consultoribus a Nobis nominandis, quibus hæc præcipue cura incumbere debeat, ut ea omnia, quæ in dictis Nostris literis constituta sunt, atque mandata suum assequantur effectum, et si aliqua in earum executione circa modum, personas, et res olim ad Societatem ipsam spectantes suboriri in posterum unquam valeat dubitatio, Nobis prius consultis, tollatur, atque declaretur. Eidem vero sic per Nos institutæ congregationi, omnes, et quascumque pro executione dictarum literarum necessarias, et quomodolibet opportunas facultates, etiam summarie, et sine strepitu, et figura judicii, sola facti veritate inspecta, ac per inquisitionem quoque procedendi adversus omnes, et quascumque personas cujusvis status, gradus, qualitatis, et dignitatis existant, ac res, bona, libros, scripturas, supellectilia, aliaque ad Societatem prædictam jam spectantia retinentes, occupantes, et occultantes, easque tam sub ecclesiasticis censuris, quam sub aliis arbitrio ipsius congregationis imponendis pœnis ad earum revelationem, ac restitutionem cogendi, et compellendi, motu, scientia, et pari matura deliberatione tribuimus, et impertimur.

§. 2. Ne autem ea, quæ in congregatione hujusmodi pertractanda, atque discutienda erunt revelentur, et ad aliorum aures perveniant; omnibus, et singulis eamdem congregationem constituentibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto absque ulla declaratione incurrendæ, a qua nemo absolutionis beneficium, præterquam a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutos valeat obtinere, prohibemus, atque expresse interdicimus, ne ea, quæ quocumque modo in dicta congregatione proposita, discussa, aut definita fuerint, sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore patefacere, vel directe, aut indirecte revelare valeant, aut præsumant. Præterea attenta dictæ Societatis suppressione, et extinctione, omnes, et quascumque facultates, jurisdictiones, privilegia, et auctoritates quorumcumque collegiorum, domorum, ecclesiarum, et seminariorum, ac personarum ipsius sic extinctæ Societatis protectoribus, aliisque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et magno quoque pœnitentiario super eis quomodolibet concessas, indultas, et attributas, motu, scientia, et deliberatione similibus suspensas pro nunc decernimus, et declaramus, atque omnimodam jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem in iis omnibus, quæ quoquomodo personas, ecclesias, domos, collegia, res, et bona dictæ jam extinctæ Societatis respiciant, privative quoad omnia alia tribunalia, etiam quarumcumque congregationum eorumdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium tam concilii Tridentini interpretum, quam consultationibus episcoporum, et regularium, ac negotiis Propagandæ Fidei, ac Disciplinæ regulari præpositorum, sublata eis, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, atque auctoritate, ad eamdem congregationem per præsentes constitutam spectare, et pertinere statuimus, et jubemus.

Præcipitur silentium circa singula quæ pertractantur, et definiuntur, in congregatione sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, et uni pontifici reservata.

§. 3. Volentes insuper, ut ad dictam tantummodo congregationem a Nobis, ut præfertur, erectam, privative pariter, quod alios quoscumque, et quæcumque alia tribunalia spectet quoque, et pertineat non solum providero, sive quæ pœnitentiarios basilicæ principis apostolorum de urbe, sive quæ

Eidem congregationi jus tribuitur privativum, deputandi, et eligendi pœnitentiarios, et superiores collegiorum, et seminariorum.

alios pœnitentiarios almæ domus Lauretanæ respiciunt, sed etiam viros doctrina, ac pietate præditos, in superiores, lectores, seu magistros domorum, collegiorum, et seminariorum hujusmodi, eligere, ac deputare.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXV.

Datum die 18. augusti 1773. Anno V.

Indultum ut alumni collegii Scotorum Vallisoletanæ de consensu rectoris ad omnes sacros ordines promoveri valeant.

Dilecto filio Joanni Geddes moderno, et pro tempore existenti rectori collegii Scotorum Vallisoletanensis.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis, et conditiones, quibus gratia alligata est.

§. 1. De tua singulari fide, prudentia, et doctrina plurimum in Domino confidentes, ea tibi concedenda duximus, quæ infrascripti collegii, et alumnorum illius commodo, et utilitati profuturum esse cognovimus. Itaque de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, tibi moderno, et pro tempore existenti rectori ad triennium proximum tantum; et interim quamdiu rectoris munere in isto collegio Scotorum Vallisoletanæ fungeris, seu rector hujusmodi pro tempore existens fungetur, quo ipsius scholares alumni post longos studiorum labores sacerdotali ministerio pro loci, et temporis necessitate fungi, et functionibus sacris assuescere, ac ecclesiæ dicti collegii officia divina præstare, seu uti operarii fructuosius mitti valeant, eisdem alumnis, dummodo ipsi juramentum præstari solitum ab alumnis collegiorum pontificiorum hujusmodi, ac præsertim redeundi in Scotiam præstent, de tuo consensu, et examine præcedenti, ut absque literis dimissoriis suorum ordinariorum clericali militiæ adscribi, et aliquibus quatuor etiam feriatis, ac continuis, vel interpolatis, seu unica, diebus ad quatuor minores, nec non tribus dominicis, seu aliis festivis diebus (non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio, arbitrio tuo definiendo, interpolatis) ad titulum missionis ad sacros etiam presbyteratus ordines extra tempora a jure statuta, et anni curriculo non expectato, nec servatis interstitiis a sacro concilio Tridentino designatis, et absque eo, quod antequam de uno ad alium ordinem promoveantur, in primo suscepto ministrare, aut alicujus servitio ecclesiæ adscribi teneantur, promoveri, et promoti in il-

lis altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant, concedere, et indulgere; nec non tibi, ut per te, vel confessorem idoneum, quem eligendum duxeris, singulos alumnos prædictos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis a jure, vel ab homine, quovis occasione, vel causa latis, quas ipsi pro tempore quomodolibet incurrerint, ac quibusvis peccatis, et excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam in casibus die Cœnæ Domini legi consuetis (conspirationis in personam, vel statum romani pontificis, falsitatis literarum, et scripturarum apostolicarum, delationis armorum, aliorumque prohibitorum ad partes infidelium, ac injectionis manuum violentarum in prælatos dumtaxat exceptis) absolvere, et pro commissis pœnitentiam salutarem, et alia injungere eis, et cum illis super irregularitate contracta, vel quia ex parentibus hæreticis nati sint, vel quia alias ipsimet hæretici fuerint, dispensare libere, ac licite valeas, dictusque rector pro tempore existens valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Præsentibus post lapsum triennii hujusmodi minime valituris.

Derogatio contrariorum. §. 2. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 18. aug. 1773. Anno V.

CCLXVI.

Confirmantur nonnulla rescripta, seu decreta super celebratione festivitatis beatæ Mariæ virginis de Igne in civitate, et diœcesi Foroliviensi edita.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium. §. 1. Piis Christifidelium votis gloriosissimæ virginis Dei genitricis Mariæ cultum respicientibus libenter annuimus, atque ea fovere jugiter satagentes, pastoralis officii nostri, et apostolicæ auctoritatis partes in iis omnibus, quæ ad augendam in populis, illius venerationem pertinent, interponere non prætermittimus, quemadmodum ad ejus majorem gloriam expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum super existentia veteris rescripti. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii conservatores et magistratus civitatis nostræ Foroliviensis quod alias anno nempe 1717 ejusdem civitatis nomine supplices porrectæ fuerunt preces congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum, quibus petebatur, ut festivitas beatæ Mariæ virginis ab Igne nuncupatæ patronæ principalis dictæ civitatis, quæ prius celebrari consueverat die quarta februarii cujuslibet anni, quæque postmodum, anno videlicet 1676 instantibus bo. me. Claudio Ciocolino tunc episcopo Foroliviensi, atque capitulo, et canonicis illius ecclesiæ cathedralis translata fuit ad diem vicesimam octobris cum officio, et octava, quemadmodum in diebus festis primæ classis concedi solet, iterum cum eodem officio, et octava, pro commoditate non tantum cleri, sed etiam populi ad eamdem diem quartam februarii asset transferenda. Audito autem super hujusmodi precibus bo. me. Thoma Torello, qui Foroliviensi ecclesiæ tunc temporis præerat, is eidem congregationi retulit, magnificum in cathedrali ecclesia hujusmodi extare sacellum in honorem ejusdem virginis Mariæ nuncupatæ ab Igne ob insigne miraculum retroactis sæculis patratum per ejus imaginem, quæ licet ex papyro, ingenti excitato incendio, et conflagrata domo, cujus parietibus affixa erat, illæsa per flammas volitavit; qua propter ab inde citra, serie non interrupta, occurrentibus in dies necessitatibus eidem civitati præsidio fuerat, et nedum populus Foroliviensis, sed etiam finitimarum civitatum, et locorum ad eam undique confluebat. Deinde superaddidit, quod illius festum die quarta februarii annuatim celebri pompa, ingentique populorum frequentia, civitas ipsa semper celebraverat, et tunc quoque celebrabat, ac solum anno 1676 bo. me. Claudius Ciocolinus episcopus prædictus festum hujusmodi ad diem vicesimam octobris transtulit auctoritate prædictæ congregationis, quæ præterea indulserat recitationem officii prædicta die sub ritu duplici primæ classis, cum octava, ac propriis lectionibus. Recognito tamen successive, quod aptius antiquo more illud

celebrabatur die quarta februarii ob memoriam diei, quo relatum miraculum acciderat, antiquus mos resumptus fuit, omisso octavario; tum vero universus populus una cum clero Foroliviensi petebat, ut in eodem festo diei quartæ februarii recitari posset in civitate, ac diœcesi Foroliviensi officium cum octava privilegiata secundi ordinis, una cum lectionibus alias in dicta precedenti concessione approbatum. Audita itaque hujusmodi relatione, eadem congregatio die xx novembris 1717 rescripsit = pro gratia = ac alias prout in dictis precibus, relatione, et rescripto, quarum tenores præsentibus pro plane, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Declaratur quomodo in antiqua concessione comprehensi fuerint quoque regulares utriusque sexus

§. 3. Quamvis igitur ab inde citra rescriptum, seu decretum hujusmodi executioni demandatum fuisset, quia tamen expressa, ac individua mentio cleri regularis Foroliviensis tum facta minime reperiebatur, nonnulli ex eis postmodum dubitarunt, an regulares utriusque sexus in illo comprehensi dici deberent; qua de re anno 1746 ecclesiastici, et populus dictæ civitatis supplices suas dederunt preces felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori nostro ad hoc ut ipse comprehensos etiam declararet utriusque sexus regulares, et quatenus opus esset, jam obtentam gratiam ad illos extenderet, atque rescriptum prodiit = Ex audientia ssmi die xi. januarii 1746 = Sanctissimus benigne annuendo petitis per modum declarationis, sive extensionis juxta preces indulsit = Joseph Livizzari secretarius = ac alias prout in eisdem precibus, et rescripto, quorum pariter tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Executio, et observantia rescripti, cui novum postea superaccessit pro recitatione semel in mense officii, et missæ B.M.V.

§. 4. In cujus quidem rescripti executionem, non solum clerus sæcularis sed etiam regularis civitatis, et diœcesis Foroliviensis in eorum respectiva kalendariis, seu ordinibus pro recitatione divini officii quotannis imprimi consuetis juxta præmissa omnia officium B. M. V. de Igne cum octava recitandum esse edixerunt, ac re ipsa recitarunt, et celebrarunt; eodemque insuper anno 1746 episcopus, universusque clerus Foroliviensis, ut devotio populi erga ipsam B. M. V. magis magisque augeretur a memorato Benedicto prædecessore petiit, obtinuit facultatem officium ejus proprium, et missam semel in mense, die non impedita, recitandi, ac alias prout in decreto desuper a bo. me. Joanne Antonio, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Gaudagni nuncupato, et dictæ congregationis sacris ritibus propositæ præfecto prodito, uberius continetur.

Tenor novi rescripti.

§. 5. Tenor autem decreti hujusmodi est sequens videlicet = Foroliviensis Ad magis excitandam populi devotionem erga beatissimam virginem de Igne patronam principalem civitatis, et diœcesis Foroliviensis, episcopus, nec non universus illius clerus pro facultate recitandi semel in mense officium proprium cum missa ejusdem B. M. V. ssmo dno nostro Benedicto XIV supplicarunt; et Sanctitas Sua hujusmodi instantiæ benigne inclinata clero sæculari præfatæ civitatis, et diœcesis petitum officium proprium, et missam semel in mense, die non impedita ab alio officio novem lectionum, et exceptum adventus, quadragesimæ, ac vigiliarum temporibus, sub ritu semiduplici indulsit, atque concessit. Die 18 novembris 1746.

J. A. card. Guadagni pro-præfectus.

I. patriarcha Hierosolymitanus secretarius

Loco ✠ Signi

Speciales orationes in officio, et missa, diei quartæ februarii recitandæ approbantur.

§. 6. Mox vero ad summi apostolatus apicem Nos, licet immerentes, divina largitate evecti, ad preces venerabilis fratris Nicolai moderni episcopi Foroliviensis missam, et antiphonas, tam ad Magnificat, quam ad Benedictus, orationem proprias recitandas in officio, et missa B. M. V. de Igne patronæ principalis dictæ civitatis, cujus festum solemni pompa, ac populi devotione die quarta februarii celebrabatur, post accuratum tunc existentis promotoris, fidei examen approbavimus, atque, ut in posterum de octava ejusdem festi fieri posset etiam in quadragesima, cum facultate celebrandi in ecclesia cathedrali novam missam votivam singulis novem diebus præcedentibus festum predictum, exceptis dominicis, et diebus primæ, et secundæ classis, et non omissa altera missa conventuali de festo occurrente, concessimus, ac indulsimus, ac alias prout in decreto diei 27 martii 1770 subscripto a bo. me. Flavio, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Chisio nuncupato, ac memoratæ

congregationis præfecto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

§. 7. Novissime tamen, cum postquam spatio quinquaginta quatuor annorum, juxta indultum, seu gratiam obtentam anno 1717 pro celebratione octavæ privilegiatæ secundi ordinis, ea reipsa celebrata fuerat, aliqua insurrexisset difficultas, an in posterum quoque celebranda foret, clerus, ac populus omnis dictæ civitatis humiliter a Nobis petiit, ut morem et consuetudinem celebrandi eamdem octavam privilegiatam confirmare, et quatenus opus esset, roborare, seu convalidare dignaremur, quibus sane precibus in omnibus annuendum censuimus prout ex rescripto desuper edito, cujus tenor est qui sequitur

Tenor rescripti.

§. 8. Ex audientia Sanctissimi die secunda januarii 1773 = Sanctissimus benigne annuit pro gratia in omnibus juxta petita. Contrariis quibuscumque non obstantibus = V. Macedonius secretarius =

Dubitationes subortæ super interpretatione rescripti.

§. 9. Imminebat sane dies quarta februarii ejusdem currentis anni, qua in civitate prædicta celebranda erat solemnitas ejusdem B. M. Virginis de Igne et vix audito, quod adhuc super interpretatione dicti decreti, ut præfertur, editi die 27 martii 1770 aliqua quoad celebrationem octavæ in medium proponebatur difficultas, propter quam subsequentis nostri rescripti editi die secunda mensis januarii præteriti executio in dubium forsan revocari verebatur, statim ipsi exponentes, nomine quoque cleri, et populi supplices Nobis porrexerunt preces humiliter petendo, ut ad tollendam penitus quamcumque ambiguitatem, declarare dignaremur, quod, quacumque ulteriori postposita mora, præfata civitas, ejusque diœcesis frui posset obtenta gratia celebrandi eamdem octavam secundi ordinis, et privilegiatam, eodem ferme modo quo spatio annorum quinquaginta quatuor sub prædecessoribus episcopis ex scripturis, ac monumentis eam celebratam fuisse constabat.

Mandat Pontifex servari solitum, quod ab Episcopo declaretur.

§. 10. Nos itaque ipsorum exponentium, et supplicantium votis annuentes commisimus dilecto filio magistro Vincentio Macedonio supplicum libellorum secretario, ut Nostro nomine eidem Nicolao episcopo scriberet, quod, cum ex publicis juribus, et kalendariis dictæ ecclesiæ Foroliviensis constaret non solum summa populi devotio, sed etiam usus, sive observantia octavæ privilegiatæ pro festo beatæ Mariæ virginis de Igne, hinc solitum servari deberet, sine ulla prorsus mutatione, quæ persæpe in populis devotionem tepescere facit, ac perturbationes progignit, prout reipsa idem Vincentius nostris mandatis obtemperando, suas die tertia februarii currentis anni juxta præmissum modum scripsit literas eidem Nicolao episcopo, ad quem tunc in Ariminensi civitate commorantem ipsi exponentes illas transmiserunt, dictusque episcopus sua responsione eis data, se paratum executioni Nostræ voluntatis exhibuit, ac alias prout ex ejus epistola, et responsione hujusmodi, cujus tenor est qui sequitur, nempe.

§. 11. Foris. Agli illm̃i signori signori padroni colm̃i li signori conservatori di Forlì = dentro = illm̃i signori padroni colm̃i = Da una lettera di monsig. Macedonio segretario de' memoriali di Nostro signore avendo compreso quale sia la sovrana mente di Sua Santità relativamente all' offizio, ed ottava per la festa della Madonna ssm̃a del Fuoco, provo tutto il piacere di dare alla medesima mente pontificia la dovuta esecuzione, lusingandomi di incontrare con questo tutta la soddisfazione delle signorie vostre illm̃e, siccome procurerò di incontrarla mai sempre in tutte le altre occasioni. E mentre a questo mi offerisco dispostissimo, con distinta stima mi confermo — Tenor declarationis prolatæ ab episcopo.

Delle signorie vostre illm̃e
Rimino 8 febraro 1773

Signori Conservatori di Forlì	dm̃o obblm̃o servit. M. Vescovo di Forlì

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quamvis super præmissis omnibus sic recte compositis, atque ordinatis, nulla revera oriri possit dubitatio super futura quoque eorum executione, et observantia, nihilominus, dicti exponentes, ut cuilibet adimatur locus diversimode interpretandi indulta, gratias, rescripta, et decreta, sive a Nobis, sive a memorato Benedicto prædecessore, et a congregatione prædicta edita, atque concessa, hinc ea omnia per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. — Imploratur omnium decretorum confirmatio.

Confirmatio apostolica.

§. 13. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta omnia decreta, rescripta, omnesque gratias, et concessiones, ut præfertur, sive a Nobis, sive ab eodem Benedicto prædecessore, sive a congregatione prædicta sacris ritibus præposita, quocumque modo celebrationem diei festi ejusdem beatæ Mariæ virginis de Igne in civitate, et diœcesi Foroliviensi, ejusque octavam, et recitationem missæ, lectionum, orationis, et antiphonarum respicientia, edita, ac respective indulta, atque concessa una cum omnibus in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus, ac quatenus opus sit denuo concedimus, et indulgemus, illaque omnia perpetuis futuris temporibus, sublata cuicumque aliter interpretandi facultate, servanda, et exequenda esse præcipimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXVII.

Datum die 7 Septemb. 1773

Confirmantur nonnullæ ordinationes pro bono regimine conventus villæ de Caspe fratrum cappellanorum obedientiæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Ea omnia, quæ pro recto gubernio ecclesiarum, domorum, ac personarum ibidem divinis obsequiis insistentium felici directione, et utilitate provide, prudenterque constituta esse noscuntur, apostolicæ auctoritatis præsidio libenti animo roboramus, quemadmodum rerum, et temporum circumstantiis mature perpensis, in Domino magis salubriter expedire conspicimus.

Expositio factorum circa editas ordinationes.

§. 2. Nuper pro parte dilecti filii Francisci Ximenez de Texada magni magistri hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani expositum Nobis fuit, quod dum jam parochialis ecclesia loci de Caspe vulgo nuncupata Cæsaraugustanæ diœcesis una cum omnibus suis juribus, redditibus, et proventibus, emolumentis, et pertinentiis quibuscumque ad ejusdem ecclesiæ rectorem pro tempore existentem spectantibus, præceptoriæ, seu commendæ de Caspe pariter nuncupatæ hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, atque eidem hospitali unita, annexa, et ut asseritur, canonice incorporata fuit. Postmodum vero bo. me. Joannes Ferdinandus de Eredia

tunc temporis magnus megister hospitalis hujusmodi in dicto loco de Caspe unum conventum fratrum cappellanorum obedientiæ ipsius hospitalis erigere, atque fundare desiderans, eidem conventui bona, redditus, provantus, emolumenta memoratæ parochialis ecclesiæ, ut præfertur, unitæ, et incorporatæ assignavit, atque donavit tam prædicta bona, quam alia eb ipso jam empta, et acquisita, nec non etiam acquirenda pro fundatione, et dotatione prædicti conventus, ac fratrum cappellanorum in eo existentium sustentatione, propriis insuper expensis ædificata domo cum claustro, dormitorio, et refectorio, aliisque ad id necessariis, et congruentibus, simulque etiam provisio, ne ecclesiæ prædicti conventus tunc erigendi sacra supellectilia, utensilia, cæteraque ad ejus servitium requisita minime deficerent. Anno itaque 1394. præscriptæ fuerunt constitutiones, statuta, et capitula, quibus conventus hujusmodi regi, et gubernari deberet, ac post erectionem, dotationem, atque statute prædicta, nonnullæ identidem supervenerunt reformationes, et innovationes, cæteroqui canonice editæ, atque executioni demandatæ. Progressu tamen temporum, cum in eodem conventu propter reformationes, et innovationes hujusmodi discordiæ, pluresque inordinationes evenerunt, hinc coacti fuerunt quatuor ex sex fratribus cappellanis obedientiæ, ex quibus dictus conventus tunc constituebatur, nempe Augustinus Ponter, Antonius Rosales, Petrus Arpal doctor, atque Joachimus Martin, bo. me. Emmanueli Pinto, dum vixit, ejusdem hospitalis magno magistro id totum exponero, simulque etiam petare novas constitutiones, quæ consentaneæ essent piæ menti, ac voluntati dicti Joannis Fardinandi fundatoris, at benefactoris ejusdem conventus, nec non temporum variotati, ac circumstantiis, ad laudabilem sane finem ibidem vivendi juxta regularem disciplinam, servatisqua legibus œconomici gubernii, quod maximi habendum est in quaeumque ecclesiastica communitate, quo sane pacto discordiæ, et inordinationes prædictæ penitus amoverentur. Qua de re prædicti quatuor fratres cappellani obedientiæ memorati conventus suas porraxerunt preces eidem Emmanueli magno magistro, in quibus exposito prius, jamdudum editas fuisse regulas, et constitutiones pro gubernio dicti conventus a memorato Joanne Fardinando de Eredia fundati, et dotati, nonnulla in eisdem regulis, et constitutionibus præceptis sancita, atque alia, quæ ad præsentem rem pertinebent, singillatim ipsi in eisdem precibus narraverant juxta tenorem, qui sequitur nempe.

§. 3. Nel primo statuto manifesta il fondatore le sue cristiane, e rette intenzioni, ordinando, che in esso convento vi dovessero essere nove religiosi professi dell' abito di questo s. ordine claustrali, che menassero vita comune, addetti al coro per centare le ore canoniche, ed il matutino a mezza notte, con dovere medesimamente adempiro gli obblighi della chiesa parrochiale unita al convento, il di cui governo, e soprintendenza concesse il pontefice al convento; vale a dire al priore, ed ai religiosi, ordinando ai beneficiati, o chierici secolari della suddetta parrochiale chiesa di dovere obbedire al detto priore del convento, o presidente in qualllo, che riguarda le funzioni della chiesa, con dare la facoltà al medesimo priore, o presidente di potere usare contro li renitanti delle censure ecclesiastiche; ed affinchè li nove religiosi conventuali, o ciascedun di loro non venisse impedito nel suo officio, disposse, che il curato, ossia parroco fosse altro religioso distinto dalli nove, la di cui nominazione, o presentazione appartener dovesse al venerando castellano d'Amposta.

Tenor constitutionum veterum præcipientium vitam communem.

§. 4. Fondato, che fu il detto convento coll' andar del tempo si ricorse dai religiosi all' ēmo gran maestro, e si domandò la dispensa della vita comune, e dal medesimo col suo venerando consiglio, precedente la relaziona dei commissarj, si ottenne la bramata dispensa, coma si rileva dalla Bolla spedita li 28 febraro 1717. ab Inc.

Dispensatio a vita communi.

§. 5. Con detta Bolla si prescrisse, che dalla massa comune delle rendite del convento, si adempissero tutti gli obblighi ordinarj, e strardinarj, mettendo da parte ogni anno libbre 100. per i bisogni del convento, ed il rimanente, o poco, o assai secondo le contingenza delle randite annuali, che potrebbero esiggersi, si dividesse tra detti priore, e religiosi, colla permissione di potere pranzare, e cenare nelle proprie stanze, senza che il convento fosse più obbligato a dargli conforme per il passato, nè gli alimenti, nè le libbre 86. ogni anno per gli abiti, e distribuzioni, nè tampoco somministrargli altre spese per infermità, e salarj per i loro servi.

Divisio redditum conventus.

Abusus introductus a priore super perceptione partis sibi debitae.

§. 6. E quantunque nella sudetta Bolla, ossia decreto non fu distinto il priore per conseguire maggiori emolumenti; tuttavia pretese, e và conseguendo abusivamente una doppia porzione.

Dispensatio a celebratione matutini de media nocte.

§. 7. Il sommo pontefice pur anche dispensò il matutino, che si cantava nella mezza notte, e concesse ai religiosi dal convento di cantare le ore canoniche, ed il matutino nelle ore, che si cantano nella collegiale della città d' Alcanniz.

Ex mala constitutionum interpretatione circa electionem prioris, et religiosorum subortae sunt lites, et dissidia.

§. 8. Quelle costituzioni, che dispongono, ed ordinano le formalità dell' elezioni nelle vacanze del priore, e religiosi si sono interpretate, ed intese con tanta diversità di sentimenti, che causarono più ricorsi, e le discordie non meno dissonanti, che distruttive della pace, e concordia religiosa, come appare dalli processi su di ciò intavolati, ed esistenti nell' archivio della reverenda castellania d' Amposta, e seguirono nell' anno 1755. in occasione della discordante elezione del sacerdote fra Agostino Ponter uno da' supplicanti nell' anno 1761 in occasione della elezione di fra Antonio Rosales; nel 1762 nella elezione del priore fra Antonio Porlador, e nella elezione del religioso fra Antonio Navarro, e presentemente in quella di fra Agostino Centol, su della quale verte lite già introdotta nel venerando consiglio.

Contra formam statutorum processum fuit quoad electionem parochi.

§. 9. Andarono ancora in desuetudine i statuti risguardanti il curato, che sebbene religioso vien distinto dall'emo fondatore. La dispisizione, alterazione, ed inosservanza delle costituzioni furono, e saranno sempre l'origine d' infinita dispute, contenzioni, litigi fra i differenti corpi del convento, congregazione de' beneficiati, e prior curato.

Proponitur reformatio duplex, quoad gubernium conventus, et ecclesiae, et circa tenorem vitae religiosorum.

§. 10. Che però ne ricorrono supplichevoli gli oratori per ottenere da v. a. e. una nuova costituzione coerente all' intenzione del fondatore, alla variazione de' tempi, ed alle circostanza presenti per vivere colla disciplina regolare, e colle leggi di un governo economico, che più d'ogni altro deve riguardarsi. E per potere l' a. v. unitamente col suo venerando consiglio devenire colla sua solita prudenza a stabilire le leggi univoche allo stato ecclesiastico, si avvanzano gli oratori ad esporla con tutta la dovuta modestia, e subordinazione al di loro capo, e superiore, che la domanda ha per mira due articoli essenziali.

L' uno riguarda il governo della chiesa, e l' altro il convento, cioè il vivere da religioso secondo la circostanza de' tempi.

Quae sint praestanda pro recto gubernio Ecclesiae, et conventus statuuntur.

§. 11. In quanto al primo fa d'uopo sapere, che la chiesa parrochiale dalla villa di Caspe è unita al convento, talmente che i fra cappellani sono partecipanti degli anniversarj mortuorii, ed altri redditi della chiesa, siccome i chierici secolari della medesima, e nella cose appartenenti alla chiesa parrochiale i fra cappellani, ed i chiarici secolari costituiscono un corpo; tutti indistintamente hanno il voto negli affari capitolari: il priore, gli altri religiosi dal convento hanno il gius di presiedere, e di governare la chiesa.

Quae mala suborta fuerint a veteri agendi methodo exponitur.

§. 12. Da questa simultanea concorrenza, ed unioni nacquero le liti, e la dissenzioni, e talvolta per l' imprudanza del priore, che senza l' unanime voto de' collegiali, ed a sua discrezione varia il tempo per racitarsi l'ore canoniche, ed il divino officio; egli intenda esercitare una quasi giurisdizione vescovila, ciò che diede, e dà motivo a chierici subordinati alla parrocchia di reclamare, e portare i loro lamenti fuori della giurisdizione di questa sua s. religione al metropolitano, ed al consiglio regio.

Exponitur remedium ut submoveantur dissensiones, et privilegia sarcta maneant.

§. 13. Fu parimenti causa, che il clero in oggi pretende separarsi dal convento, e che si governasse da un parroco come prima dell' uniona della parrocchia al convento stilavasi; il che ridonderà ad un grave pregiudizio de' privilegi di questo s. ordine; e per tanto si ricorre alla perspicacità, e somma prudenza dell' a. v. e. per un opportuno rimedio con stabilire quella leggi, che stimerà col venerando consiglio opportune per sedare tante, e tante dissenzioni, e mantenere i sacrosanti privilegj.

Quia sancta Sedes fundatoris statuta moderata est, nova constitutio expostulatur.

§. 14. Rispetto al secondo, che sebbene l' intenzione, e disposizione del fondatore non si possa in tutto adempire, perchè la Sede apostolica temperò, e moderò tutti gli statuti, e parchè fu dispensata la vita commune, a data la facoltà di distribuire li proventi a' religiosi, come sopra si disse, e si son fatta tante cappellanie regolari, o canonicati regolari, come vengono chiamati nalla costituzione 31. Eccone dunque a v. e. i motivi con riflessione portati alla medesima, affine, che col suo venerando consiglio devenghi ad una nuova costituzione riformando gli abusi, e correggendo i statuti, adattandoli ai tampi presanti tanto per quel che riguarda il governo della chiasa, quanto per quel che con-

cerne il temporale, e la vita dovran menare i conventuali di Caspe, sottomettendosi sempre gli oratori a quanto sarà per determinare l' a. v. e. che come superiore venerano, ed obbediscono.

Preces consilio remittuntur. §. 15. Magister hospitalis Hierosolym. Porrigantur preces Nostro venerando concilio. Datum in palatio die xvi. ianuarii MDCCLXXI.

F. C. Ferruggia auditor.

Consilium praecipit, quod visitatio peragatur. §. 16. Cum igitur idem Emmanuel tunc magnus magister relato suo rescripto super dictis precibus edito die xvi. januarii MDCCLXXI. injunxisset, ut preces hujusmodi porrigendae essent dilectis filiis consilii ipsius hospitalis, id factum re ipsa fuit; atque in hujus remissionis sequelam consilium praedictum suo decreto edito die xvi. maii ejusdem anni mandavit, ut extrahenda esset copia processus visitationis, quam dilectus filius Michael Doz frater miles expresse professus, et castellanus castellaniae de Emposita ipsius hospitalis sancti Joanni Hierosolymitani tamquam ordinarius, ac superior dicti conventus de Caspe propter discordias, et inordinationes hujusmodi aggredi, et prosequi debuit anno MDCCLXX., nominatis ad hunc effectum duobus visitatoribus, atque ab eis in dicta visitatione praescriptis opportunis provisionibus, prior major, fratres, et capitulum memorati conventus easdem provisiones, eo, quo par erat, obsequio, ac veneratione exceperunt, ac se se promptos, et paratos observantiae, et executioni quorumcumque omnium articulorum in visitatione hujusmodi praescriptorum exhibuerunt, ac alias prout in processu dictae visitationis, cujus tenor est sequens, nempe.

Tenor processus visitationis. §. 17. In detta terra di Caspe il dì ventuno di dicembre dell' anno mille settecento settanta i molto illustri signori visitatori alla presenza di me segretario dissero, che siccome dal fascicolo segreto delle diligenze, e dalle informazioni, e notizie sicure, e segrete, che hanno prese risultano sufficientemente giustificati i motivi, sui quali trovasi fondato il decreto generale, che deve ultimare questo espediente, e che secondo il parere delle signorie loro non si deve oggi fare altra diligenza, se non se quella della sua intimazione, e notificazione, ad oggetto, che tutte le persone comprese in esso osservino, pratichino, ed adempiano puntualmente il tenore di tutti i suoi articoli sotto le pene, e censure prescritte nelli medesimi articoli, avendo con una tale diligenza risoluto di ritornarsene alla città di Sagarozza, lasciando aperta la visita per lo spazio di trenta giorni, o più, qualora si stimino convenienti pel suo miglior esito; perciò dovevano comandare, e comandarono, che per domani si convochi, e si unisca il capitolo del priore, e religiosi di questo convento, e casa, ed in detto capitolo si faccia loro presente, s' intimi, e si notifichi il decreto generale della visita, che hanno detti signori conformemente pronunciato, col consegnare ai suddetti copia sottoscritta sigillata, ed autenticata per la sua migliore intelligenza, e suo più puntuale adempimento = In questa guisa comandarono, e sottoscrissero i suddetti, del cha faccio fede

Cuber
Falces
Ita est
Francesco Antonio Campos
segretario.

Nel suddetto convento, e terra di Caspe nel dì, mese ed anno di sopra riferiti. Io sottoscritto segretario notificai il sopradetto atto a don fra Francesco Samper priore maggiore del suddetto convento, il quale informato di quanto in quello viene ordinato, disse, che convocherebbe il capitolo generale de' religiosi del suddetto convento nel dì seguente, del che faccio fede.

Campos

Nel suddetto convento di san Giovanni della terra di Caspe il dì ventidue di dicembre dell' anno mille settecento settanta trovandosi uniti, e congregati nell' abitazione, e stanza priorale i molto illustri priore, e religiosi dell' anzidetto convento in forma di capitolo, a cui presiedevano i molto illustri signori visitatori don fra Giuseppe Cuber, e dottor don Francesco Saverio de Falces, intervennero, e si trovarono presenti fra Francesco Samper priore maggiore, fra Agostino Punter sagrestano maggiore, fra Antonio Rosales, fra Antonio Navarro, e fra Gioacchino Martin priore e religiosi del suddetto convento, e trovandosi tutti li succennati così uniti, e congregati, i suddetti signori visitatori fecero loro un breve discorso, e ragionamento col manifestare alli medesimi, che l' unico oggetto, che avuto avevano in questa visita era, ed era stato il maggior servizio di Dio, il bene spirituale, e temporale del convento, e suoi individui, desiderando essi, che

tutti raccolto avessero un sì pregievole frutto per bene, a profitto delle loro anime, e per l'onore, e lustro della inclita, e sagra religione, che professavano, e siccome le signorie loro avevano risoluto di partire il giorno seguente, e tornarsene alla città di Saragozza per applicarsi a sbrigare altri negozi urgenti, e gravi era necessario intimare, e notificare loro il decreto generale della visita, che avevano giudicato conducente al servizio di Dio, e per rimediare i danni, ed abusi, che si sperimentavano nella inosservanza delle costituzioni di questo convento, e casa, quali dovrebbero osservare, ed adempire esattamente, e religiosamente i medesimi religiosi. Ed avendo tutto ciò inteso tutti li succennati, il medesimo priore maggiore in nome del suo capitolo rese molte grazie agli enunciati signori visitatori pel zelo, amore, e carità esercitata da essi in questa loro visita, e si esibì pronto con tutta la sua comunità ad ascoltare, accettare, osservare, eseguire, ed adempire non solo il decreto generale dalla visita, ma benanche tutti gli altri, che si stimassero conducenti al maggiore piacere di Dio, ed osservanza delle sante costituzioni: e per la intelligenza di tutto per ordine delli riferiti signori visitatori io notaro, e segretario in pieno capitolo con alta, ed intelligibile voce, dalla sua prima parola, e linea, sino alle ultime lessi, intimai, e notificai il decreto generale del tenore seguente.

Tenor decreti editi super dicta visitatione

§. 18. Noi don fra Giuseppe Cuber umile religioso professo dell' inclita, e sagra religione di san Giovanni di Gerusalemme commendatore di Calabera, e Balonga, ed il dottore don Francesco Saverio de Falcas canonico della santa chiesa cattedrale della città di Balbastro, e della medesima città, e sua diocesi intiera governatore, e vicario generale nello spirituale, e temporale, ambidue visitatori nominati dall' illustrissimo signore gran castellano di Amposta fra don Michele Doz per la visita del convento di san Giovanni ella presente terra di Caspe col mezzo dalle sue lettere patentali datate dal convento della Valletta dall' isola di Malta nel dì ventisette del mese di agosto del corrente anno mille settecento settanta. = A voi priore, frati religiosi, e persone di questa casa, e convento, a ciascuno, ed a qualunque di voi auguriamo salute nel nostro Signor Gesù Cristo, che è la vera salute, ed insieme facciamo sapere qualmente in esecuzione della sagra visita a noi appoggiata per scarico della nostra coscienza, acciò Dio sia servito, pel bene spirituale, e temporale di questo convento, e casa, e di cadauno dei suoi individui, affinchè siano osservate le sue costituzioni, lodevoli pratiche, ed usi, per riforma degli abusi, e per edificazione de' fedeli sì secolari, che regolari di questo convento, e terra di Caspe; avendo noi visitata la chiesa parrocchiale, il santissimo Sagramento, e vasi sagri, le reliquie, gli altari, il battisterio, i santi ogli, le immagini, la sacrestia, e sacri arredi, e paramenti, il convento, le sue officine comuni, le abitazioni, l'archivio, i fondi, e beni, ed ogni individuo in particolare (ed altre cose, che abbiamo stimato conveniente,) avendone formata cognizione, e prese le necessarie informazioni, uniformandoci alle vostre costituzioni, a stato attuale di questo convento, e casa, ci è sembrato conveniente dare diversi ordini ad oggetto, che voi priore, religiosi, ed individui del medesimo convento in virtù di santa obbedienza gli osserviate, ed eseguiate, e li facciate osservare, ed eseguire in ogni tempo, a sono i seguenti cioè

De munditia, et venustate servanda circa peripetasmata aliaque ornamenta altarium, et templorum.

§. 19. In primo luogo essendo tanto doverosa la pulizia, ed aggiustatezza de' vasi, sagri paramenti, e degli altari, avendo noi trovati alcuni di questi pieni di polvere, le tovaglie sporche, e non secondo il numero richiesto dalle rubriche, privi di crocefissi, e non come devono stare, ed essendo questo un obbligo, e cura del sagrestano maggiore a norma di quanto si prescrive nella costituzione terza, a de' suoi zelanti priore maggiore, e capitolo, volendo noi porgere riparo ad un tale inconveniente; perciò comandiamo in seguela della suddetta costituzione, che si usi una speciale cura di emendare i suddetti difetti coll' instare, e procurare, che gli amministratori della primizia contribuischino per dote la somma assegnata dal reggio consiglio per la chiesa, e colla medesima si vada rinnovando quel che si viene consumando dall' uso; che si comprino quattro tovaglie, mentre quelle, che vi sono trovansi molto deteriorate, a rotte, due calici, veli bianchi, e neri, fittuccia bianche, due panni da pulpito, cotte per lo sagrestano, a chierici, e specialmente per la cappella della parrocchia, essendo indecenti quelle che vi sono per amministrare i sagramenti, e fornirla di tutto il necessario per non essere necessitati a dovarsi far prestare dalla sagrestia maggiore il bisognevole: e siccome abbiamo sa-

puto, che la dote assegnata dal reggio consiglio per gli utensili di detta chiesa sono cento cinquanta lire giacchesi, perciò incarichiamo, e comandiamo a voi priore maggiore, che con sollecitudine procuriate tutti i mezzi possibili di ricuperare quello, che della suddetta dotazione si dovrà alla chiesa, e lo adopriate nel fine suddetto, e negli usi, e cose necessarie alla detta chiesa, e qualora detta dote non fosse sufficiente fondo pel di lei mantenimento, lo esponiate, e lo rappresentiate al medesimo reggio consiglio nella conformità, a secondo prescrivono le reali risoluzioni, ed ordini speditì a questo effetto, dovendo voi formare, e render conto formale di detta somma a tenore della medesime risoluzioni; e siccome parimenti abbiamo trovato, che avete mancato a quel che si ordina nel terzo capo delle vostre costituzioni nell' aver consegnata la scrittura, paramenti sagri, ed utensili al sagrestano maggiore, senza formarne inventario, perciò comandiamo che nel perantorio termine di quindici giorni da numerarsi dal dì della pubblicazione delle presenti, formiate detto inventario, notando successivamente in questo l'aumento degli utensili, e paramenti, e miglioramenti, che dovrete fare nella suddetta sagrestia, coll' impiegare in ciò la maggiore cura possibile, come si ordina nella succennata costituzione. Inoltre avendo trovato, che il lavamani esistente nella succennata sagrestia è indecente, e si è reso affatto inutile, ordiniamo, che se ne faccia un altro nuovo.

De celebratione divinorum officiorum.

§. 20. Item comandiamo, ed incerichiamo a tutti voi, ed a cadauno di voi l'assistenza, e puntualità alle ore canoniche diurne, e notturne come si ordina nelle costituzioni trentadue, e trentatre, e che i divini officj si celebrino con quella divozione, pausa, e maestà dovuta, e corrispondente, che si stia nel coro con silanzio, nè si esca da esso per formare circoli, e conversazioni nella parte posteriore del coro, e nelle cappelle, nel che impiegherà specialissima cura, e vigilanza il priore, e suo sostituto coll' impedire, che si pratichi un tale abuso sì prima, che dopo i divini offizj con scandalo, e maraviglia de' secolari: che nella recita delle ore si uniformino al rito; e nei casi, ne' quali occorra novità, per alterarle, ciò si faccia con discrezione, ed in maniera, che non si somministri motivo alcuno di querela nel clero regolare, e secolare: e siccome ci siamo avvaduti, che il matutino in tutti i tempi si dice dopo il vespero, e compieta quandoche l'indulto apostolico, che hanno per recitarlo nel dopo pranzo ordina, che si dica al tramontare del sole, per ciò comandiamo, che si eseguisca, e si osservi l'ora prescritta nel succennato indulto, mentre essi a loro arbitrio non hanno potuto, nè possono alterarlo, nè la consuetudine li suffraga, da poichè questa è una pura corruttela contraria alla rubrica, e non uniforme alla disposizione contenuta nel medesimo indulto.

De celebratione missarum.

§. 21. Item comandiamo, ed ordiniamo, che tanto le messe ordinate dal sig. fondatore, quanto le altre istituite da altre particolari persone in detta chiesa, si adempiano, e si celebrino con puntualità, ed avendo noi trovato, che gli anniversarj di carità di cinquanta soldi al cinque per cento ridotti già anticamente da molti fondatori, la quali si vedono descritte al principio di ogni mese nel libro, non si celebrano, non ostante che per quelle si riscuota qualche rendita, ordiniamo, e comandiamo, che si riconosca quel tanto, che per la suddetta ragione si riscuote, ed a proporzione della somma si celebrino gli anniversarj corrispondenti per discarico delle loro coscienze, ed in suffraggio delle anime de' fondatori.

De munere prioris servando.

§. 22. Item avendo il priore parroco l'obbligo di assistere al coro non altrimenti delli religiosi nella ore, nelle quali non glie lo impediscono le occupazioni proprie del suo impiego di parroco, ed informati noi, che in ciò, e nel confessionale fa qualche trasgressione specialmente in tempo di quadragesima; perciò gli ordiniamo, e lo esortiamo ad adempire esattamente il suo obbligo, e che qualora abbia qualche occupazione propria del suo impiego, che gli impedisca di assistere al coro, lo debba comunicare al priore maggiore, al quale incarichiamo noi particolarmente, che invigili, ed abbia cura di questo importante assunto, come deve, e gli si ordina dalle costituzioni; specialmente dalla vigesima ottava di don Giovanni Salvador.

De obedientia praestanda favore praesulis magni castellani.

§. 23. Item quantunque a noi non consti de facto, che il priore, e religiosi abbiano trasgredito li comandi del di loro prelato ordinario illustrissimo signor gran castellano, tuttavolta però siamo informati, che alcuni abbiano proferite, e propalate proposizioni poco urbane, e poco rispettose alla giusta obbedienza, che devono alli prelati or-

dinarj, e superiori; perciò, e per la via della correzione ponghiamo sotto i di loro occhi il solenne voto di obbedienza, che fecero nelle loro professioni el gran maestro, ed alli prelati, che fossero posti dalla religione, intendendo con ciò, che detto illustrissimo gran castellano e prelato superiore del convento, posto dalla religione sopra tutti gl'individui esistenti in esso, e sua castellania di Amposta, oltre di che nella costituzioni prima e decima quinta trovansi ordinati, la subordinazione, che il priore maggiore deve avere verso il suddetto signore gran castellano, e li ricorsi, che li religiosi avessero bisogno di fargli delli di lui cattivi portamenti, nella costituzione settima si comanda, dovergli fare le presentazioni delli religiosi, che fossero ammessi, ed eletti ad oggetto di ottenere la di loro approvazione, e l'ordine pel possesso, e professione, dal che si deduce, che se il priore maggiore capo, e superiore da' suoi sudditi religiosi è soggetto all'illustrissimo signore gran castellano, non potranno questi, come membri, separarsi dalla soggezione, che ha il capo, che li regge, per lo che qualora venisse a verificarsi dopo l'avviso, e correzione, che ora vi facciamo su di ciò, la più lieve espressione contro questa subordinazione, sarete castigati, come disobbedienti, ed incorregibili, incaricandovi, e comandandovi all'istesso tempo, che osserviate, ed adempiate, come dovete i giusti, e supremi comandi del re nostro signore, col manifestare in tutto, come fedeli vassalli, la più cieca obbedienza, rispetto, e subordinazione, senza mancar punto a quel, che esigge de voi il vostro stato religioso.

De obsequio prabendo favore prioris majoris.

§. 24. Item vi ponghiamo presente, incarichiamo, ed esortiamo ad usare la più esatta osservanza, ed esecuzione della prima costituzione, in cui saviamente, e prudentemente si stabilisce la soggezione, e subordinazione, che dovete usare verso il vostro priore maggiore, prelato locale, ed ordinario, e mediante il voto di obbedienza da voi fatto nelle vostre professioni, ed in virtù del giuramento, che faceste in virtù della costituzione trigesima, qualora voi vi sottragghiate da una tale obbedienza, ed adempimento, venite a costituirvi rei di un severo castigo, e perciò comandiamo a voi priore maggiore, che invigiliate molto particolarmente sopra la osservanza della obbedienza nelli vostri sudditi di maniera tale, che venga e stabilirsi il migliore ordine religioso in questa casa, e convento, mentre oltre il doverne render conto a Dio delle vostre connivenze, ed omissioni, sarenno queste punite, come convenga.

De poenis contra inobedientes.

§. 25. Item essendo a noi costato, che alcuni religiosi di questo convento si unirono, e congregerono in forma di capitolo senze il permesso, e senze l'assistenza del priore maggiore, per provvedere un posto vacante volgarmente detto *Fraylia*, hanno concedute procure ad lites, hanno rivocato quelle, che in pieno capitolo eveano concedute, e benanche qualcuno di detti individui ha avuto l'ardire di dichiarere giudizialmente innanzi al giudice laico, senza il permesso del suo prelato, coll'avera asserito, non essere necessario detto permesso, e mirando noi tali fatti come distruttivi dell'osservanza, e disciplina regolare, nati da un puro spirito di partito, e da irreligiosità, vi esortiamo pertanto, vi comandiamo, e vi consigliamo ad una intiera emenda, e correziona, quale corrisponda allo scandalo in ciò da voi causato, a qualora in avvenire si verificasse il contrario, non ricavando profitto da questo avviso, il vostro priore maggiore castigherà a norma di quel, che ordinano le costituzioni, e non bastando ciò, ne darà egli l'avviso all'illustrissimo signor gran castellano.

Prohibitio discedendi absque licentia prioris majoris.

§. 26. Item essendo tanto savia, e prudente la costituzione vigesima nona, in cui si comanda, che li religiosi non partano senza la licenza del priore maggiore, comandiamo pertanto la osservanza di quella, e che sempre, che torniate dalli viaggi, vi presentiate al prelato, il quale vi ha data la licenza, al quale darete il necessario avviso, sempre, e quando per qualche infermità, o indisposizione corporale non potrete assistere al coro, ed alli rimanenti atti della comunità, affinchè gli consti, ed abbia l'incarico di favi assistere, a neppure ammetterete servo, nè comensale alcuno, se prima non lo abbiate partecipato al vostro priore maggiore, acciocchè egli vada rintracciando le di loro qualita, e costumi, a veda, se convenga la di loro ammissione.

Praeceptum de convocando capitulo singulis hebdomadis.

§. 27. Item essendo cosa molto utile, e conveniente, che abbiate ben presente il vostro instituto, a costituzioni, in sequele di quel, che è stato stabilito nella costituzione vigesima quinta, pertanto comendiamo al priore maggiora, cha aduni, e convochi il capitolo nei venerdì di tutte la settimane, e che dal

sagrestano maggiore si leggano, come si ordina nella costituzione duodecime, detto instituto, e constituzioni di meniera tale, che entro il termine di un mese almeno si siano lette tutte, e terminato questo preciso obbligo, tratterete poi de' negozj spirituali, e temporali del convento, e de' suoi individui; e tutto quello, che avreta voi risoluto, e determinato, lo notarete puntualmente nel libro delle risoluzioni, coll' osservare quel tanto, che una volta sarà risoluto dalle maggior parte, purchè quei medesimi non abbino giusto motivo per derogarlo, o nel termine di un'anno vi intervenga cognizione di causa.

De custodia clavium conventus a priore majore prastanda.

§. 28. Item inerendo alla costituzione decima quarta, comandiemo al priore maggiore; che prosegua l'offizio di portinaro del convento, come attualmente vi è coll' obbligo di aprire, e serrare le porta del convento, secondo quel che prescrive la constituzione trigesima nona, ordinando, che si portino le chiavi tutte le notti el suddetto, acciò le conservi, e senza urgente necessità non permetta, che si aprino dette porte, con l'essere esattissimo osservatore di una tele constituzione, mentre l'abitazione priorale trovasi fuori della porta interiore del convento, e qualora non si chiuda le porta principale, che è la prima, ovvero si epra per il priore, ciò darebbe motivo elle querele, ed al risentimento delli religiosi, non dando egli, che è il primo, buono esempio, intendendo, coma intendiamo venire egualmente compresi in dette costituzione il priore, e li religiosi.

De epulis extra claustrum non accurandis.

§. 29. Item siccome dal corpo delle comunità, si pega ol euoco, e gli sono somministrati gli utensili dal priore, e religiosi, evendo noi rileveto, che per l'uno, e gli altri comunemente, e quotidianamente si eucine fuori del convento, essendo questo un ebuso controriò ella ragione, alla vita religiosa, e all' utile del convento, e de' suoi individui, comandiemo pertanto, che da oggi in poi tutti, e ciascheduno di voi disponghiate, che il vostro cibo ordinario si cuoini dal cuoco destineto per la comunità, giacchè in questa guisa darete buon esempio e' secolari, ed eviterete, che i servi eschino fuor d'ora dal convento in pregiudizio della disciplina regolare, ed impedirete altri inconvenienti, che nascono de quella uscita.

De exclusione mulierum.

§. 30. Item esortiemo, e comandiamo a voi priore maggiore d'invigilare sopra la osservanza della costituzione trigesima quinta, in cui si proibisce l'ingresso delle donne nel convento, tenendo a questo fine presente l'ampliazione data alla suddetta constituzione dal signor don Giovanni Salvador nelle decima nona costituzione sua, e che operiate in questa parte colla moderazione, e prudenza richiesta dall'assunto.

De comitate prioris majoris.

§. 31. Item per rapporto ell' onesta ricreazione, tratto fraterno, e visite de' religiosi fra loro, purchè da ciò non segua detrimento, e pregiudizio alla disciplina regolare, ed alla religiosità, incarichiamo a voi priore maggiore, che non siate estremamente rigido, ma operiete in questa parte senza spirito di partito, e se vi sarà giusta causa di proibirlo, dovrete voi essere il primo di osservarlo, dapoichè il buon prelato, quel che comande e suoi sudditi colla voce, lo ha prima d'ogni eltro da porre in esecuzione colle opere, e col buon esempio.

De benigna tractatione cleri saecularis.

§. 32. Item esortiamo, ed incarichiemo a voi priore maggiore, che trattiate bene, e riguardiate come fratello in dette chiesa il clero secolare emmesso elle distribuzioni, fondazioni, e residenza della chiesa parrocchiale, servendo egli per ajutere voi ad esibire un culto maggiore a Dio, ed a portare il carico spirituole della stesse chiesa, ed in ciò vi uniformerete alle constituzioni, e concordie, avvisando, e correggendo i loro difetti come presidente; ma con buon modo, e mansuetudine, e ciò più per emendarli, che inasprirli.

De exclusione extraneorum a conventu.

§. 33. Item esortiamo, ed incarichiemo a voi priore maggiore, e religiosi la rigorosa osservanza delle vostre constituzioni, e specielmente la trigesima quinta, in quella parte, che proibisce, che non restino a mangiare, nè e dormire nel convento persone estranee: la importonza di questa constituzione è molto commendebile, ed in questa guisa si edempirà, ed eseguirà eppunto, come si ordine in essa, ma con ugnaglianza, e senza spirito di partito, e come la richiedono la decenza, onestà, ed utile del convento, e ciascheduno de' suoi individui, tenendosi presente a questo effetto ciò, che a questo fine ordine le constituzione decima ottava di don Giovanni Salvador.

De electione religiosi pollentis qualitatibus a constitutione requisitis.

§. 34. Item trovando noi, come trovie mo, le cose temporali di questo convento in sì cognito aumento, ed unicamente detto convento constando di sei individui, mentre il settimo è pazzo, e la elezione dell' ottavo sta in lite, e richiedendo la prima constituzione in primo

luogo il numero di nove raligiosi, e la medesima di don Giovanni Salvador determinando, che quelore le rendite lo permetteno siano nove, o più religiosi, se parerè al priore, e capitolo; nè essendovi ragione eccìocchè in questa parte si tralasei la osservanza di detta constituzione, pertanto vi comandiamo, ed avvertiamo e trattare la elezione, ed ammissione di un individuo di più, il quale abbia le qualità richieste dalla constituzione settima, e parimenti vi esortiemo, che procediate alla suddetta elezione, mediente gli editti, e col concorso di più benemeriti, al quale concorso ammetterete soltauto quelli, i queli abbiano il grado di licenziati, o dottori in sagra teologia, o sagri canoni, mentre sebbene noi sappiamo, che ciò non richiede la vostra constituzione, con tutto ciò con unanime consenso voi lo potrete fare per discarico delle vostre coscienze, e per eleggere con tale mezzo persona di merito, la quale adempie gli obblighi, che vorrete imporgli del pulpito, confessionale, ed altro per maggiore servizio di Dio, e profitto delle anime, e quando per effettuarlo aveste bisogno del permesso dal vostro prelato superiore, noi come delegati dell' illustrissimo signor gran castellano, ve la diamo sino da ora, qualore però siate per fare quanto noi diciamo.

Ne prior absque consensu capituli procedat in casibus a constitutione provisis.

§. 35. Item comandiamo a voi priore maggiore nelli casi individuati nelle constituzioni, ove si dice, che opriate col consenso del capitolo, lo pratichiete appunto così, senza che vi arroghiate eltre facoltà, oltre quelle che sono concesse, ed attribuite dalle medesime constituzioni, e ciò sì in riguerdo al regolamento di detto convento, e de' suoi individui, quento benanche per rapporto al temporele di quello.

De effermatione, et custodia librorum.

§. 36. Item avendo noi troveto, che nell' archivio non vi è libro d' introito, e di esito de' capitali, vi comandiamo perciò, che incontanente formiate un libro, in cui con distinzione notarete, e scriverete le partite d' introito, e di esito occorrenti, individuendo il motivo, e provenienze, e suo sfogo, e che le tre chiavi voluta dalla constituzione decima nona, stiano in potere delle persone chiemate, e nominate in detta constituzione, dalle quali si dovranno sottoscrivere, o almeno rubricare tutte le pertite descritte in detto libro, ed il procuratore, o persona, e cui si consegnano dabba formare il conto formale dell' esito, ed introito; e siccome il capitale di detto erchivio è unicamente destinato per riattare i fondi, ed il convento, e per proseguire le liti per conservazione de' suoi diritti, noi in riguardo alle liti, ordiniamo, che non se ne possano introdurre altre fuori delle giuste, e necessarie, e qualle benanche, che tutto il capitolo, o la meggior parte di esso stimeranno e proposito, senza che in alcun modo possa il priore maggiore, nè eltro individuo arrogarsi tale facoltà, inerendo noi a quel, che si stabilisce nella constituzione vigesima quinta, col doversene trettare prima nel capitolo, e deliberarsi in esso capitolo nella debita forma.

De erogatione pecuniae priore Poblador clero seculari legata.

§. 37. Item avendo noi la notizia, che il defonto fra Antonio Poblador priore antecessore di questo convento lasciò la somma di mille lire giacchesi per distribuzione al clero secolare di questa chiesa, e che sebbene si applicasse detta somma, e si regolasse la conveniente scrittura, con tutto ciò queste trovasi prive dell'emmissione, ed accettazione corrispondente dal clero, perchè sembrano a questi gravosi i pesi, ed obblighi del loro destino, quale ritardo siccome riesce di pregiudizio alla mente del fondatore, e talvolta è motivo di discordie, e rancori tra l' uno, e l'altro clero; perciò vi comandiamo, che colla maggiore efficacia possibile trattiate, a convenghiate col clero secolare circa il pronto accomodamento, e stabilimento di una tale fondazione, e qualora voi trovaste irregolare le resistenza di detto clero, lo rappresenterete ed esporrete al suo superiore illustrissimo e reverendissimo monsignor arcivescovo di Saragozza, di maniera tale, che nel termine di due mesi, che a questo effetto noi vi assegniamo, si verifichi il destino di detta somme nel modo più conforme alla volontà del suddetto fondatore.

De observantia constitutionum et revocatione consuetudinis contrariae.

§. 38. Item esortiamo, instiemo, e comandiamo a voi priore maggiore, e religiosi di questa casa, e convento, che osserviete, ed adempiate le constituzioni da voi giurate, nè solamente quelle da noi citate in questo nostro decreto, ma altresì tutte le altre fatte per li religiosi di questo convento, e che avete giurate nelle vostre professioni, nè sono state dispensate da legittima podestà, mentre contro quelle a nulle vi giova la consuetudine, da chiamersi piuttosto corruttela, abuso, disordine, e scompiglio delle leggi fondamentali della disciplina regolare, e monastica, in quella perte in ispecie, in cui vogliono, e richiedono le subordinazione, e soggezione, da poichè se in un tempo con condi-

scendenza del prelato si sono, o no osservate, ciò giammai ha potuto prescrivere libertà, o indipendenza, bensì è stata una notoria contrarenzione, ed inosservanza; ed in quelle, che sono state in arbitrio del prelato, secondo li tempi avrà questi potuto permettere in alcuni ciò, che arrà negato ad altri, ed il solenne e perfetto voto di obbedienza, che fatto avete nella vostra professione inchiude tutto ciò; oltre di che se ciò voi esaminarete, e considerarete con riflessione cristiana, e religiosa, ognuno di voi rileverà il bene, che a tutti voi noi desideriamo: e nel medesimo tempo, in cui vi richiediamo, esortiamo, e comandiamo il voto di obbedianza, vi intimiamo quelli di povertà, e castità, mentre i veri religiosi sono quelli, i quali esattamente osservano questi tre voti; e giacchè Iddio vi ha conceduta la felicità di essere religiosi di una religione così illustre, ed antica, la quale si governa con leggi così savie, e prudenti, e soavi, voi collo spirito di gratitudine, e per convenienza propria dovete essere esattissimi nell'obbedianza.

De poenis contra inobedientes.

§. 39. Item se oltre le cose di sopra dette si dasse il caso (che noi non speriamo) che per qualche difetto nelli religiosi fosse necessaria la correzione dal priore maggiore, questi la faccia con dolcezza, ed amore fraterno, servendosi di tutti i mezzi soavi conducenti alla emenda, e qualora ciò non bastasse ad ottenerla, comandiamo, che per procedere al castigo pratichi quel che si dice nelle costituzioni ottava, vigesima quarta, e trigesima.

Praecipitur publicatio, et observantia decreti.

§. 40. Finalmente comandiamo, che il presente nostro decreto sia intimato, e notificato per la sua osserranza, ed adempimento in pieno capitolo col consegnare una copia autentica del medesimo sottoscritta, sigillata, ed autorizzata dal nostro infrascritto segretario, acciocchè almeno si legga una volta il mese nelle adunanze capitolari: e per quel, che riguarda la decenza dovuta alla chiesa avendo noi trovato, che nella precedente visita fu ordinato, che fossero chiuse le porte del passo, che conduce dal convento alla chiesa a motivo degli eccessi, che ivi commettono i secolari; quale provvedimento fu eseguito per qualche tempo, ed al presente si ommette non ostante, che sussistano li medesimi incovenienti, ed anche maggiori; perciò comandiamo al priore maggiore, che senza dilazione dia provvedimento, acciò si tenga chiuso detto passo, e per l'uso de religiosi vi sia la serratura comune, della quale ognuno di essi abbia la chiave, dovendo tutti essere interessati a non fare seguire i disordini, che si commettono, ed impedirli in avvenire: e siccome tutte le cose in datto decreto ordinate, e descritte sono regolate, ed uniformi alle constituzioni di questa casa, e convento; perciò il medesimo decreto si dovrà osservare, e adempire esattamente senza, che intorno a tutte le particolarità comprese nel suddetto decreto, o qualcuna di esse vaglia veruna supplica, ricorso, ed appellazione, per tralasciare di obbedire a quello, e di adempirlo dal tempo dell' intimazione in avvenire, giacchè qualsivoglia istanza non sarà di veruno effetto, e valore pel fine sospensivo, bensì pel devolutivo, e perchè dalla informazione segreta, che abbiamo presa, e da quel, che in voce, ed in particolare abbiamo inteso, visto, e saputo puole risultare il dovere noi dare e prendere altri provvedimenti gravi, ed importanti, per la di cui determinazione fa duopo più premeditata considerazione, e tempo, e dall' altra parte essendo necessario il nostro ritorno alla città di Saragozza per trattare questi negozj, ed altri di egnale importanza, perciò proroghiamo noi la presente visita per lo spazio di trenta giorni, o più, se lo stimaremo conveniente. Dato in santa visita dal convento di s. Giovanni di Caspe il dì ventidue del mese di dicembre dell' anno mille setta cento settanta.

Fra Giuseppe Cuber.
Dot. Francesco Saverio di Falces.
Per ordine delle Signorie loro.
Francesco Antonio Campos segr.

§. 41. E nella suddetta guisa letto, intimato, e pubblicato il preinserto decreto, e sentito, e capito dagli illustri priora maggiore, religiosi, a capitolo dell' anzidetto convento di s. Giovanni di Gerusalemme della menzionata villa di Caspe, i suddetti unanimi, e conformi dissero, che lo accettavano, ed ammettevano colla maggiore venerazione, e rispetto possibile, coll' esibirsi pronti all' osservanza, ed adempimento di tutti, a di ciascheduno degli articoli suddetti, e del contenuto in essi, e per la di lolo maggiore intelligenza, ed in virtù dell' ordine dato dai medesimi signori visitatori consegnai al suddetto priore maggiore una copia autentica del medesimo decreto sottoscritta, e sigillata, e refeodariata, il quale la ricevetta, ed affinchè consti lo noto per diligenza, e sottoscrivo. Publicatio.

Campos

Attesto lo sottoscritto qualmente per ordine de' signori visitatori ho intimato, letto e notificato il quarto articolo del precedente decreto a fra Raimondo Apparicio priore parroco delle parrochiale chiesa della suddetta terra, e per la maggiore intelligenza di ciò gli consegnai una copia legale del medesimo articolo. In Caspe questo di ventidue di dicembre dell' anno mille settecento settanta.

Francesco Antonio Campos.

Essendo i signori visitatori partiti dalla terra di Caspe alle ore sei antimeridiane del dì ventitre giunsero alla città di Saragozza tra le ore quattro, e cinque pomeridiane del dì ventiquattro di dicembre dell' anno mille settecento settanta, ed affinchè consti, l' attesto, e mi sottoscrivo.

Campos

Nella città di Saragozza il dì 30. di dicembre dell' anno mille settecento settanta i molto illustri signori visitatori don fra Giuseppe Cuber, e dottore don Francesco Saverio de Falces dissero, che facendo essi uso della facoltà riservatasi nel decreto generale della visita in data dei 22. del corrente mese, ed anno, dato, ed intimato nello stesso giorno al priore maggiore, religiosi, e capitolo del convento di s. Giovanni della terre di Caspe, e dentro il termine delli 30 giorni, in cui si prorogò la suddetta visita, doveano essi dichiarare, o dichiararono, che per ora il contenuto nell' articolo decimo sesto non operi, nè produce veruno effetto, riservandosi le signorie loro il rappresentare all' illustrissimo signor gran castellano di Amposta par la sua esecuzione quanto averebbero essi stimato conveniente, atteso, che in detto articolo si comanda che si osservi la constituzione prima, la quale richiede il numero di nove religiosi, e che in seguele di questa si proceda alla elezione, e nomina di un individuo di più per compire il suddetto numero, imperocchè il suddetto aumento oltre essere opposto alla bolla magistrale, la quale approva lo stabilimento di soli otto individui nel suddetto convento, può produrre nuovi inconvenienti, o quali non si deve dar luogo, e che rimanendo detto decreto generale nella sua forza, e valore in tutti gli altri articoli, si spedisca un dispaccio nella debita forma diretto agli enunciati priore, e religiosi con inserirvi de verbo ad verbum questa dichiarazione, affinchè costi alli medesimi, e la osservino, l' adempiano, l' eseguiscano, la unischino, e la incorporino, come parte essenziale di esse al decreto generale, di cui rimase in loro potere, e nel loro archivio copie sottoscritta, e sigillata, ed autenticata. In questa guisa comandarono, e sottoscrissero li suddetti signori visitatori, del che faccio fede.

Cuber.

Falces.

Ita est = Francesco Antonio Campos.

Nel suddetto giorno fu spedito il dispaccio ordinato nel precedente decreto, ed il priore maggiore accusò con una lettera, che si vede in fine di questa diligenza, averlo ricevuto.

Nella città di di Saragozza li di 21 di gennaro dell' anno 1771. Il molto illustre signor don fra Giuseppe Cuber visitatore disse, che siccome in questo giorno spira il termine, e la proroga della visita, e tale visita rimase prorogata nel decreto generale, e non trovando egli motivo speciale per una ulteriore proroga, perciò dava, e diede per terminata, e conclusa la visita, ed insieme comandò, che estraendo copie antentica degli otti della medesima visita da rimettersi all' archivio della veneranda assemblea, si mandino gli originali all'illustrissimo signor gran castellano di Amposta. In questa guisa comandò, e sottoscrisse sua signoria, del che faccio fede.

Fra Giuseppe Cuber

Ita est = Francesco Antonio Campos

Mio signore singolarissimo

Ricevo la lettera di v. s. del 31 del decorso mese assieme col dispeccio diretto a me per ordine de' signori visitatori di questo convento, ed in seguela di ciò fece sapere il suo contenuto a questa comunità oggi data della presente, ed in calce di esso dispaccio pose il segretono maggiore la fede della eseguita notificazione, quale notizia io le partecipo, acciò mostri questa alli suddetti signori; interim prego il Signore Iddio e conservailo per lunga serie di anni.

Caspe cinque di gennaro dell' anno mille sette cento settantuno.

Bacia le mani di v. s. il suo affezionato, e sicuro servo.

Fra Francesco Samper priore maggiore.

Al sig. don Francesco Antonio Campos.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, omnia deinde cognitio-

ni, atque examini memorati consilii proposita fuerint, auditaque relatione commissariorum ad huno effectum deputatorum, idem consilium censuerit, ac suo decreto mandaverit omnimodam executionem, ac observantiam legum, et regularum in eadem relatione contentarum, quæ præterea admodum utilia esse crediderit pro bono regimine dicti conventus; hinc ad majorem earum firmitatem, et robur, atque, ut pax, et tranquillitas, bonumque regimen memorati conventus perpetuo firma consisterent, illa per Nos approbari, et confirmari plurimum desideravit, ac alias prout ex relatione dictorum commissariorum, et decreto prædicto, tenoris, qui sequitur videlicet.

Die 31. mensis augusti 1772. Perlecta relatione venerandi Ampostæ castellani, et venerandorum commissariorum dia quarta julii superioris anni deputotorum, cujus est hic, qui sequitur tenor, videlicet

Eñio signore, a sag. cons.

Tenor decreti castellani, et commissariorum.

§. 42. In adempimento dei rispettabilissimi comandi ingiuntici dall' a. v. eña, a questo sagro consiglio con decreto dei 4. luglio 1771. sul soggetto della visita priorale seguita nel convento di Caspe, abbiemo accuratamente esaminato gli atti della medesima, le costituzioni fondementali dello stesso convento, colle successive loro ampliazioni, e moderazioni, due lettera del commendatore Cuber commissario deputato per la visita suddetta, scritte una all' a. v. eña, stataci comunicata per ordine della medesima, e l' altra al venerando castellano d' Amposta, altra lettera scritta allo stesso venerando castellano d' Amposta dal prior maggiore di detto convento, e finalmente il ricorso attualmente depositato in cancellaria, che quattro delli sei cappellani del nominato convento fanno all' a. v. eña, e questo sagro consiglio: e presane la necessaria cognizione, siamo oggi in grado di potere umiliare all' a. v. eña; e questo sagro consiglio il nostro sentimento su quanto cade in detta nostra commissione, e sull' accertato modo di ovviare ai disordini, e sconcerti, che le stesse parti confessano regnare in quel convento.

Confirmantur decreta visitationis prioralis.

§. 43. E cominciando dalla visita priorale attentamente letta, e considerate le ordinazioni dalla medesima prescritte, stimiamo, che meritino tutta la superiore approvazione dell'a. v. eña, e di questo sagro consiglio; mentre dalla prima sino alla settima inclusivamente, dalla nona sino alla decima inclusivamente, dalla duodecima sino alla decima quinta inclusivamente, e dalla decima settima sino alla ultima pure inclusivamente le ritroviamo senze eccezioni conforme a quanto viene disposto e stabilito dalle costituzioni predette del mentovato convento, alle quali uniformatisi i visitatori priorali, non fecero nel tratto delle ordinazioni predette, se non se ricordare a ciascuno gli obblighi, che gli incombono secondo le prelodate costituzioni, ed il suo proprio stato religioso, e doveri annessi.

Nel numero delle predette ordinazioni priorali abbiamo pure compresa la quinta, nella quale per modo di correzione si ricorda a tutti i religiosi di detto convento il solenne voto di obbedienza fatto nella loro professione all' eño gran maestro, ed ai prelati, che gli sarebbero stati dati dalla religione, dalla quale essendo stato il venerando castellano d' Amposta instituito superiore così in detto convento, come nella castellania tutta, si precettano i religiosi tutti di detto convento a prestargli la dovuta obbedienza, e subordinazione; imperocchè tale salutare monizione fondata nell' invariabile essenza dello stato religioso è una mera illazione delle più volte citate costituzioni, nella prima delle quali prevenendosi il caso di gravi mancanze del priore maggiore, se non le avrà egli emendate alle salutari monizioni, e richieste onestamente fattegli da tutto il convento radunato capitolarmente, si dispone, che da parte del medesimo capitolo si debba avere ricorso al venerando castellano d' Amposta, come superiore e maggiore di detto priore; nella decima quinta costituzione similmente si dispone, che il priore maggiore sia sotto l' obbedienza del venerando castellano d' Amposta; onde con una più forte ragione s' intendono alla stessa obbedienza tenuti tutti gli altri religiosi subalterni a detto priore, e se non fosse così non potrebbe il venerando castellano d' Amposta provvedere di giustizia tra il priore, ed il convento, come ordina la predetta costituzione prima; cosicchè tanto secondo i principj cardinali del nostro s. ordine, che delle costituzioni di detto convento il venerando castellano d' Amposta è superior nato nel medesimo, e di tutti i suoi religiosi.

Peculiares reformationes, vel emendationes.

§. 44. Siegue ora umiliare all'a. v. eña, e questo sagro consiglio il nostro sentimento circa il contenuto delle altre ordinazioni della visita, che di sopra

abbiamo lasciato di calendare, ed in primo luogo si presenta l'ordinazione in ordine l'ottava, nella quale si dispone, che i religiosi di detto convento non ammettano servo, nè commensale alcuno senza parteciparlo prima al priore maggiore, perchè s'informi delle sua qualità, e costumi, e se convenga ammetterlo: riscontrate su di ciò da Noi le costituzioni del convento, abbiamo rinvenuto nella trigesima quinta una stretta, e rigoroso proibizione di alloggiare in detto convento veruno estraneo, e similmente di non potere ammettere i religiosi suddetti verun commensale, senza aver prima domandata, ed ottenuta licenza dal priora maggiore. Or dunque sebbene in questa costituzione non si faccia espressa menzione dell'ammissione de' servi, della quale parla la precitata ordinazione priorale; stimiamo però, che sia, e si debba intendere compresa nella generale proibizione di detta costituzione, di non ammettersi veruno estraneo; tanto maggiormento, che per la buona disciplina, a quiete della casa religiosa tra gli estranei, che si ammettessero, appunto per i servi, come quelli, che devono giorno, e forse notta ivi convivere; si deva usare maggiore circospezione, ed oculatezza; onde stimiamo, cha l'ordinazione predetta con tale espressione seconda moltissimo la pia mente, e spirito della costituzione sopraccitata, e che meriti parciò l'approvazione dell'a. v. ẽma, e di questo sagro consiglio.

Additiones salutares.

§. 45. L'ordinazione undecima, altra della quale ci tocca ora parlare, biasimando l'abuso del priore, e religiosi di detto convento, di mangiare comunemente, e giornalmente fuori del medesimo; ordina, che si facciano servire dal cuoco destinato per la comunità: su di ciò dobbiamo far presente all'a. v. ẽma, e questo sagro consiglio, che detto priore, e religiosi secondo la forma delle loro costituzioni dovrebbero fare vita comune religiosa, ma che essendosi per decreto di questo sagro consiglio, stabilito, che le rendite di detto convanto, dedotto prima il mantenimento della chiesa, e tutti altri pesi, si dividessero tra il mentovato priore, e religiosi, fu allora in conseguenza dispensata la vita comune; ma però mantenuto il cuoco della comunità coll'obbligo di condire il mangiare a ciascuno de' religiosi, il che chiaramente dimostra, che colla dispensa della vita comune non si è inteso già di permettere loro di andare giornalmente a pranzo fuori, lasciando abbandonato il convento, cha perciò l'ordinazione priorale si vede del tutto uniforme allo spirito, e mente del sopradetto decreto; onda crediamo, che meriti la superiore approvazione dell'a. v. ẽma, di questo sagro consiglio, intendendo bensì, che sia loro permesso di potere qualche volta di tempo in tempo pranzare fuori di convento, domandata però, ed ottenuta la licenza dal priore, il quale dovrà darla discretamente; ed in quanto a sa procuri darne il buon esempio, e non abusare; nel quale caso altrimenti la comunità capitolarmente unita sia nel diritto di fargliene la conveniente correzione, e non bastando ricorrere per il provvedimento al venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente giusta la forma dello costituzione prima.

Secreta monitio.

§. 46. Dobbiamo qui, avanti di passare ad altro, umiliare all'a. v. ẽma, e questo sagro consiglio la notizia privatamente avuta, che per quanto opulentemente se la passino i religiosi di tala convento, i nuovi provvisti però durante l'anno del noviziato non hanno cosa alcuna, e sono obbligati a mantenersi del proprio, con restare naturalmente divisi i proventi spettanti a quella cappellania tra i religiosi professi; il che essendo così, come ci fu accerto è assolotamente dissono alla ragione, mentre anche i novizj devono avere i loro alimenti, massime essendo in attuala serviggio, ed è ancora più strano il negarglieli per stabilire un jus accrescendi alle pingui porzioni degli altri; che perciò stimiamo doversi stabilire, che ai novizj suddetti si debba dal riferito convento fornire, e realmente somministrare quant'è la metà dei proventi, che spetterebbero alla cappellania, che occupano, e l'altra metà colla rata dal giorno della morte del defonto cappellano sino o quello della provvista, dovrà intieramente cedere in beneficio del convento, e sua chiesa, con farsene ne' conti, de' quali più basso parleremo, il rispettivo introito.

Derogatione quavis non obstante mandatur, ut religiosorum numerus augeatur usque ad novem.

§. 47. Ci resta finalmente ora a parlare della decima sesta ordinazione della predetta visita priorale, nella quale in esecuzione del capitolo primo delle costituzioni si precettano quei religiosi a procedere alla elezione del nono cappellano, sebbene i stessi commissarj visitatori per una nota, che si legge nel fine degli atti di detta visita, cassano tale ordinazione, supponendola contraria ad una bolla magistrale, quale però

per quante diligenze si sono usate, non si potè rinvenire. Fatta dunque da Noi seria considerazione stimiamo, che nonostante qualunque deroga, se mai pure fosse intervenuta, si debba mettere nel suo pieno vigore la detta prima costituzione, la quale prescrive, che il numero de' religiosi abbia essere di nove compresone il priore maggiore.

De modo procedendi in collatione cappellaniarum.

§. 48. Qui però opportunamente ci cada acconcio parlare di un articolo il più importante della nostra commissione, e che merita la più seria attenzione dell' emze vostra, e di questo sagro consiglio. Per l'elezioni dunque a queste cappellanie provvidde saviamente la costituzione settima, che il priore col consenso de' religiosi, o della maggiore, e seniore parte loro dabba presentare al venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente un sacerdote attuale, o che possa tra un anno esserlo, onesto, idoneo, e sufficiente, o più, secondo il numero delle vacanti cappellanie; osserviamo però, che non ha oggi il suo effetto la pia, e santa mente di detta costituzione nelle sue due parti essenziali, quali sono la tranquillità nell'atto della elezione, ed il suo buon esito di eleggere, ossia nominare persona veramente degna, mentre ogni etto di elezione è la sorgente di disordini, e scandali tra il priore, e religiosi, come costa non solamente dalla esposizione fatta a v. a. emā dal commissario visitatore; ma altresì solennemente lo confessano i quattro dei sei religiosi attualmente esistenti in detto convento nel predetto loro ricorso all' a. v. emā, e questo sagro consiglio, nel quale, e per questo, ed altri inconvenienti da loro esposti, supplicano una nuova costituzione accomodata alla circostanza de' tempi; ed intanto per questa gara tra il priore, ed i religiosi in tali elezioni, lasciando queste di essere più guidate da quello spirito di religione, ne deve certamante succedere, che non cadano in quelle persone contemplate dai fondatori nella detta costituzione, e molto mano confacenti alle circostanze de'tempi presenti, ne' quali essendo notabilmente cresciute la popolazione di Caspe, conviene al miglior serviggio di Dio, e per la publica edificazione, che la parrocchia trovandosi unita a quel convento, i religiosi nel medesimo mantenuti s' impieghino in beneficio delle anime, specialmente nel predicare, ed ascoltare le confessioni in ajuto del priore curato, parimenti religioso di questo sagro ordine, sebbene non residente nello stesso convento. E siccome per potersi ottenere questo fine, bisogna, che la promozione a queste cappellanie cada in persone delle necessaria probità di costumi, e dottrina, perciò investiti del vero pio spirito, e santa mente de' fondatori di quel convento, crediamo doversi primieramente ordinare, che due delle cappellanie, che fossero attualmente vacanti, o delle prime, che vacheranno, si debbano deputare una all'officio di penitenziere, e l'altra a quello di maestro coll'obbligo ad ambedue di trovarsi sempre pronti al serviggio pubblico nell'ascoltare le confessioni, ed insegnare nella chiesa il catechismo romano in tutte le domeniche dell'anno; in tutto, e per tutto però secondo che sarà disposto, ed ordinato loro dal priore maggiore; bene inteso anche, che l'uno, e l' altro non trovandosi occupati nel loro officio non s'intendano esenti dal coro, o altre funzioni della comunità. Venendo ora alla provvista di queste due cappellanie, per potersene ottenere il sopra esposto fine, ed un accertato disimpegno della parte addossatale, è parimenti duopo ordinare, che vi si debba procedere per concorso nella forma seguente.

Dovendosi dunque devenire alla provvista d' una di queste cappellanie, o d'amendue, datone subito avviso dal prior maggiore, o chi facesse le sue veci, el venerando castellano di Amposta, o suo luogotenente, dovrà il medesimo priore fare affiggere l'indomani della vacanza, nella chiesa, convento, ed altri luoghi convenienti, publici cartelli d'avviso, che per un tale determinato giorno, ed ora si ammetterà il concorso per la cappellania di penitenziere, o maestro.

A tale concorso affine di togliere qualunque altercazione, che potrebbe mai nascere, specialmente per l'oscura espressione della costituzione settima, stimiamo, che possano, e debbano essere ammessi tutti i sacerdoti attuali, e che possono esserlo tra un anno, così secolari, come cappellani d'obbedienza di questo s. ordine, ed il prior curato di detto convento, che siano nati dentro i limiti della castellania d'Amposta, ancorchè fuori del regno d' Aragona; che perciò si renda necessario ancora ordinarsi, che i cartelli suddetti realmente si affigganо quattro mesi avanti il giorno stabilito per il concorso, affinchè vi sia il tempo di potersi comunicare la notizia per tutti i suddetti luoghi, ed avere il tempo tutti coloro,

che volessero concorrere di significare al priore maggiore, ed al convento i loro nomi, cognomi, patria, età, meriti, e requisiti un tempo conveniente avanti il giorno stabilito per il concorso, perchè possano frattanto il detto priore, e convento prendere le loro necessarie informazioni specialmente circa la vita, e costumi loro.

Giunto il giorno intimato per il concorso, il prior maggiore, ed i religiosi del convento si dovranno capitolarmente unire, ed i concorrenti si presenteranno uno ad uno innanzi a loro giustificando ciascuno in primo luogo d'avere ottenuto in università approvate il grado di dottore, o baccelliere in teologia, o nei sagri canoni, senza del quale requisito non potrà essere emmesso al suddetto concorso, ed il capitolo allora, dopo essersi su di ciò assicurato, procederà ad esaminarlo sulla teologie, o sagri canoni. Compito l'esame si ritirerà il concorrente, ed il capitolo procederà a dare il suo giudizio per voti segreti, sulla di lui capacità, e sufficienza, dichiarando, che il prior maggiore non dovrà avere, che un sol voto. Ciò compito, e notatosi in registro il numero dei voti così affermativi, come negativi, che avrà riportati, s'introdurrà altro concorrente, con cui si praticherà lo stesso, e similmente con tutti gli altri, che si presenteranno al concorso.

Terminato poi il concorso suddetto, il prior maggiore dovrà subito presentare al venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente nota di tutti coloro, che si saranno presentati al concorso coll' indicazione non solamente da' loro nomi e cognomi, ma bensì dei requisiti, che avranno prodotti, età, e patria, e del numero dei voti così affermativi, come negativi, che avranno riportati nel concorso, affinchè il medesimo possa prendere le necessarie informazioni per prescegliere tra loro quello, che secondo Iddio stimerà il più degno. Qual elezione il mentovato venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente dovrà fare, e significare al priore, e convento suddetto dentro il termine di due mesi da computarsi dal giorno della presentazione fattagli.

Se mai avvenisse, che il detto convento, venuto il giorno intimato nei cartelli, non procedesse per qualunque motivo ad ammettere il detto concorso, e consumarlo nella forma di sopra prescritta, dovrà allora restare privo per quella volta di tale diritto, che rimarrà *pleno jure* consolidato con quello dalla elezione, che tiene il venerando castellano di Amposta, il quale prescelti ecclesiastici a lui ben visti per assisterlo nell'esame, intimerà il concorso innanzi a se, e ne diverrà dopo all'elezione nella forma di sopra detta.

Trattata diffusamente sin'ora la forma da osservarsi per la elezione alle due cappellanie di penitenziere, e maestro da eriggersi, ci incombe ora trattare delle altre elezioni; e cominciando da quella del prior maggiore nulla abbiamo da soggiungere a quella di sopra suggerita per l'elezione del penitenziere, o maestro, se non se, che presentandosi al concorso religiosi di quel convento, non saranno tenuti di esibire veron requisito, nè subire alcun esame, e solamente si ballotterà sulla loro benemerenza, e costumi.

Circa poi la provvista delle altre cappellanie, interessando moltissimo, che queste sieno egualmente coperte da sacerdoti dotti, e probi, ed essendo altresì giusto dare un sollievo al penitenziere, e maestro, l'uffizio de' quali deve riuscire molto laborioso; stimiamo, che si potrebbe l'uno, e l'altro fine facilmente ottenere con accordare a detto penitenziere, e maestro un giusquesito alle cappellanie suddette, in modocchè seguita la vacanza di una di esse s'intenda *ipso jure* senz'altra formalità provvista al più anziano nell'esercizio dei suddetti due uffici, e nel caso, che amendue l'avessero ottenuti nello stesso giorno, al maggiora di età, il quale perciò messo subito in possesso, si procederà nella forma già di sopra divisata alla provvista della risulta dell'officio di penitenziere, o di maestro, o di amendue se il caso porterà, che ambidue si fossero promossi

§. 49. Si deve finalmente parlare dell'elezione del prior curato, su di che per la giusta informazione dell'eminenza vostra, e di questo sagro consiglio, stimiamo proprio dover rappresentar loro, che la costituzione vigesima settima dà il diritto indipendente al venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente di presentare persona degna all' ordinario, il che poi dal canonico del Salvatore commissario, ed esecutore apostolico in quel convanto fu corretto nel 16 capitolo della sua riforma, ed accordata tale presentazione al priore, ed al convento, il che per altro oltre l' essere sommamente esorbitante, non è in osservanza, ed il venerando castellano d' Amposta è nel possesso di fare De electione prioris curati.

tale presentazione, in cui crediamo pertanto, debba essere mantenuto, e dichiararsi pieno jure spettargli giusta la detta costituzione 27, non ostante il suddetto 16 capitolo di riforma, che si deve avere per casso, a nullo, e di nessuno effetto, restando bensì incaricata la coscienza del detto venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente di presentare all'ordinario quella persona, che secondo Iddio stimerà la più degna, a propria a tale ufficio; e si raccomanda pure al suo zelo di procurare, quando il caso lo porterà, di fare del più presto tale presentazione, perchè non resti la parrocchia lungamente fraudata del suo pastore.

Ratio praescriptionum circa electiones.

§. 50. Nel prescrivere la predetta norma per le elezioni suddette, oltre il principale oggetto del maggior servizio di Dio, e benoficio delle anime, abbiamo anche avuto in mira di torre di mezzo la maggior causa delle dissensioni tra il priore maggiore, e religiosi del convento con scapito notabile del servigio di Dio, e della pubblica edificazione; il che intanto per allontanare affatto quelle competanze, che non di rado succedono pure tra il prior maggiore, ed il prior curato, e beneficiati, crediamo necessario dichiararsi, che tanto il detto prior curato, che i beneficiati suddetti siano sotto l'obbedienza del priore maggiore, e dal medesimo ne dipendano in tutto ciò, che concerne il loro ufficio nella chiesa, e processioni, e che debba puntualmente osservarsi, come legge, il contenuto dei capitoli, il primo del canonico dal Salvatore, ed il 6. del Ferrer; raccomandando bensì al detto prior maggiore di attenersi alle leggi, ed usi di quel convento; e nei casi, che nulla vi fosse stabilito, ed introdotto, di usare di onesto prudente arbitrio, soggiungendo ancora, che quando occorresse variare le ore consuete per i divini uffici, debba il detto prior maggiore avere l'attenzione di darne un giorno avanti l'avviso, con affiggerne un cartello in sacrestia conforme si pratica in questa maggiore chiesa conventuale.

Compito ora mai con ciò quanto abbiamo stimato dovere umiliare all'a.v. eminentissima, e questo sagro consiglio in seguito dell'esame fatto sugli atti della suddetta visita; avendo puranche veduto in questa occasione attentamente le costituzioni principali di detto convento, crediamo pure parte del nostro incarico doverne umiliare qualche osservazione fatta su alcune delle medesime.

De tempore praefiniendo pro nominatione aeditui.

§. 51. E primieramente rispetto alla terza costituzione nella quale si prescrive la forma dell'elezione del sacrestano; il di cui impiego dunque per l'incarico, che ne tiene, essendo dei più importanti in quel convento, ne farebbe una vera mancanza, se venendo a vacare, restasse lungamente a non provvedersi; onde non assegnandosi nella detta costituzione verun termine al priore, e convento, per fare detta elezione, stimiamo necessario, che si debba prefiggere loro quello di un mese, dentro il quale debbano averla consumata, sotto pena altrimenti di restarne per quella volta privi, e devoluta l'elezione al venerando castellano d'Amposta, o suo luogotenente.

Quod electio cadat in religiosum virum, qui prior major nec prior curatus existat.

§. 52. Circa poi la persona eligenda, non dice niente d'espresso la detta costituzione; sebbene dal suo contesto si vede, che debba raggirarsi su uno di quei fratelli di quel convento, eccettuato il priore, e tale è l'osservanza; ma ciò non ostante affine di evitare ogni altercazione per l'avvenire stimiamo necessario farsene la dichiarazione, che tale elezione debba privativamente raggirarsi sopra uno dei religiosi, che non sia il prior maggiore, nè il prior curato, il che certamente è quello, che più conviene, giacchè il detto sacrestano, oltrecchè sia necessario essere persona conosciuta, e sperimentata per l'importanza, e fiducia del suo impiego, si trova avere il privilegio dalla costituzione seconda di reggere la comunità nell'interregno del priore. Qual riflesso ci fa anche credere necessario, che quello dei detti religiosi deve a tale impiego assumersi, che fosse il più grato alla comunità, e perciò accadendo la vacanza dentro il termine di sopra prefisso si dovrà secondo il costume radunare il capitolo, e si dovranno imbussolare uno ad uno con voti segreti tutti i religiosi di detto convento così presenti, come assenti dal capitolo, eccettuati già i due priori suddetti, facendone uscire dal capitolo quello, per il quale si starà facendo la ballottazione, la quale compita, e notato il numero de'voti, che avrà a suo favore riportati, sarà subito riammesso al capitolo, per dare il suo suffragio nelle altre ballottazioni, e così si osserverà con ciascuno di loro a misura che sarà messo sotto lo scrutinio; e ciò compito quello s'intenderà eletto per sagrestano, che avrà riportato il maggior numero de'voti relativamente agli altri; e quante volte accadesse, che due, o più avessero riportato egual numero

di voti tra loro, allora si debba intendere eletto il più antico dal giorno dell' ammissione in quel convento, ed in caso di parità anche in questo il maggiore di età.

Confirmatur constitutio prohibens, ne religiosi beneficia retineant.

§. 53. Continuando le nostre osservezioni sulle costituzioni predette, riconosciamo, che providamente nelle decima viene interdetto ai religiosi di detto convento il potere avere beneficj, cappellanie, o qualunque sorta d'officj ancorchè di tenue rendita, così nella chiesa di detto convento, come altrove, eccettueto il priore, cui si permette per poter supplire ai pesi dell'impiego; indi ritroviamo, che tale costituzione fu ampliata nel settimo capitolo delle modificazioni, ed ampliazioni del sopradetto commissario apostolico, promettendo ai religiosi suddetti l'avere, ed ottenere i sopraddetti beneficj, e tutt'altro; talvolta perchè non godendo allora i religiosi di detto convento, che il vestiario stabilito fin dal tempo della fondazione, quale poteva essersi reso insufficiente per supplire ai loro bisogni, tanto maggiormente, che dal vitto non molto abbondantemente stabilito dalle dette costituzioni lo stesso commissario apostolico ne aveva scemata porzione; avrà il commissario suddetto stimato indennizzarli, e supplire il loro bisogno, con abilitarli a potere avere, ed ottenere i detti beneficj. Quali motivi dunque, che talvolta possono essere stati allora contemplati, non sussistendo oggi in verun conto, mentre ognuno de'detti religiosi gode all' incirca mille piastre; nè scorgendosi altro motivo plausibile, per lasciar tuttavia sussistere la sopraddetta ampliazione del canonico del Salvatore, potando anzi produrre pregiudizio alla disciplina del convento, erediamo, che si debba rimettere nel suo primo vigore la detta costituzione decima, e restare interdetto per l'avvenire così agli ettuali, come ai futuri religiosi in detto convento ritenare, ed ottenere detti beneficj, cappellanie, ed officj, o altri redditi ecclesiastici di qualunque natura, e condizione, e crediamo altresì, che sotto questa stessa legge debba comprendersi il priore, moderando in questa parte la detta costituzione, che glielo permetteva, giacchè il motivo in essa espressamente contemplato per supplire ai pesi del priorato, in verun modo oggi ha luogo, rendendogli il priorato suddetto due mila piastre circa.

Ampliatio providentiarum circa administrationem communitatis.

§. 54. E finalmente sulla decima terza costituzione, nella quale si prescrive, che in ogni mese al priore, e procuratore rendano il conto della loro amministrazione alla comunità, abbiamo osservato essere utile soggiungere, che al fine poi dell'anno, come praticano i ricevitori dell' ordine si formi dai medesimi un conto generale dell'amministrazione suddetta perchè si possa in ciascun anno sapere il vero stato attivo, e passivo di detto convento, quale non può chiaramente risultare dai soli conti mensuali; e similmente altro conto annuale di tutte le fondazioni, che vi sono in quel convento, e chiesa, e loro adempimento.

E ciò è quanto in dissimpegno della nostra commissione ci diamo l' onore di umiliare all' a. v. emma, e questo sagro consiglio, soggiungendo, che quante volte lo stimeranno degno della loro superiore approvazione, si compiaceiano pure ordinare, che sia supplicata la Santità di Nostro Signore degnarsi avvalorare il tutto con sua pontificia conferma, perchè abbia pieno vigore in tutte le sue parti, non ostante qualunque cosa in contrario, ed ordinare d'adesso per allora, che il tutto da Noi sopraesposto sia puntualmente eseguito, ed osservato unitamente alle costituzioni fatte in tempo dell'eminentissimo fondatore, e le ordinazioni della prelodate visita priorale; ed intanto col più profondo ossequio ci dicíamo. Dell' a. v. ema = umi, dmi, obbmi servi, e religiosi ubbmi = fr. Michele Maria Paterno gr. priore di Messina = El gr. castellan de Amposta fr. D. Miguel Doz = il priore di Dazia barone C. Schönau.

Approbatio praesidis, et concilii.

§. 55. Admodum reverendus episcopus Melitensis fr. Joannes Pellerano præsidens, et venerabile concilium præinsertam relationem approbantes, illem exequi, quodque per eam, ac per constitutiones tempore emi fundatoris promulgatas, præfatamque prioralem visitationem cautum fuit, ad unguem observari mandaverunt.

Confirmatio apostolica.

§. 56. Ut igitur omnia præmissa tam rite, ac recte in ejusdem conventus bonum, utilitatemque decreta, et sancita firmiora subsistant, ac serventur exactius, idem Franciscus Ximenez de Texada modernus magnus magister dicti hospitalis tamquam executor decretorum præfati sui consilii per Nos quoque confirmari, et approbari quam maxime cupiat. Nos laudabilibus ipsius Francisci, et consilii hujusmodi votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac modernorum dicti conventus fratrum cappellanorum singulares personas a quibusvis

excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta omnia a memorato consilio decreta, constituta, et mandata auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, atque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, etiam substantiales, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 57. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 58. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die septima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Bull. Rom. Tom. IV.

CCLXVIII.

Dat. die 8. septemb. 1773. Anno V.

Suppressio confraternitatis Conceptionis beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ erectæ in civitate Faventina cum applicatione bonorum.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Paterna hujus sanctæ Sedis benignitas exorta inter Christi fideles partium studia, et controversiarum omnium seminaassueta sua charitate modis omnibus dirimere satagit. Ast ubi adhibita ad id consilia ex partium ipsarum voluntate inutilia penitus evasisse cognoscit, tunc apostolicæ auctoritatis suæ partes interponere, ac ea statuere non prætermittit, per quæ, omnium controversiarum occasione sublata, quisque quiete, et tranquille ferventius Deo valeat inservire.

Status societatis, seu confraternitatis.

§. 2. Dudum siquidem, sicut nuper accepimus, in civitate nostra Faventina societas, seu confraternitas sub titulo beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, quæ duobus ab hinc sæculis jam erecta reperiebatur, a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum dictæ civitatis penes se admissa, atque benigne excepta fuit. Eidem vero confraternitati fratres prædicti custodiam tribuerunt imaginis beatæ Mariæ Virginis, quæ jam antea in altari eorum ecclesiæ sancto Francisco dicatæ extabat, quæque postmodum translata fuit ad sacellum a confraternitate hujusmodi, in proprio tamen solo conventus eorumdem fratrum ædificatum, quod regulari ipsorum ecclesiæ prædictæ unitum cum ea unicum corpus constituebat. Porro hæc confraternitas alias titulo sancti Ludovici nuncupabatur; quippe quia jam pridem a memoratis fratribus titulo emphyteusis concessa eidem confraternitati fuerat ecclesia sancto Ludovico dicata cum annexo terrerum spatio, pro construendo, sicut reipsa constructum fuit oratorium una cum mansionibus ad usum dictæ confraternitatis necessariis, injuncta obbligatione quotannis conventui, et fratribus hujusmodi præstandi unum tantum intortitium ceræ poderis libræ unius cum dimidio. Vix tamen, ut præfertur, admissa prædicta confraternitate, inter ipsam, eosdemque fratres tot, ac tantæ lites, et controversiæ paulatim exortæ sunt, ut nec auctoritas pro tempore existentium civita-

tis hujusmodi antistitum, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, illas dirimere unquam potuit, quinimo neque repetitæ conventiones diversis temporibus, annis nempe 1586, 1637, et 1753 initæ, ac publice typis respective anno 1761 editæ eas extinguere, illisque aditum præpedire valuerunt, atque perinde ac si omnes nunc quoque vigerent non solum, sed auctæ insuper fuissent, tam una, quam altera ex partibus prædictis ad Nos anno præsertim 1772 recursum habuit, opportunas desuper provisiones vicissim postulando.

Providentiæ adhibitæ pro meliori ipsius confraternitatis bono.

§. 3. Totam itaque rem hanc ea, qua par erat, animadversione, et maturitate perpendendam duximus, auditaque relatione, ac voto venerabilis fratris Vitalis Josephi episcopi Faventini, primum opportunis adhibitis mediis, atque rationibus, consilia pacis, et concordiæ in animum utriusque partis inducere curavimus, sed cum præconcepta spes in irritum cesserit, hinc deinde Nostro rescripto edito die prima aprilis ejusdem anni quascumque causas, lites, et controversias inter partes prædictas quoad rem hanc motas, atque pendentes ad Nos avocavimus, simulque injunximus dilecto filio Nostro Vitaliano S.R.E. cardinali Borromæo nuncupato in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Nostro, et apostolicæ Sedis de latere legato, ut sua singulari prudentia, ac dexteritate, nec non etiam auctoritate mutuam inter partes concordiam perficeret, illisque dissentionibus ad transactionem ex officio quoque deveniret, quæ sane transactio perpetuis futuris temporibus esset valitura. Atque ad hunc effectum necessarias, et opportunas facultates eidem Vitaliano cardinali tribuimus, confirmandi, mutandi, ac reformandi, sive etiam abolendi antiquas, et novas etiam conventiones, illisque alias superaddendi, seu de novo etiam penitus, penitusque condendi, cum potestate insuper tam ipsi Vitaliano cardinali, quam ejus in legatione hujusmodi munere successoribus dalinquentes, seu contraventores puniendi, nec non cum aliis omnibus, et quibuscumque facultatibus, quæ quomodolibet requirerentur; in quorum omnium executionem idem Vitalianus cardinalis nonnullas provisiones, ac resolutiones edidit, quas deinde die 17. junii ejusdem anni subscripsit.

Quomodo providentiæ in irritum cesserint exponitur.

§. 4. Verum quia id totum minime satis fuit ad optatum finem pacis, et concordiæ inter societatem, ac fratres prædictos assequendum, hinc necessarium putavimus ipsius Vitaliani cardinalis zelum magis, magisque excitare, eique commisimus, ut remedium aliquod excogitaret, perpenderet, atque proponeret, cujus ope re ipsa, et cum effectu extingui omnino possent tam diuturnæ, acresque dissentiones, et discordiæ, ex quibus perpetuæ animorum perturbationes vicissim dimanabant, ac admirationem penes populum, virosque probos, et rectos ingerebant. Ast memoratus Vitalianus cardinalis easdem in hac re dedit responsiones, quas prius ipse Vitalis Josephus episcopus jam dederat, nempe, quod cum haud fieri posset duo hæc corpora ad pacem, concordiamque redigere, hinc jam jam necessaria videbatur eorum separatio; additumque præterea fuit ab ipso Vitaliano cardinali, quod juxta exemplum felicis recordationis Benedicti pp. XIV, prædecessoris Nostri, qui in similibus rerum circumstantiis confraternitatem sub invocatione sanctæ Mariæ Angelorum erectam in ecclesia congregationis monachorum ordinis sancti Benedicti Cælestinorum nuncupatorum ejusdem civitatis abolevit, rite, ac recte nunc quoque factum videretur, quoties apostolica auctoritate suppressa primodicta confraternitate, illius bona, ac redditus hospitali expositorum, quod in summis angustiis versatur, in publicum dictæ civitatis bonum, applicata fuissent. Ex omnibus itaque præmissis, cum non sine gravi animi Nostri mœrore plane noverimus, quamcumque defecisse spem restituendi inter partes prædictas eam tranquillitatem, ac pacem, quam paterno quidem inter Christifideles omnes desideramus affectu, hinc est, quod apostolicæ auctoritatis, potestatisque partes in re hac interponere non dubitavimus.

Avocatio litium, et controversiarum ad s. Sedem.

§. 5. Motu igitur proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine, quascumque lites, et causas super præmissis inter fratres conventus prædicti, et eamdem societatem, seu confraternitatem sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ coram quibuslibet judicibus, et tribunalibus motas, ac pendentes, quarum statum, et merita, nominaque, ac cognomina, et qualitates judicum, et collitigantium, et alia quæcumque etiam specificam, et individuam mentionem, et expressionem requirentia præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, insertis, et justificatis haberi volumus, in statu, et terminis, in quibus de præsenti re-

periuntur, ad Nos harum serie cum suis emergentibus, annexis, et connexis avocamus, illasque sic avocatas perpetuo supprimimus, et extinguimus, perpetuumque silentium imponimus.

Suppressio confraternitatis, et applicatio bonorum.

§. 6. Praeterea eamdem societatem, et confraternitatem sub titulo Conceptionis beatae Mariae virginis Immaculatae motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo itidem supprimimus, dissolvimus, illamque suppressam, dissolutam, atque omnino extinctam decernimus, et declaramus. Fratribus vero conventus praedicti non solum memoratam imaginem beatae Mariae virginis in sacello intra eorum ecclesiam existentem, una cum ipso sacello, suisque omnibus ornamentis, donis, votis, oblationibus, et supellectilibus extantibus tam in dicto sacello, quam in armariis, ac in alio quocumque loco; sed etiam praefata stabilia emphyteutica, nempe ecclesiam sancti Ludovici, oratorium, ac terrarum spatium, seu locum cum aedificiis ibidem existentibus, ac penes regularem ecclesiam dicti conventus positis pari motu, scientia, et potestatis plenitudine relinquimus. Salvisque omnibus provisionibus nuper a Nobis decretis, nec non aliis, quae in posterum favore dicti hospitalis expositorum ejusdem civitatis decernere, atque statuere intendimus, nunc per praesentes in ejusdem hospitalis utilitatem, ac favorem reliqua omnia alia bona stabilia, fructus, ac redditus, quae usque adhuc possessa fuerunt, ac modo a primodicta societate, seu confraternitate possidentur una cum eorum juribus, ac actionibus quibuscumque, firmis tamen, et integris manentibus omnibus oneribus, et obligationibus, quibus praefata bona stabilia, eorumque fructus, ac redditus obnoxia sint, praesertim illius missarum celebrandarum sive in sacello sacrae imaginis praedictae, sive in oratorio sancti Ludovici, vel alibi, ac pariter alterius missae quotidianae, quae in seminario celebrari debet, simulque immoto manente onere annuae distributionis quatuor dotalium subsidiorum, ac festivitatis celebrandae in die Conceptionis beatae Mariae virginis Immaculatae, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus assignamus, et applicamus.

Praeceptum de possessione capienda ab executoribus literarum apostolicarum.

§. 7. Quocirca prudentiae, et arbitrio infradicendorum praesentium Nostrarum literarum executorum committimus, ut non solum ipsi per se, vel alium, seu alios ad id ab eis deputandum, seu deputandos dicti hospitalis nomine statim veram, realem, et corporalem possessionem eorumdem bonorum stabilium, ac redditnum, et fructuum nunc superexistentium, et non consumptorum primodictae societatis, seu confraternitatis capiant, et assequantur, ac unum, seu plures diligentia, atque integritate praeditos viros deputent pro illorum administratione, infrascripta liquidatione, et constitutione pendente. Eisdem executoribus injungimus, ut omnia, quae per praesentes fratribus dicti conventus relicta, et, ut praefertur, assignata sunt, eis tradi, et consignari curent, ac faciant, simulque decernant, atque constituant modum, atque personas pro implemento, ac executione obligationum, et onerum praedictorum, statuta insuper forma, juxta quam persolvenda erunt emolumenta respondentia praesertim celebrationi missarum, quae, excepta tantummodo missa quotidiana in dicto seminario celebranda, caeterae omnes nec modo, nec unquam a fratribus dicti conventus, et a sacello praefato separandae, atque alibi, seu ab aliis celebrandae erunt. Non solum autem pro omnibus indistincte missis praedictis, verum etiam pro cunctis obligationibus, et oneribus quibuscumque, quae fratribus praedictis juxta praemissa injungenda sint, executores ipsi certos, ac designatos fundos, seu capitalia, quatenus assignata hactenus non sint, in ea quantitate, qualitate, et valore congruo, ac sibi uti convenienti viso, designare, ac destinare debeant, et teneantur.

Deputatio executoris literarum.

§. 8. Eisdemque Vitaliano cardinali, et legato, ac Vitali Josepho episcopo committimus, et mandamus, ut ipsi, vel eorum alter tam conjunctim, quam divisim ad executionem praesentium Nostrarum literarum procedant, omniaque, ac singula in eis contenta juxta praemissorum tenorem exequi curent, et faciant; nec non ipsos Vitalianum cardinalem, et legatum, atque Vitalem Josephum episcopum nunc, et eorum in legatione, et episcopatu hujusmodi successores pro tempore existentes in executores earumdem praesentium Nostrarum literarum cum omnibus, et singulis quomodolibet necessariis, et opportunis facultatibus quibuscumque eligimus, constituimus, et deputamus.

Clausulae salutares.

§. 9. Decernentes praesentes literas, ac omnia, et singula in illis contenta etiam ex eo, quod confratres, aliique officiales dictae confraternitatis, seu societatis sub titulo Conceptionis beatae Mariae virginis Immaculatae, et quicum-

que alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præsentes emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentes perpetuo semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit inviolabiliter observari.

Decretum irritans. §. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et alios quoscumque quavis auctoritate, et potestate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 11. Non obstantibus supradictarum litium pendentia, aliisque omnibus, et singulis præmissis, nec non supradictæ confraternitatis Conceptionis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ institutione, erectione, aggregatione, et admissione ad regularem ecclesiam memorati conventus, ac proximum oratorium, eisque adnexorum, atque quibusvis conventionibus, pactis, transactionibus, instrumentis, ac stipulationibus quomodocumque, quandocumque, et qualitercumque inter fratras dicti conventus, eamdemque confraternitatem, quacumque solemnitate, et auctoritate etiam apostolica initis, gestis, et approbatis, simulque Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ipsius confraternitatis, et quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio habenda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXIX.

Dat. die 6. septemb. 1773. Anno V.

Indultum, ut quotannis celebrari possit officium, et missa de communi unius martyris in ecclesia monialium sancti Dionisii Parisiensis diœcesis pro sancto Valeekcio martyre.

Dilectissimæ in Christo filiæ Nostræ Aloisiæ Mariæ regiæ Galliarum principissæ.

Clemens PP. XIV.

Dilectissima in Christo filia Nostra salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Novum regiæ, atque eximiæ, et satis superque perspectæ tuæ Tenor concessionis.

pietatis argumentum nuperrima tua postulatione Nobis ostendisti; dum enim festum sacti Valeckcii martyris, cujus sacrum corpus in hujus almæ urbis Nostræ sacris cœmeteriis cum proprio nomine inventum, et a Nobis monasterio dilectarum in Christo filiarum monialium B. M. V. de monte Carmelo Excalceatarum nuncupatarum sancti Dionysii diœcesis Parisiensis dono datum, recitatione officii, una cum missa solemniori cultu venerare desideras, mirabilem in sanctis martyribus omnipotentis Dei gloriam intensiori devotionis affectu laudandam esse: jam intellexisse declaras. Libenti itaque animo, et apostolica auctoritate per præsentes concedimus, et indulgemus, ut quotannis officium, et missa de communi unius martyris dumtaxat sub ritu duplicis majoris a te, aliisque monialibus in dicto monasterio pro tempore existentibus, et in earum ecclesia tantummodo in perpetuum recitari, et celebrari in die per venerabilem fratrem Josephum archiepiscopum Seleuciensem Nostrum, et apostolicæ Sedis in civitate Parisiensi nuntium assignando, quo festum ipsius sancti Valeckcii agetur. Fore autem in Domino confidimus, ut hoc apostolicæ indulgentiæ argumentum tibi quidem sit clariori ad propensam in te voluntatem Nostram amplius cognoscendam testimonio, ac tibi, et monialibus prædictis vehementiori ad majores in religiosæ vitæ progressus faciendos incitamento. Interea apostolicam benedictionem tibi dilectissima in Christo filia Nostra, et eisdem monialibus permanenter elargimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 17 septemb. 1773. Anno V.

CCLXX.

Pensio perpetua reservata super mensa episcopali Tornacensi favore episcopi Ruremundensis.

Clemens episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Apostolicæ supremæ auctoritatis Nostræ munus ita exequi non desinimus, ut mensarum episcopalium redituum tenuitatem quoad fieri potest, implere studentes, quamvis alias aarum alicui beneficentiæ Nostræ pignora fuerimus impertiti, nova quoque tribuere non omittamus, atque per ampliora subsidia illi, qui Ecclesiæ præest, decoris addamus incrementum. Alias siquidem certis ex causis adducti venerabili fratri Nostro Henrico-Joanni Herens moderno episcopo Ruremundensi, ejusque in Ruremundensi ecclesia episcopis futuris successoribus pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam trium millium florenorum illius monetæ super mensæ episcopalis Gandavensis fructibus etc. per alias Nostras apostolicas literas reservavimus.

Ratio constitutionis, et reservatio pensionis.

§. 2. Cumque acceperimus eamdem mensam episcopalem Ruremundensem adhuc satis congrue non esse dotatam, vacante modo ecclesia episcopali Tornacensi, ad quam, dum illa pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ romano Pontifici pro tempore existenti facienda ad carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Theresiam Romanorum, Hungariæ, et Bohemiæ reginam apostolicam uti Flandriæ comitissam ex privilegio apostolico, cui non invenitur hactenus in aliquo derogatum, spectare dignoscitur, ex illius redditibus alium eidem Ruremundensi ecclesiæ proventum impertiri, et addere volentes, eidem Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis pro tempore existentibus aliam pensionem annuam etiam perpetuis futuris temporibus duraturam, et ab omnibus, et quibuscumque oneribus, et impositionibus ordinariis, et extraordinariis etiam prorsus liberam, immunem, et exemptam aliorum trium millium florenorum ejusdem monetæ super omnibus, et singulis mensæ episcopalis Tornacensis, cujus ecclesia ad præsens, ut præfertur, pastoris solatio destituta existit, fructibus, redditibus, ac proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis, etiamsi super illis aliæ pensiones annuæ aliis personis ecclesiasticis eas annuatim percipientibus, eadem apostolica auctoritate fuerint reservatæ, quas præsentibus haberi volumus pro expressis eidem Henrico Joanni episcopo, ejusque successoribus præfatis, vel eorum legitimo procuratori ex nunc videlicet per dictæ ecclesiæ Tornacensis œconomos, seu deputatos, aut alios quoscumque ad exigendum, et percipiendum fructus, redditus, et proventus hujusmodi, donec dicta ecclesia Tornacensis pastore destituta extiterit, et deinde per ejusdem ecclesiæ Tornacensis episcopum, seu præsulem, vel administratorem pro

tempore existentem annis singulis duobus æqualibus solutionibus, pro una videlicet in Domini nostri Jesu Christi a proxime ventura incipiendo, et altera medictatibus pensionibus per præsentes reservanda hujusmodi in sancti Joannis Baptistæ immediate sequentibus nativitatum festivitatibus, et sic successive de anno in annum, ac termino in terminum, quocumque impedimento non obstante, vigore tamen eorumdem præsentium, nec alias alioquin præsens reservatio nulla sit eo ipso, integre persolvendam apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium reservamus, constituimus, et assignamus.

Reservatio motu proprio percipitur, dempto quoque recursu pro vitio obreptionis, vel subreptionis gratiæ.

§. 3. Decernentes pensionem per præsentes serratam prædictam ex quovis prætextu etiam ad prædictæ ecclesiæ Tornacensis episcoporum, præsulum, seu administratorum pro tempore existentium instantiam ad minorem summam reduci, aonullari, invalidari, minusve illius reservationem hujusmodi etiam ex eo, quod ipsa ecclesia Tornacensis ad præsens vacet, ac legitimo pastore, et defensore careat, seu quovis alio prætextu, et colore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut in controversiam reduci, vel adversus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari unquam posse, sed eas semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, proinde ac si pensio hujusmodi de expresso episcopi Tornacensis, seu œconomorum, vel deputatorum prædictorum consensu reservata fuisset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et definiendi facultate, judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. ac pro tempore existentem episcopum Tornacensem, seu œcoonomos, vel deputatos præfatos ad integram solutionem pensionis per præsentes reservatæ hujusmodi faciendam, juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

Pœnæ contra renuentes solvere pensionem.

§. 5. Ac volentes, et eadem auctoritate statuentes, quod illi, ac œconomis, seu deputatis, ac præsulibus, seu administratoribus prædictis, qui in dictis festivitatibus, vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes, pensionem per præsentes reservatam prædictam per eum nunc debitam non persolverit cum effectu, lapsis diebus eisdem, præsulibus videlicet ingressus ecclesiæ interdictus existat; œconomi vero, seu deputati, vel administratores præfati sententiam excommunicationis incurrant, et donec ipsi Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis, vel eidem procuratori de pensione per præsentes reservata prædicta tunc debita integre satisfactum, aut alias cum dicto Henrico Joanne episcopo, et successoribus prædictis super hoc amicabiliter concordatum fuerit; præterquam in mortis articulo constitutus, interdictus videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero prædicti ab hujusmodi excommunicationis beneficium nequeat obtinere. Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes; interdictus videlicet sub hujusmodi interdicto permanserit, excommunicatus vero prædictæ sententiam excommunicationis hujusmodi animo, quod absit substinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem, regimine, administratione, ac œconomia, seu deputatione præfata perpetuo privati existant eo ipso.

Executores apostolici deputantur pro plenario effectu constitutionis.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Cameracensi, ac Antuerpiensi, et Iprensi episcopis, eorumque successoribus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios faciant auctoritate nostra pensionem per præsentes reservatam præfatam eidem Henrico Joanni, ejusque successoribus prædictis juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictarum, ac decreti hujusmodi sententiam, et tenorem, integre persolvi, et nihilominus quemlibet ex œconomis, seu deputatis, ac præsulibus, seu administratoribus prædictis, quum interdicti, et excommunicationis respective sententiam incurrisse eis constiterit, quoties super hoc pro parte dicti Henrici Joannis episcopi, et successorum prædictorum fuerint requisiti, tamdiu dominicis, et aliis festivis diebus in ecclesiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, interdictum publice nunciaent, et faciant ab aliis nunciari, ac excommunicatum ipsum ab omnibus arctius vitari, donec eidem Henrico Joanni episcopo, et successoribus prædictis de pensione per præsentes reservata prædicta

tunc debita fuerit integre satisfactum, ipseque interdictus, videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero praefati ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtineri; contradictores per censuras ecclesiasticas appellatione postposita, compescendo.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Lateranensis concilii postremo celebrati pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis, ac nostra, et cancellariae apostolicae regula de praestando consensu in pensionibus, aliisque constitutionibus, et ordinibus apostolicis, nec non ecclesiae Tornacensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem ecclesiae Tornacensi, ejusque praesulibus pro tempore existentibus quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa mentio habenda esset, eorum tenores etiam praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, at expresse ad effectum praemissorum tantum earumdem tenore praesentium derogamus contrariis quibuscumque. Aut si oeconomis, seu deputatis, vel praesulibus praedictis, sive quibusvis aliis ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, et expressam de indulto hujusmodi mentionem.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae reservationis, constitutionis, assignationis, decreti, statuti, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, quintodecimo kalendas octobris, pontificatus Nostri anno quinto

CCLXXI.

Dat. die 20. septemb. 1773. Anno V.

Extensio facultatis concedendi literas testimoniales alumnis Hibernorum de urbe.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Urbani VIII de eadem re constitutio memoratur.

§. 1. Emanarunt dudum a felicis recordationis Urbano pp. VIII. praedecessore Nostro literae sub plumbo anno incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo trigesimo primo pridie idus aprilis, pontificatus sui anno octavo, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet.

Tenor dictae constitutionis Urbani VIII.

§. 2. Urbanus episcopus servus servorum Dei: Ad futuram rei memoriam. Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, quam Dominus Noster Jesus Christus Dei filius auctor pietatis instituit, regimini praesidentes, piis quorumlibet Christifidelium praesertim ad divini cultus augmentum, et animarum salutem, et catholicae fidei conservationem, et propagationem tendentibus votis libenter annuimus, et, ut ea quantocius optatos sortiantur effectus, opem, et operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii moderni rectoris seminarii nationis Hibernicae de urbe petitio continebat, quod in dicto seminario nonnulli adolescentes ex provincia Hiberniae oriundi, qui literarum studiis sedulo operam navant, plerumque aetate provecti reperiuntur, qui absolutis suis studiis, presbyteri postmodum effecti ad suum talentum in vinea Domini expendendum patriam desolatam repetunt, et verbi Dei praedicationibus, et aliis spiritualibus exercitiis, quantum possunt, uberes in eadem vinea fructus producere contendunt. Ac propterea ut nunc et pro tempore existentes dicti seminarii alumni suum pium hujusmodi propositum quantocitius adimplere valeant, pro parte dicti rectoris Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus eis, ut infra, indulgere, et aliàs opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Facultas ordinandi alumnos absque literis dimissorialibus ordinariorum.

§. 3. Nos igitur, qui ejusdem fidei catholicae conservationem, et propagationem ubique, et praesertim in partibus haereticorum dominio subiectis vigere sinceris exoptamus affectibus, di-

ctum rectorem, dictique seminarii alumnos, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ejusdem seminarii alumnis nunc, et pro tempore existentibus, ut a dilecto filio Nostro, ac pro tempore existentis romani pontificis in dicta urbe, ejusque districtu vicario in spiritualibus generali etiam pro tempore existente, seu per eum deputato, vel deputando in eadem tamen urbe existente antistite, etiam absque literis dimissorialibus suorum propriorum ordinariorum, sed cum literis testimonialibus pro tempore existentis dicti seminarii rectoris ipsorum alumnorum vitam, mores, et probitatem commendantibus, clericali charactere insigniri, et deinde unica, seu quatuor feriatis, vel non feriatis ad quatuor minores, nec non postea tribus dominicis, seu aliis de præcepto ecclesiæ festivis diebus continuis, vel interpolatis ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines, etiam absque titulo aliquo beneficii ecclesiastici, vel patrimonii, sed ad titulum missionis in Hibernia tantum etiam extra tempora ad id a jura statuta, et intra annum, annique curriculo non expectato, minusque servatis ad id a concilio Tridentino designatis interstitiis, dummodo tamen dicti alumni pro tempore promovendi ad id reperiantur idonei, ac donec regnum Hiberniæ ad gremium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ redierit tantum, et non alias promoveri, et promoti in illis etiam in altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant, apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus; nec non vicario pro tempore existenti, seu per eum deputato, vel deputando antistiti ordines præfatos, ut præfertur, conferendi, et alumnis præfatis nunc, et pro tempora existentibus illos recipiendi licentiam, et facultatem, auctoritate, et tenore præmissis impertimur.

Derogatur contrariis, constitutionibus, et ordinationibus

§. 4. Non obstantibus, quod ipsi alumni antequam de uno ordine ad alium promoveantur, seu in alio, vel aliis antea susceptis ordinibus minime se exercuerint, ac quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, indulti, et impertitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo primo, pridie idus aprilis, pontificatus Nostri anno octavo.

Innocentius X. iisdem alumnis dispensationem pro consequendis ordinibus etiam extra tempora concessit.

§. 5. Postmodum rec. me. Innocentius pp. X. pariter prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die 22. maii 1647. expeditas literas, omnibus, et singulis alumnis pro tempore existentibus dicti collegii concessit, et indulsit, ut etiam absque literis dimissorielibus suorum ordinariorum, sed cum solis rectoris ejusdem collegii testimonialibus literis de eorum vita, moribus, et idoneitate, etiam absque titulo beneficii, vel patrimonii e quocumque, quem maluissent, catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente, in sua diœcesi residente, vel in aliena de diœcesani loci licentia pontificalia exercente, clericali charactere insigniri, et ad quatuor minores, etiam unico festivo, vel feriato, nec non ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines tribus dominicis, seu aliis festivis continuis, vel interpolatis diebus, etiam extra tempora ad id a jure statuta, ac non servatis interstitiis a concilio Tridentino designatis, annique curriculo non expectato, etiamsi antequam de uno ad alterum ordinem promoverentur, in primo quoque suscepto ordine se non exercuissent, dummodo essent ætatis legitimæ, nullumque aliud eis canonicum obstaret impedimentum, servatisque alias servandis, promoveri, et promoti in susceptis sic per eos ordinibus hujusmodi in altaris ministerio ministrare libere, et licite possent, et valerent.

Indulsit quoque indulgentiam plenariam tam in articulo mortis invocantibus Jesum, quam in Paschate satisfacientibus præcepto.

§. 6. Ac præterea eisdem alumnis in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corda devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concessit, utque in paschate, prævia sacramentali confessione, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in cappella dicti collegii sumendo præcepto Ecclesiæ satisfacerent,

indulsit, ac alias prout in iisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Alia indulta concessa collegio ab visitatore apostolico.

§. 7. Nos itaque bono, ac utilitati ejusdem collegii consulere volentes per alias Nostras in pari forma Brevis die xxvi martii MDCCLXXI expeditas literas, dilectum filium Nostrum Marium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Marefuscum nuncupatum in ejusdem collegii visitatorem apostolicum elegimus, ac deputavimus, assumptaque per eum visitatione hujusmodi, nonnullas desuper decrevit opportunas provisiones tam mittendo illius alumnos ad scholas collegii congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum, quam super œconomico dicti collegii Hibernensis gubernio, ac deinde vigore aliarum facultatum sibi in peculiari audientia die xiv aprilis ejusdem anni per Nos tributarum, liberavit ipse et absolvit alumnos prædictos a vinculo juramenti per eos præstiti, quodque antea præstari assueverat, eos tamen obligando alteri juramento, quod præstari solet in memorato collegio dictæ congregationis juxta formulam præscriptam a felicis recordationis Alexandro pp. VII prædecessore itidem Nostro per suas literas incipientes = Cum circa juramenti vinculum = die xx julii MCLX expeditas, atque a posteriori decreto die xx decembris MDCLXVIII edito a piæ memoriæ Clemente pp. IX quoque prædecessore Nostro adprobatam, quorum omnium tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Exemptum fuit collegium a jurisdictione societatis Jesu.

§. 8. Nuper autem Nos quoque per alias in eadem forma Brevis die xvlii septembris MDCCLXXII expeditas literas collegium prædictum Hibernense immediatæ jurisdictioni, et auctoritati ejusdem Marii cardinalis nunc, et pro tempore in perpetuum existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium regni Hiberniæ apud Nos, et Sedem apostolicam protectorum subjecimus, ipsique Mario cardinali facultatem tribuimus amovendi ab illius gubernio, et administratione clericos regulares tunc existentis societatis Jesu, cujus quidem facultatis vigore, suo decreto edito die xiii septembris ejusdem anni MDCCLXXII amotis clericis tunc regularibus prædictis, idem Marius cardinalis eis presbyteros sæcula-

res substituit. Ingenti præterea labore, studio, ac diligentia memoratus Marius cardinalis, et visitator apostolicus restituit, ac restauravit antiquas constitutiones bo. me. cardinalis Ludovisi dicti collegii fundatoris, eas præsentibus temporibus, ac circumstantiis aptando, superaddita ibidem formula prædicti juramenti, ac omnia prædicta una cum relatione peractæ suæ visitationis Nobis exhibuit.

Tenor novarum precum porrectarum pro ampliatione induiti ab Urbano VIII. concessi.

§. 9. Cum autem, sicut Nobis nuper exposuit idem Marius cardinalis, animadverterit, quod idem Urbanus prædecessor juxta præinsertas suas literas facultates prædictas concesserit alumnis memorati collegii in suscipiendis sacris ordinibus cum solis literis testimonialibus rectoris pro tempore existantis dicti collegii, easque deinde memoratus Innocentius X etiam prædecessor suis literis prædictis ampliaverit, atque extendarit non solum ad pro tempore existantem almæ urbis vicarium, sed ad quoscumque alios episcopos gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentes, non servatis etiam interstitiis a sacro concilio Tridantino præscriptis; hinc attenta rerum, ac status dicti collegii mutatione, easdem facultates dicto rectori alias, ut præfertur attributas, idem cardinalis Marius sibi, ac pro tempore existenti protectori prædicto, cum potestate quoque concedendi easdem testimoniales literas iis alumnis, qui curandæ valetudinis, aliave justa habita de causa a collegio prædicto ante assuetum tempus discesserint, atque ad illud collegium extra urbem prædictam pro absolvendis eorum studiis se contulerint, per Nos indulgeri plurimum desideret.

Extensio dictæ concessionis.

§. 10. Nos igitur laudabilibus ejusdem cardinalis Marii votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, suis supplicationibus inclinati, prædictas facultates per memoratas literas eorumdem Urbani, et Innocentii prædecessorum tunc existenti rectori regulari dicti collegii Hibernensis concessas, atque gratias omnes illius alumnis, ut præfertur, attributas confirmantes, per præsentes decernimus, et mandamus, ut in posterum idem cardinalis Marius nunc, et pro tempore existentes dicti collegii protectores, testimoniales literas prædictas tam iis alumnis, qui ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines in urbe prædicta promoveri se cupiant, quam ad eosdem, etiam sacros, et presbyteratus ordines extra illam, et a quo-

cumque antistite prædicto promovendi sint, etiam interstitiis a memorato concilio præscriptis minime servatis, libere, et licite concedere possit, et respective possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; eamdemque facultatem per præsentes, ut præfertur, concessam, et indultam, ad casum quoque, quo aliquis ex dictis alumnis ante assuetum tempus e prædicto collegio valetudinis curandæ, sive alia justa ex causa ab eo discedat, et ad aliud collegium extra urbem prædictam se conferat, auctoritate, et tenore prædictis extendimus, et ampliamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti collegii Hibernorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima septembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXII.

Dat. die 6. novemb. 1773 Anno V.

Prohibitio extrahendi libros e bibliotheca publica loci di Cavalese dioecesis Tridentinæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Ratio, et tenor prohibitionis servandæ sub poena excommunicationis latæ sententiæ, et uni pontifici reservatæ.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Joannes Petrus Muratori modernus rector ecclesiæ parochialis sancti Vincentii loci de Isera Tridentinæ diœcesis Nobis nuper exponi fecit, ipse bibliothecam publicam sacris libris refertam pro beneficio, ac commodo sacerdotum, ac studentium in burgo di Cavalese ejusdem patria erigi curaverit, vereatur autem, ne tractu temporis libros hinc inde asportando, illos deperdi contingat; idcirco Nos conservationi, et manutentioni librorum hujusmodi opportune prospicere, ipsumque Joannem Petrum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus Nobis ejus nomine humiliter porrectis inclinati, omnibus, et singulis personis quacumque auctoritate fungentibus, et functuris, ac cujusvis status, gradus, et conditionis, ac præeminentiæ, et dignitatis nunc, et pro tempore existentibus ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia, sive impressa, sive manuscripta eidem bibliothecæ hactenus donata, et assignata, aut in posterum assignanda, et donanda e bibliotheca hujusmodi extrahere, commodare, aut asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, seu asportentur permittere, seu consentire sub quovis prætextu, quæsito colore, causa, ingenio quoquo modo audeant, seu præsumant sub excommunicationis latæ sententiæ per contrafacientes eo ipso absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo absolutionis beneficium nisi a Nobis, seu romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus obtinere queat, pœna, auctoritate apostolica tenore præsentium prohibemus, et interdicimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Praeceptum de servando ad valvas bibliothecae exemplari prohibitionis.

§. 2. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis exemplum in valvis dictae bibliothecae, aut in aliquo conspicuo loco quo cerni, et legi ab omnibus possit continuo affixum remaneat. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima sexta novembris anno millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 16. novemb. 1773. Anno V.

CCLXXIII.

Confirmatio decreti hospitalis Hyerosolimitani super spolio editi.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Lites, et controversias omnes inter universos Christifideles, eosque praesertim, qui sub regulari instituto vitam ducunt, pro pastoralis officii Nostri munere penitus avertere satagentes, ea, quae ad illarum quoque initium dirimendum prudenter statuta esse novimus, dum id a Nobis petitur, apostolicae auctoritatis munimina roboramus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Francisci Ximenez de Texada magni magistri hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani expositum Nobis fuit, quod ad tollenda plura, quae minime conveniebant, quaeque aliquibus ab hinc annis causam dederunt reclamationibus, seu querelis propositis ab iis, quibus dignitates, ac praeceptoriae, seu commendae dicti hospitalis concessae fuerunt adversus quintum, seu ejus partem illarum rerum, de quo, seu quibus, debita obtenta facultate a pro tempore existente magno magistro hospitalis hujusmodi illorum praedecessores disposuerant; dilecti filii consilii ejusdem hospitalis inhaerentes chirographo dilectorum quoque filiorum procuratorum communis aerarii hospitalis praedicti demandarunt executionem omnium contentorum in praefato chirographo, simulque prohibuerunt, ne admittendae essent querelae, rive reclamationes, aut recursus quicumque relative ad sequestrationem illius, de quo dicti praedecessores disposuissent. Tenor vero chirographi hujusmodi est qui sequitur nempe.

Tenor chirographi procuratorum communis aerarii hospitalis.

§. 3. Fr. dominus Franciscus Ximenez de Texada Dei gratia sacrae domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, et militaris ordinis sancti Sepulchri Dominici magister humilis, pauperumque Jesu Christi custos: universis, et singulis praesentes nostras literas visuris, lecturis, et audituris salutem.

Notum facimus, et in verbo veritatis attestamur, qualiter infrascriptum decretum extractum fuit ex libro conciliorum in cancellaria Nostra conservato, in quo similia notari, et registrari solent; quod quidem in hanc publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ubiquatam in judicio, quam extra, eidem plena, at indubitata fides adhibeatur; cujus est tenor qui sequitur videlicet.

Die IX. mensis augusti 1773. Fatta lettura del chirografo dei venerandi procuratori del comun tesoro, del tenore seguente cioè

Eminentissimo signore

§. 4. Uniformandosi i nostri eminentissimi statuenti alla ben nota regola canonica, che tutti gli acquisti, che fa un religioso spettano alla religione, stabilirono, che tutti gli spogli de' nostri fratelli, spettar dovessero alla sagra religione. Stat. 30. Tesoro. Alla quale pervengono non già come erede, e sueceditrica, ma come a proprietaria, e padrona. Jus consequendi spolia hospitali competit uti proprietario.

§. 5. Questo diritto de' spogli è uno de' più considerabili introiti, ehe gode il comun tesoro per sostenere con quel decoro, che si conviene, i due principalissimi istituti di questo sagro ordine di vostra aminenza; ospitalità, e milizia; e a tutto rigore tale diritto pervenir deve al comun tesoro senza diminuzione aleuna. Il ehe tanto è vero, che per lo stat. 64 del tesoro, viene ordinato, che il diritto de'spogli non può convertirsi in sostenimento de' litiggi, o in usi alieni; ma che pervenir debba allo stesso tesoro; imponendo ancora rigorosissime pene ai contraventori. Converti nequeunt in alienum usum, quam pro hospitalitate, et militia.

§. 6. Pur tuttavia la stessa sagra religione in vigore de' statuti 1. e 2. della proibizioni, concede per mezzo degli eminentissimi gran maestri ai di lei religiosi, servatis servandis, la facoltà di disporra dell' intero quinto de' mobili de' loro spoglj; restando peraltro libere ed illese le altra quattro parti de' spogli in beneficio del tesoro. Magnus magister quintam partem servatis servandis disponit veluti sibi melius placet.

§. 7. Gelosissima fu sempre la religione nel sostenere a favore del suo comun tesoro questo diritto de' spogli, Jus hujusmodi nec rerum judicatarum auctoritate confringi potuit.

rigettando costentemente con varj giudicati le istanze de' suoi religiosi, quali pretesero risteurare le commende vacate cogli effetti de' spogli de' commendatori defonti

Contrarii abusus nihilominus introducti fuerunt.

§. 8. Sollevendo però l'ingegno li successori nelle dignità, e commende procurarono da alcuni anni a queste parte tenere almeno in sequestro il quinto, del quale disposto aveveno li loro predecessori, e da quello conseguire successivamente l'importare delle spese per il cabreo non rinnovato, o per li precetti della visita priorale non adempiti, o per le deteriorazioni rilevate nei respettivi boni, a cagionate per colpa, e negligenza dei loro predecessori: nè di ciò contenti li successori suddetti, oltrepassarono alcune volte, sino a pretendere le rifazione delle spese necessarie per le cause sopraccennete dagli effetti dell' intero spoglio.

Improbantur abusus hujusmodi.

§. 9. Queste introduzioni si riconoscono del tutto abusive, così rispetto all' intero spoglio, che in riguardo al quinto, del quale si dispose. E in quanto al primo tendono le medesime direttamente a privare il comun tesoro da uno de' suoi più principali introiti, necessario peraltro per l'adempimento de' proprj obblighi, sì ordinarj, ohe straordinarj; anzi si riconoscono del tutto contrarie alla mente dalle stessa sagra religione, la quale in vigora del citato statuto 64 tesoro, ordina, che gli spogli pervenghino al tesoro; e per lo statuto 5. allogazioni vuole, ohe le riparazioni nelle commende vacate debbano farsi dai successori. Nè tralasciò di provvedere colle sue savissime leggi sotto diverse pena alla rinnovazione del cabreo da farsi in tempo congruo; alla confezione de' meglioramenti; all' adempimento de' precetti delle visite priorali, e all' ottimo mantenimento de' suoi beni. E più recentemente il venerando consiglio ingiunse nuova pena di sequestro ai contumaci, e provvide alla pronta esecuzione di tali obblighi con decreto dei 16. ottobre 1731. *confermato* dalla Santità di Clemente XII., onde quante volte si osservassero le leggi, e decreti, rimarrebbero sempre in buono stato li beni di esse religioni, e adempiti perfettamente tutti gli obblighi. Dal che ne segue, che l' inosservanza delle leggi suddetta non può, nè deve recar pregiudizio alla stessa religione legislatrice, col privarla del diritto de' spogli, alla medesima spettante anche per l' inveterata osservanza attestata dal venerando prior Caravita, la quale oltre essere la vera interprete della legge nelle religione di vostra eminenza, ha forza di statuto.

Eorum perniciés melius quoque detegitur.

§. 10. In quanto poi al quinto, del quale dispongono i nostri religiosi, scorgonsi abusive le già dette introduzioni, sì perchè rendono frustranea, e di niun effetto la licenza, che gli eminentissimi gran maestri concedono per disporre del quinto, e con ciò feriscono direttamente l' autorità magistrale: sì ancora perchè gli stessi religiosi rimangono fraudati nella loro intenzione, rendendosi nulla la disposizione, che essi fanno del quinto del loro spoglio, o a favore di opera pie, o in gratificazione, e ricompense verso coloro, ai quali si credono obbligati: sì finalmente, perchè l' inadempimento della disposizione del quinto reca senza dubbio notabile pregiudizio alla estimazione della sagra religione presso le cause pie, li congiunti, familiari, ed altri, che si vedono privati del legato ad essi lasciato; sebbene rispetto al risarcimento delle spese fatte per la rinnovazione del cabreo scaduto in tempo dei predecessori, viene appoggiata l' istanza de' successori contro li legatarj del decreto del venerando consiglio emanato li 28. settembre 1741.

Indigitantur remedia opportuna, ut abusus eliminentur.

§. 11. L'obbligo, che ci corre d'invigilare all' interesse del tesoro, e di procurare, che i religiosi di vostra eminenza non si occupino a sostenere litigj contro lo stesso tesoro, ci costringo a rappresentare il tutto all' eminenza vostra colla certa fiducia, che unitamente al venerando consiglio, si degnerà porre argine ai sopraccennati inconvenienti, con dichiarare, e nello stesso tempo ordinare, che de' oggi in avanti resti preclusa qualunque via a tali abusi, togliendo ai successori ne' priorati, baliaggi, e commende, non ostante ancora il suriportato decreto del 1741, e giudicati, ogni diritto di poter pretendere qualsisia rilevazione, sia dell' intero spoglio, per conservare illese le ragioni del tesoro, che del quinto del loro rispettivi predecessori, del quale disposero, così richiedendo il decoro della nostra sagra religione, senza che promuover si possa dai successori suddetti istanza alcuna per loro indennizzazione, tanto per cabreo non rinnovato, che per miglioramenti non fatti, per precetti di visita priorale non adempiti, per deteriorazioni seguite per colpa, e negligenza dei loro predecessori, e per ogni altra causa procedente dalla mala amministrazione precedente: con ordinare nel tempo stesso, e incaricare

alle venerande lingue, ai venerandi capitoli, e assemble priorali, ed ei riceritori, che invigilino secondo le loro incombenze perchè il tutto sia nel debito tempo adempito dai rispettivi venerandi priori, beglivi, e commendatori; e che in caso di ommissione, o contumacia di questi, eseguischino onninamente, e sotto le stesse pene, quanto saviamente fu prescritto dal precitato decreto del sagro consiglio del 1731. Essendo indubitato, che posto questo, come è di dovere, in esecuzione, verun priore, baglivo, o commendatore nuovamente provvisto, ever potrà motivo di dolersi dell'amministrazione del suo predecessore, nè incontrare occasione di ricorrere contro lo spoglio del medesimo.

Quando piacerà all'eminenze vostra di aderire col venerando consiglio a queste nostre rappresentanze, siamo ancor di sentimento, che si compiacciano ordinare la comunicazione del nuovo decreto a tutte le venerende lingue, e priorati, ed accluderne ed ogni maggior cautela copia del succitato saviissimo decreto del 1731. Con che profondemente ci inchiniamo = Dal Tesoro li 2. agosto 1773. = Fr. Silvio Vincentini segretario del comun tesoro.

Laudatur consilium, et illius executio praecipitur.

§. 12. L'illustrissimo, e venerando signor luogotenente dell'eminentissimo, e reverendissimo signor gran maestro, ed il venerando consiglio, collo scrutinio delle palle, aderendo al preinserto chirografo, henno dichiarato, e rispettivamente ordinato tutto minutamente ciò, che in quello si contiene, proibendo e tutti, e qualunque fratello di questo sagro ordine li ricorsi nel medesimo chirografo accenoati.

Et quia ita se habet veritas, ideo in hujus rei testimonium Bulla Nostra magistralis in cera nigra praesentibus est impressa. Datum Melitae in conventu nostro die, mense, et anno supradictis. Regist. in cancellerie.

Loco ✠ signi.

Bajulivus Aquilae fr. Franc. Guedes Vicecancellarius.

Postulatio pontifici porrecta pro confirmatione decreti.

§. 13. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, omnia in dicto chirographo contenta id unum potissimum respiciunt, ut oempe unusquisque dum adhuc vivit, suas obligationes adimplere teneatur, et ne facultas disponendi a magnis magistris ipsius hospitalis sive praedecessoribus, sive pro tempore existentibus concessa inefficax reddetur, neve voluntas disponentis fratris militis, sive prioris, aut bajulivi, sive praeceptoris, vel commendatarii dicti hospitalis effectu vacua, et fraudata remaneat, litesque post ejus obitum suborientur. Hinc dictus exponens, ut decretum consilii hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius, illud una cum praeinserto chirographo a Nobis approbari, et confirmari plurimom desiderat.

Confirmatio apostolica.

§. 14. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praeinsertum decretum memorati consilii, una cum omnibus, et singulis in dicto chirographo contentis, et expressis auctoritate apostolica, tenore praesentium confirmemus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, auctoritate, et teoore praedictis supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarom palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus supes his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibos, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolice, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac iosolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ec aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum teoores praeseotibus pro

plene, at sufficianter expressis, ac de varbo ad varbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, at exprasse darogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, dia decima sexta novambris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXIV.

Dat. die 19. novemb. 1773 Anno V.

Indultum super alternativa vacatione a servitio chori cum facultate substituandi pro canonicis collagiatæ acclesiæ sancti Nicolai civitatis Fabriananensis.

Venerabili fratri apiscopo Camerinensi et Fabrianensi

Clemens PP. XIV.

Venarabilis frater salutem, at apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1 Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, at canonici insignis, ut asseritur, collegiatæ acclesiæ sancti Nicolai civitatis Fabriancnsis, quod tam idem prior, ac undecim canonici, quam totidem alii cappellani choro in dicta ecclesia intersunt omnibus diebus festis, aliisque etiam non feriatis intra annum, præscriptis. Vacant temen a choro non quidem tempore adventus, et quadragesimæ, nac in octava festivitatis sanctissimi corporis Christi, sed reliquis anni temporibus, et ita vacant, ut duobus diebus continuis servitium præstant, tertio vero die ab illo se abstineant, quo circa modo, præter duos cappellanos, octo canonici choro intarsunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, acclesia prædicta in loco baud commodiori sita reperiatur, et chori servitium ita in aa distributum sit, ut saltem tribus vicibus ad illum, dia quolibet, ii qui servitium præstara tanentur, ad ecclesiam huiusmodi accedera debeant; hinc dicti axponentas chori servitium per Nos alternative distribui, at facultatam alios substituendi sibi concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecarunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de banignitate apostolica dignaremur.

Remittuntur preces arbitrio episcopi cum omnibus facultatibus opportunis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et aorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, at quacumque da causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, at mandamus, ut varis existentibus narratis, eisdam exponentibus, ut toto anni tampore per mediarlam, idest per dimidiam aorum partem alternis hebdomadis choro at officiis divinis interesse, atque ecclesiæ inservire possint, et valeant; ita tamen, ut diebus dominicis, at festis da præcepto, ac in festivitate sanctorum patronum, at tutelaris, ac titularis supradictæ ecclesiæ, nec non tempore adventus, et quadragesimæ, atqua octavæ sanctissimi corporis Christi omnes inservire teneantur, cum facultate substituendi ad formam juris, auctoritate apostolica, tenore præsentium pro tuo arbitrio, et conscientia, concedas, et indulgeas.

Derogatur contrariis.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusqua, et synodalibus editis generalibus, vel spacialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumqua. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXV.

Dat. die 20 novemb. 1773. Anno V.

Commissio vicariis apostolicis in regnis Tunkini, et Concinchinæ existentibus pro subrogatione aliorum missionariorum in locum presbyterorum extinctæ societatis Jesu.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Super familiam Domini cœlestis patris ordinatione constituti ad omnes nationes, et gentes, quæ catholica societate continentur, solicitudinis nostræ curas intardimus, atque in iis omnibus, quæ ad earum æternam salutem procurandam, obtinendamqua pertinant, ita advigilara adnitimur, ut

opportunas apostolicæ charitatis, potestatisque Nostræ partes in dissitis præsertim regionibus, et provinciis, quoad Nobis integrum est, desiderari minime patiamur.

Status missionum in regno Tunkini, et Concinchinæ, pro suppressa congregatione societatis Jesu.

§. 2. Dudum siquidem, sicut nuper accepimus, in regnis Tunkini, et Concinchinæ, in quibus catholicorum numerus, benedicente Domino, in dies magis magisque augetur, nonnulli vicarii apostolici ab hac sancta Sede respectiva deputati reperiuntur. Cum autem inter cæteros qui sacris missionibus ibidem operam dabant, numerarentur quoque presbyteri regulares societatis Jesu, quæ per alias Nostras in simili forma Brevis die 21 julii currentis anni expeditas literas suppressa atque extincta fuit, hinc est, quod Nos motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, et singulis ejusdem sic per Nos, ut præfertur, extinctæ societatis presbyteris jampridem in dictis regnis missionariis omnia, et singula privilegia, facultates, gratias, et indulta a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, et Sede prædicta quandocumque, quomodocumque, et qualitercumque eidem extinctæ societati, suisque presbyteris concessa, tributa, et elargita, revocamus, tollimus, et abolemus.

Concessio facultatum apostolicis vicariis pro variatione legis suppressionis.

§. 3. Ne autem ex premissis quidquam detrimenti spiritualibus necessitatibus catholicorum in eisdem regnis degentium unquam obveniat, pro pastoralis muneris Nostri debito paterna charitate providere volentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus per præsentes committimus, et mandamus eisdem vicariis apostolicis in regnis prædictis existentibus, ut quatenus propter societatis prædictæ extinctionem, et suppressionem hujusmodi eliqua opus sit variatione in distribuendis, applicandisque missionibus, quæ in eorum respective districtu reperiuntur, communi assensu hoc ipsum faciant, et exequantur, piisque, ac justis carissimorum in Christo filiorum nostrorum Ludorici francorum regis christianissimi, et Karoli Hispaniarum regis catholici, aliorumque christianorum principum de eisdem missionibus adeo benemeritorum desidariis inhærentes, id totum in re hac vicarii prædicti unanimiter agant, atque constituant, quod ad majorem, facilioremque catholicæ fidei propagationem, æternamque animarum salutem obtinendam, in Domino magis expedire putaverint.

Præceptum subrogandi presbiteros, qui missionibus operam dare valeant.

§. 4. In primis vero pro eo, quo iidem vicarii pollent zelo, pietate, charitate, ac diligentia, alios, qui spiritualibus earumdem animarum necessitatibus occurrere possint in locis, in quibus dicti presbyteri sacris missionibus operam dabant, in eorum locum subrogare, ac deputare omnino curent, et teneantur; opusque hoc sibi injunctum mutua invicem charitate ita consumare satagant, ut debitam eorum laboribus mercedem in cœlis a justo retributore Deo recipere valeant. Quod si antequam præsentes Nostræ literæ ad eosdem vicarios perveniant, aliquid contra earumdem literarum formam, et dispositionem interea gestum, præscriptum, atque statutum sit, id totum motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus cassamus, tollimus, et abrogamus, nullinsque roboris, et momenti fuisse, et esse decernimus, et declaramus.

Præcipitur transmissio annualis status missionum sub poenis arbitrio imponendis.

§. 5. Præterea volumus, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis vicariis apostolicis prædictis jubemus, et præcipimus, ut quisque in ais anno quolibet, relationem status suæ respectivæ missionis modo ad dilectum filium Nostrum Andream Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Corsini nuncupatum, et deinde ad alium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem pro tempore in ejus locum a Nobis, et successoribus nostris romanis pontificibus ad id designandum, et deputandum transmittere omnino debeant, ut inde quid in earumdem missionum majorem utilitatem, et incrementum, statuendum sit, matura deliberatione adhibita per Nos, et eosdem successores Nostros præscribatur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectebit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima novembris millesimo septingentesimo

septuagesimo tertio, pontificatus nostri anno quinto.

Dat die 25 novemb. 1773. Anno V.

CCLXXVI.

Erectio congregationis ex tribus cardinalibus constitutæ pro gubernio, atque regimine collegii Romani.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam

Deputatio trium cardinalium, qui congregationem studiorum constituunt.

§. 1. Commendatissimam publicarum scholarum, gymnasiorum, ac universitatum institutionem tanta cum Christi fidelium omnium utilitate, ac plausu communiter exceptam vidimus semper, ac plane cognovimus, ut ad supremam beati Petri cathedram divina dispositione vocati, in illis ubique, et in hac præsertim alma urbe nostra conservandis, augendisque omne studium, omnemque curam, et solicitudinem Nostram merito impensam esse in Domino arbitremur. Hac itaque de re, ut collegium in eadem urbe dudum erectum, et Romanum nuncupatum, eo quo par est, splendore conservetur, ac magis, magisque augeatur in publicam non solum omnium ad ejus scholas confluentium utilitatem, sed eorum præsertim qui in sortem Domini vocati in episcopali Nostro seminario ad pietatem, doctrinam, morumque integritatem informantur, unam congregationem ex tribus S. R. E. cardinalibus pro ejus felici, ac prospero gubernio erigere decrevimus.

Inter cardinales semper recenseri debet vicarius Urbis, cum jurisdictione super seminario, collegio, et ecclesiis adnexis.

§. 2. Semper autem volumus, atque mandamus, ut in congregatione hujusmodi locum habere debeat dilectus filius noster Marcus Antonius S. R. E. presbyter cardinalis Columna nuncupatus, atque pro tempore existens almæ urbis prædictæ vicarius, ad quem privativa inspectio pertinere debeat in omnibus spiritualibus; quo circa non solum episcopale seminarium prædictum, ac omnes quocumque titulo in collegio Romano hujusmodi commorantes, sed etiam ecclesia sancti Ignatii, ac sacræ functiones quæ in ea peraguntur, una cum oratorio s. Francisci Xaverii Caravitæ nuncupato, ac operibus piis ibidem exerceri solitis, seu ab eodem oratorio quocumque modo dependentibus sub ejusdem nunc, et pro tempore existentis vicarii directione erunt, ita ut ipse alumnos eligere, præfectos, aliosque ministros deputare, ac id totum, quod in spiritualibus ecclesiasticam respicit disciplinam, valeat explere.

Alter cardinalis præponitur œconomiæ.

§. 3. Alter vero ex iisdem cardinalibus privativam pariter inspectionem habeat in iis, quæ ad œconomicum statum pertinent, et consequenter ab eo omnes ministri deputandi erunt, eisque stipendia, honoraria, et salaria constituenda, idque omne, quod ad œconomiam pertinet ipse peragere possit.

Tertio præfectura studiorum, bibliothecæ, atque musei conceditur.

§. 4. Tertius autem ex dictis cardinalibus præfectus erit studiorum, bibliothecæ, ac musei in dicto collegio nunc existentis, nec non speculæ in posterum ibidem erigendæ: qua de re ipse in lectores, studia, scholas, discipulos, bibliothecam, et museum peculiarem superintendentiam obtinebit, atque, prout sibi opportunum videbitur, cathedras augere, ac mutare poterit cum facultate eligendi lectores, eosque ab officio suspensos declarandi, atque in respicientibus scholas, et studia providendi. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine congregationem prædictam ex memorato nempe Marco Antonio cardinali nunc, et pro tempore existente dictæ urbis vicario, atque ex dilectis itidem filiis Nostris Andrea, et Francisco Xaverio ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præsbyteris cardinalibus Corsinio, et de Zelada respective nuncupatis erigimus, ac instituimus, ita ut primus eorum in spiritualibus omnibus prædictis, alter vero in iis, quæ ad œconomicum statum pertinent; tertius demum in respicientibus studia, aliaque præmissa demandatum per præsentes munus, sicut præfertur, respective gerant, et obtineant. Omnes tamen, quoties ipsi opportunum judicaverint, simul congregabuntur, et relatis ab unoquoque eorum iis omnibus, quæ ad quemque ex illis ut præmittitur, respective pertinent, plena congregatio, quod expediens censuerit, licet ad peculiarem cujusque inspectionem spectet, decernere poterit.

Congregationi tribuitur jurisdictio civilis, et criminalis.

§. 5. Huic autem congregationi sic per Nos, ut præfertur, erectæ, et constitutæ eamdem omnino jurisdictionem civilem, et criminalem, quam obtinet pro tempore existens rector Sapientiæ, ejusque universitatis almæ urbis prædictæ, motu scientia, et potestatis plenitudine paribus tribuimus, et impertimur; itaut idem Marcus Antonius, et pro tempore existens vicarius hujus-

modi criminaliter ad tollendas omnes inordinationes quoad mores, ac spiritualia procedere possit; memoratus vero Andreas cardinalis in iis, quæ œconomicum statum respiciunt, ac prædictus Franciscus Xaverius cardinalis in pertinentibus ad scholas, discipulos, lectores, et in illis omnibus quæ scholarum ratione evenitura sint, criminaliter quoque, sed adhibita opera pro tempore existentis locumtenentis vicarii prædicti, ejusque notarii procedere pariter respective possint, et valeant. Si quis vero ab aliquo ex eisdem cardinalibus se gravatum fuisse putet in plena congregatione prædicta gravaminis causam exponat, atque ad illam recurrat.

Confirmantur privilegia, gratiæ, et indulta existentia.

§. 6. Præterea privilegia omnia, indulgentias, gratias, et indulta a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris eisdem scholis, et discipulis collegii Romani prædicti, piisque congregationibus ibidem fieri solitis concessa, et attributa, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac quatenus opus sit, denuo concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXVII.

Dat. die 26. novemb. 1773. Anno V.

Extensio privilegiorum cappellarum castrorum ad cappellam ædificii armorum in turri « *dell' Annunziata* » vulgo nuncupata, erecti Neapolitanæ diœceseos.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ a rege utriusque Siciliæ pro extentione privilegiorum indultorum a Benedicto XIV pro ecclesiis, cappellis regiorum castrorum.

§. 1. Regia, ac pia subliminum personarum vota, quæ non tam armis, quam pietate populos sibi creditos gubernare, ac tueri adnituntur, decet profecto, ut peculiaribus pontificiæ beneficentiæ favoribus, et gratiis prosequamur. Nuper siquidem pro parte charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ, et Hierusalem regis illustris expositum Nobis fuit, quod ipse pro insigni, ac regia fabrica armorum in turri « *dell'Annunziata* » vulgo nuncupata, splendidum sane ædificium erigi curavit, ubique muro circumdatum, et a militibus hoc de causa illuc destinatis in ejus ingressu custoditum. Pro sua itaque eximia, ac singulari pietate, idem Ferdinandus rex, ut consultum sit spirituali commoditati dictorum militum, et operariorum, eorumque familiarum tam in audiendo sacrosanctæ missæ sacrificio, quam in sumendis sanctis sacramentis, necessarium omnino ducit, ibidem unam aperire ecclesiam, quæ eisdem privilegiis, et facultatibus fruatur, quibus gaudent aliæ cappellæ regiorum castrorum, et arcium juxta disposita a felicis recordationis Benedicto pp. XIV prædecessore Nostro per suas anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo pridie nonas julii sub plumbo expeditas literas, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Interea vero in eodem ædificio unam satis superque ornatam cappellam, in qua quotidie missa celebrari,

et oleum extremæ unctionis asservari possit, ipse Ferdinandus rex erigare constituit. Qua de re tam dictam cappellam, quam ecclesiam hujusmodi, omnibus, at singulis privilegiis, quibus aliæ cappellæ, seu ecclesiæ regiorum castrorum prædictorum potiuntur, frui, et gaudere, illasque una cum militibus, aliisque in eodem ædificio commorantibus a jurisdictione venerabilis fratris Nicolai episcopi Puteolani moderni cappellani majoris in toto regno Neapolitano, ejusque pro tempore in munere hujusmodi successorum pertinere, idem Ferdinandus rex per Nos declarari plurimum desiderat.

Extensio privilegii, cum concessione jurisdictionis ordinariæ cappellano majori pro administratione sacramentorum.

§. 2. Nos igitur piis, ac laudabilibus ipsius Ferdinandi regis votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia cappellis, seu ecclesiis aliorum castrorum prædictorum per memoratas literas ejusdem Benedicti prædecessoris, ut præfertur, concessa, et attributa ad cappellam, et respective ecclesiam dicti ædificii pro fabrica armorum constructi, durante tamen in eo mansione operariorum, et militum prædictorum auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, atque tam in dicta cappella, et respective ecclesia, quam super hujusmodi operarios, ac milites, eorumque familias ipsum nunc, et pro tempore existentem cappellanum majorem eamdem omnino ordinariam jurisdictionem, et administrationem sacramentorum, quam, seu quas ipse exercet in aliis regiis castris, seu arcibus, servata in omnibus, et per omnia ejusdem Benedicti prædecessoris literarum forma, et dispositione, exercere pariter libere, et licite possit, et valeat, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXVIII.

Dat. die 15. decemb. 1773 Anno V.

Universitati studiorum civitatis Maceratensis applicantur ædes, ecclesia, et nonnulla loca montium alias ad extinctæ societatis Jesu collegium, ibidem existens, spectantia.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio status, et necessitatum universitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines civitatis Nostræ Maceratensis, quod, ut consultum sit iis omnibus, quibus indiget publica studiorum universitas ejusdem civitatis, eaque in publicum bonum, atque in totius provinciæ Nostræ Marchiæ decus, et ornamentum magis magisque efflorescat, et augeatur, non solum ampliorem pro scholis locum, sed bibliothecam etiam, quæ publico usui destinate sit, redditusque præterea annuos ei assignari necessarium omnino undique dignoscatur. Quocirca dicti exponentes ædes, ecclesiamque ibidem existentis jam collegii suppressæ societatis Jesu, nec non ejus bibliothecam, atque loca montium relicta a quondam Ludovico Casini, simulque hæreditatem Rosati Rosati dictæ universitati per Nos applicari plurimum desiderant.

Consulit necessitatibus pontifex concedens, ædes et ecclesiam suppressæ congregationis Jesu, bibliothecam pro usu publico, et loca montium relicta a Ludovico Casini, et Rosato Rosati.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium particularis congregationis a Nobis deputatæ super negotiis suppressæ ejusdem

societatis Jesu consilio, universitati studiorum ejusdem civitatis ædes, et ecclesiam suppressi collegii prædicti cum omnibus mobilibus, supellectilibus sacris, et prophanis, etiam argenteis (salvo semper usu horreorum, et cellarum favore cameræ apostolicæ, donec illis indiguerit, pro reponendis, et conservandis frugibus, et vino) ut eo transferantur publicæ universitatis hujusmodi scholæ, nec non bibliothecam pro suo usu publico, atque loca montium relicta a Ludovico Casini, et hæreditatem Rosati Rosati auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, assignamus, et applicamus.

Imponuntur onera ab eadem universitate ferenda.

§. 3. Ita tamen, ut supportentur onera ab utroque testatore hujusmodi præscripta, alendi præsertim, et disciplinis imbuendi juvenes nominandos juxta dispositionem dicti Ludovici a dilectis itidem filiis communitate, et hominibus oppidi sancti Elpidii Firmanæ diœcesis, duosque alios civitatis, et præsidatus montis Alti ad formam testamenti dicti Rosati, et perficiendi fabricam ecclesiæ ab eo demandatam. Præterea volumus, atque mandamus, ut eidem communitati, et hominibus civitatis Maceratensis prædictæ restituantur scuta centum monetæ soluta dilecto quoque filio Cajetano Fortini pictori, et ex prædictis omnibus manutenendus sit, quoad vixerit, dilectus itidem filius Camillus Compagnoni individuus ejusdem suppressæ societatis.

Rejiciuntur preces Ludovici Casini, episcopi, et communitatis Montis Alti.

§. 4. Hac autem concessione, assignatione, et applicatione attenta, instantiam tam dilecti pariter filii Ludovici Casini pro memoratis locis montium, quam venerabilis fratris episcopi, et communitatis montis Alti, ac clericorum regularium sancti Pauli Barnabitarum nuncupatorum dictæ civitatis Maceratensis pro hæreditate ipsius Rosati Rosati minime admittendam esse decernimus, et declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus prædictorum, aliorumque testatorum etiam ultima voluntate, quam ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXIX.

Dat. die 15. decemb. 1773. Anno V.

Approbatur constitutio conventus recessus fratrum ordinis Minimorum sancti Francisci de Observantia in civitate Ripana, et prohibetur, ne alibi transferri possit, inconsulta Sede apostolica.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quantum spiritualis utilitatis obveniat a laudabili institutione conventus recessus.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Ripanæ, ac totius cleri, nec non communitatis, et hominum Nostræ civitatis Ripanæ hujusmodi expositum Nobis fuit, quod juxta præscriptum a decretis congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium disciplinæ regulari præpositorum, quibus cavetur, ut in unaquaque provincia ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum unus, aut duo saltem

extent conventus recessus, ubi illius fratres spiritu arctioris vitæ ducti Deo ferventius velint, ac valeant inservire, dudum jam in civitate prædicta unus conventus recessus ejusmodi a superioribus ipsius ordinis constitutus fuit, ac de præsenti reperitur. Maxima itaque semper apparuit spiritualis utilitas, quæ in civitatem ipsam, suosque cives inde usque adhuc obvenit, tam propter exemplarem fratrum ejusdem recessus vivendi rationem, quam ob spiritualia auxilia, quæ ipsi sacramentales Christifidelium confessiones audiendo, verbum Dei illis prædicando, eosque ad spirituales exercitationes peragendas excipiendo, quotidie suppeditant.

Postulatio pro obtinenda perpetua conservatione conventus.

§. 2. Ut autem sicut eadem expositio subjungebat, tractu temporis nil novi in re hac evenire possit, et, ne remoto conventu recessus hujusmodi a prædicta civitate alibi illum transferri contingat, dicti exponentes, quibus quam maxima cordi est, spiritualem utilitatem inde obvenientem sibi, suisque posteris conservare constitutionem conventus recessus hujusmodi in dicta civitate dudum factam, ut præfertur, per Nos approbari, et confirmari, illumque ad alium ejusdem provinciæ locum transferri minime posse sibi concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Præcipitur nihil innovari sancta Sede inconsulta.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Aloisii Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Torrigiani nuncupati, ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, constitutionem conventus recessus fratrum minorum dicti ordinis sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in memorata civitate Ripana a superioribus ipsius ordinis dudum, ut præmittitur, factam, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, et ne inconsulta Sede apostolica idem conventus recessus a prædicta civitate amoveri, atque alibi transferri possit, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter prohibemus atque interdicimus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decimaquinta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXX.

Dat. die 30. decemb. 1773. Anno V.

Confirmatio concordiæ pro capitulo collegiatæ ecclesiæ oppidi Monsonii Illerdensis diœcesis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio facti.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, capitulum, et

canonici ecclesiæ, ut asseritur, insignis collegiatæ sanctæ Mariæ del Romeral nuncupatæ, oppidi Monsonii Ilerdensis diœcesis, quod alias die nempe 31. augusti proxime præteriti, convocato, et simul congregato, ut moris est, eorumdem canonicorum, et portionariorum capitulo de mandato prioris, et præsidis in aula capitulari, intervenientibus eodem priore, ac præside, thesaurerio, ac simul canonico, et sacrista majori, nec non aliis undecim canonicis, et quatuor portionariis in instrumento desuper eadem die confecto nominatis, et cognominatis totum capitulum hujusmodi repræsentantibus, memoratus prior, ac præses exhibuit quasdam regias literas scriptas die 20. julii 1772. Summa autem earumdem literarum hæc erat.

Tenor regiarum literarum expeditarum pro concordia ineunda.

§. 2. Cum ad magistratum, et consilium oppidi Monsonii spectet, ac pertineat jus præsentandi ad thesaureriam, duodecim canonicatus, et alia beneficia ecclesiæ collegiatæ dicti oppidi, et vigore nonnullorum indultorum apostolicorum idem magistratus, atque consilium, nec non incolæ, et agricolæ ejusdem oppidi a solutione primitiæ ex fructibus in territorio præfati oppidi nascentibus exempti sint, correspective tamen ad hujusmodi jus præsentandi, et extentionem teneri, et obligatos esse ad subministrationem jocalium, sacræ supellectilis, et sumptuum pro fabrica dictæ ecclesiæ, ejusque chori, secrerii et turris campanariæ, eorumque conservatione, et augumento in dies occurrentium, prout ab immemorabili ita servatum fuit. Verum quia dictum oppidum uti munitum bellorum occasione gravia damna identidem substinuit, ac præcipue dicta turris campanariæ fere diruta remansit; magistratus vero, et consilium hujusmodi tum propter temporum calamitates, tum propter æris alieni, quo premuntur, dissolutionem, ac propter restaurationem murorum, portarum castrorum, et aquæductuum, aliorumque necessariorum pro militibus præsidiariis impotentes evaserunt, nedum ad restaurandam turrim præfatam, et ampliandam ecclesiam, quemadmodum necesse est, propter populi multiplicationem, sed neque jocalia, sacramque supellectilem, quibus ecclesia ipsa maxime indiget, subministrare valent, non obstantibus iteratis monitionibus dicto magistratui identidem significatis a diœcesanis episcopis Ilerdensibus in actu suarum visitationum. In tanta proinde ex parte ecclesiæ hujusmodi egestate, quæ in dies magis augetur, et ex altera magistratus, et consilii prædictorum ad ei subveniendum impotentia, assiduis ejusdem capituli postulationibus permoti in eam venerunt deliberationem, ut quoniam ab immemorabili tempore incolis Monsonii permissum fuerat, quod colerent, sererent, ac meliorarent eas terras, quæ sunt ipsius magistratus, et consilii, et quas appellant *campum gratiæ* cum onere solvendi jure terragii nuncupato decimam sextam partem fructuum inde colligendorum juxta antiqua dicti oppidi statuta, et ordinationes, hinc eædem terræ deinceps in emphyteusim perpetuam incolis monsionensibus concederentur sub annuo canone, seu responsione octo denariorum pro qualibet mensura *caizara* vulgo nuncupata, ac dictæ decimæ sextæ partis fructuum directo dominio ipsi magistratui, et consilio semper reservato, dictique annui canones, seu responsiones tam denariorum, quam fructuum ex præfato jure terragii proventuri, seu proventuræ præfatæ ecclesiæ pariter in perpetuum assignarentur pro jocalibus, supellectili, ac fabrica tam ipsius ecclesiæ collegiatæ, quam alterius beatæ Mariæ de Lax etiam nuncupatæ, et in eodem territorio Monsoniensi existentis administrandi, seu administrandæ sub œconomia duorum de capitulo annis singulis per ipsum capitulum deputandorum, ac primi, et secundi pro tempore rectorum magistratus prælati, et in casu discordiæ sub judicio episcopi diœcesani.

Episcopus Ilerdensis deliberationi assensum præbet.

§. 3. Quæ quidem dicti magistratus, et consilii deliberatio, præviis multiplicibus instructionibus a regio consilio mature exquisitis, et signanter recepto assensu venerabilis fratris episcopi Ilerdensis tam quoad administrationem canonum, seu responsionum hujusmodi ex parte dictæ ecclesiæ, quam quoad renunciationem ab ipsa ecclesia emittendam juri suo recipiendi a dictis magistratu, et consilio subsidia pro jocalibus, supellectilibus, et fabrica prædictis, ad quem effectum idem episcopus facultatem impertitus fuit priori, et capitulo dictæ collegiatæ ecclesiæ publicum receptionis, et renunciationis instrumentum desuper stipulandi, tandem a regio consilio Castellæ ipsius regis nomine fuit approbata, et confirmata per præfatas regias literas desuper expeditas, quæ etiam a regio Aragoniæ senatu, ut executionem haberent, demandatum fuit.

Integrum capitulum concor-

§. 4. His itaque exhibitis literis,

diem laudat, et acceptat.

præmissam cessionem per dictos magistratum, et consilium præfati oppidi Monsonii in perpetuum factam dictorum annuorum canonum, sive responsionum et præfato terragii jura provenientium pro dote, et manutentione jocalium, sacræque supellectilis, et fabricæ tam dictæ ecclesiæ collegiatæ, quam altarius de Lax nuncupatæ, integrum capitulum ipsius collegiatæ ecclesiæ, ut præfertur, congregatum, voce etiam, ac nomine absentium, et futurorum unanimiter, et nemine discrepante, acceptavit, et correspective ad jus sibi cessum exigendi dictos annuos canones, seu responsiones tum denariorum, quam fructuum ipsius terragii, campi, prædiorum, et terrarum præfati territorii Monsoniensis simul cum illis de Lax, Lacadorsa, et Armentera eumdem magistratum, et consilium quietavit in forma. Ac insuper, utendo facultate sibi jam concessa ab eodem episcopo Illerdense renuntiavit omni juri, nullo jure sibi reservato, quod ante stipulationem tunc desuper confecti instrumenti habebat juris remediis magistratum, et consilium hujusmodi ad præmissorum subsidiorum subministrationem adstringendi illum, et illud a præfata obligatione in perpetuum liberando: promisitque capitulum præfatum suæ acceptationi, ac renunciationi hujusmodi nunquam contraire, sed eas adimplere sub obligatione bonorum, et reddituum dictæ ecclesiæ, supplicando sanctam apostolicam Sedem, ut præmissa in perpetuum subsistere valeant, pro illorum approbatione, et confirmatione, ac alias prout in instrumento die 31. augusti prædicti stipulato in oppido Monsonii præsentibus duobus ejusdem ecclesiæ commensalibus testibus per acta Antonii Chesa Monsoniensis scribæ regii de eo rogati, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, quo firmius instrumentum hujusmodi subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatur instrumentum concordiæ auctoritate apostolica, illudque in perpetuum servari præcipitur.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum instrumentum die 31. augusti proxime præteriti per acta dicti Antonii Chesa stipulatum, ut præfertur, una cum conditionibus, renunciationibus, pactis, et conventionibus in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolicis auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die vicesima decembris millesimo septingentesimo, septuagesimo tertio, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 15. januarii 1774 Anno V.

CCLXXXI.

Erectio seminarii ecclesiastici puerorum civitatis Urbevetanæ.

Clemens PP. XIV

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum ab episcopo porrectarum pro erectione seminarii episcopalis deficientis in civitate contra sectum concilii Tridentini.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit venerabilis frater noster Antonius episcopus Urbevetanus, quod seminarium episcopale tantopere a concilio Tridentino demandatum, ac volitum adhuc in civitate Urbevetana minime reperitur; neque spiritualibus dictæ civitatis, ejusque diœcesis necessitatibus in eligendis iis, qui animarum curam exercere, et Christifidelium confessiones audire valeant, satis consultum videtur, ope commutationis ultimæ voluntatis quondam Mutii Cappelletti a fel. rec. Paulo pp. V prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis die xx. julii MDCXIV. expeditas literas præscriptæ; etenim cum tres tantum ex loco Allerona patria ipsius Mutii testatoris in illius domo, seu collegio nuncupato admitterentur cives, ac pro tempore existentes episcopi Urbevetani sumptibus etiam sui cleri, aut totidem, aut sex alios adolescentes itidem detinere valuerint, id profecto spiritualibus ejusdem civitatis, ac totius diœcesis necessitatibus minime satis esse dignoscitur; cum sicut eadem expositio subjungebat quoties ædes, bona, et redditus collegii suppressæ societatis Jesu jam in dicta civitate existentis pro seminario hoc erigendo assignentur, et applicentur, tot necessitatibus provisum sane videretur; Nobis propterea ipse Antonius episcopus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Assignantur pro erectione bona suppressæ congregationis Jesu, et alii redditus a communitate præstandi.

§. 2. Nos igitur eumdem Antonium episcopum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de dilectorum filiorum S.R.E. cardinalium congregationis super negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputatæ consilio ecclesiam, ædes, una cum mobilibus, et supellectilibus omnibus, etiam argenteis, et bibliotheca dicti collegii extinctæ societatis Jesu in civitate prædicta Urbevetana existentis, ad effectum constituendi, eligendi, et fundandi ibidem seminarium episcopale, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et assignamus. Huic autem novo seminario, præter annuam contributionem scutorum centum viginti a clero de more præstandam, bona etiam quæcumque ipsius suppressi collegii in dicta diœcesi Urbevetana tantum, et non alibi existentia, nec non annuam præstationem scutorum tercentum quinquaginta a communitate, et hominibus dictæ civitatis dudum, anno videlicet MDCLXXXVII. approbante fel. rec. Innocentio pp. XI. prædecessore Nostro pro scholis publicis eidem collegio assignatam, atque collegium Cappelletti nuncupatum a memorato Paulo V. prædecessore Nostro anno MDCXIV. per suas literas prædictas, ut præfertur, erectum, una cum omnibus suis bonis, juribus, mobilibus, annexis, et connexis, scripturis, et pertinentiis quibuscumque annui forsan redditus scutorum quatuorcentum quinquaginta monetæ, auctoritate, et tenore prædictis unimus, annectimus, et incorporamus.

Indigitantur onera a seminario ferenda.

§. 3. Volumus autem, atque præcipimus, ut ecclesia prædicta debitis non fraudetur obsequiis, sed in ea congrue supportentur onera consueta, ac in ædibus novi seminarii, ut prius, habeantur scholæ pro literarum rudimentis grammatica, humanioribus literis, rethorica, philosophia, et theologia morale, totidem ad id constitutis magistris a dicto Antonio nunc, et a pro tempore existente episcopo Urbevetano, privative eligendis, et nominandis quot in suppresso collegio easdem facultates docebant: atque præterea mandamus, ut in ipso novo seminario continuo alantur tres juvenes ad nominationem communitatis Alleronæ, quemadmodum alebantur in collegio Cappelletti literis, et pietatis imbuendi, et quatuor alumni necessariis requisitis præditi ad nominationem dilectorum filiorum magistratus Urbevetani in compensationem dictæ annuæ præstationis scutorum tercentum quinquaginta, ultra commodum publicarum scholarum; ab eodem vero magistratu alumnorum hujusmodi nominatio, omni postposita dilatione, tunc fieri potest, et alumni ab eo nominati admittendi erunt in novum seminarium, statim ac illud a memorato Antonio erectum fue-

rit, annuamque præstationem hujusmodi terarentum quinquaginta scutorum a die prima currentis mensis januarii pro rata trimestri quolibet anticipate persolvendam esse decernimus, et declaramus.

Consulitur administrationi bonorum.

§. 4. Bono insuper collegii Cappelletti prædicti sic per præsentes, ut præfertur, uniti, volumus, et statuimus, quod, ut prius administrentur a deputatis dictæ civitatis sub directione tamen dicti Antonii episcopi, ejusque pro tempore in episcopatu hujusmodi successorum, cui, seu quibus quolibet anno ab eis rationes reddendæ erunt juxta etiam antiquas resolutiones. Præterea mandamus, ut dictæ bibliothecæ usus publice pateat, iis modis, qui a memorato Antonio episcopo præscribentur, atque ut post præsentium Nostrarum literarum publicationem alumni dicti collegii Cappelletti ad novum episcopale seminarium debeant transire. Sumptibus tamen eiusdem novi seminarii pro nunc alendi erunt duo septuagenarii individui suppressæ societatis hujusmodi a dicta congregatione per Nos deputata designandi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus tam memorati ipsius Pauli prædecessoris, aliisque rec. mem. Urbani pp. VIII. itidem prædecessoris Nostri die XXII. maii anni MDCXXV. expeditis literis, quibus quoad præmissa omnia specialiter, et expresse derogamus, quam aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXII.

Dat. die 17. januarii 1774. Anno V.

Allocutio habita in consistorio secreto pro gratiarum actione in recuperatione possessionis Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi.

Venerabiles fratres,

Laudes Ludovici Galliarum regis christianissimi; Ferdinandi utriusque Siciliæ, et Hierusalem regis; et Caroli Hispaniarum regis catholici, qui adjutrices præbuere manus pro reintegratione sanctæ Sedis in sua possessione.

§. 1. Cum ex maximis lætitiæ Nostræ causis, quas hoc tempore vobis declaraturi sumus, facile intelligere possimus, quantus futurus sit jucunditatis vestræ sensus, libentissime easdem vobiscum communicamus, venerabiles fratres, atque etiam ex hoc ipso gaudio vestro magnum Nobis ad voluptatem cumulum accessurum agnoscimus. Ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ et Hierusalem rex illustris Nos ultro compellunt, et tanquam sua ipsi manu amantissime inducunt. Nemo unquam tanta cupiditate in suis amplificandis fortunis fuit, quanta alacritate, atque animi magnitudine jura, resque Ecclesiæ ad Nos ipsi deferunt. Consiliorum omnium ac summæ in Nos pietatis societate cum illis conjunctissimus est carissimi item in Christo filii Nostri Caroli catholici Hispaniarum regis animus, magnis Nobis antea semper, sed nunc maximis atque amplissimis amoris indiciis perspectus. Nos quidem in hanc spem jampridem veneramus, fore, ut omnino sua huc ipsos religio, sapientia, æquitas adduceret. Atque, ut omnem cogitationum Nostrarum rationem vobis aperiamus, propterea Nobis neque instandum atque urgendum, ac ne agendum quidem cum iis unquam duximus. Integram hanc illis laudem reservandam arbitrati sumus. Suo illos studio, sui animi præstantia, pacis cupiditate, Nostri etiam amore, quam flagitatione, ac precibus impelli malebamus. Uberiorem putabamus illorum inde gloriam, et Nostram pleniorem voluptatem extituram. Peropportune accidit, ut illis in Nos jam incli-

natis dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regii Hispaniarum infantis summa pietas permagno ad hæc perficienda momento fuerit. Alletum ad Nos erat clarissimorum regum consanguineorum suorum redintegratam erga illum esse gratiam. Lætitiem illius causa, quem obeximias virtutes summopere diligimus, tunc e Nobis susceptem extemplo eisdem cum singulari gratulatione testati sumus. Hoc officio Nostro perspectum optimis regibus fuit, quanto rerum omnium, quæ ad illos pertinerent, quanto pacis etiam, concordiæque studio teneremur. Cum vero præstantissimus juvenis tantopere sua causa Nos gavisos videret, pro eximia sua gratissimeque voluntate similis Nobis navandæ operæ, officiique præstandi miro ardore exarsit. Sua ipse sponte, suoque judicio cum avo patruo, ac patruele summa contentione egit, ut, quantum Nobiscum animo ac pietate essent conjuncti, re ipsa declararent. Maximas tum illi, qui id Nobis perscripserat, gratias egimus, ac regas ipsi tantopere sunt hac illius virtute delectati, atque eodem in Nos studio excitati, ut, quod antea cogitaverant, statim salvis, atque integris Ecclesiæ rebus ad Nos deferendis, quam præclara voluntate in Nos essent, palam omnibus facerent. Nunc igitur eodem une omnes animo hanc ipsam rerum Ecclesiæ incolumitatem, quasi certissimum quoddem pignus pacis mutuæque inter Nos concordiæ statuunt. Neque enim solum positas esse ac deletas volunt suspiciones omnes cujuspiam, quæ antea intercesserit, simultatis, sed etiam confirmatam atque auctam mirificæ inter Nos benevolentiæ, atque amoris conjunctionem. Lætandum Nobis quidem magnopere est, atque eo uberius lætandum, quo magis eancte pieque tueri jura, ditionemque Ecclesiæ debemus, ut, quæ a majoribus accepimus, salva, atque integra posteris nostris transmittemus. Sed nullas majores gaudii Nostri causae habere possumus, quam cum hanc ipsorum regum pietatem, animique præstantiam intuemur. Non in opibus atque copiis, sed in legum æquitate ac virtute summam regni gerendi laudem, veramque ac solidam utilitatem sitam esse existimant. Se potestate sua egregie usos arbitrantur, si illius imperio pareant, cujus beneficio imperii dignitatem acceptam referunt, si illius gloriem augeant, si domum Domini suo præsidio tueantur, si denique Jesu Christi speciem, cujus vicariam auctoritetem licat immerentes sustinemus, in Nobis colant ac diligant. Ab hujusmodi animorum inductione cum profecta sit tam præclara eorumdem actio, religionis, æquitatis, sapientiæ, in Nos amoris plenissima, maximam illi quidem ad cætera decora atque ornamenta gloriæ accessionem faciunt, ac jure sibi plausus omnium vindicant, qui virtutis ac pietatis pulchritudinem sentiunt. Sed quæ nostra erga optimos reges studia esse debent? quæ grati animi significatio eximiæ eorum in Nos voluntati par esse potest? Semper illos quidem pro suis majorumque suorum singularibus in Ecclesiem meritis summa benevolentia prosecuti sumus. Magnis et plurimis causis inducti fuimus, cur in illos omnia paternæ charitatis officia conferremus. Dignitate ac potentia inter maximos Ecclesiæ filios sunt. Florentissimæ Ecclesiæque fidissimæ nationes eorum dominatu, atque imperio continentur. In religionis sanctitate atque obsequio populos suis ipsi et legibus et exemplis retinent. Sed hæc omnia pietatis ac sapientiæ exempla inclusa esse atque comprehensa videri possunt hoc pulcherrimo facto, quod sane (ut optima quæque rarissima sunt) eo difficilius ac præclarius existimari debet, quo justius est, atque ab omni cupiditate sejunctius. Hoc velut religionis, suique in Nos amoris posito monumento, mirum in modum Ecclesiæ dignitatem, Sedis apostolicæ observantiem, omnium in Nos studium augent, atque uno suam ipsi potestatem muniunt, atque confirmant. Neque enim regna atque imperia ulla vi, et timore tantopere munita, ac vallata esse possunt, quam si religionis institutis, quæ vera sunt regnandi fundamenta, si divina auctoritate, ac præceptis, quæ Ecclesiæ opera ac ministerio in populorum animos influunt, constitute ac roborata sint. Ita ipsi suæ potestati optime consulunt, cum eamdem arctissime cum religionis et Ecclesiæ rationibus colligatam esse volunt.

§. 2. Tam præstantibus eorum in Nos animi indiciis devincti mirifice commovemur, venerabiles fratres, et mutuo atque incredibili quodam erga illos paternæ charitatis ardore incendimur. Ad hæc nostra erga eos excitenda studia accedunt peregregie in Nos merita, cum eorum, quorum in maximis regni gerendis rebus præcipua utuntur opera, tum quos consiliorum suorum apud Nos habent administros. Qui omnes regum ipsorum voluntati obsecuti, eorumque pietatis exemplo incitati, et suam illis fidem, industriam, prudentiem, et. Nobis Gratiarum actio.

singularem in sanctam hanc Sedem animum probaverunt. Quapropter illis item plurimum a Nobis deberi, eosque magnopere diligi, et eorum etiam causa augeri summa Nostra erga reges ipsos officia profitemur. Carissimis itaque filiis Nostris, etsi datis ad eos literis, quas maximas potuimus, gratias egimus, pares tamen ut referamus, quam aliam meliorem invenire rationem possumus, quam si pro illis vota Nostra, easque, quarum in Ecclesia maxima vis est, divinæ clementiæ conciliatrices atque auspices precationes omni animorum contentione adhibeamus? Summum igitur apostolatus nostri conditorem Deum, ac Dominum nostrum Jesum Christum assidue flagitemus, ut, quam etiam in mortalis hujus vitæ cursu tribuere mercedem solet optimis, de seque præclare meritis regibus, eandem illis amplissime referat cum secundissimo rerum omnium successu, regni, ac liberorum, regiæque domus prosperitate, ac diuturnitate conjunctam. Sed huic ipsi summo præstantium consiliorum, factorumque omnium auctori, per quem potentes decernunt justitiam, præsertim immortales agendæ sunt gratiæ. Nunquam ille Ecclesiæ suæ præsidium ac tutelam deserit; et si aliquando, ut vigilantiorem, suæque ac suorum incolumitatis studiosiorem faciat, agitari illam, turbarique sinit; demum pacis et tranquillitatis suavitate omnem præteriti mœroris molestiam abstergit. Ille sacerdotii itemque imperii jura instituit, atque inter religionis ac regnorum moderatores magnam necessitudinem intercedere voluit, et posuit consilium pacis inter illos, quo una ad divinæ gloriæ incrementum, quæ rerum humanarum est finis, inserviant. Divinum itaque hunc pacis largitorem obtestemur, ut voluntatem hanc suam Nostris hisce temporibus ratam ac firmam, et hoc præclarum concordiæ munus Nobis perpetuum esse velit, ut ex hac mutua Nostra conjunctione optatissimi exitus, atque ad animarum salutem, ad Ecclesiæ utilitatem, ad eorundem regum felicitatem uberrimi cumulatissimique fructus derivent. Quo facilius hæc divinæ gratiæ munera obtineri a Nobis possint beati Petri Ecclesiæ, ac sacerdotii nostri ducem, custodem, ac præsidem, et seraphicum patrem Franciscum, cujus in disciplina instituti sumus, et præsidium paratissimum semper sensimus, Nobis patronos, atque adjutores adjungamus. Proinde et nunc in ss. XII Apostolorum templo, ad quod ex hoc ipso consessu perrecturi sumus, et crastina die in Vaticana basilica post solemnia apostolicæ s. Petri cathedræ sacra de more celebrata, vestris una Nobiscum conjunctis precibus summas Deo O. M. gratias et laudes referemus, et ab eodem Ecclesiæ tranquillitatem, et ipsis regibus omnem gloriæ ac felicitatis amplitudinem postulabimus. Qua obsecrationum opportunitate Nos paterna Nostra erga ceteros etiam potentissimos, Nobisque carissimos in Christo filios studia inducunt, ut eos item eorumque imperia ac regna precibus nostris comprehendamus. Cum ad omnes catholici orbis partes oculos convertimus, illosque suam regnandi rationem a religionis et justitiæ institutis repetere intuemur, tanto acrius inflammamur ad perpetua ac summa quæque ipsis imploranda cœlestis clementiæ beneficia ac præsidia, quanto uberior atque constantior, iis omnibus pro divina gloria, et christianæ reipublicæ utilitate consentientibus, Nostra debet esse atque universæ Ecclesiæ jucunditas. Ad hæc pietatis exempla cum publicæ etiam lætitiæ vestræ significationes accedent, magnopere ceteros omnes ad similem et pietatis, et hilaritatis imitationem excitabitis.

CCLXXXIII.

Dat. die 21. januarii 1774. Anno V.

Extensio constitutionis Clementis XIII. super extrahendis delinquentibus a loco immuni in ditione Karoli Theodori comitis palatini, et principis S. R. I. electoris ad tractum Rheni.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor constitutionis Clementiae, quae confirmatur, et ampliatur.

§. 1. Alias a felicis recordationis Clemente pp. XIII. prædecessore Nostro emanarunt literæ sub plumbo tenoris qui sequitur videlicet.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Inter graviores apostolicæ sollicitudinis curas, hanc etiam semper suscipiendam merito censuerunt prædecessores Nostri romani pontifices, ut et ecclesiarum, sacrorumque locorum immunitatem, pro debito divinæ majestatis honore tuerentur, et simul pravis perditorum hominum consiliis obsisterent, ne ecclesiastici confugii præsidio abutentes, publicam, privatam-

que tranquillitatem, atque securitatem majori confidentia, et audacia turbare præsumerent. Itaque plura opportuna sanxerunt, tam super qualitate criminum, quibus asylum apud ecclesias, et loca sacra impunitatem nullatenus præstare noluerunt, quam super forma, et methodo, qua ejusmodi criminum reos ex loco immuni extrahi, et competentibus judicibus ad pœnam tradi liceret, nunc generalibus editis legibus, nunc peculiaribus concessis indultis, prout alias, atque alia ratio, et temporum, et regionum, at morum postulare videbantur. Horum laudabilibus vestigiis insisteodum Nobis esse reputantes, quam sa. me. prædecessori Nostro Benedicto papæ XIV. ex parte dilecti filii nobilis viri Karoli Theodori comitis palatini Rheni, et sacri romani imperii principis electoris supplicatum fuerit, ut pro extrahendis e loco immuni, custodiendisque exceptorum criminum reis, pro subjectarum sibi regionum, et locorum conditione, et exigantia, certas providentias ab ipso, ejusque gubernii administris, cum ordinarii ecclesiastici scientia, et assensu excogitatas, probare, et suprema sua apostolica auctoritate per ipsius Karoli Theodori ditionis tractum futuris temporibus observandas statuere dignaretur; cumque præfatus prædecessor moderni Nostri, tunc sui, et apostolicæ Sedis nuntii ad tractum Rheni, relationem, simulque ejusdem, et venerabilis fratris episcopi Wormatiensis vicariatus in iis partibus constituti, sententias super iisdem audiendas sibi esse duxerit, sed morte præventus, ea, quæ cogitaverat, statuere, atque præscribere non valuerit. Nunc autem Nobis in Sede beati Petri divina voluntate constitutis novæ porrectæ fuerint preces ejusdem Karoli Theodori comitis, et principis electoris petentis, ut ad negotii hujusmodi, definitionem, et terminationem juxta modum judicio Nostro magis benevisum procedere dignaremur. Nos, omnibus mature perpensis, prædictum Karolum Theodorum comitem, et principem electorem de catholica religione, et apostolica Sede optime meritum specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, ac certa scientia, et apostolicæ auctoritatis Nostræ plenitudine præsentium literarum tenore decernimus, statuimus, et mandamus, ut pro reorum extractione e locis immunibus, eorumque parata assecuratione, et custodia, in locis ejusdem ditioni, ac dominio subjectis, infrascriptæ leges, et conditiones in posterum observentur, et pro constanti, et inviolabili norma habeantur.

§. 2. Et primo quandoquidem in oppido, seu civitate Manhemij erecta jam, et instructa reperitur quædam correctionis domus sub titulo, et invocatione sancti Michaelis archangeli, in eaque plures adsunt nuper constructi, apteque dispositi carceres quum dictus comes, et princeps elector certum aliquem ex hujusmodi carceribus ad infrascriptos effectus ordinarii ecclesiastici jurisdictioni addicendum, et subiiciendum proposuerit. Nos hanc oblationem, et respective addictionem, et subjectionem approbamus; ita videlicet, ut per solemnem actum in forma juris valida fiat, exindeque carcer hujusmodi a cæteris distinctus ut pote carcer ecclesiasticus, atque a laicali potestate exemptus, et immunis, diœcesani loci, Wormatiensis nimirum episcopi, ejusque vicariatus jurisdictioni, et auctoritati omnino subjectus sit, et habeatur, ejusque carceris custodes, et ministri, in his, quæ ad hujusmodi custodiam, et ministerium pertinent, non quidem laicalibus magistratibus, judicibus, et tribunalibus, sed dicto episcopo, ejusque officio, et vicariatui omnino parere teneantur. Quum autem contigerit delinquentem quemlibet laicum ad ecclesiam aliumque locum immunem in præfati Karoli Theodori comitis, et principis electoris ditione constitutum confugere, si quidem is publica voce, et fama reus arguatur ejusmodi criminis, cui justa canonicas sanctiones, et apostolicas constitutiones, ecclesiasticæ immunitatis præsidium denegatur, satis id esse et fore declaramus, ut ad illius extractionem procedatur, per ministros curiæ laicalis, prævia tamen semper licentia, seu facultate in scriptis obtinenda, et concedenda a superiore ecclesiastico, seu ab alia persona ad id, et infra delegandâ, et cum interventu, et præsentia ecclesiasticæ personæ per eumdem superiorem, seu alium ad id delegatum deputandæ ad hoc, ut extractio hujusmodi cum debita modestia, et sine populi scandalo perficiatur.

Erectio domus sub invocatione s. Michaelis arcangeli in carcerem ecclesiasticum sub jurisdictione episcopi.

§. 3. Itaque quibus in locis residet episcopus, vel ejus vicarius, seu officialis generalis, ab ipsis omnino memorata extrahendi rei licentia petenda, et obtinenda, simulque ab ipsis designanda erit persona ecclesiastica, quæ peragendæ extractioni intersit; quibus autem in locis, nec episcopus residet, nec ejus vicarius, seu officialis generalis, licen-

Regulæ servandæ super concessione licentiæ pro extractione reorum.

tia hujusmodi concedi, ac deputatio fieri respective debebunt a vicariis foraneis, hisque deficientibus, a perochis locorum, quos scilicet vicarios foraneos atque parochos, episcopus, semel in conferendo singulis eorum officio, vigore specialis facultatis, sibi ab apostolica Sede, et a Nobis per præsentes tributæ, ad hujusmodi licentias concedendas, deputationesque faciendas irrevocabiliter delegebit.

Quibus in casibus tenentur episcopus licentiam pro extractione concedere.

§. 4. Ipse vero episcopus, ejusque vicarius generalis, seu officiales, dictique respective vicarii foranei, et locorum parochi, ut supra delegati, quoties fuerint a ouria sæculari requisiti, ac statim ae intellaxerint, eum, qui ad aacri loci immunitatem confugit, de crimine excepto insimulari, non alio requisito ad id argumento, seu indicio, quam quod exsurgit ex ipso confugio in locum immunem, cum publica aliqua patrati delieti fama conjuncto, nulla interposita mora, licentiam præfatam in scriptis concedere, ac personæ ecclesiastioæ deputationem respective peragere debebunt, hac tamen lege, ut si extractio rei, sola vicarii forenai, aut parochi auctoritete fiat, de ea quamprimum certior reddatur episcopus, vel ajus vicarius genaralis.

Quo in casu reus ad locum immunem sit restituendus.

§. 5. Hujusmodi autem reum e loco immuni, præmissa rationa, extrectum ad ecclesiasticum carcerem superius designatum illico deducendum, ibique custodiendum fore decernimus, nomine ecclesiæ, at sub omnimoda disposítione episcopi, quoad usque idem episcopus, vel alius ab eo ad id deputatus, DE INDICIIS A SÆCULARI CURIA ALLATIS, satis cognoverit, et santantia sua in scriptis proferenda daclaraverit: *constore, aut non constare de crimine excepto*, et quidem pronunciaverit, *constare* debabit ecelesiasticus judex hujusmodi reum ouriæ seculari libere tradere, addita consueta protestatione, *de qua in cap. prelatis de homicidio in sex*: contra vero si contingat, aumdem pronunciare *Non constare de crimine excepto*; reus jussu episcopi ad locum immunem, unde eductus fuerat, omnino rastituondus erit.

Distinctio servanda inter reos seculares, et ecclesiasticos.

§. 6. Hanc denique Nostram, et apostolicæ Sedis indulgentiam, sive concessionem semper quoad solos laicos, nunquam varo quoad clericos, et ecclesiasticas personas, quæ præter immunitatem localam, personalis quoque immunitatis privilegio gaudent, factem datamque intelligi volumus, atque ita religiose servari, et custodiri mandamus, et quidquid secus, ac contra superius præscriptam formam, in præjudicium ecclesiasticæ immunitatis fuerit attentatum, ex nunc irritum prorsus, et in hanc, nulliusque roboris, vel momenti esse, et fore: contrafaeientes autem, et alies pœnas a sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis advarsus violantes jurisdictionom, et immunitstem ecclesiasticam inflietas incurrere decernimus, et declaramus.

Sanctio constitutionis Clementinæ.

§. 7. Præsentes demum literas, et in eis contenta hujusmodi omnino valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus in locis prædicti Karoli Theodori comitis, et principis electoris dominio subjectis, sortiri, et obtinere, at ob omnibus, et singulis, ad quos speetat, ot pro tempore quandocumque spectabit plenissima observari; sicqua, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, ot apostolicæ Sedis nuncios, aliosque quoslibet quavis præemenantia, et potestata fungentes, ec functuros, sublata eis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auetoritate, judicari, et definiri debere volumus, et decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus quibuscumque apostolicis, ec in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon ecclasiarum, et locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stylis, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et facultatibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam motu proprio, seu scientia, et potestatis plenitudine similibus, vel alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovetis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua, non autem per clausulas generalas idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentos, illis alias in suo robore permansuris, ed præmissorum effectum hac viee dumtaxat specialiter, et expresse derogamus.

Publicatio.

§. 9. Volumus autem, ut elapsis triginta diebus, postquam præsantes literæ per dominium, et ditiones præ-

dictas per ordinarios locorum publicatæ fuerint, omnes, et singulos in dominio, et ditione prædictis existentes perinde arcient, ac si unicuique eorum personaliter, ac nominatim intimatæ fuissent, atque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, facultatum, impertitionis, declarationum, decretorum, mandatorum, derogationum, et voluntatum infringere, seu eidem ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo, pontificatus Nostri anno primo.

Extensio constitutionis ad omnia loca ditionis electoris.

§. 10. Nuper autem pro parte ejusdem Karoli Theodori comitis, et principis electoris expositum Nobis fuit, quod licet præinsertæ memorati Clementis prædecessoris literæ in suo palatinatu publicatæ, et executioni demandatæ fuerint, ipse tamen in reliquis locis suo dominio subjectis eas publicas reddere minime putavit: etenim cum loca prædicta sita sint in pluribus inter se diversis diœcesibus totidem archiepiscoporum, sive episcoporum, ac in literis prædictis mentio tantummodo facta reperiatur ordinarii Wormatiensis, qui adamussim talis est relative ad oppidum, seu civitatem Manhemii, hinc aliæ nonnullæ curiæ ecclesiasticæ haud merito crediderunt, quod præinsertæ literæ privative directæ, atque commissæ fuissent solo ordinario Wormatiensi, itaut ad reliquas alias curas prædictas earum publicatio minime pertineret. Præterea cum pauca sint ea loca ditioni, et dominio ipsius Karoli Theodori comitis, et principis electoris subjecta, in quibus ecclesiasticæ curiæ proprios habeant carceres, hinc evenit, quod, sicuti rei post illorum extractionem a loco immuni transferri debent ad carcerem ecclasiasticum, ut ibi custodiantur usque ad editionem sententiæ super crimine excepto, ita hoc exequi minime valeat, propter ecclesiastici carceris deficientiam, qua de re neque immediate deveniri potest ad extractionem delinquentium, eorumque promptam capturam.

Preces porrectæ pro nova declaratione, et concessionis executione.

§. 11. In hoc itaque statu rerum, ad tutiorem reddendam publicam tranquillitatem, et quietem, idem Karolus Theodorus comes, et princeps elector, qui jam alias per Nostras in simili forma Brevis expeditas literas constitutionem Clementis pp. XIII itidem prædecessoris Nostri, cujus initium est = In supremo justitiæ solio = ad loca suorum dominiorum ampliari, atque extendi obtinuit, ita quoque extensionem, atque ampliationem præinsertarum literarum ipsius Clementis prædecessoris ad omnia pariter suæ ditionis loca nimis necessariam agnoscit, atque præterea, ut procul absit quæcumque difficultas super executione, et interpretatione præinsertarum literarum, plurimum desiderat; eas, quatenus opus sit a Nobis confirmari, simulque declarari, quoscumque status, ducatus, et regiones, quæ ejus dominio subjecta reperiantur, in quacumque diœcesi existentes sub eisdem præinsertis literis, earumque executione comprehensa esse, atque illis etiam locis, in quibus ecclesiastici carceres non reperiuntur, ita easdem præinsertas literas exequi posse, ut, extracto reo a loco immuni, ipse transferendus sit ad carceres laicos, cum declaratione tamen a ministris laicis legitime peragenda, eumdem reum retinendi, et custodiendi nomine Ecclesiæ inclusive usque ad sententiam declarantem constare de crimine excepto, atque cum eorumdem ministrorum legitima, ac valida obligatione restituendi ipsum reum ad eumdem locum immunem, unde extractus fuit, in casu, quo superveniat sententia, qua declaretur, non constare de crimine excepto.

Constitutionis observantia, et executio præcipitur in omnibus urbibus, statibus, locis, et territoriis, cujuscumque diœcesis comprehensis in dictione electoris.

§. 12. Nos igitur, auditis super præmissis relationibus, et voto venerabilis fratris Joannis Baptistæ archiepiscopi Iconiensis ad tractum Rheni Nostri, et apostolicæ Sedis nuntii, ac attentis ipsius Karoli Theodori comitis, et principis electoris erga catholicam religionem, et sanctam romanam Sedem meritis, præinsertas memorati Clementis XIII prædecessoris literas ad ejus preces pro coercendis ecclesiastici asyli abusibus editas ratas habendo, auctoritate apostolica tenore præsentium, quatenus opus sit, confirmamus, et approbamus, ac præterea declaramus, et volumus, eas observandas, et exequendas esse in omnibus, ac singulis urbibus, statibus, locis, ac territoriis quavis sub diœcesi comprehensis, ejusdem tamen

Karoli Theodori comitis, et principis electoris ditioni, et dominio subjectis: ita cæteroquin, ut primum omnium in urbibus, statibus, locis, ac territoriis, et respective diœcesibus hujusmodi, in quibus non est quidem carcer ecclesiasticus, sed est tantummodo carcer laicalis, adsignari, si commode fieri poterit, de eodem carcere laicali debeat situs, ac locus in quem traduci, et custodiri valeant rei laici juxta præinsertas literas ab ecclesiastico confugio, et asylo extrahendi, prout in oppido, seu civitate Manhemii assignatus fuit, per actum scilicet emittendum in forma juris valida, atque ita ut situs, et locus ista distinctus omnino sit, et habendus tamquam carcer ecclesiasticus, et a laicali potestate prorsus exemptus, et subjectus, imo una cum carceris custodibus, et ministris in his, quæ ad ejusmodi custodiam, et ministerium attineot, illi ecclesiastico ordinario, intra cujus jurisdictionis fines rei prædicti asylum elegeriot, atque unde erunt extrahendi. Quatenus vero in prædictis urbibus, statibus, locis, et territoriis, ac respective diœcesibus, in quibus deest carcer ecclesiasticus, nec etiam poterit commode de laicali carcere specialis, ut supra, situs, ac locus adsignari pro reis laicis juxta præmissa ab ecclesiastico asylo extrahendis; tunc suis quibusque casibus, temporibus, et contiogentiis, et juxta pariter præinsertas literas, extrahendi rei valeant retinari, et custodiri in laicali carcere nomine ecclesiæ, ac vice, et loco ecclesiastici confugii, et asyli, et ad dispositionem ecclesiastici superioris: in iis tamen, quæ attinent ad leges, formam, et modum extractionis reorum, ac tempus eorum retensionis, et custodiæ, et respective restitutionis, ac in reliquis omnibus, easdem præinsertas ipsius Clementis XIII prædecessoris literas servandas esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, et mandamus.

Clausulæ sublata, et decretum irritans. §. 13. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabilitar observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac apostolicæ Sedis nuntios, aliosque quoslibet, quavis præeminentia, et potestate fungentes, ac functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 14. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in eisdem præinsertis literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXIV.

Dat. die 21. januarii 1774. Anno V.

Concessio indulgentiæ plenariæ lucrandæ occasione capituli generalis celebrandi a fratribus ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis in conventu sancti Marcelli de urbe.

Clemens PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor, et leges concessionis. §. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale fratrum ordinis Servorum beatæ Mariæ virginis in ecclesia, seu conventu sancti Marcelli de urbe fratrum dicti ordinis die vicesima prima mensis maii benedicente Domino celebrandum sit; Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, ac animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam sancti Marcelli, vel aliquam ex ecclesiis conventuum fratrum ordinis hujusmodi ubicumque existentibus prædicta, ac singulis actualis illius celebrationis diebus devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatio-

ne, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam per unumquemque Christifidelem semel tantum lucrifaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur; aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 24 januarii 1774 Anno V.

CCLXXXV.

Suppressio conventus Podii Catini ordinis minimorum sancti Francisci Conventualium, et applicatio bonorum conventui sancti Valentini Podii Mirteti ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus minister provincialis ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum provinciæ Romanæ dicti ordinis, quod in constitutione Urbana nuncupata ejusdem ordinis cap. VI. reg. tit. V. numero primo præscriptum est ut sequitur, videlicet « Quoniam in conventibus, seu locis, in quibus ad minus quatuor fratres commode ali nequeunt, regularis disciplinæ, ac religionis instituta servari non possunt; ideo decernitur, districteque præcipitur, ut conventus, seu loca hujusmodi quæ quatuor ad minus fratres alere non valent, cum omnibus suis bonis tam mobilibus, quam immobilibus, ac etiam juribus, et privilegiis, aliisque immunitatibus, et gratiis quibuscumque, vicinioribus conventibus applicentur, neque in his fratres nostri commorari ulterius præsumant ». Quamvis itaque inter alios conventus, qui suppressi fuerunt vigore literarum felicis recordationis Innocentii pp. X sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo idibus octobris editarum, suppressus quoque extiterit conventus in loco Podii Catini existens ejusdem ordinis minorum Conventualium, postmodum tamen, anno nempe 1758 eidem ordini restitutus fuit, quandoquidem tunc in humanis agens Franciscus Maria Ottaviani integram suam hæreditatem donavit, seu reliquit dicto ordini, propter hanc ipsum restitutionem, idemque ordo suum ad id assensum præstiterit, quia bona hujusmodi, ut præfertur relicta, putabatur, quod alimoniæ, seu manutentioni perpetuæ sex fratrum ipsius ordinis satis superque essent. Verum paulo post, exortis nonnullis admodum sumptuosis litibus super bonis prædictis stabilibus dictæ hæreditatis, ideoque deficientibus pluribus cambiis, et fructibus ab ipso Francisco Maria testatore relictis, atque præterea necessario contracto ære alieno tam pro ædificio, atque habitatione fratrum, quam pro expensis diuturnarum litium prædictarum, novus hic conventus Podii Catini in pauperiem ita redactus modo reperitur, ut ejus redditus juxta calculum Nobis exhibitum, ad alendos nedum quatuor, sed nec etiam duos fratres sufficiant. In hoc igitur rerum statu idem exponens conventum prædictum per Nos supprimi, illumque perpetuo juxta memoratam Urbanam constitutionem magis proximo conventui sancti Valentini Podii Mirteti cum omnibus ejus bonis, juribus, privilegiis et immunitatibus; ac scutis octingentis a dicto Francisco Maria testatore sibi ad effectum disponendi reservatis, atque a Nobis eidem conventui Podii Catini concessis, nec non cum translatione onerum, et legatorum, atque facultate alienandi ejus bona od effectum investiendi illorum pretium; et filios ipsius ad alios conventus transferendi, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providero, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Suppressio conventus, et applicatio bonorum favore conventus s. Valentini Podii Mirteti.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque da causa la-

tis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati, memoratum conventum sub titulo, seu invocatione sancti Antonii abbatis dicti ordinis minorum Conventualium Podii Catini Sabinensis diœcesis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo supprimimus, at pro suppresso haberi volumus, et declaramus, illumque propinquiori conventui sub titulo, seu invocatione sancti Valentini Podii Mirteti abbatiæ sanctæ Mariæ Farfensis ordinis sancti Benedicti nullius diœcesis in districtu urbis una cum omnibus ejus bonis stabilibus, et mobilibus, juribus, actionibus, privilegiis, hypoteccis anterioritatis, et posterioritatis, nec non cujusvis generis immunitatibus, quibus dictus conventus Podii Catini modo potitur, et cum subingressu in omnibus et per omnia in ejus locum, atque cum confirmatione, et translatione favore memorati conventus sancti Valentini chirographi, seu rescripti Nostri die quinta junii 1771. editi super applicatione scutorum octingentorum, quæ dictus Franciscus Maria testator sibi ad effectum disponendi ante sui obitum reservaverat, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter unimus, annectimus, et incorporamus. Atque insuper omnia onera, et legata missarum, quibus obnoxius modo reperitur dictus conventus Podii Catini, quæque distincte Nobis in folio exposita fuerunt, integre in ecclesia, et altaribus dicti conventus sancti Valentini adimpleri, et satisfieri debere pari auctoritate, et tenore decernimus, at declaramus.

Licentia alienandi bona absque decreto. §. 3. Præterea facultatem vendendi, et alienandi bona modò possessa ab ipso conventu Podii Catini absque ullo decreto, et sine alia licentia, seu facultate, juxta occasiones sibi oblatoras, fratribus conventus sancti Valentini prædicti cum onere tamen investiendi eorum pretium in tot alia bona stabilia tuta, ac secura auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus; fratresque, qui filii sint conventus Podii Catini hujusmodi una cum eorum antianitate ad affiliationem memorati conventus sancti Valentini transire debere volumus, atque statuimus.

Clausula sublata, et decretum irritans. §. 4. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, at ab ais respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 5. Non obstantibus felicis recordationis Pauli pp. II. de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, at formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, at expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXVI.

Dat. die 26. januarii 1774. Anno V.

Adsignatio annua triginta millium ducatorum de Valleon solvendorum ab iis, qui ad subsidium ecclesiasticum in regnis Hispaniarum tenentur pro rege catholico.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Desiderium catholici regis constituendi. §. 1. Alias Nos per Nostras in simili forma Brevis die XXVI. martii

, annuam assignationem in locum emolumentorum percipiendorum in causis, aliisque negociis tractandis a tribunali nuntiaturæ.

MDCCLXXI. expeditas literas novum tribunal Rotæ nuntiaturæ apostolicæ in regnis Hispaniarum erigendum, atque instituendum esse mandavimus, ac plura quoad ejusdem nunciaturæ officiales auditorem nempe, seu assessorem, fiscalem, et abbreviatorem constituimus, atque præscripsimus, et alias prout in dictis Nostris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Nuper vero pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli earumdam Hispaniarum regis catholici expositum Nobis fuit, quod ipse pro eximia sua pietate, ac singulari, quo pollet, administrandæ justitiæ zelo, modum per quem tam Rotæ hujusmodi tribunal, quam ministri et officiales prædicti eo, quo par est, decore conservari possint, illis suppeditare, eisque propterea annuam summam triginta millium ducatorum de Velleon monetæ illarum partium ab ecclesiasticis dictorum regnorum, ut infra, persolvendam, ita tamen, ut in posterum nulla prorsus emolumenta ab eis pro causis, et negotiis ibidem tractandis, definiendisque persolvanda sint, assignari plurimum desiderat.

Assignatio annuæ responsionis, et distributio illius inter contribuentes.

§. 2. Nos igitur ipsius Caroli regis pietatem, ac zelum plurimum in Domino commendantes, memoratam summam triginta millium ducatorum de Velleon anno quolibet ab omnibus iis, qui ad subsidium ecclesiasticum in dictis regnis tenentur, dilecto filio magistro Alphonso Clementi de Astrogui moderno, et pro tempore existenti commissario generali cruciatæ, subsidii, et excusati, seu personis ab eis deputandis persolvendam, habita proportione ejus quantitatis, quæ ab unaquaque ex ecclesiis dictorum regnorum titulo ejusdem subsidii solvi consuevit, in manutentionem, et conservationem ejusdem tribunalis, et ministrorum prædictorum erogandam, auctoritate apostolica tenore præsentium assignamus; et facultatem præterea venerabili fratri Aloisio archiepiscopo Cesareæ moderno, ac pro tempore existenti Nostro, et Sedis apostolicæ in dictis regnis nuntio, summam prædictam, quatenus opus sit, ipsique Carolo regi catholico visum fuerit, juxta datam sibi a Domino prudentiam ad alia quinque millia ducata similia, et non ultra extendandi, et ampliendi, dictoque Alphonso, ejusque in munere commissarii generalis hujusmodi successoribus eodem modo supra expresso exigendi, et percipiendi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Ac præterea eidem Alphonso, suisque successoribus prædictis potestatem, et auctoritatem per se, vel alios ab eo, et eis respective deputandos, non solum summam, seu summas præfatas ab eisdem ecclesiis, at ecclesiastico statu, servata proportione prædicta, ut præfertur, exigendi, sed etiam in thesaurariam ipsius cruciatæ immittendi, itaut meose quolibet emolumenta eisdem ministris debita, una cum expensis dicti tribunalis inde persolvantur, et ex ratiocinaria cruciatæ prædictæ super his omnibus debita exacti, et impensi ratio appareat, et dignoscatur, auctoritate, et tenore similibus concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissima suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis æditis generalibus, vel particularibus ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die

vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 28. januarii 1774. Anno V.

CCLXXXVII.

Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Avenionensis

Venerabili fratri Francisco Mariæ archiepiscopo Avenionensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

Tenor deputationis commissarii sanctæ Sedis pro capienda possessione recuperatæ dominationis.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaisini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ rex illustris Nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia, integritate plurimum in Domino confisi te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per te, vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eamdem pristinam possessionem civitatis Avenionensis, et comitatus Venaissini, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus, tibique quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in civitate Avenionensi, et comitatu prædictis, nec non in illis adjacentibus Ebredunensi, Arelatensi, Aquensi, Viennensi, et Narbonensi provinciis, civitatibus, terris, et locis easdem omnes, et singulas facultates, prærogativas, ac præeminentias, quas Nostri, et dictæ Sedis vicarii in spiritualibus et temporalibus generales, et vice-legati usque adhuc habuerunt, et illis usi sunt, donec alter e Nobis in eorum locum deputatus ad exercitium sui muneris per Nos sibi demandati isthic pervenerit, ad Nostrum, et Sedis prædictæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus.

Jurisdictio apostolici commissarii.

§. 2. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum, a Nobis ut præfertur, deputatum recognoscant, ac reverenter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur. Insuper ut quibuscumque negotiis, et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis, etiamsi exinde sanguinis effusio, membrorum mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ec sine aliquo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferende omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus et impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 28. januarii 1774. Anno V.

CCLXXXVIII.

Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Pontis Curvi

Venerabili fratri Hyacintho episcopo Aquinatensi, et Pontis Curvi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor deputationis commissarii sanctæ Sedis pro capienda possessione recuperatæ dominationis.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaisini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ rex illustris, nos ultro compellant, at tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia, et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per te, vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eamdem pristinam possessionem civitatis Pontis Curvi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus, tibique quamcumque necessariam, et oppor-

tunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCLXXXIX.

Dat. die 28. januarii 1774. Anno V.

Deputatio in commissarium apostolicum pro archiepiscopo Beneventano ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis, et jurisdictionis quas illius gubernatores obtinebant.

Venerabili fratri Joanni Baptistæ archiepiscopo Beneventano.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem,

Tenor deputationis commissarii sanctæ Sedis pro sumenda possessione recuperatæ dominationis.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ rex illustris nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum et apostolicæ Sedis commissarium cum facultate per te, vel unam, seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas, eamdem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam ritenendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus; tibique quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locus deputandus ad exercitium sui muneris isthic perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et reverenter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur.

Jurisdictio commissarii in causis etiam criminalibus, et cum jure sanguinis.

§. 2. Insuper ut quibuscumque negotiis et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis etiamsi exinde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXC.

Dat. die 8. februarii 1774. Anno V.

Deputatio in commissarium apostolicum ad apprehendendam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis ac jurisdictionis pro vicario capitulari metropolitanæ ecclesiæ Beneventanæ.

Dilecto filio vicario capitulari metropolitanæ ecclesiæ Beneventanæ, ejus archiepiscopali sede vacante legitime deputato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Tenor deputationis commissarii apostolici pro capienda possessione recuperatæ dominationis.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ rex illustris Nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est, quod nos de singulari tua fide, prudentia, integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissa-

rium cum facultate per te vel unam seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas eamdem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam retinendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus et deputamus; tibique quamcumque necessariam et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locum deputandus ad exercitium sui muneris isthic perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus, ad quos spectat, ut te in commissarium apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et reverenter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur.

Jurisdictio commissarii.

§. 2. Insuper, ut quibuscumque negotiis, et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis, etiamsi exinde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCI.

Dat. die 8 februarii 1774. Anno V.

Assignatio, et applicatio hæreditatis Cæsaris Ubaldini dimissæ a fratribus sancti Augustini Ferrariæ hæredibus.

Dilecto filio Nostro Bernardino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Giraud nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Ferrariensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor testamenti Cæsaris Ubaldini.

§. 1. Nuper Nobis exposuisti, quod alias tunc in humanis agens Cæsar Ubaldini præsbyter ferrariensis in suo ultimo, cum quo decessit, testamento condito die xxvii decembris MDCXXXIX per acta Francisci Bonazzoli notarii in suffragium propriæ animæ duo primum reliquit anniversaria cum celebratione missarum, unum nempe in ecclesia sancti Andreæ ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini congregationis Lombardiæ nuncupatæ civitatis Nostræ Ferrariensis, in qua jusserat tumulari, ac alterum in ecclesia confraternitatis sancti Christophori dictæ civitatis, pro quibus annua scuta decem, et obulos nonaginta, ac denarios sex ab ejus hæredibus tam institutis, quam substitutis præstanda esse voluit, et in eo casu omnimodæ deficientiæ hæredum ab ipso institutorum, et substitutorum, in bonis omnibus integræ suæ hæreditatis, quorum capaces existerent, substituit fratres ejusdem ordinis, et congregationis, atque conventus, et ecclesiæ prædictæ sancti Andreæ, adjecta lege, ut ex percipiendis primum redditibus hæreditariis in altero ex sacellis eorum ecclesiæ per eumdem testatorem designato, ipsi unum altare in elegantem formam tenerentur construere sub invocatione sancti Michaelis Arcangeli, et sancti Nicolai de Tolentino, ac utriusque marmoream statuam apponere, deindeque ex successivis redditibus prædictis memorati fratres in villa Francolini Ferrariensis diœcesis super bonis ejusdem testatoris in loco conspicuo, et satis patente deberent ædificare unum hospitium, cum adnexo oratorio, illudque aptare, ac instruere ad usum publici xenodochii pro excipiendis duodecim peregrinis, et advenis pauperibus, nec non fratribus tam ordinis eremita-

rum sancti Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quam ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum pariter nuncupatorum illuc transeuntibus, injuncto quoque onere eisdem fratribus, ut præfertur, substitutis ex redditibus prædictis conservandi ædificia hujusmodi sic erigenda, una cum supellectilibus ad præmissa necessariis, atque ibi retinendi religiosos viros eorum congregationis præceteris virtute, moribus, et pietate præditos, qui pio huic operi sedulo incumberent, ipsisquo pauperibus, advenis, peregrinis, viatoribus, et fratribus prædictis panem, ac vinum, et hyemali tempore ligna quoque suppeditarent pro una die, ac nocte, et in casu eorum adversæ valetudinis toto etiam tempore, quo febra laborarent, ac demum celebrandi in dicto oratorio qualibet saltem dominica, et feria sexta cujuslibet hebdomadæ pro anima ipsius Cæsaris testatoris, qui regimen, curam, et administrationem, ac gubernium xenodochii hujusmodi prædictis fratribus, et conventui sancti Andreæ concessum, et reservatum voluit, nec non eorum favore, et commodo reliquos, si quos, supportatis oneribus, fructus hæreditatis suæ superesse contigeret, cessisse, et cedare declaravit, eosdem fratres dumtaxat privans illis, et cæteris omnibus, quibus honorati reperiuntur ex causa non implementi, aut omnium, aut alicujus ex præscriptis oneribus, quo casu prædicti operis pii, et omnium, ac singulorum in præfato suo testamento dispositorum executionem pro tempore existenti Ferrariensi antistiti commisit, ac plurimum commendavit, et in ipsius mensæ episcopalis utilitatem, et pauperum subventionem arbitrio ejus fructus quoscumque post implementum dicti pii operis, cæterorumque onerum superextantes cedere jussit, ac alias prout in dicto testamento, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Defectis omnibus hæredibus, bona, et onera delata sunt ad xenodochium sub cura fratrum sancti Andreæ, qui tamen omnia deinde in manibus episcopi Ferrariensis dimiserunt.

§. 2. Defectis itaqua omnibus hæredibus institutis, et substitutis, fratras memorati conventus anno 1703 adepti sunt possessionem prædictæ hæreditatis, atque ex primis redditibus demandatum altare ad testatoris hujusmodi præscriptum affabre erexarunt, ac postmodum ex successivis redditibus inde perceptis hospitium in forma xenodochii in villa Francolini, una cum oratorio super bonis hæreditariis ipsius testatoris construxerunt, ac ex cubilibus instructum reddiderunt, ut modo ad commoditatem pauperum peregrinorum, advenarum, et fratrum prædictorum illuc transeuntium aperiri potuisset, ac posset; verum dilectus filius modernus prior dicti conventus sancti Andreæ serio mente recogitans, volitam a dicto testatore continuam moram fratrum sui ordinis, et congregationis in dicto hospitio, ut ejus præsint regimini, et gubernio minime profuturam, sed potius cessuram fore in maximum eorumdem fratrum periculum, at detrimentum claustralis disciplinæ, et regularis observantiæ, hinc accedente voto ejus capituli, et de consensu dilecti quoque filii vicarii generalis suæ jam dictæ congregationis, sub spe tamen Nostri, et Sedis apostolicæ beneplaciti, hæreditatem dicti Cæsaris testatoris, ejusque administrationem, una cum omnibus, et singulis illius juribus, pertinentiis, adnexis, et connexis, honoribus, et oneribus in perpetuum, ut præfertur, a dicto testatore injunctis, in manibus tuis sponte, ac libere dimisit.

Episcopus postulat ut bona applicentur conservatorio s. Appollinaris nuncupato.

§. 3. Cum autam sicut eadem expositio subjungebat, prædicti hospitii, ac oratorii aperitio juxta ipsius testatoris voluntatem haud utilis dignoscatur, tam ob propinquitatem dictæ villæ, ot ejusdem civitatis Ferrariensis, quam propter valde exiguam frequentiam pauperum peregrinorum, et advenarum illuc itinerantium; præsertim vero dictorum fratrum discalceatorum, et ordinis minorum Cappuccinorum, qui postremi retinent alind hospitium in loco parum ab eo dissitum; e contra vero in civitate Ferrariensi hujusmodi domus succursus nuncupata, et pro excipiendis fœminis instituta, atque conservatorium sancti Appollinaris nuncupatum, in quo puellæ periclitantes excipiuntur, ob tenuitatem redditnum, et æs alienum, cui obnoxia sunt, in iis angustiis ita versentur, ut non sine periclitantium animarum exitio, amplius subsistere minime possint. Quapropter ipsius Cæsaris testatoris voluntatem per Nos commutari, ejusque hæreditatis bona quæcumqua, jura, actiones, pecunias tam exactas, et usque nunc depositas, seu investitas, quam in posterum exigendas, omniaque alia ad dictam hæreditatem nunc, et in futurum spectantia, et pertinentia domui, et conservatorio prædictis in eorum subventionem, ot auxilium perpetuo uniri, et assignari, atque applicari plurimum desideres.

Indulget pontifex juxta preces, et cum clausulis amplissimis.

§. 4. Nos igitur a te ipso super præmissis optime instructi, easdemque mulieres, ac puellas locorum piorum hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratis absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuis, Nobis humiliter porrectis, inclinati, atque ipsius Cæsaris Ubaldini ultimam voluntatem, et testamentum præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, atque illis specialiter derogantes, nec non ipsius testatoris voluntatem commutantes, nec non præterea dictam spontaneam, ac liberam renunciationem, et dimissionem eorumdem fratrum conventus sancti Andreæ prædicti ratam habentes, ac locis piis prædictis, eorumque necessitatibus paterna charitate consulere cupientes, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut integram hæreditatem ipsius Cæsaris Ubaldini, omniaque, et singula illius bona mobilia, semoventia, jura, actiones præsentes, et futures, nec non pecunias usque adhuc exactas, et etiam ubilibet depositas, ac investitas, et in posterum exigendas, nomina debitorum, ac alia omnia, et singula quovis titulo, et causa ad dictum testatorem, ejusque hæreditatem nunc, et in futurum quomodolibet spectantia, et pertinentia prædictis locis piis domus succursus, et conservatorii sancti Appollinaris ipsius civitatis in utriusque eorum levamen, præsidium, et subventionem auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo applices, unias, et assignes, ac illorum modernum præsidem, seu ejus legitimum procuratorem in veram, realem, actualem, et corporalem possessionem bonorum omnium, rerum, et pecuniarum hæreditariarum dicti testatoris una cum eorum juribus, pertinentiis, annexis, et connexis, et ab eis quomodolibet dependentibus, auctoritate, et tenore prædictis inducas, et defendas inductum, amoto quolibet detentore, contradictores quoscumque, appellatione posposita, compescendo; ita ut in posterum proventus omnes, et singuli, et cætera quæcumque præfatæ hæreditatis, quæ eroganda fuissent pro dicto hospitio, seu xenodochio, ejusque exercitio, et conservatione in beneficium, et commodum eorumdem piorum locorum cedere debere pari auctoritate, ac tenore declares.

Nonnulla onera imponit.

§. 5. Sub onere tamen dictis locis piis, eorumque præsidi injuncto, celebrari faciendi in singula eorum respective ecclesia unam missam qualibet hebdomada in perpetuum loco missarum, quæ celebrandæ fuissent in dicto oratorio pro anima ipsius testatoris, atque insuper annuæ præstationis dictorum scutorum decem, obulorum nonaginta, et denariorum sex pro peragendis binis anniversariis juxta ipsius testatoris mentem, et voluntatem, quam quoad hæc per præsentes in nihilo innovatam esse volumus, et declaramus

Eximuntur literæ a vitio obreptionis, et subreptionis.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas, neque etiam ex eo quod fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, aliique interesse habentes, auditi, citati, et vocati non fuerint, neque illis consenserint, unquam de obreptionis, et subreptionis vitio notari, ac impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictis locis piis aliisque ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari et ab eis respective inviolabiliter observari;

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus etiam dicti Cæsaris testatoris ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad

præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 18 februarii 1774. Anno V.

CCXCII.

Deputatio in commissarium apostolicum pro Francisco De Simone canonico archipresbytero, et vicario capitulari metropolitanæ ecclesiæ Beneventanæ ad apprehendandam pristinam possessionem civitatis Beneventanæ, et concessio facultatis, et jurisdictionis, quas illius gubernatores abtinebant.

Dilecto filio Francisco De Simone metropolitanæ ecclesiæ Beneventanæ canonico archipresbytero, ac vicario capitulari dictæ metropolitanæ ecclesiæ ejus archiepiscopali Sede vacante legitima deputato.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili salutem, et apostolicam Benedictionem.

Tenor deputationis.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam Nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Curvi possessionem carissimi in Christo filii Nostri Ludovicus Galliarum rex christianissimus, et Ferdinandus utriusque Siciliæ rex illustris nos ultro compellant, et tamquam sua ipsi manu amantissime inducant; hinc est quod Nos de eximia fraternitatis tuæ fide, prudentia et integritate plurimum in Domino confisi, te in Nostrum et apostolicæ Sedis commissarium cum facultate per te, vel unam, seu plures personas, quot opus fuerit, a te deputandas, eamdem pristinam possessionem civitatis Beneventi, ac pertinentiarum quarumcumque Nostro, ac Sedis prædictæ nomine apprehendendi, et apprehensam ritenendi auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus; tibique quamcumque necessariam, et opportunam in præmissis, et circa ea facultatem eadem auctoritate harum serie concedimus, et impertimur. Ac præterea tibi quoque in dicta civitate Beneventana, ejusque comitatu, et districtu omnem auctoritatem, jurisdictionem, et facultatem, quam pro tempore existentes illius gubernatores usque adhuc habuerunt, et qua usi sunt, donec alter a Nobis in eorum locus deputandus ad exercitium sui muneris isthic perveniat, et interim ad Nostrum et Sedis apostolicæ beneplacitum tribuimus, et indulgemus. Mandantes propterea omnibus ad quos spectat, ut te in commissariom apostolicum a Nobis, ut præfertur, deputatum recognoscant, et revereoter recipiant, debitisque obsequiis, et reverentia prosequantur.

Jurisdictio commissarii deputati.

§. 2. Insuper ut quibuscumque negotiis et causis criminalibus ad te occasione præmissorum deferendis etiamsi exinde sanguinis affusio, membrorumque mutilatio, ac etiam mors inde sequatur, tuta conscientia, ac sine ullo censurarum ecclesiasticarum incursu te immiscere libere, et licite valeas, dummodo a sententia in causa sanguinis per te ipsum ferenda omnino abstineas auctoritate, et tenore prædictis licentiam concedimus, et impertimur. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 26 februarii 1774. Anno V.

CCXCIII.

Restitutio, et unio monasterii s. Bartholomæi de Bono Solatio ordinis Cisterciensis provinciæ Tusciæ ejusdem ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Alias felicis recordationis Clementi pp. XI. prædecessori Nostro pro parte tunc existentium abbatum regiminis provinciæ Tusciæ congregationis reformatæ sancti Bernardi monachorum ordinis Cisterciensis exposito, quod ipsi monasterium sancti Bartholomæi Boni Solatii nuncupatum prope, et extra muros civitatis Florentinæ una cum omnibus suis bonis mobilibus, et immobilibus, juribus et actionibus monachis monasterii beatæ Mariæ de la Trappe nuncupatis dicti ordinis Sagiensis diœcesis, reservato desuper apostolicæ Sedis beneplacito in perpetuum concesserant sub nonnullis pactis, con-

ditionibus, et declarationibus, quæ propterea confirmari plurimum desiderabant; idem Clemens prædecessor eorum supplicationibus inclinatus, omnia, et singula pacta, conditiones, et declarationes prædietas tunc expressa apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, ac alias prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis in simili forma Brevis die aix septembris MDCCV, expeditis, quarum tenores præsantibus pro plane, et sufficienter expressis, aç de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nuper autem pro parte dilectorum filiorum Horthensii Silvestrini præsidis generalis monachorum congregationis, et ordinis hujusmodi in Italia, ae modernorum abbatum regiminis expositum Nobis fuit, quod cum progressu temporis regularis vivendi modus in dicto monasterio beatæ Mariæ virginis de la Trappe institutus paullatim inter monachos memorati monasterii sancti Bartholomæi defecerit, vel propter exiguum eorum numerum, val ob incostantem illorum voluntatem, indeque processerunt dissentiones, ac perturbationes cum scandalo atiam circumexistentium populorum. Ut igitur illis opportunum adhibeatur remedium, dicti exponentes monasterium saneti Bartholomæi hujusmodi, non obstante ejus concessione, ut præfartur, facta, et memoratas literas una cum suis paetis, conditionibus, et declarationibus ab eodem Clemente prædecessore approbata, monachis ejusdem provinciæ Tusciæ, ad quos antea pertinebat, restitui, dictæque provinciæ uniri, atque omnibus in eodem monasterio degentibus regularem, et communem vivendi modum, eamdemque dependentiam, et subjectionem, quam alii monaehi dictæ provinciæ profitentur, per Nos præscribi plurimum dasiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, at ut infra indulgere de benignitata apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ juxta preces.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, vel quaeumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati; audita super premissis relatione, ac voto dilecti filii Nostri Andræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Nigroni dieti ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, auditoque dilecto filio moderno ejusdem ordinis procuratori generali, memoratum monasterium sancti Bartholomæi Boni Solatii ab eadem provincia Tusciæ congregationis hujusmodi alias monachis monasterii beatæ Mariæ de la Trappe, ut præfertur, concessum, etiamsi concessio huiusmodi, una eum illius paetis, et conditionibus, et declarationibus ab ipso Clemente prædecessore per suas alteras prædictas approbata fuerit, ut præfertur, nihilominus, dictæ provinciæ, et congregationi auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium restituimus, eique perpetuo iterum unimus, ac pro ei unito, et annexo decernimus, et daclaramus; omnibusque præterea superioribus monachis, at personis nunc, et pro tempore in dicto monasterio sancti Bartholomæi existentibus, ut ipsi regularem, et communem vivendi modum, ac eamdem dependentiam, at subjectionem, quam alii monachi dictæ provinciæ Tusciæ ordinis hujusmodi profitentur, servare, et exequi omnino debeant, et teneantur auctoritate, et tenore prædictis jubemus, atque mandamus.

Clausulæ salutares pro exequtione concessionis.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissima suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritata scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus ejusdem Clementis prædacessoris literis prædictis, quibus ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse derogamus, nec non aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, ordinis, congregationis, provinciæ, et monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis

in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum teores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogemus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta februarij millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 5. martij 1774. Anno V.

CCXCIV.

Facultas nuntio Poloniæ deputandi professores quorumcumque ordinum regularium supplicante rege Poloniæ.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Barytensi ed carissimum in Christo filium Nostrum Stanyslaum Augustum Poloniæ regem illustrem Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Supplicationes Poloniæ regis.

§. 1. Cum inter curas, ac sollicitudines quibus carissimus in Christo filius noster Stanyslaus Augustus Poloniæ rex illustris, nec non inclytæ reipublicæ ordines ad rectam juventutis institutionem animum intendunt, ea præcipua sit, ut non modo scholæ hactenus existentes novis adjumentis fulciantur, verum etiam ad majorem publicæ rei utilitatem latius propagentur, ex parte ejusdem Stanyslai Augusti regis, et octovirorum juventuti instituendæ supplicatum nobis fuit, ut Nostra etiam auctoritate salutaria hujusmodi consilia tueri, iisque ex parte Nostra opem, ac manum adjutricem porrigere dignaremur.

Concessio facultatis nuntio apostolicis seligendi religiosos, qui munus docendi diligenter, et religiose suscipiant.

§. 2. Nos quibus nihil potius est quam cum civili etiam religiosam, et catholicam juventutis institutionem ubique terrarum promovere, ut Christi fideles quo magis religiosis, ac civicis officiis instructi, eo etiam utiliores tum Ecclesiæ, tum reipublicæ reddantur, petitionibus super hoc Nobis porrectis benigne inclinati fraternitati tuæ, tuisque in officio isto successoribus pro tempore existentibus Nostris, Nostrorumque successorum, et apostolicæ Sedis nuntiis committimus, et mandamus, ut omnes et singulos religiosos ordinum regularium professores, quos ad munus instituendi pietate ac literis juventutem idoneos, et aptiores repereris, et judicaveris (habito prius cum superioribus eorum provincialibus consilio) dispenses, imo inducas, ut scholarum quibus octoviri prædicti eos præficere intendant, curam suscipiant, easque diligenter, ac religiose regant, proviso tamen ne religiosi prædicti ad munus docendi in scholis publicis evocati extra claustrum sui respective ordinis, vel alterius, si proprii instituti non adsit, commorentur, neve propter novum munus ab ipsis susceptum a debita erga superiores locales, vel provinciales obedientia, consuetisque, ac debitis regularis observantiæ exercitiis (nisi in aliquo eos expresse, et in scriptis juxta prudentiam tuam dispensaveris) subtrahantur.

§. 3. Quod si in aliquo conventu, ac monasterio scholas ipsas aperiri contigerit, volumus, et expresse mandamus, ut diligenter præcaveas, quatenus scholæ a claustro sint separatæ, vel si aliter fieri nequeat, saltem ita congrue constituantur, ut per transitum, et intromissionem scholarium intra septa quies, et observantia regularis turbari nulla ratione possint. Iis autem religiosis, qui præfata munera suscipient, districte etiam virtute sanctæ obedientiæ præcipias, ut scholares suos non modo in literis instruant, sed etiam pietatis, ac religiosis principiis sedulo, et assidue imbuant, itaut pluries in hebdomada christianæ cathacheseos rudimenta pro captu cujuscumque eis tradant, sacrosanctæ missæ sacrificio quotidie, si fieri potest, eos devote assistere faciant, ac festivis diebus eos in unum congregent, ut fusiori verbi Dei explicatione, sacramentorum perceptione, devotarum precum, vel psalmodiæ, aut officii de beata virgine Maria recitatione, aliisque pietatis actibus, et incitamentis festivum diem, prout decet, transigant, sicque in christiana pietate exercitatiores, et instructiores evadant. Si autem contingeret, ut ubi ullum religiosorum claustrum existit, aliqua schola constitueretur, ac necessaria alicujus religiosi viri opera videretur, licet summo evitandum sit, ne illo unquam tempore vel loco regulares a proprio claustro avellantur, attamen succurrendo præsentibus regni, ac populi istius neces- Scholæ aperiendæ in conventibus esse debent a claustro separatæ, ibique peculiares leges servandæ.

sitatibus, quoties nullus alius inveniri possit, qui scholarum regimen assumere valeat, non renuimus, quin hujusmodi etiam scholis aliquem religiosum virum præfici permittas, dummodo raro, ac nonnisi in casu præcisæ necessitatis hac nostra facultate utaris, eamque ad tempus tibi benevisum concedas, renovandum deinde, si eadem necessitas duraverit, ac demum omnino provideas, ne religiosi prædicti alibi, quam in domo parochi loci commorari, ac degere possint.

Consulitur ut in monasteriis regularis disciplina exacte servetur.

§. 4. Cæterum quandoquidem regis, ac octovirorum præfatorum solicitudo non modo ad puerorum instructionem incumbit, sed miserabilium puellarum præcipue nobilium in pietate, bonis moribus, ac manuum laboribus juxta earum conditionem opportunis, ac necessariis, institutionem promovere, laudabiliter intendit, ec etiam in parte eorum precibus indulgemus, et monasteria monialium etiam apostolicæ Sedi immediate subjecta, quæ numero personarum, et congrua dote, seu fundatione, commodisque ædibus magis præstant, huic piæ institutioni addicimus, decernentes ut puellæ prædictæ in earum claustris recipi debeant, in quibus diligenter, ac religiose instituantur, ibique serreta clausuræ lege commorentur, donec statum vel religiosum, vel conjugale amplecti voluerint; hoc tamen cauto, quod si ad secularia rota transire instituant, antequam desponsentur a monasterio dimittantur. Ut autem in monasteriis ipsis regularis disciplina exacte servetur, et piorum fundatorum menti fiat satis, decernimus, ac præcavemus, ne propter puellarum prædictarum admissionem, monialium professarum, et choralium numerus ultra duodenarium diminuatur; adeo ut duodecim saltem moniales professæ in iis continuo, ac perpetuo commorari, ac religiosæ vitæ onera, nec non debita chori, et ecclesiarum suarum servitia congrue supportare debeant, et valeant. Quocirca venerabilibus fratribus episcopis in regno Poloniæ, et magno ducatu Lithuaniæ constitutis nomine Nostro committas, ut pensatis prius singulorum monasteriorum suarum respective diœcesum facultatibus, ac necessitatibus, accitis etiam eorumdem monasteriorum immediatis superioribus, ac de eorum consilio, et consensu, si quæ monasteria repererint, quæ possint puellas aliquas (ab octoviris designandas, ipsisque ordinariis quoad paupertatem, vi-
tam, et honestatem approbandas)
sque familiæ religiosæ actu ibi exi
tis incommodo, vel detrimento,
tativo, et gratis recipere, ipsi pr
bitrio, et prudentia sua, eas in h
modi monasteriis recipi, et admitti
nino faciant; decedentibusque ultra
denarium numerum monialibus i
rum locum totidem alias puellas
militer ut supra ab octoviris desig
das, et ab ipsis ordinariis approba
substituant, ac sufficiant: ita qu
ibi puellæ fere commorentur, qu
ductis oneribus ecclesiæ, et monas
nec non congrua duodecim saltem
nialium prædictarum sustentatione
terunt ex annuis redditibus, et pro
tibus ali, et sustentari.

§. 5. Quod si deinde monas
ipsa aliquod paterentur in fundis,
ficiis, vel redditibus evidens detri
tum, nec possent amplius una
religiosa familia omnes, ut præfe
ibi constitutas alimentarias puella
stentare, provideatur per ipsos or
rios ante omnia religiosæ ejusdem
miliæ sustentationi, ac necessariis
nisteriis: proindeque tot puellæ dein
admittantur, ac substituantur, q
deductis religiosæ familiæ, nec no
clesiæ, ac monasterii necessitati
poterunt ex reliquis redditibus ali
sustentari. Si vero aliqua honesta
vel vidua ad instructionem puella
necessaria videretur, et ab ordi
loci expresse adprobaretur, eam qu
inter puellarum elimentariarum n
rum recenseri, et admitti posse
renuimus. Non obstantibus apostol
ac in universalibus, provincialibus
synodalibus conciliis editis general
vel particularibus ordinationibus,
non quorumcumque ordinum, et
nasteriorum etiam juramento, confi
tione apostolica, vel quavis firm
alia roboratis statutis, et consuetu
bus; privilegiis quoque indultis,
teris apostolicis superioribus, et p
nis sub quibuscumque tenoribus, et
mis, ac cum quibusvis etiam der
toriarum derogatoriis, aliisque effic
ribus efficacissimis, ac insolitis
sulis, irritantibusque, et aliis dec
in genere, vel in specie, ac aliis in
trarium quomodolibet concessis,
probatis, et innovatis: quibus o
bus, et singulis illorum tenores præ
tibus pro plene, et sufficienter exp
sis, ac de verbo ad verbum insertis
bentes, illis alias in suo robore perm
suris ad præmissorum effectum ha
ca dumtaxat specialiter, et expresse

rogamina, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 4 martii 1774. Anno V.

CCXCV.

Summa annua quatuor centum florenorum ex fructibus quinque beneficiorum de jure patronatus comitis Josephi de Seinsheim Ratisbonensis assignatur pro fundo pubblicarum scholarum.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio juris præsentandi, et status beneficii.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius comes Josephus de Seinsheim nobilis Ratibonensis, seu alterius civitatis, vel diœcesis, quod ipse tamquam possessor legitimus dominii Sinching vulgo nuncupati jus præsentandi, seu nominandi habebat ad quinque beneficia cum onere celebrationis octo missarum pro qualibet hebdomada juxta intentionem fundatorum uti eorum absolutus patronus. Centum vero ab hinc annis quinque beneficia prædicta semper pervenerunt ad manus extraneorum, et quandoque illorum de eadem familia comitum de Seinsheim, qui conferebant annuos redditus eorumdem quinque beneficiorum ex decimis, fructibus, aliisque utilibus constitutos ultra annuam summam mille florenorum monetæ illarum partium in parochum pro tempore existentem de Sinching, ea adjecta conditione, ut ipse deberet subire onus celebrationis earundem octo missarum pro qualibet hebdomada, simulque præstare annuam summam quatuorcentum florenorum beneficiato, seu possessori pro tempore existenti.

Postulatio florentiæ pro erogatione quatuorcentum florenorum pro fundo perpetuo publicarum scholarum.

§. 2. Nunc tamen idem Josephus, ac, ut præfertur, patronus eorumdem beneficiorum prædictam annuam summam quatuorcentum florenorum assignare intendit in utilitatem, atque ad meliores reddendas scholas, simulque sui dominii juventutem bonis, christianisque moribus informandam, qua de re ipse cum moderno possessore eorumdem quinque beneficiorum constituit, ut prædicta quatuor centa florena annua ex fructibus, et redditibus beneficiorum hujusmodi pro fundo perpetuo publicarum scholarum in majorem utilitatem ac publicum bonum Christifidelium ibidem existentium assignentur, et applicentur, quatenus Nostra ad id sibi suffragetur licentia, atque facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio apostolica.

§. 3. Nos igitur ipsius Josephi pietatem plurimum in Domino commendantes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, assignationem, seu applicationem supradictorum quatuor centum annuorum florenorum ex fructibus, redditibus, et proventibus eorumdem quinque beneficiorum pro fundo perpetuo publicarum scholarum hujusmodi ab ipso Josepho una cum moderno prædictorum quinque beneficiorum possessore conventam, seu constitutam, seu conveniendam, constituendam, et faciendam, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, facti, ac solemnitatum defectus supplemus, et sanamus. Mandantes propterea ordinario loci, in quo memorata quinque beneficia erecta, et fundata reperiuntur, cæterisque ad quos spectat, et pro tempore spectabit, ut eamdem annuam assignationem, et applicationem quatuor centum florenorum hujusmodi absque ullo cæteroquin fundationis eorumdem quinque beneficiorum præjudicio, observent, ac semper et perpetuo observari curent, et faciant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes insuper ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissme suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generali-

bus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus juspatronatus dictorum quinque beneficiorum in aliquo approbare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCVI.

Dat. die 12. martii 1774. Anno V.

Mandatur, ut lectores theologiæ dogmaticæ ordinis minimorum sancti Francisci de Observantia in cathedra studii oppidi Matelicæ legentes iisdem fruantur privilegiis, perinde ac si lecturam hujusmodi habuissent in studiis generalibus ordinis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum porrectarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines oppidi civitatis nuncupatæ Matelicæ Camerinensis diœcesis, quod cum ipsis maxime cordi esset utilitas, quæ ex studio bonarum literarum, ac scientiarum omnium præsertim sacrarum in juventutem promanat, hac de causa in propria eorum patria dicti exponentes erexerunt inter ceteras cathedras illam quoque theologiæ dogmaticæ, et philosophiæ; quemadmodum vero cathedra theologiæ moralis optimo sane consilio uni ex fratribus ordinis eremitarum commissa antea fuerat, ita postmodum ipsi prædictam cathedram philosophiæ, ac theologiæ dogmaticæ uni ex fratribus ordinis minorum sancti Francisci de Observantia nuncupatorum committendam esse duxerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, plurium annorum spatio, experientia teste, compertum utique sit, quod fratres dicti ordinis minorum ad cathedram hujusmodi assumpti, eam, non sine adolescentium studiis operam dantium gravi præjudicio, diu exercere nolunt, quippe quia gradus in proprio ordine iis debitos, qui in illo studiorum cursum expleverint, nullo modo valeant obtinere; hinc dicti exponentes lectores hujusmodi alicujus prærogativæ præmio decorari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio apostolica cum legibus, et privilegiis amplissimis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris episcopi Camerinensis, auditoque etiam dilecto filio moderno procuratore generali ejusdem ordinis minorum, ut in posterum quotiescumque contigerit ad memoratam cathedram philosophiæ, et theologiæ dogmaticæ eligi, atque assumi aliquem ex theologiæ professoribus ejusdem ordinis minorum, qui tam in concursu generali per legitimam inclusivam ad cathedras generales theologicas approbatus fuerit a judicibus, atque insuper a pro tempore existenti ministro generali dicti ordinis deputatus, suisque patentibus literis sit institutus, lecturam hujusmodi per decem consequentes annos in eodem studio habendam computari debere ad gradum jubilationis, perinde ac si in studiis generalibus ordinis theologiam per integrum dictum decennium docuisset, et lectorem hujusmodi inter lectores generales ordinis præfati referendum esse, eumque omnibus privilegiis, prærogativis, gratiis, et indultis, quibus ejusdem ordinis lectores generales juxta præscriptum constitutionum, statutorum, sive consuetudinum dicti ordinis, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere poterunt in futurum, pari modo uti, frui, et gaudere debere in omnibus, et per omnia, perinde ac si lecturam hujusmodi in studiis publicis dicti ordinis exercuisse reperiretur, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus.

Clausulæ salutares, et irritantes pro plena constitutionis observantia.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane,

si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud santam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus nostri anno quinto.

CCXCVII.

Dat. die 18. martii 1774. Anno V.

Facultas episcopo Albensi deputandi vicarium generalem pro locis suæ diœcesis in ditione Januensi existentibus.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Circumspecta romani pontificis omnium Christifidelium patris, et pastoris providentia, sicuti spiritualibus eorum utilitatibus jugi vigilantia consulere studet, ita et temporalibus eorum commodis paterna charitate providere satagit, prout vota præsertim catholicorum principum exposcunt, et in Domino conspicit expedire.

Expositio precum porrectarum a duce, et gubernatore reipublicæ Januensis, pro obtinendo vicario generali.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum ducis, et gubernatorum reipublicæ Januensis Nobis expositum fuit, quod venerabilis frater episcopus Albensis partim habet suam diœcesim in ditione Januensi, quamvis ejus cathedralis ecclesia, et civitas, in qua cathedralis prædicta reperitur, extra illam sita sit. Etsi vero nulla unquam orta fuerit controversia quoad jus visitandi, et exercendi quemcumque actum jurisdictionis in ea parte dictæ diœcesis in memorata ditione existente, et solum quoad modum, an scilicet ab eodem episcopo retinendus esset nec ne in eadem parte vicarius foraneus juxta juris canonici regulas, vel potius deputandus esset vicarius generalis quemadmodum subditorum commoditas postulare videbatur, ne subditi ipsi in re qualibet saltem relevanti propriam patriam relinquere, et pro agendis litibus ad tribunal ecclesiasticum coram episcopo, seu ejus vicario generali, qui plerumque morari solet, ubi episcopus degit, se transferre cogerentur. Ut igitur suorum subditorum commoditati consultum sit, dicti nobiles viri dux, et gubernatores reipublicæ Januensis Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Illæsa jurisdictione episcopi, præcipitur ut hic idoneum eligat vicarium generalem.

§. 3. Nos itaque eorum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, salva semper, et illæsa manente ejusdem episcopi Albensis auctoritate, quoad visitationem, et exercitium cujusvis actus jurisdictionis spiritualis, et ecclesiasticæ in ea parte suæ diœcesis in ditione prædicta existente, ut in posterum vicarium generalem eisdem nobilibus viris duci, et gubernatoribus reipublicæ Januensis minime suspectum, qui ipsius episcopi nomine, ac jurisdictione eidem vicario ab ipso attributa, tractare, definire, at judicare debeat omnes, et quascumque causas tam civiles, quam criminales respicientes personas illas, super quibus jus habent judicandi, deputare possit, et teneatur apostolica auctoritate statuimus, et ordinamus.

Leges imponendæ vicario eligendo.

§. 4. Volumus autem, quod dictus episcopus in deputatione vicarii generalis hujusmodi ab ipso peragenda in dicta parte suæ diœcesis in præfata ditione existente suo utique vicario generali præscribere debeat, ut ipse ad aliquem actum, qui consequentiæ sit, multoque minus ad ullam sententiam criminalem, absque ejus respective integra partecipatione, ac prævio ipsius assensu procedere minime possit, et valeat, in casu autem contraventionis pœnam excommunicationis majoris ipso facto a vicario hujusmodi, quatenus sacerdos minime sit, incurrendam, ac quoties sacerdos existat, suspensionis a di-

vinis pariter ipso facto incurrendam, praeter remotionem ab officio, aliasque arbitrio infligendas poenas, auctoritate, et tenore praedictis imponimus, sancimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem praesentes literas, et in eis contenta quaecumque semper firma, valide, et efficacie existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectebit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observeri; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicae nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Praeceptum de exequendis literis.

§. 6. Quocirca eidem venerabili fratri episcopo Albensi nunc, et pro tempore respective existenti in ditione praedicta jurisdictionem spiritualem in terris, locis, castris, et oppidis intra limites dioecesis praedictae consistentibus habenti, ut ipse per se ad omnimodam praesentium Nostrarum literarum executionem procedat, illasque, et in eis contenta quaecumque juxta earumdem praesentium tenorem, et continentiam observari curet, et faciat.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, quae praesentibus literis adversentur, caeterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCVIII.

Dat. die 22. martii 1774. Anno V.

Facultas nominandi officiales minores sargente, e caporali nuncupatus, militum Helvetiorum pro capitaneo militum praedictorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Declaratur jus eligendi, et deputandi officiales minores ad capitaneum loci pertinere.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Josephus Antonius Phifler de Altishoffen capitaneus militum Helvetiorum civitatis Nostrae Urbinatensis nonnullae identidem ortae fuerint controversiae inter ipsum, et dilectum quoque filium Jodocum Ignatium Phifler de Altishoffen Helveticorum custodiae corporis Nostri capitaneum; hinc Nos, qui pacem, et quietem inter Christifideles omnes, eosque praesertim, qui Nostro, et apostolicae Sedis servitio addicti sunt, paterno desideremus affectu, ac propterea omnes, et quascumque quaestiones inter eos huc usque ortas omnino dirimere, atque alias, quae forsan in posterum suboriri possent, aditum omnem praepedire volentes, ut ita procul absit quaecumque occasio propter quam a debito Nobis, et Sedis praedictae servitio recte, diligenterque exhibendo ipsi quoquomodo retrahantur; supplicationibus ejusdem Josephi Antonii nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, per praesentes declaramus, statuimus, et mandamus, ut ab hinc in posterum electio tam structoris centuriae, vulgo sargente, quam duorum decurionum vulgo caporali nuncupatorum, quos milites Helveti dictae civitatis Urbinatensis habere solent, ad capitaneum loci libere, ac independenter spectet, atque pertineat.

In casu mutationis, et subrogationis militum opportunas sumendas providentias sibi reservat pontifex.

§. 2. In casu autem mutationis, sive subrogationis militum Helvetiorum civitatis ejusmodi quotiescumque fieri contingat, volumus, et jubemus, ut capitaneus eorumdem militum, et civitatis praedictae suam ad id petitionem proponat coram nunc, et pro tempore existenti in ditione Urbinatensi Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali legato, sive praeside, qui recognita veritate necessitatis, seu opportunitatis mutandi, seu subrogandi in locum deficientium alios milites, id ad Nostram secretariam status significabit, a qua nunc, et pro tempore existens capitaneus dictae custodiae Nostrae certior reddendus erit de iis, quae ab ipso exequenda sint.

Quod si aliunde capitaneus ejusdem custodiæ Nostræ aliquem ex dictis militibus civitatis Urbinatensis revocari potest, ac eredat, id petendum erit a secretaria status prædicta, expositisque causis, et capta desuper opportuna informatione ab eodem cardinali legato, sive præside; inde quod faciendum erit opportune significabitur, atque ita in posterum servandum, et exequendum esse auctoritate Nostra apostolica, tenora præsentium præscribimus, et jubemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ec aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleoe, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima prima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCXCIX.

Datum die 28. martii 1774 Anno V.

Facultas supprimendi monasterium Cœlestinorum civitatis Senonensis

Dilecto filio Nostro Paulo Alberto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali de Luynes nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Senonensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli.

Clemens PP. XIV.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Collapsa disciplina in domibus monachorum Cælestinorum deputatus fuit delegatus apostolicus, ut illam reintegraret.

§. 1. Alias cum pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi delatum Nobis fuisset, in domibus monachorum Cœlestinorum existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse: pro Nostri officii debito, ac piissimi ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessimus ad annum duraturam, ut tamquam Nostri, et hujus apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cælestinorum in suis respective diœcesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quodsi vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset, quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua Nobis communicata, illud de eisdem monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis a Nobis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdem monachorum conscientiæ tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die prima martii superioris anni MDCCLXXIII. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Nihil profuit providentia, initurque consilium supprimendi mona-

§. 2. Nuper autem Nobis exposuisti, quod earumdem literarum Nostrarum vigore, ea, qua par erat, diligen-

steria, quod remittitur arbitrio cardinalis de-Luynes.

tia, zelo, et charitate, visitatio a te peracta fuit monasterii ejusdem ordinis in ista Senonensi civitate existentis, quod unicum in tota diœcesi illius reperitur; et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuisses, ut quatuor monachos totam ejus familiam constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dicti monasterii filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocares, omnia tamen in irritum cesserunt, quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dicti potius monasterii suppressionem præferendam esse duxerunt. Serio itaque perpensis omnibus in visitatione hujusmodi a te tam laudabiliter, ac prudenter gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum spes omnis deficiat penitus restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem; hinc est, quod Nos circumspectioni tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum Cælestinorum civitatis Senonensis supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut bona omnia tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad monasterium ejusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in alios pios usus assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Consulitur personis monachorum, et eorum alimoniis ad vitam.

§. 3. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum integram familiam ejusdem monasterii constituentium, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyterorum sæcularium, et sub obedientia diœcesani loci, in quo morari contingeriot, tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii, tam illius priori, quam cæteris monachis prædictis, ea annua assignetur portio, quoad vixerint duratura, quæ tuo arbitrio, ac prudentia sufficiens, et congrua judicabitur.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiter observari; Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCC.

Dat. die 12. aprilis 1774. Anno V.

Dismembratio oppidi de Aveiro, cum territorio de Esgueira a diœcesi Conimbricensi, ejusque erectio in civitatem, et sedem episcopalem suffraganeam etc. supplicante rege fidelissimo. etc.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Militantis Ecclesiæ gubernacula, quæ copiosus in misericordia Deus, ad hoc Nobis, meritis quamvis imparibus, committere voluit, ut tamquam de vertice montis ad universa christiani orbis loca reflectentes intuitum, quid ad divini cultus augumentum conferat, quidve animarum saluti quomodolibet

conveniat, attentius prospicere, non omittamus, demandata tenentes, novas propterea quandoque sedes, novosque instituimus pastores, aliaque opportuna præbemus auxilia, ut oves eorum curæ concreditæ spiritualibus incrementis jugiter proficiant, atque sublimium principum id postulantium votis libenter annuimus, quemadmodum omnibus matura perpensis, magis in Domino expedire arbitramur.

Tenor precum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi nobis expositum fuit, per dilectum filium Franciscum de Almada et Mendoça commendatorem militiæ Domini nostri Jesu Christi ejusdem Josephi regis apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministrum plenipotentiarium, quod, cum propter Conimbricensis diœcesis amplitudinem, ac vastitatem, unus, idemque pastor tam gravi ferendo oneri impar dignoscatur, neque totam diœcesim hanc, concreditumque sibi populum, ea, qua par est, diligentia, sollicitudine, et alacritate, dirigere atque cognoscere, et suorum ovium spiritualibus necessitatibus præsto esse minime valeat. Hinc idem Josephus rex pro ejus eximia sane, ac singulari, pietate, atque spirituali animarum bono, et utilitate, proveditoriam vulgo nuncupatam, seu comarcham de Esgueira a dicta diœcesi Conimbricensi per Nos separari atque ex ea unum episcopatum erigi, oppidumque civitatem nuncupatam de Averio pro residentia novi episcopi Aveirensis nuncupandi, assignari, nec non decem et novem parochiales ecclesias magni archidiaconatus de Cea intra limites ejusdem diœcesis Conimbricensis existentes, alteri diœcesi, cui finitimæ sunt, uniri plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Motuproprius super concessione gratiæ.

§. 3. Nos igitur ejusdem Josephi regis singulare studium, ac procurandæ animarum salutis zelum quam maxime in Domino commendantes, piisque ejus votis quantum cum eodem Domino possumus, benigne annuere volentes, motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad id accedente consensu ipsius Josephi regis, nec non venerabilis fratris episcopi Conimbricensis, ac dilectorum filiorum capituli, et canonicorum ecclesiæ cathedralis Conimbricensis hujusmodi consensum supplentes, memoratam providitoriam, seu comarcham Esgueira, ejusque territorium, cujus confines præsentibus pro expressis haberi volumus, cum omnibus et singulis ecclesiis, monasteriis, cappellis, et aliis ecclesiasticis, ac piis locis, nec non populo, incolis, habitatoribus, cæterisque ecclesiasticis, ac secularibus personis, rebus quoque, et bonis eorumdem in territorio prædicto existentibus ab episcopali jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, et correctione, ac potestate ejusdem nunc et pro tempore existentis episcopi Conimbricensis prorsus eximimus, et perpetuo dismembramus, dictumque oppidum in civitatem Aveirensem nuncupandam erigimus, et civitatem esse, ac futuris temporibus nuncupari debere decernimus; ac unam ex ecclesiis ibidem existentibus, sive nempe sancti Michaelis, sive aliam sub titulo Misericordiæ, quam infrascriptus præsentium Nostrarum literarum executor a Nobis deputandus aptiorem, ac decentiorem judicaverit pro meliori, ac commodiori divino servitio in ea a futuris capitularibus præstando, sub titulo ejusdem Josephi regis arbitrio designando, in cathedralem ecclesiam cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cathedrali ecclesiæ congruentibus pariter erigimus, et episcopalis dignitatis honore ac titulo insignimus pro uno episcopo Aveirensi nuncupando, qui ei præesse valeat, et prodesse, omnibusque insigniis episcopalibus, et honoribus episcopis de jure competentibus uti, frui, et gaudere possit, et debeat; atque eidem sic erectæ ecclesiæ Aveirensi prædictum oppidum in civitatem, ut præfertur, erectum pro civitate, in qua pro tempore existens episcopus residebit in palatio ab eodem executore designando, et dictam providitoriam, seu comarcham de Esgueira una cum suo territorio a dicta diœcesi Conimbricensi, ut præfertur, dismembratam pro ejusdem ecclesiæ Aveirensis diœcesi, cum omnibus, et singulis ecclesiis, vicariis, paræciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis secularibus et regularibus in eis respective existentibus, et commorantibus, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam perpetuo concedimus, tribuimus, et assignamus, nec non eamdem providitoriam, seu comarcham, una cum ejus territorio, quæ a diœcesi Conimbricensi, ut præfertur, dismembrata fuit, episcopo Aveirensi, quoad episcopalem, et archiepiscopo Bracharensi, quoad metropoliticam jurisdictionem et superioritatem per-

petuo pariter subiicimus; ecclesiamque ipsam Aveirensem suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Bracharensis esse debere decernimus, et declaremus. Ac insuper ut prædicta ecclesia Aveirensis suum proprium habeat capitulum, illum numerum canonicatuum, et dimidiorum canonicatuum etque cappellaniarum sub suis tamen congruis, et convenientibus, atque a jure approbatis respective denominationibus, titulis, et invocationibus, quem infredicendarum rerum applicandarum fructus, et redditus permissuri sunt, etiam erigimus, et instituimus.

Dos mensæ constituitur.

§. 4. Qua de re pro dote tam dictæ ecclesiæ episcopalis Aveirensis, quam illius mensæ capitularis, et fabricæ cathedralis ecclesiæ hujusmodi, tam prioratum, coadiutoriam, et thesaurariatum, quam beneficia prædictæ ecclesiæ sancti Michaelis, nec non alias tres parochiales ecclesias ejusdem civitatis Aveirensis, licet quatuor ecclesiæ hujusmodi ad militarem ordinem sancti Benedicti de Avis pertinere dignoscatur, postquam per cessum, vel decessum, aut alias quomodolibet ex persona illas, vel illa obtinentium vacari contigerit, de ipsius Josephi regis consensu, eidem episcopatui Aveirensi perpetuo itidem unimus, annectimus, et incorporamus. Facultatemque præterea ex decimis illius archidiaconatus, et parochielium, nonnullas portiones ad id congruentes annuatim percipiendi, et constitutioni patrimonii, seu mensæ capitularis ejusmodi, atque fabricæ novæ cathedralis prædictæ applicendi tribuimus, et impertimur.

Jus patronatus tribuitur Josepho regi fidelissimo, ejusque successori bus.

§. 5. Præterea ipsi Josepho regi, ejusque successoribus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus fidelissimis regium juspatronatus tam super nova cathedrali prædicta Aveirensi, quam super canonicatibus, dimidiis canonicatibus, et cappellaniis ut præmittitur erectis, etiam pro hac prima vice, et perpetuo reservamus, atque concedimus.

Jus condendi statuta capitulo cathedralis reservatur.

§. 6. Nec non etiam futuro dictæ novæ cathedralis capitulo plenam, et omnimodam facultatem, quæcumque necessaria, et opportuna statuta, ordinationes, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, præsertim vero concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria condendi, ac edendi, et condita, ac edita pro temporum, et rerum varietate, ac qualitate mutandi, limitandi, corrigendi, declarandi, interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo, et integre condendi, at edendi tribuimus, et impertimur.

Privilegia concessa capitulo, et canonicis.

§. 7. Insuper dignitates in memorata ecclesia Aveirensi obtinentibus, et capitulo, atque canonicis ejusdem ecclesiæ, aliisque capituli, et ecclesiæ hujusmodi personis, et ministris pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, indultis, favoribus, gratiis, et privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum regni Portogalliæ dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potiuntur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis) ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus, et indulgemus.

Dismembratio novæ diœcesis a jurisdictione episcopi Conimbricensis.

§. 8. Ad hæc decem, et novem ecclesias unam partem usque adhuc constituentes archidiaconatus de Cea nuncupati dictæ diœcesis Conimbricensis nuncupatas de Nabaes, Nahainhos, Mello, Freixo da Serra, Folgozinho, Figueiro de Serra, Linheres, Selgueiraes, Cerezichana, Villa Corter, Villa Ruiva, Mesguitella, Juncaes, Villafranca, Cabra, Arcozello, Nespereira, Viohò, et Rio Torto, quæque finitissimæ sunt diœcesi Egitaniensi ab altera diœcesi Conimbricensi prædicte, et ab episcopali jurisdictione, visitatione, et potestate nunc, et pro tempore existentis episcopi Conimbricensis omnino eximimus, et dismembramus, illasque cum omnibus, et singulis beneficiis, et personis sive ecclesiasticis, sive sæcularibus in eisdem decem, et novem parochialibus existentibus prædictæ diœcesi Egitaniensi unimus, assignamus, et perpetuo pariter ad illam pertinere declaramus.

Deputatio executoris literarum cum omnibus facultatibus.

§. 9. Quocirca dilecto filio Nostro Innocentio S. R. E. cardinali de Comitibus nuncupato, quem in executorem præsentium nostrarum literarum deputamus, plenam, liberam, amplam, ac omnimodam facultatem et auctoritatem per se, vel alium, seu alios ab ipso subdelegandos, et deputandos pro spirituali dignitatum capituli et canonicorum hujusmodi novæ cathedralis Aveirensis directione, et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione missarum, horarum canonicarum, divinorum tam diuturnorum, quam nocturnorum officiorum, processionum, funeralium, et anniversariorum celebratione, aliisque divinum servitium in eadem cathedrali ecclesia respicientibus, quæ necessaria, et opportune fuerint visa, statuendi, et decernendi, nume-

rumque capitularium hujusmodi juxta redditanm quantitatem constituendi, ac fructus tam novæ cathedralis ecclesiæ prædictæ, quam futurorum capitularium hujusmodi proportionabiliter, ac juxta gradus cujusque differentiam, prout justius judicabitur, assignandi, omniaque alia, et quæcumque tam in præmissis, quam circa earumdem præsentium executionem, et effectum quomodolibet necessaria, et opportuna, agendi, faciendi, et quid quid expediens, et consentaneum videbitur, etiamsi in præsentibus minime expressum sit (cum consilio tamen in omnibus, et consensu ejusdem Josephi regis) gerendi, eisdem motu, scientia, et potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et impertimur.

Eximitur capitulum a solutione dimidiæ annatæ, et quindenniorum.

§. 10. Insuper capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ Aveirensis, ejusque pro tempore existentes canonicos a solutione tam dimidiæ annatæ cancellariæ apostolicæ, quam etiam quindenniorum ratione perpetuæ applicationis fructuum unitorum dabita perpetuo quoque eximimus et liberamus.

Literas exequendas esse præcipit Pontifex, illasque eximit a vitio obreptionis, vel subreptionis, et quodcumque excludit adversus illas remedium ordinarium, vel extraordinarium.

§. 11. Decernentes ipsas præsentes literas et in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis, aut quovis alio defectu, etiam ex eo quod causæ propter quas præsentes literæ emanarunt, coram Nobis vel alibi verificatæ, et dilecti filii capitulum, atque canonici cathedralis ecclesiæ Conimbricensis prædictæ, nec non quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, auditique non fuerint, et præmissis non consenserint, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, remedium impetrari, vel sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ prædictæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis successorum Nostrorum ad summi apostolatus apicem, vel alias quandocumque editas, seu sub quibusvis tenoribus, et formis emanatas, ac in posterum emanandas, nullatenus comprehendi; sed semper ab illis exceptas et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum, etiam sub quacumque posteriore data per pro tempore existentes episcopum, ac dignitates, capitulum, et canonicos ecclesiæ Aveirensis hujusmodi eligenda, restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, at denuo concessas, semperque validas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec non episcopo, dignitatibus, capitulo, et canonicis ecclesiæ Aveirensis hujusmodi pro tempore existentibus perpetuo suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus Nostris, et ejusdem cancellariæ apostolicæ regulis de gratiis ad instar non concedendis, ac de exprimendo vero annuo valore, et de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, ac quibusvis apostolicis, ac in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus ordinationibus. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Onus describendi taxam cathedralis ecclesiæ in libris cameræ.

§. 14. Volumus autem quod taxa cathedralis ecclesiæ Aveirensis prædictæ in libris cameræ describatur in ea quantitate, quæ in executione præsentium dismembrata erit ab ecclesia Conimbricensi, et taxa ipsius ecclesiæ Conimbricensis respective minui debeat, atque raduci, etiam pro alia quantitate assignata ecclesiæ Egitaniensi, cujus propterea taxa proportionabiliter augenda sit, quodque, attentis peculiaribus circumstantiis præsens hæc gratia uti per nostras literas in forma Brevis concessa minime transeat in exemplum, nec pro exemplo allegari omnino valeat.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majoram sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCL

Dat. die 12. aprilis 1774. Anno V.

Confirmatio eractionis coogregationis sancti Philippi Nerii in civitate Taurinonsi.

Clamens episcopus

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ex quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos, quamquam immeritos, evexit, quantum in Nobis fuit, superno auxilio freti, conati sumus, ut divinus cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, at propterea clericorum congregationes id operari cupientes intentis studiis promovemus, et instituimus, favoribusque, et gratiis prosequimur opportnois, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Erectio, et leges congregationis s. Philippi.

§. 2. Cum itaque (sicut accepimus) in civitete Taurinensi congregatio clericorum sæcularium oratorii sancti Philippi Nerii dudum jam, die nompe 26 januarii 1649. canonice, ut asseritur, erecta, et instituta sit, iidemque clerici sacerdotes Christifidelium confessiones audire, ecclesiæ sacramonta administrare, exhortationes ad populum habero, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera, non sine notabili piarum animarum spiritnali consolatione, divinique cultus augumento juxta pium corum institutum exercere cupiant, et de præsenti exerceant. Pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderant, illas apostolicæ Nostræ confirmationis robore communiri.

Confirmatio erectionis.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos prædictos, ut ad pia, ot sacra opera hujusmodi oxercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos haetenus Domino obtulerunt, eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas quibusvis ab excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quecumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem prædictas, quatenus illæ canonice factæ fuerint, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eadem civitate unam prædictorum presbyterorum, at clericorum sæcularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis oratorii hujusmodi in ecclesia ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicelle de urbe dudum apostolica auctoritate erectæ, dummodo tamen presbyteri, et clerici hujusmodi ordinationes, et instituta domus congregationis oratorii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis ejusdem congregationis sic de novo erectæ, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis pœnitentia debita pro modo culpæ injuncta, ac aliis injungandis injunctis, absolutionem impendere salutarem possint, et valeant. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis eorum juri-dictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quæcumque sacramenta ecclesiastica quovis etiam paschalis resurrectionis dominicæ tempore vice, et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per præsentes erectæ per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam approbatis suos subditos a censuris (non tamen in casibus Sedi apostolicæ reservatis, neque in litoris die cœnæ Domini legi solitis contentis) absolvere, illisque debitam pœnitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et pœnitentia pro modo culpæ eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, et si sibi videbitur, cum consensu majoris partis dictæ congregationis culpabiles ejicere, invocato ad id, quatenus opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, libere, et licite similiter possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Privilegia tributa.

§. 5. Ac demum, quod congregatio per præsentes erecta sit, et perpe- Subjectio jurisdictionalis.

tuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni archiepiscopi Taurinensis pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit, similiter statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari; et ita per quoscumque judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum.

§. 7. Ac insuper, ut in ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeantur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequententur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per præsentes erectam ingrediendam magis incitentur; omnibus, et singulis presbyteris, qui eamdem congregationem de cætero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, ac aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentes erectæ ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis devote visitaverint, et ibi pro catholicorum principum concordia, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem etiam perpetuo concedimus, et elargimur, nec non tam presbyteris, et aliis ejusdem congregationis, quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam dictæ congregationis in quatuor aliis anni festis diebus per dictos presbyteros semel tantum eligendis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ut præfertur, oraverint, septem annos, et totidem quadragenas. Eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis, quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam tam pro animabus presbyterorum, et aliorum dictæ congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus regula Nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, expressio, aut quævis alia ad id exquisita forma habenda foret, et illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel os-

tentiæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 12. aprilis 1774. Anno V.

CCCII.

Privilegia, et indulgentiæ congregationis Romanæ oratorii sancti Philippi Nerii communicantur congregationi ejusdem oratorii sancti Philippi Nerii, civitatis Taurinensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes clericorum sæcularium congregationes in ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bonorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoremus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Taurinensis, quod Nos per alias Nostras in simili forma Brevis hodie, seu nuper expeditas literas eamdem congregationem prius auctoritate ordinaria erectam, auctoritate apostolica confirmavimus, nonnullisque gratiis, indultis, et privilegiis decoravimus, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesia ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsenti. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta congregationis Romanæ subinde a recolendæ memoriæ Paulo V, Gregorio XV, et Urbano VIII romanis pontificibus prædecessoribus Nostris specialiter approbata, ipsique congregationi Romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, ac personis ab iisdem, et forsan aliis romanis pontificibus prædecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio apostolica.

§. 3. Nos igitur specialem ipsius exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictæ congregationis oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Taurinensis prædictæ, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, ac indulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi Romanæ, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis per prædictos romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Romana, ejusque ecclesia, presbyteri, et personæ, ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsenti utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt (non tamen indulgentia perpetua a recolendæ etiam memoriæ Benedicto pp. XIII itidem prædecessore Nostro memoratæ ecclesiæ ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella sub certis modo, et forma tunc expressis concessa) pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, indulta hujusmodi ipsi congregationi civitatis Taurinensis, ejusque ecclesiæ, presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi civitatis

Taurinensis a Nobis, sicut præfertur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis civitatis Taurinensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes regulas, et instituta pro dicta congregatione Romana, ut præfertur, approbata observent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Taurinensis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIII.

Dat. die 16. aprilis 1774. Anno V.

Confirmatio concessionis ecclesiæ, domorum, bibliothecæ, aliarumque rerum jam spectantium ad collegium suppressæ societatis Jesu civitatis Anconæ seminario dictæ civitatis factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Preces porrectæ pro obtinenda concessionis confirmatione.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii nostri Joannis Octavii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Bufalini nuncupati Anconitanæ ecclesiæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis expositum Nobis fuit, quod alias, die nempe decima octava decembris superioris anni 1773, et die decima quinta januarii proxime præteriti congregatio nonnullorum dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata Anconitano seminario ecclesiastico puerorum ecclesiam, et ædes extincti jam collegii dictæ suppressæ societatis, una cum bibliotheca, nec non sacra, profanaque suppellectili, aliaque concessit, et respective assignavit, sub nonnullis conditionibus, et declarationibus in plura capita distributis, quorum tenor est, qui sequitur, nempe.

Onera quibus alligata concessio fuit.

§. 2. Primo. Cum ædes, quas seminarii alumni modo incolunt, commodo novi seminarii reliquerint EE. VV., ipsius propterea seminarii impensis tres abolitæ societatis individui, quorum unus sexagenarius, duo reliqui quinquagenarii sint annuo constituto stipendio sustententur. Hi autem sunt Franciscus Antonius Zaccaria, Franciscus Pisanus, et Antonius Maria Cosentinus, quemadmodum EE. VV. epistola sua die quinta elapsi mensis februarii declararunt.

Secundo. Hæreditarius ex Joannis Matthæi præsulis claræ memoriæ extincti collegii ecclesiæ variis cum obligationibus relictus, eidem seminario attributus in posterum censeatur, si ssmi Domini nostri Clementis pp. XIV enuerit voluntas, ita tamen, ut, adimpletis oneribus a testatore constitutis, seminarium insuper supradictæ ecclesiæ conservationem, in eaque plurium operum, quæ ibidem fieri solebant, adimplementum ære suo curet, præterea que annua centum, et septuaginta octo scutata persolvat alendis individuis nationis Lusithanæ superstitibus.

Tertio. Ex redditibus bonorum suppressi collegii annua scutata septuaginta duo jussu EE. VV. pendenda erunt pro eleemosyna duarum missarum in collegii ecclesia quotidie celebrandarum.

Quarto. Eidem seminario publicae scholas impensa sua instituendi, retinendique onus injunctum fuit, cui propterea aedes etiam e summo ad imum concessae fuerunt, in quibus eaedem scholae ab extinctae societatis individuis exercebantur, ne quorum usu EE. VV. epistola illa diei quintae februarii annuerunt, ut cardinalis episcopus Anconitanus, quemadmodum ipse magis expedire judicaverit, cum subcollectore conveniat, pro eo scilicet tempore, quo suppressi collegii bonorum administratio pro reverenda camera pedes cum remanebit.

Quinto. Communitas Anconae in subsidium stipendii magistris solvendi annua scuta sexaginta suppeditare debebit, usque eo tamen, donec primus defecerit ex tribus individuis a seminario, uti dictum fuit, sustentandis.

Sexto. Denique placuit EE. VV. supradicta die quinta februarii exercitiorum domum cum bonis omnibus ad eam spectantibus ejusdem cardinalis episcopi Anconitani plenario juri subjicere.

Approbatio sacrae congregationis a Sanctissimo deputatae super concessione.

§. 3. Ad essequendum itaque praemissorum omnium effectum idem Joannes Octavius cardinalis, et episcopus a memorata praedictorum cardinalium congregatione petiit, ut ea, quae summo consilio prolata fuerant, vellent ipsi actu perficere principiendo traditionem earumdem rerum in dictis capitibus contentarum, ac praeterea postulavit favore supradicti ecclesiastici seminarii assignationem redditumm bonorum dicti Joannis Matthaei praesulis, qui inscripserat haeredem sacellum sancti Francisci Xaverii in ecclesia extincti collegii, et postquam illud ornatum fuisset, destinavit eosdem redditus ad ampliorem cultum ecclesiae praedictae, et ad conficiendam sacram suppellectilem; hincque assignationem redditum hujusmodi, apostolica Nostra ad id accedente auctoritate, una cum praedictis oneribus eidem seminario concedi ipse plurimum desiderabat; eadem vero congregatio die decima praeteriti mensis martii rescriptum edidit tenoris sequentis videlicet.

Sacra congregatio emorum, et rmorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium a ssmo Dño nostro deputate super negociis suppressae societatis Jesu, censuit rescribendum, prout rescripsit: Ad emum dominum cardinalem Carafa cum ssmo. Romae 10 martii 1774.

Et facta praemissorum relatione ssme Dño nostro per eumdem emum dnum cardinalem Carafa in audientia habita die undecima ejusdem mensis, Sanctitas Sua remisit preces ad eamdem sacram congregationem deputatam super negociis suppressae societatis, cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus; per Breve Romae etc.

Quae quidem sacra congregatio, utendo facultatibus ab eadem Sanctitate Sua vigore praeinserti rescripti ipsi tributis, emi oratoris precibus benigne indulsit pro gratia concessionis ad effectum, et cum conditionibus juxta petita, quibuscumque in contrarium non obstantibus: expeditis desuper literis apostolicis in forma Brevis. = Romae 17 martii 1774.

§. 4. Quocirca audita a Nobis sequenti die undecima ejusdem mensis super praemissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctae Romanae Ecclesiae presbyteri cardinalis Carafa nuncupati praedicti, preces hujusmodi Nos remisimus ad eamdem congregationem deputatam cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicta congregatio utendo facultatibus sibi a Nobis, ut praefertur, tributis, die postmodum 17 martii praedicti concessionis gratiam ad effectum, et cum conditionibus juxta petita, quibuscumque in contrarium non obstantibus, indulgendum esse censuerit; ipse vero Joannes Octavius cardinalis, et episcopus praedictam concessionem, aliaque praemissa a memorata congregatione indulta per Nos confirmari, et approbari summopere cupiat. Nos ejusdem Joannis Octavii cardinalis, et episcopi votis quoque cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, praedictam concessionem, et assignationem ecclesiae, aedium, aliorum omnium praemissorum a memorata congregatione, ut praefertur, factam cum praeinsertis conditionibus auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium confirmamus, et approbemus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet intervenisse dici, aut censeri possint, supplemus, et sanamus, atque dictam ecclesiam, aedes, aliaque omnia praemissa, ut praefertur,

Confirmatio apostolica.

tradi, et consignari auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et mandamus. Præterea redditus quoque bonorum a memorato Joanne relictorum, una cum omnibus ab ipso injunctis seminario prædicto pari auctoritate, et tenore assignamus, et applicamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus dicti Joannis, aliorumque testatorum etiam ultima voluntate, quam ad præmissorum effectum specialiter, et expresse derogamus, et commutamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCIV.

Dat. die 20. aprilis 1774. Anno V.

Confirmatio alternativæ in electione prioris generalis servandæ a fratribus congregationis Hispaniarum ordinis sancti Joannis Dei.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Pastoralis officii Nobis licet immeritis divina dispositione commissi curam exercere jugiter satagentes, ea quæ ad æqualitatem, pacem, tranquillitatemque inter personas præsertim divinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatas firmandam, conservandamque provide, ac prudenter disposita, et statuta esse noscuntur, apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti animo roboramus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Didaci Navarro, et Aguirre vicarii generalis congregationis Hispaniarum fratrum ordinis sancti Joannis de Deo Nobis exponi fecit dilectus itidem filius Antonius Hurtado prior generalis ejusdem congregationis, quod in illius capitulo generali habito mense maii MDCCLXXII in oppido civitatis nuncupatæ Matriti Toletanæ diœcesis idem Didacus vicarius generalis, omnibus vocalibus ibidem congregatis inter alia proposuit, ac dixit, unam ex principalibus causis, quarum ratione congregatio prædicta capitula tam generalia, quam intermedia habebat, eam præ cæteris esse, ut omnia, quæ ad beneficium, utilitatemque ipsius congregationis pertinebant, tractari, conferri, atque in eis constitui deberent; quæ de re ipsi Didaco videbatur, præcipuam, atque capitulari animadversione magis dignam esse illam, nempe quod cum tres provinciæ congregationis Hispanicæ hujusmodi filiæ fideles essent unius, ejusdemque matris, et æque illius optime meritæ, hanc alternatim honore assequendi superius officium generalatus una quæque ex eis gaudere, frui, et potiri oportebat; cumque hæc esset æqualitas, et justitia distributiva, atque admodum consentanea bono regimini ipsius congregationis, ac paci, et quieti ejus professorum, nec non in pluribus aliis ordinibus regularibus jam constitute, hinc congregatio prædicta super hac re jampridem egerat in aliis capitulis habitis tam de anno MDCCLXXIII., quam de anno

MDCCLXXIV., arguitisque utilitatibus, quæ eidem congregationi obvenire poterant ex constitutione, atque usu alternativæ hujusmodi in munera prædicto, et exoptantes illius vocales, ut quamprimum suum assequeretur effectum, in capitulo, quod habuerunt anno MDCCXLVII., quoad hæc, sequentia decrevarunt.

Decreta capituli generalis.

§. 3. Quoniam unica ratio propter quam concordia, pax, et tranquillitas assequi possunt inter provincias congregationis hujusmodi Hispaniarum, præsertim posteaquam ex duabus provinciis Beticæ, et Castellæ in capitulo generali habito die nona mensis februarii MDCCXXXVIII. tres provinciæ constitutæ reperiuntur, ea est, ut omnes alternative obtineant munus generalis, et hoc modo professores uniuscujusque ex illis honore hujusmodi participes evadant, ac propterea suæ obligationi satisfacere enitantur; hinc, ut præmissa suum obtineant effectum, ac totum cedat in honorem, et gloriam Dei, ac in majus dictæ congregationis augumentum, omnes vocales capituli hujusmodi decreverunt, ut, absoluto tempore regiminis tunc existentis prioris generalis Alphonsi a Jesu, et Ortega, eadem alternativa initium habere debeat, atque, ut prima provincia, quæ ejusmodi prærogativa frui valeret, illa esset sancti Joannis de Deo fundatoris nuncupata Granatensis, seligendo nempe unum ex professoribus filiis ejusdem provinciæ, vel in ea adoptatum pro superiore generali in primo capitulo celebrando post completum tempus dicti Alphonsi: deinde vero alternativam eodem modo obtinebit alia provincia ipsius sancti Joannis Dei Castellæ nuncupata, quam subsecutura erit altera provincia Nostræ Dominæ de Pace Hispalensis pariter nuncupata, et sic continuando locum sibi etiam vindicare poterit provincia quoque sancti Joannis Dei Portugalliæ pariter nuncupata, quatenus tamen constet, quod iterum conjuncta sit eidem congregationi Hispaniarum, quodque occasione unionis, seu conjunctionis hujusmodi, aliter in melius ejusdem provinciæ Portugallensis regimen conventuum minime fuerit. Præterea vocales prædicti se se obligarunt præmissa servare, et adimplere, nec unquam adversus ea conqueri, omniaque super his disposita in præcedentibus capitulis abrogarunt, et quidquid de definitoribus præscriptum reperitur in constitutionibus ordinis, et congregationis hujusmodi apostolica auctoritate confirmatis exequi voluerunt, eidem tunc existenti priori generali supplices instando, ut apostolicæ hujus sanctæ Sedis approbationem obtinere curaret, atque hoc modo certa, et clara videri posset voluntas, qua omnes suum ad id consensum præstiterant, ipseque vicarius generalis omnia approbavit, ac se executioni eorum paratum exhibuit. Auditis itaque, ac intellectis ab omnibus vocalibus, qui eidem capitulo, ut præfertur, habito anno MDCCLXXII. interfuerunt, cunctis præmissis, quæ jam pridem decreta reperiebantur in alio priori capitulo celebrato anno MDCCXLVII. se se in omnibus, et per omnia conformes reddiderunt resolutioni tunc captæ, illamque iterum decraverunt, et jusserunt, ut executioni demandanda esset alternativa prædicta, quippe quia admodum justum videbatur, quod tres provinciæ hac prærogativa pariformiter potiri deberent, incipiendo a Granatensi, indeque continuando gradatim in aliis Castellæ, et Hispalensis per turnum incohandum in generali capitulo habendo anno MDCCLXXV., ac prout latius ex actu capitulari diei VII. maii MDCCLXXII. a vocalibus prædictis subscripto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Postulatio pro confirmatione decretorum, quæ libenter indulgetur.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præmissa omnia in capitulo generali hujusmodi anno MDCCLXXII. decreta, atque sancita, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri dicti exponentes plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, legem alternativæ inter memoratas provincias congregationis hujusmodi servandæ in eligendo priori generali congregationis Hispaniarum ordinis sancti Joannis Dei ab eisdem capitulis habitis anno MDCCXLVII. et MDCCLXXII. volitam, atque præscri-

ptam apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Quo circa per præsentes injungimus, et mandamus, ut in capitulo generali dictæ congregationis, quod, benedicente Domino, habendum erit anno proxime futuro MDCCLXXV, prior generalis congregationis hujusmodi eligendus sit ex memorata provincia Granatensi, et absoluto tempore per constitutiones ordinis, et congregationis præfatæ præscripto, in ejus locum deinde alter ex prædicta provincia Castellæ assumi debeat, postea vero gradatim ad electionem ulterius ex memorata provincia Hispalensi procedatur, sicque deinceps alternative, ac per turnum electionem prædictam perpetuo faciendam esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, atque præscribimus. Per præsentes autem non intendimus, ullum præjudicium illatum esse alteri provinciæ Portugallensi prædictæ, sed justa præmissa, quatenus eidem congregationi denuo ipsa canonice uniatur, nec aliter in majorem ejus utilitatem, ac bonum occasione unionis hujusmodi conventum fuerit, eam quoque locum in hac alternativa electione post præfatam Hispalensem provinciam obtinere debere auctoritate, et tenore similibus statuimus et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter respective observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non congregationis, ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCV.

Dat. die 22 aprilis 1774. Anno V.

Assignatio quatuor cathedrarum ecclesiarum Leiriensis, Mirandensis, Portalegrensis, et Elvensis pro quatuor professoribus ab universitate Conimbricensi præsentandis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium

§. 1. Scientiarum omnium, et liberalium artium studia, quæ ad rempublicam regendam, tuendam, administrandamque, quam maxime conferunt, ubique inter Christifideles omnes promovere, conservare, et augere, pro commisso Nobis divinitus pastoralis solicitudinis munere jugiter satagentes, ea omnia concedimus, quæ in illorum utilitatem, atque incrementum cessura fore conspicimus, ac votis excelsorum principum id postulantium annuimus, sicuti rerum, locorum, ac temporum circumstantiis mature perpensis, in Domino expedire arbitramur.

Status universitatis.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendoça præceptor, seu commendatarius militiæ domini Nostri Jesu Christi, et ipsius Josephi regis apud Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem minister plenipotentiarius, quod cum celeberrima Conimbricensis universitas voluntate, cura, ac liberalitate tunc existentis Portugal-

liæ, et Algarbiorum regis instituta, erecta, atque sicuti regnorum hujusmodi vires tunc postulare videbantur, jamdudum dote provisa fuisset; hoc sane regio, ac laudabili exemplo permoti, excitatique alii successores reges æquali liberalitate, ac utilitate nonnullis aliis fundationibus, reformationibus, et largitionibus universitatem prædictam indesinenter cumulare non omiserunt. Re autem ipsa ex regio eorum patrimonio amplis redditibus, terrarum dominiis, patronatus, aliisque juribus, nec non conspicuis exemptionibus dicti reges illius dotem auxerunt, eique partim ex suppressis aliis monasteriis, partim vero ex portionibus redditnum opulentorum monasteriorum sanctæ Crucis Conimbricensis, et de Alcebaça vulgo nuncupatorum, atque ex decimis plurium ecclesiarum ampliores fructus, ac introitus, apostolica accedente auctoritate, operi huic tam pio, et sancto unire simul curarunt.

Providentiæ expostulatæ pro amplitudine honorificentiæ universitatis.

§. 2. Tot itaque regiæ beneficentiæ favoribus cumulata universitas prædicta ad eum honoris, et divitiarum gradum pervenit, ut rectorum, lectorum, officialium, ac ministrorum stipendia persolvere, nec non conservationis ædificiorum, ac divini cultus in regia sua cappella sumptuosas expensas commode subire ipsa valuerit. Ne insuper quidquam deesset, atque ut juventus validioribus stimulis percita, et excitata uberiores ex scientiarum studiis fructus inde perciperet, ac laudabili sane æmulatione magisterii honorem assequi adniteretur, ipsis instantibus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus, apostolica auctoritate donatæ fuerunt eidem universitati cathedræ magistrales ecclesiarum cathedralium regnorum hujusmodi pro iis, qui in eadem universitate sacræ theologiæ studiis operam dedissent, et doctorales cathedræ dictarum cathedralium pro aliis, qui vel canonico juri, vel si ecclesiastica qualitate pollerent, etiam civili vacassent, et ab ipsa universitate nominati essent, reservata eisdem regibus tamquam patronis approbatione illorum, qui ita nominati reperiebantur. Præterea quoque in more habuerunt ipsi reges suis literis lectores facultatum prædictarum ad præcipua eorum tribunalia majora evocare, ut inde alii scientiarum hujusmodi professores in eorum muneribus obeundis diligentiores, alacrioresque redderentur. Nec minora in ejusdem universitatis compendium ipse quoque Josephus rex contulit beneficia. Vix enim ad regales sedes assumptus, cum literarum studia in facultatibus omnibus admodum ibidem decrevissent, atque in præceps tunc usque ferrerentur, his malis omnibus remedium omnino adhibere, ac studia ipsa restaurare primum curavit, deindeque novum, ac magis decorum fundationem instituit, et provida maxime statuta edidit, quibus universitatem prædictam ad splendidiorem sane gradum nunc evexit, et auxit: præterea novam pariter facultatem ex nilone scientiarum omnium, quæ mathematicæ studium respiciunt, quæque utiliores sunt, et fermo necessariæ, ad alias scientias addiscendas in servitium Ecclesiæ Dei, atque in reipublicæ bonum in ea constituere voluit, ac mandarit.

Ratio concessionis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, nullus omnino ex iis stimulis condigni præmii assecutionis cathedrarum professoribus theologiæ, ac utriusque juris assignatarum, pro facultate hac, scientiisque mathematicis ejusmodi, præscriptus reperiretur, ipse Josephus rex, ac dominus, et protector, atque patronus dictæ universitatis quatuor cathedras magistrales ecclesiarum cathedralium Leiriensis, Mirandensis, Portalegrensis, et Elvensis universitati prædictæ donare constituit, illarumque duas totidem facultatis, et scientiarum hujusmodi professoribus ecclesiasticis, reliquis vero duobus suppressis, atque erectis in præceptorias, seu commendas militiæ Jesu Christi, cujus idem Josephus rex administrator perpetuus apostolica auctoritate deputatus existit, illas duobus fratribus ejus militibus, ac pariter professoribus facultatis, et scientiarum prædictarum perpetuo concedere, et assignare plurimum desiderat.

Concessio apostolica.

§. 4. Nos ipsius Josephi regis eximium zelum, singularemque solicitudinem in literarum studiis restaurandis, fovendis, augendisque quam maxime in Domino commendantes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas duas cathedras magistrales prædictarum ecclesiarum cathedralium Leiriensis, et Mirandensis conferendas esse in ecclesiasticos mathematicæ professores, quos ad præsentationem universitatis Conimbricensis hujusmodi ipse Josephus rex, ejusque pro tempore in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum reges acceptaverint, et approbaverint, auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et mandamus; reliquas vero duas cathedras ecclesiarum cathedralium Portalegrensis, et

Elvensis ejusmodi quoad obligationem residentiæ, et ministerii suppresses censeri, et esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, ec declaramus, illasque una cum suis redditibus, et proventibus translatas, ac institutas reputari, et esse in noves præceptories, seu commendas ordinis militaris Domini Nostri Jesu Christi, atque in laicos mathematicæ scientiæ professores, qui od praesentationem periter dictæ universitatis ab ipso Josepho, ejusque successoribus regibus prædictis, accepti, at approbati fuerint, deinde admissi ad habitus prædicti ordinis susceptionem, conferendas esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, atque præscribimus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinore; nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali, et formali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, restringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci ullo modo unquam posse; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores; ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, judicari, et definiri debore, ac irritum, et inane; si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit, earumdem ecclesiarum cathedralium, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiisquoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quaevis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus nostri anno quinto.

CCCVI.

Dat. die 29. aprilis 1774. Anno V.

Facultas abbati generali pro tempore existenti congregationis Silvestrinorum ordinis sancti Benedicti impertiendi munus benedictionis aliis abbatibus dictæ congregationis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolicæ benignitatis, et munificentiae Nostrae significationes, in eos, qui sanctioribus ordinum regularium institutis addicti uberes in vinea Domini virtutis, et honestatis afferunt fructus, libenter conferimus, eorumque votis, et precibus animum propensius intendimus, sicuti, omnibus mature perpensis, in Domino magis expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Karolus Franceschini abbas generalis, ac Josephus Golocci procurator generalis congregationis monachorum Silvestrinorum nuncupatorum ordinis sancti Benedicti, quod licet in concilio Romano novissime celebrato, et in constitutione IV. felicis recordationis Benedicti pp. XIII. praedecessoris Nostri sancitum reperiatur, ut abbates regulares benedictionis munus ab eorum respective dioecesano episcopo recipere debeant, nihilominus cum aliae omnes congregationes monachorum hujusmodi eo fruantur privilegio apostolico, quo possunt illarum abbates generales aliis inferioribus abbatibus suae respectivæ congregationis munus praedictum impertiri, hinc

et ipsi exponentes nunc, et pro tempore existeoti abbati generali congregationis praedictae monachorum Silvestrinorum psivilegium hoc per Nos concedi plurimum desiderant. Nobis propterea homiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportone providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclasiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacomqoe de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratie absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eidem Karolo moderno abbati generali prædictæ congregationis Silvestrinorum, ejusque successoribus, dummodo ipsi præcedenter benedictionem juxta formam pontificalis Romani a catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente receperint, benedictionem aliis abbatibus canonice electis, et eligendis ejusdem congregationis in omnibus, et per omnia ad instar indultorum aliis congregationibus monasticis concessorum a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, impertiri libere, et licite possint, et valeant, plenam, et amplam facultatem, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, aliisque apostolicis, et in universalibus ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima none aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 30. aprilis 1774. Anno V.

CCCVII.

Indictio universalis jubilæi anni sancti ab universo catholico orbe lucrandi.

Clemens Episcopus servus servorum Dei

Universis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Salutis nostræ auctor Dominus Noster Jesus Christus, cum ab antique peccati servitute ad vitam ac libertatem sua passione, ac morte vindicasset homines, atque in suæ gloriæ cohæredes, ac Dei filios cooptasset, immensum hoc iisdem beneficium adjunxit, nimirum siqui naturæ infirmitate, suaque pravitate ab hac præclara divinæ hæreditatis conditione misere decidereut, ut paratam rationem expiandi criminis haberent, et potestate illa remittendi peccata, una cum cœlestis regni clavibus apostolorum principi tradita, ad pristinam justitiam, atque ad redemptionis fructus percipiendos redintegrari possent.

Ratio indictionis universalis jubilæi.

§. 2. Cum hæc una divinæ gratiæ, ac salutis restituendæ via relicta sit iis, qui a lege Domini aberrarint, nullam majorem curam beati Petri, ejusque potestatis successores adhibuerunt, quam ut omnes ad hos misericordiæ fontes evocarent, pœnitentibus veniam pollicerentur, atque offerrent, et scelere alligatos, ac noxos modis omnibus ad remissionem allicerent. Qua quidem in re ad æternam hominum incolumitatem pernecessaria, quamquam assiduæ apostolici eorum ministerii curæ sint versatæ, tamen opportuniora quædam tempora constituere, ac seligere voluerunt, quibus peccatores ad placandam divinam justitiam, atque ad pœnitentiam, tamquam ad unicam post naufragium tabulam, ampliori reconciliationis, ac veniæ spe proposita excitarent, sibique concrediti indulgentiæ thesauri copiam omnibus facerent. Propterea neque hominum ætas hac maxima propitiationis utilitate careret, jubilæi annum sanctum, annum scilicet remissionis, et gratiæ singulo quoque vicesimo quinto anno celebrandum, et hoc misericordiæ perfugium in ipsa religionis Sede aperiendum instituerunt. Quorum saluberrimam consuetudinem Nos item consectati eumdem annum jam appropinquantem vobis universis, dilecti filii, qui in unitate, et consensione fidei Nobiscum, et cum hac sancta Catholica Romana Ecclesia conjuncti estis, mature nunciemus, vosque ad animarum vestrarum salutem operandam, et ad ea, quæ maxima esse possunt, sanctificationis vestræ comparenda præsidia cohortemur. Quæcumque dispensationi Nostræ sunt traditæ a Christi sanguine profluentes clementiæ, et miserationis divitiæ, universas reserabimus. Præterea locupletissimam satisfactionum copiam, quæ beatissimæ Dei matris, atque apostolorum meritis, sanguine martyrum, bonorum omnium denique sancte pieque factis continen-

tur, vobis affatim patefacturi sumus, quo faciliorem pacis, ac veniæ consequendæ aditum, tam amplis subsidiis a sanctorum communione profectis præstemus. Sanctorum siquidem præclara societate, ac communione conjungimur, quicumque in unum Ecclesiæ corpus, quod Christi corpus est, colligati sumus. Omnes illius sanguine irrigamur, ac vivificamur, et singulis prodesse singuli possumus. Quo enim clarior esset, atque illustrior sui amoris, ac misericordiæ magnitudo, atque infinita passionis, ac meritorum suorum vis, atque efficacia, redundare eamdem voluit, ac adjungi reliquis mystici corporis partibus, ut ipsæ etiam mutua inter se opera, atque utilitatum communicatione ab illo gratiæ fonte derivata propter unitatem juvarentur, utque hunc in modum æterni patris benignitas ad clementiam erga nos adhibendam, et immenso filii sui sanguinis pretio, et illius causa, ac virtute, sanctorum etiam meritis, ac suffragationis accessione moveretur. Ad hoc igitur indulgentiæ participandam ubertatem, atque ad hos Ecclesiæ thesauros vos compellamus; et more, institutoque majorum, ac de venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consensu, universalem, ac maximum anni sancti jubilæum in hac alma urbe Nostra celebrandum anno proximo millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, a primis vesperis vigiliæ nativitatis Domini Nostri Jesu Christi hujus anni inchoandum, et per totum sequentem annum duraturum, auctoritate omnipotentis Dei, et beatorum apostolorum Petri et Pauli, et Nostra, ad ipsius Dei gloriam, Catholicæ Ecclesiæ exaltationem, et totius christiani populi sanctificationem indicimus, ac promulgamus.

Opera præstanda pro assecutione jubilæi.

§. 3. Quo quidem jubilæi anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis, sacraque communione refectis, qui beatorum Petri, et Pauli, necnon sancti Joannis Lateranensis, et sanctæ Mariæ majoris de urbe basilicas semel saltem in die, per triginta continuos, aut interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si romani vel incolæ urbis, si vero peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim saltem hujusmodi dies devote visitaverint, et pro Sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute, et tranquillitate, pias ad Deum preces effuderint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Speciales limitationes.

§. 4. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hac de causa iter aggressi fuerint, vel ad urbem se contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa urbe, morbo, vel alia legitima causa detenti, aut morte præventi, præfinito dierum numero non completo, ac fortasse ne inchoato quidem, præmissa exequi, et dictas basilicas visitare nequeant: Nos piæ, promptæque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benigne favere cupientes, eosdem vere pœnitentes, et confessos, ac sacra communione refectos prædictæ indulgentiæ, et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si dictas basilicas diebus a Nobis præscriptis reipsa visitassent, ut præfatis necessitatibus impediti, desiderii sui effectum, dono sancti Spiritus consequantur.

Adhortatio ad universos Christifideles.

§. 5. Agite igitur universi Ecclesiæ filii, tempus hoc acceptabile, hos dies salutis præterlabi minime sinite, quin tantam propitiationis opportunitatem ad divinam conciliandam justitiam, et assequandam gratiam adhibeatis. Nolite committere, ut itinerum labores, et commeandi difficultates moram vobis afferant. Neque enim convenit, cum rei augendæ cupidos, ac urbium visendarum studio incensos nulla incommoda, atque impedimenta retinere, ac remorari possint, vos in comparandis cœlestis gratiæ copiis, atque in atriis Domini adeundis esse tardiores. Labores ipsi, tam præstanti consilio suscepti magno vobis adjumento esse poterunt ad uberrimos pœnitentiæ fructus referendos. Ac propterea vetus hæc peregrinationum consuetudo plurimæ semper utilitatis in Ecclesia fuit habita, quod molestiæ, ac tædia in iis perficiendis percepta, et compensationes præteritorum scelerum essent, et pœnitendi voluntatem confirmarent. Ac si vestri animi ardor, atque accensa in Deum charitas hujusmodi molestiæ sensum vobis adimet, aut leniet, tamen hæc spiritus alacritas maximam vim obtinendæ veniæ habebit, et in partem satisfactionis pro peccatis debitæ accedet, cum eidem, qui multum diligit, multum etiam remittatur. Quare ascendite in civitatem Sion, et domus Domini uber-

tate replemini. Ipse hujus urbis fidei, ac pietatis domicilii aspectus, sepulcra apostolorum, martyrum monumenta vos ad pœniteotiam agendam, ac Deum vobis placandum commovebunt. Cum terram hanc eorum sanguine imbutam lustrabitis, cum tot eorum sanctitatis vestigia in vestros oculos undique incurrent, fieri non poterit, ut quorum instituta, ac leges, quas secuti illi sunt, et consectari vos profitemini, ab eorumdem imitatione longissime abesse non vehementer vos pœniteat. Templorum autem majestas, divini cultus dignitas quantopere vos excitabit, ut eum Dei vivi templum vos esse memineritis, eo studiosiores in illo divinæ gratiæ muneribus exornando sitis, quo antea procliviores in eodem violando, ac Spiritu sancto contristando fuistis. Jam vero aliorum etiam lacrymæ, et sua delicta plorantium, sibique a Deo veniam expetentium gemitus mirifice vos ad parem pietatis, et doloris sensum impellent. Sed in hoc vestro mœrore, ac luctu maximum una voluptatis fructum vobis pariet hæc ipsa tut gentium, ac nationum ad pœnitentiæ, et justitiæ opera confluentium multitudo. Neque enim ullus vobis illo gratior, atque pulchrior esse poterit conspectus, qui præclarissimum crucis, ac Religionis triumphum omnium oculis quodammodo præseferret. Sed maxima potissimum erit Nostra ex hoc pene universo Ecclesiæ liberorum conventu jucunditas. Ex mutua hac vestra charitatis, et pietatis contentione magna item præsidia, atque adjumenta Nobis minime defutura arbitramur. Confidimus enim in vestris ad Deum precibus memoras vos futuros communis vestri, vestrumque omnium amantissimi parentis, et cum una Nobiscum precati eritis summum bonorum largitorem pro fidei catholicæ incolumitate, pro populorum omnium ab ejus unitate aberrantium reditu, pro tranquillitate Ecclesiæ, ac principum christianorum felicitate, Nostram infirmitatem in gravissimo sustinendo munere votis, ac obsecrationibus vestris sublevaturos.

Episcopos sibi adjutores exoptat Pontifex, illosque deprecatur ut alacrius solliciti animarum curæ studere velint.

§. 6. At vos, venerabiles fratres patriarchæ, primates, archiepiscopi, episcopi, Nostras has solicitudines adjuvate, at Nostras una partes, ac vestras agite: tempus hoc pœnitentiæ, ac propitiationis anounciate populis sedulitati vestræ concreditis, omnique opera, atque auctoritate vestra curate, ut hæc comparandæ veniæ opportunitas, quam paterna charitate omnibus ex veteri Ecclesiæ instituto suppeditamus, maximam utilitatem ad animarum salutem afferat. A vobis audiant, quibus christianæ humilitatis, ac misericordiæ operibus exerceri eos oporteat, quo paratiores veniam ad præclaros hos cœlestis gratiæ fructus hauriendos: in jejuniis esse versandum, orationes, atque eleemosynas adhibendas, et præceptis, et exemplis vestris intelligant. Vos ipsi, venerabiles fratres, si qui ad pastorales vestras vigilias id adjungetis, ut partem aliquam vestri gregis ad hanc religionis arcem, ad hos indulgentiæ fontes, ad Nos, qui paterno animo vos excepturi, et complexuri sumus, deducatis; præterquam quod, plurimos accedet od hanc celebritatem splendor, maximas sane divinæ misericordiæ opes ex tam agregia opera, ac labore comparabitis, et easdem tamquam uberrimas merces referentes, cum reliquo vestro populo jucundissime communicabitis.

Adhortatio ad principes.

§. 7. Minime quoque dubitamus, charissimos in Christo filios Nostros imperatorem electum, reges, ac principes omnes catholicos Nobis auctoritate sua præsto futuros, ut hæc de animarum salute consilia Nostra, eximios, quos optamus, eventus habeant. Eos itaque vehementer rogamus, atque hortamur, ut pro præclaro suo religionis studio venerabilium fratrum episcoporum sedulitati consentiant, eorumque curas adjuvent, commeantibus itinera, atque hospitia tuta reddant. Profutura hæc illis magnopere ad regni tranquillitatem non ignorant, sibique propitium, ac placabilem Deum ipsum eo magis effectura, quo sua ipsi opera in illius augenda apud populos gloria erunt accuratiores.

Publicatio litterarum.

§. 8. Ut vero præsentes literæ ad omnium fidelium, quibuscumque in locis existentium, notitiam facilius perveniant, volumus eorum exemplis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, ac personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo munitis, eamdem prorsus fidem haberi, quæ haberentur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, et ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ indictionis, promulgationis, concessionis, hortationis, rogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum

Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pridie kalendas maii, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 4 maii 1774. Anno V.

CCCVIII.

Præscribuntur qualitates requisitæ in iis, qui admissionem petant ad collegia della Mercanzia, e Cambio nuncupata civitatis Perusinæ etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Civitatum omnium splendor, et ornamentum, quod in civium nobilitate potissimum residet, merito postulat, atque exigit, ut ea, quæ in ejusdem nobilitatis conservationem, ac decus provida, prudenterque statuta esse dignoscuntur, apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio, dum id a Nobis petitur libenti animo roboremus.

Status collegii nuncupati della Mercanzia, e Cambio civitatis Perusinæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Jurati nuncupati nobilium collegiorum vulgo della Mercanzia, e Cambio nuncupatorum civitatis Nostræ Perusinæ, quod licet ipsi a tempore memoriam hominum excedente in possessione essent, non admittendi inter eos ad collegia hujusmodi, nisi illos, qui antiqua, simulque conspicua nobilitate præditi essent, quique post secutam eorum admissionem dictæ civitatis patritii nuncupabantur, nihilotamen minus, cum in antiquissimis eorumdem collegiorum statutis præscripta minime reperirentur ea requisita, quæ in novis admissionibus ab immemorabili consuetudine invecta, et constabilita fuerunt, inde evenit, quod collegia prædicta sumptuosas lites per sæpe etiam subire debuerint ab iis promotas, qui non pollentes iis omnibus requisitis a prædicta consuetudine volitis, adhuc se se admittendos esse contendebant. Ut igitur tot controversiarum origo removeretur ambo hæc collegia anno 1670, ac anno 1774 postquam tunc existentes Jurati simul convenerant, statuerunt regulam, ac methodum in novis admissionibus peragendis omnino servandam, simulque perscripserunt requisita, quæ in petentibus admissionem hujusmodi necessaria essent, ac alias prout in resolutionibus tunc temporis desuper habitis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Verum, quia in eisdem resolutionibus, ea, qua par erat charitate, res omnes declaratæ minime fuerunt, hinc postmodum quoque collegia prædicta, seu eorum Jurati alias quoque lites substinere debuerunt adversus eos, qui absque requisitis per easdem resolutiones præscriptis eorum admissionem postulabant. Idque nuperrime etiam evenit in controversia excitata a dilecto filio comite Joanne Baptista Baldelli coram congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici præpositorum, in qua licet idem Joannes Baptista pro sua admissione in collegium del Cambio, proposita primum causa, rescriptum obtinuerit, in nova tamem illius propositione die 23 frebuarii 1768 ejusdem collegii juribus perpensis, resolutio prodiit = *Recedendum a decisis, et Ioannes Baptista Baldelli utatur jure suo in collegio Cambii ad formam consuetudinis* = Itaque, ut, quoad fieri potest, magnæ aliarum litium, et controversiarum expensæ ab utroque collegio hujusmodi in aliis novis admissionibus in posterum vitandæ essent, atque hi, qui admissionem hanc petant, clare ac perspicue scire valeant, quæ, qualia, et quanta esse debeant in eis requisita pro hujusmodi admissione obtinenda, dicti exponentes e re sua putarunt, se se collegialiter congregare, ac melius declarando resolutiones editas, ut præfertur, tam anno 1670 quam anno 1674 nova præscriptione distincte statuerunt conditiones, et requisita, quibus juxta immemorabilem consuetudinem copulative præditi esse debeant illi, qui futuris temporibus admissionem suam exoptent ad collegia prædicta. Qua de re die quinta januarii currentis anni 1774 collegium della Mercanzia hujusmodi sequentem edidit resolutionem.

Resolutio collegii.

§. 3. Inoltre da detto sig. console fu esposto che essendosi considerato dai nobili signori Giurati di questo nobilissimo collegio detto della Mercanzia, che per mantenere il lustro, e lo splendore del medesimo, cha per un tempo immemorabile ha sempre in se racchiuso soggetti delle primarie famiglie, e delle più specchiate nobiltà del paese, ha creduto opportuno, ad oggetto di togliare qualunque differenza, che fosse mai potuta insorgere a motivo de' signori

pretendenti all' ammissione, di stabilire fin dal 1670 le provanze, che si richiedevano per l' effetto di potere ottenere l' ingresso, e l' aggregazione nel riferito collegio. E desiderandosi anche presentemente di vieppiù conservare il lustro, e la tranquillità di esso, riconoscendosi esser molto giovevole di venire peraltro a qualche più maturo provvedimento, che meglio spieghi, ed apertamente dichiari la qualità delle provanze, che si ricercano per togliere, e sopire quelle difficoltà, che sono insorte per il passato, e che hanno dato causa alle liti sostenute con molto dispendio del nostro collegio, quindi è che si propone, se piaccia, con derogare a qualunque altra risoluzione contraria, di risolvere, e determinare, che chiunque in appresso vorrà fare la petizione di essere ammesso in detto collegio della Mercanzia, debba presentarsi ai signori consoli pro tempore, e avanti di essi legittimamente, e con prove autentiche giustificare.

Tenor requisitorum exhibendorum ab iis qui admitti in collegio desiderant.

§. 4. 1.° Che gli autori del signor pretendente per lato paterno non abbiano per anni duecento esercitati mestieri meccanici.

2.° Che parimenti per il corso di un simile tempo siano vissuti di entrata con trattamento *more nobilium*, giustificando insieme di aver contrattati matrimonj nobili, o almeno convenienti, decorosi, e civili.

3.° Che particolarmente in tempo dell'ammissione la famiglia del sig. pretendente possegga un patrimonio bastante per vivere *more nobilium*, ed insieme sia trattata, considerata, e si dia trattamento ad uso degli altri nobili di questa città.

4.° Che il sig pretendente, siccome avendo l' ingresso in collegio, deve assumere il carico delle magistrature, e delle giudicature, come anche la sopraintendenza, ed ingerenze negli affari economici non meno del publico, che del collegio, debba essere di età di anni 20 compiti, di lodata vita, e di buona aspettazione, e discernimento.

5.° Che se per avventura il sig. pretendente sarà di una qualche famiglia, che abbia avuto ascendenti, o trasversali nell' accennato collegio, debba nondimeno provare, che dal tempo in cui cessò di vivere un tale ascendente, o trasversale aggregato al collegio fino al tempo, in cui dal sig. pretendente si promuoverà l' istanza per la sua ammissione, non meno esso, che quelli della sua famiglia siano sempre vissuti con proprietà, e decoro *more nobilium*, abbiano fatti parentadi della stessa qualità, e natura espressa di sopra nel capitolo secondo, siano stati tenuti, e trattati come gli altri nobili della nostra città, e che il sig. pretendente, o pure la famiglia di lui, colla quale abiti, e conviva, goda, ed attualmente possieda un patrimonio sufficiente per vivere, e trattarsi con splendore, e nobilmente, come sopra.

6.° Che in vista di tutte le ridette prove legalmente fatte, e di tutti i requisiti sopra espressi, che tutti dovranno cumulativamente verificarsi nel pretendente, di modo che uno, che ne manchi, si abbia per incapace, possa ammettersi il sig. pretendente dalli signori consoli alle solite pratiche, ma però che a forma dello stile fin da tempo immemorabile praticato le medesime prove fatte sopra i già detti requisiti non possano dirsi riconosciute, ed ammesse per concludenti, e legittime, se non se dalla generale adunanza, nè debbano riputarsi per approvate, se non almeno con una delle tre parti de' voti favorevoli della stessa generale adunanza per scrutinio segreto.

Sanctio dictorum requisitorum.

§. 5. Et posito partito ad bussolam, ut moris est, illoque postea detecto, fuit repertum obtentum per omnia vota alba favorabilia n.° 13. Collegium vero di Cambio nuncupatum habitum die octava ejusdem mensis januarii sua resolutione id ipsum declaravit, ut sequitur nempe = Fu adunanza degli illmi signori uditori, e giurati di questo nobile collegio del Cambio, ed intervennero

Illmi signori

sig. cav. Luzio Baldelli primo } uditori
sig. Cesare Alfani secondo }
sig. Trojano Vermiglioli
sig. Co. Omero Montesperelli
sig. Scipione Capra
sig. Scipione Alessandri
sig. Giuseppo Senesi
sig. cav. Francesco M. degli Azzi
sig. Agostino Vermiglioli, e
sig. Vincenzo Patrizi

Aliae conditiones propositae pro conservatione decoris, et dignitatis collegii.

§. 6. A quali così adunati = omissis aliis de voluntate etc. Essendosi dalli nobili signori Giurati del nobile collegio del Cambio per mantenere il lustro, e lo splendore del medesimo, che per un tempo immemorabile ha sempre in se racchiuso soggetti delle primarie famiglie, e della più specchiata nobiltà del paese, creduto opportuno ad oggetto

di togliere qualunque differenza, che fosse mai potuta insorgere a motivo de' signori pretendenti all'ammissione, di stabilire fin dal 1670 e 1674 le provanze, che si richiedavano per l'effetto di potere ottenere l'ingresso, e l'aggregazione nel riferito collegio, e desiderandosi anche presentemente di vieppiù conservare il lustro, e la tranquillità di esso riconoscendosi esser molto giovevole di venire per atto a qualche più maturo provvedimento, che meglio spieghi, ed apertamente dichiari la qualità delle provanze che si ricercano per togliere, e sopire quelle difficoltà, che sono insorte per lo passato, e che hanno dato causa alle liti sostenute con molto dispendio del nostro collegio; quindi è, che si propone, se piaccia, con derogare a qualunque altra risoluzione contraria, di risolvere, e determinare, che chiunque in appresso vorrà fare la petizione di essere ammesso nel collegio del Cambio, debba presentarsi alli signori uditori *pro tempore*, e avanti di essi legittimamente, e con prove autentiche giustificare.

1.° Che gli autori del sig. pretendente per lato paterno non abbiano per duecento anni esercitati mestieri meccanici.

2.° Che parimenti per il corso di un simile tempo sieno vissuti di entrata con trattamento *more nobilium*, giustificando insieme d'aver contratti matrimonj nobili, o almeno convenienti, decorosi, e civili.

3.° Che particolarmente in tempo dell'ammissione la famiglia del signor pretendente possegga un patrimonio bastante per vivera *more nobilium*, ed insieme sia trattata, considerata, e si dia trattamento ad uso degli altri nobili di questa città.

4.° Che il sig. pretendente, siccome avendo l'ingresso in collegio deve assumere il carico delle magistrature, e delle giudicature, come anche la soprintendenza, ed ingerenza negli affari economici non meno del pubblico, che del collegio, debba essere di età d'anni venti compiti, di lodata vita, e di buona aspettazione, e discernimento.

5.° Che se per avventura il signor pretendente sarà di una qualche famiglia, che abbia avuto ascendenti, o trasversali nell'accennato collegio debba nondimeno provare, che al tempo in cui cessò di vivere un tale ascendente, o trasversale aggregato al collegio fino al tempo in cui dal sig. pretendente si promuoverà l'istanza per la sua ammissione non meno esso, che quelli della sua famiglia siano sempre vissuti con proprietà e decoro *more nobilium*, abbiano fatti parentadi della stessa qualità, e natura espressa di sopra nel cap. 2.°, siano stati tenuti, e trattati come gli altri nobili della nostra città, e che il sig. pretendente, oppure la famiglia di lui, con la quale abiti, e conviva, goda, e attualmente possegga un patrimonio sufficiente per vivere, e trattarsi con splendore, e nobilmente come sopra.

6.° Che in vista di tutte le ridette prove legalmente fatte, e di tutti i requisiti sopra espressi, che tutti dovranno cumulativamente verificarsi nel pretendente, di modo che uno che ne manchi si abbia per incapace, possa ammettersi il signor pretendente dalli signori auditori alle solite pratiche; ma però che a forma dello stile fin da tempo immemorabile praticato, le medesime prove fatte sopra i già detti requisiti non possano dirsi riconosciute, ed ammesse per concludenti, e legittime, se non se dalla generale adunanza, nè debbano riputarsi per approvate, se non almeno con due delle tre parti de' voti favorevoli della stessa generale adunanza per lo scrutinio segreto.

§. 7. In ultimo si propone, se piaccia, che al presente regolamento per le nuove ammissioni al collegio non possa mai nè in parte, nè in tutto derogarsi, se non coll'approvazione, e concorso di tutti i voti della stessa generale adunanza, e non altrimenti, e posto il partito fu trovato vinto con tutti i voti bianchi. Approbatio.

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut ea, quæ tanta maturitate in dictis resolutionibus ab utroque collegio hujusmodi præscripta sunt, firmius subsistant, et ad tuendum splendorem, ac decus a collegiis prædictis, usque adhuc obtentum in posterum sine ulla controversia, aut certamine, serventur exactius, dicti exponentes easdem resolutiones per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benegnitate apostolica dignaremur. Preces porrectæ pro confirmatione resolutionis.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volantes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si Confirmatio apostolica.

quas forte incurrerunt, hujus tantom rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus joclinati, præinsertas doas resolutiones tam ab uno, quam ab altero ex dictis collegiis, ut præmittitur, aditas, una cum omnibus, at singulis in eis contentis, et exprcssis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ, ac inviolabilis perpetuæ firmitatis robur adiicimus, ac illas futuris temporibus semper servandas, et exequendas esse volumus, et mandamus. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ao illis, ad quos spectat, et in posterum quandocumque spectabit in omnibus, et per omnie plenissime suffragari, at ab eis respective ioviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, at dafiniri dabere, ac irritum, et inaoe, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scientar, val ignoranter contigarit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, et collegiorum hujusmodi etiam juramento, oonfirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, ct personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, ct aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficientor expressis, ac dc verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo roborc permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse darogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intendimus præjudicium ullum infarre juribus dicti Joannis Baptistæ, quibus propterea juxte mamoratum rescriptum, editum die vicesima tertia fsbruarii MDCCLXVIII. ipsa uti etiam in posterum valest, perinda ac si eædam præsentes literæ non emanassent. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris dic quarta maii millesimo septiogentesimo saptuagesimo quarto, pontificetus Nostri anno quinto.

CCCIX.

Dat. die 4. maii 1774. Anno V.

Facultas supprimendi monasterium Cœlestinorum civitatis Metensis.

Venerabili fratri Aloisio Josepho episcopo Metensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Collapsam disciplinam in monasterio lamentatur pontifex, et ex ea rationem suppressionis educit.

§. 1. Alias cum pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi delatum Nobis fuisset, in domibus monachorum Cœlestinorum existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita essc collapsam, ut nihil ex iis ornementi, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, at scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse: pro Nostri officii debito, ac piissimis ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis ragni Galliarum concessimus ad annum duraturam, ut tamquam Nostri, et hujus apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cœlestinorum in suis respective diœcesibus existantes visitarent, aq sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, at opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponereut, qua Nobis communicata, illud de eisdem monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ajusdem ordinis personis a Nobis decarni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdem monachorum conscientiæ tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in Nostris die prima martii superioris enni MDCCLXXIII expeditis literis, quarum tanores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nupar autam Nobis exponi fecisti, quod earumdem Nostrarum li-

terarum vigore dilectus filius Franciscus Henricus de le Broue de Vereilles vicarius tuus generalis specialiter a te deputatus fuit, ad hoc ut visitationem monasterii ejusdem ordinis in ista civitate Metensi existentis perageret, idque eo, quo per erat, zelo, diligentia, et charitate ipse laudabiliter explevit. Quatuor tamen monachi, qui juxta praescripta in capitulo generali ejusdem ordinis solummodo filii tunc erant dicti monasterii propter infirmitates, quibus reperiebantur obnoxii, expresse renuentes admittere sibi propositam reformationem, petierunt potius facultatem permanendi extra claustra eorum ordinis in habitu presbyterorum saecularium: deinde vero propter sequutum incendium unius hospitalis, quod in civitate praedicta pariter extabat, infirmi in eo existentes ad monasterium hujusmodi translati sunt, et praefati quatuor monachi apud suos consanguineos se se receperunt.

Deputatio commissarii apostolici, qui procederet ad suppressionem.

§. 2. Serio itaque perpensis omnibus praemissis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum omnis spes penitus deficiat, restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem; hinc est, quod Nos fraternitati tuae facultatem, atque potestatem monasterium praedictum monachorum Coelestinorum civitatis Metensis supprimendi, ac omnem regularem qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore praesentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut monasterium hujusmodi, ac bona omnia tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad illud quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in quoscumque alios, pios tamen, usus assignare, et applicare libere, et licite possis, et valeas euctoritate, et tenore praedictis concedimus, et indulgemus. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum, sicut praefertur, filiorum, ejusdem monasterii, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra dicti ordinis in habitu presbyterorum saecularium, et sub obedientie dioecesani loci, in quo eos morari contigerit, tribuere possis, et valeas, pari auctoritate, et tenore impertimur.

Leges quibus alligata esse debeat suppressio.

§. 3. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii quatuor monachis praedictis ea annua assignetur portio, quoad vixerint, duratura, quae tuo arbitrio, ac prudentia sufficiens, et congrua judicabitur. Decernentes ipses praesentas literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planerios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, ac Sanctae Romanae Ecclesiae de latere legatos, et apostolicae Sedis nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate elia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, val in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficiantar expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alies in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specieliter, et expresse derogemus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCX

Dat. die 14. maii 1774. Anno V.

Concessio imaginis sancti Ignatii ecclesiae Jesu cum concessione indulgentierum etc.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor concessionis, cum de

Sacram montis Pietatis aedem in hac alma urbe Nostra ed exercenda

rogatione con trariorum. pietatis, et charitatis opera saluberrime institutam, publica quoque cappella romani pontifices praedecessores nostri refertam esse voluerunt, ut ite ubi pietas, et charitas erga proximum essidue exercentur, ibi etiam devotionis, ac religionis aetus in omnipotentem Deum pari essiduitate, ac majori fervore peragerentur. Hanc itaque cappellam spiritualium gratiarum muneribus, et pontificiae beneficentiae nostrae favoribus decorare volentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, eidem cappellae imaginem salvatoris nostri Jesu Christi argentea corone circum ornatam, atque in ecclesia Jesu nuncupata urbis praedictae, et in parva cappella sancti Ignatii Loiolae confessoris jampridem existentem, quae ab alia imagine e Veronicae sudario excerpta, atque recondita in basilica principis Apostolorum de urbe, id permittente Gregorio pp. XV praedecessore Nostro, ut asseritur, desumpta fuit, in dicta cappella publica montis Pietatis hujusmodi collocandam, et perpetuo custodiendam, atque asservandam denemus, concedimus, et elargimur. Omnibus vero utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui cappellam praedicti montis Pietatis in feriis sextis quadragesimae, et in illis diebus, quibus tres reliquiae majores nuncupatae populo in basilica praedicta ostenduntur singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die, et feria praedictis id egerint plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXI.

Dat. die 14. maii 1774. Anno V.

Suspensio indulgentiarum, et facultatum vertente anno universalis jubilaei MDCCLXXV.

Clemens episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum Nos nuper sancti jubilaei celebrationem in alma urbe, a vigilia nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime futura incohandam, et usque ad finem sequentis anni duraturam, universo populo christiano de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium assensu, indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui beatorum Petri, et Pauli apostolorum, necnon sancti Joannis Lateranensis, et sanctae Mariae majoris de urbe basilicas, certis vicibus visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam concesserimus, preut in Nostris desuper confectis literis plenius continetur: cupientes, ut christianae nationes ex omnibus terrarum orbis locis in hac urbe Nostra in fidei, ac religionis unitate congregatae, eodem pietatis, ac devotionis spiritu basilicas praedictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem jubilaeo visitantes, et frequentantes, tanti, et tam certi spiritualis emolumenti compotes fiant; multorum romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum exemplo adducti, indulgentias, et facultates ab apostolicae Sedis liberalitate alias emanatas pro hoc anno suspendere, et nihilominus, tum spiritualibus fidelium per universum orbem degentium necessitatibus paterna charitate consulere, tum pium devotionis fervorem erga laudabilia quaedam religionis, et pietatis opera in christianorum animis conservare, et fovere, tum demum suffragia in fidelium defunctorum levamen, atque subsidium erogari solita, neutiquam imminuere, eorumdem praedecessorum vestigiis insistentes decrevimus, et constituimus. Concessio facta in praecedentibus constitutionibus memoratur.

§. 2. Itaque praeservatis, et firmis remanentibus indulgentiis concessis in articulo mortis, ac facultatibus, seu indultis illam impertiendi, seu communicandi, tam venerabilibus fratribus episcopis, ac dilectis filiis praelatis locorum ordinariis, in vim, seu ad formam literarum fel. recor. Benedicti papae XIV Limitatio quoad indulgentias articulo mortis concessas, quae conservantur.

prædecessoris Nostri, nonis aprilis, anni MDCCXLVII. editarum, quam aliis quibuscumque communiter, aut personaliter, seu pro certo personarum genere, gradu, aut numero, concessis; iisque pariter, quas fel. record. prædecessor etiam Noster Benedictus papa XIII. cunctis fidelibus salutationem angelicam, seu alias preces da tempore, mane, aut meridie, seu vespere ad campanæ pulsum, de genu, vel juxta dierum et temporum rationem, stando, recitantibus; item indulgentiam septem annorum, et totidem quadragenarum, quam ipse Benedictus prædecessor secundodictus anno jubilæi MDCCXXV. durante, omnibus Christifidelibus, tam in urbe, quam extra eam ubicumque degentibus, qui sacramentaliter confessi, et sacra communione refecti, vel saltem contriti, et cum firmo proposito confitendi, ecclesias, in quibus augustissimum Eucharistiæ sacramentum pro oratione quadraginta horarum eo anno durante, expositum esset, devote visitassent, ibique juxta Sanctæ Matris Ecclesiæ mentem orassent, toties quoties id egissent, benigne concessit: quamque Nos etiam, illius exemplo, pro proxime ineunte jubilæi anno, et tam pro urbe, quam pro aliis ubique locis, præsentium tenore, libenter concedimus, et elargimur; atque illis etiam, quas similis memoriæ Innocentius XI., et Innocentius XII. romani pontifices prædecessores Nostri, fidelibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum cum ad infirmos defertur, devote comitantibus, vel lumen, aut facem per alios ea occasione deferendum, seu deferendam mittantibus, similiter concesserunt; ita quoque, exemplo aliquorum romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum inhærendo, indulgentia alias concessa ecclesiæ s. Mariæ Angelorum, ordinis fratrum Minorum s. Francisci, extra mœnia civitatis Nostræ Assisiensis, die secunda mensis augusti, a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei visitantibus: tum etiam indulgentiis a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus de latere legatis, ac apostolicæ Sedis nunciis, ac episcopis, in usu, seu exercitio pontificalium, aut impertienda benedictione, aliave forma consueta, concedi solitis: item salvis, et firmis remanentibus indulgentiis altarium privilegiatorum pro fidelibus defunctis, aliisque eodem modo pro solis ipsis defunctis concessis; atque etiam aliis, quibuscumque indulgentiis et peccatorum remissionibus, alias pro vivis concessis, ad effectum dumtaxat, ut Christifideles illas animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii directe applicare valeant. Quas omnes, et singulas, licet, pro eo quod respicit vivorum favorem, hoc jubilæi anno durante, generaliter, ut infra, suspensas, ad prædictum tamen effectum, ipsius anni decursu, etiam si in earum concessionibus hujusmodi applicandi facultas indulta non fuerit, ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui injuncta in ipsis concessionibus opera cum debitis dispositionibus impleverint, acquiri posse concedimus, et indulgemus.

§. 3. Præservatis etiam, et firmis remanentibus facultatibus tribunalis officii Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem auctoritate apostolica instituti, ejusque officialium; missionariorum quoque, et ministrorum, qui ab eodem tribunali, seu a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negociis Propagandæ Fidei præpositâ, vel alias a Sede prædicta ad id deputati fuerint; at præsertim facultate absolvendi ab hæresi illos, qui abjuratis eorum erroribus, capaces ejusdem absolutionis redduntur, aliisque facultatibus, quæ ab officio Pœnitentiariæ Nostræ apostolicæ missionariis, in locis missionum, earumque occasione, ab ipsis exercendæ, concessæ fuerint. Item salvis et illæsis remanentibus facultatibus, tam venerabilium fratrum episcoporum, aliorumque superiorum antistitum, in suis respective diœcesibus, circa dispensationes, et absolutiones suorum subditorum in casibus occultis, etiam Sedi apostolicæ reservatis, prout ipsis a sacra Tridentina synodo, seu alias, etiam in publicis, a jure communi ecclesiastico, et ab eadem apostolica Sede, pro certis personis, et casibus, indultæ, permissæque dignoscuntur; quam etiam superiorum ordinum regularium quæcumque ipsis in regulares pariter sibi subjectos a Sede apostolica prædicta tributæ fuerunt. (Præservantur quoque facultates tribunalis Inquisitionis, missionariorum, congregationis Propagationis fidei, aliorumque privilegiatarum personarum.)

§. 4. Cæteras omnes, et singulas indulgentias, tam plenarias, quam non plenarias, etiam perpetuas, et peccatorum remissiones, ac facultates, et indulta absolvendi etiam a casibus Nobis, ac Sedi apostolicæ reservatis, seu relaxandi censuras, commutandi vota, aut dispensandi etiam super irregularitatibus, et impedimentis, quibusvis ecclesiis, monasteriis, ho- (Cæteræ indulgentiæ tam plenariæ, quam speciales suspenduntur.)

spitalibus etiam sancti Joannis Hierosolymitaoi, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus confraternitatibus atiam laicorum, universitatibus et piis locis, illorumque ordiuibus, capitulis, conventibus, magistris, superioribus, et tam sæcularibus, quam quorumvis etiam meodicaotium ordioum regularibus personis, coroosque, granis, imaginibus, et uumismatibus ex metallo, seu qoacumque alia materia confectis, tam singdlariter, quam uuiversaliter, per quoscumque romanos pontifices prædacessores Nostros, ac etiam Nos, etiam ad iostantiam imperatoris, regum, ducum et aliorum principum, aut ipsis etiam imperatori, regibus, ducibus, et priocipibus, vel aliis quacumque alia muudana, vel ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ad iostar jubilæi, aut alias quomodocumque, et ex quibusvis causis, et occasiooibus, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio et ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas et coocessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, et decreta, præsentibus pro expressis haberi volumus, apostolica auctoritate, de eorumdem fratrum consilio, et consensu, ac potestatis Nostræ plenitudine suspeodimus, ac suspensas et suspensa esse declaramus, easque et ea, eodem anoo durante, nulli prodesse, ac suffragari debere. Irritum quoque, et inaoe decernimus, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Mandatum de obediendo.

§. 5. Qoocirca per præseotes auctoritate apostolica præcipimus, et mandamus, ne interim præter superius expressas, aliæ, quam iodicti a Nobis prædicti Jubilæi indulgentiæ, sive publice, sive privatim quovis prætextu ubivis locorum, et gentium, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, aliisque arbitrio ordinariorum infligendis pœnis, publiceotur, vel nuncieotur, aut in usum demandentur.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon ecclesiarum, monasteriorum, conveotuum, ordinum, congregationum, hospitalium, confraternitatum, universitatum, collegiorum, et locorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus: privilegiis quoque, exemptionibus, ac indultis apostolicis, illis, eorumque superioribus, et personis, ac aliis quibuscumque per eosdem romanos pontifices prædecessores Nostros, ac Nos et dictam Sedem, ejusque legatos sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, et ex quibusvis causis concessis, coufirmatis et innovatis: quibus omnibus, etiamsi in illis caveatur expresse quod sub similibus, vel dissimilibus suspensiooibus nequaqoam comprebeodantur, nisi de illis specialis, et individua mentio fiat, illis alias io suo robore permansuris; ad effectum præmissum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 7. Et quia difficile nimis esset, præsentes quocumque, ubi illis opus fuerit perferri, volumus earum exemplis etiam impressis, notarii publici manu, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ obsignatis, eamdem prorsus fidam io judicio, et extra ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsaotibus, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 8. Nulli ergo omnioo hominum liceat hanc paginam Nostræ suspensionis, declarationis, decreti, præcepti, maodati, et volontatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipoteotis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXII.

Dat. die 17. maii 1774. Anno V.

Moderatio prohibitionis extrahendi paramenta, sacra supellectilia, et libros, e sacrario, et ecclesia, atque bibliotheca congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Bracharensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni præpositus, ac presbyteri congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Bracharensis, quod alias apostolica auctoritate, et sub pœ-

na excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac romano pontifici tantum reservatæ prohibitum fuit, ne quisquam illorum libros, sacraque paramenta, et ornamenta, aliaque supellectilia ad usum dictæ congregationis spectantia ab ejusdem bibliotheca, ecclesia, et sacrario extrahere, et cuiquam personæ commodare auderet; atque præterea sub pœna etiam privationis vocis activæ, et passivæ vetitum quoque fuit, ne prædicti libri, ac quinterna, folia sive impressa, sive manuscripta e præfata bibliotheca ad cubicula præpositi, et presbyterorum congregationis hujusmodi transportari possent, ac valerent, ac alias prout in prohibitione, seu prohibitionibus ejusmodi, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, experientia compertum sit, nimium id grave esse ipsis exponentibus, qua de re prohibitam hanc extractionem per Nos declarari, ac moderari plurimum ipsi desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio apostolica.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati per præsentes decernimus, et statuimus, ut in posterum nemo ejusdem congregationis sub dicta pœna excommunicationis ornamenta, et supellectilia, atque libros ex ecclesia, sacrario, ac bibliotheca dictæ congregationis extrahere, et cuicumque extaræ personæ commodare audeat, absque licentia majoris partis quinque patrum, licet capitulariter non congregatorum, qui juxta ejusdem congregationis regulas illius gubernium pro tempore habuerint, ac ita quamcumque præcedentem prohibitionem in posterum intelligendam esse auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium declaramus, atque præscribimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima septima maii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno quinto.

CCCXIII.

Dat. die 1. junii 1774. Anno V.

Commissio, pro reverendo domino Josepho archiepiscopo Seleuciensi in regnis Galliarum nuntio, ut tamquam delegatus apostolicus se conferat ad civitatem Avenionensem, atque suscipiat gubernium dictæ civitatis.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Seleuciensi in Galliarum regnis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

Præcedens deputatio memoratur.

§. 1. Cum ad ineundam pristinam nostram Avenionis, comitatus Venaissini, Beneventi, et Pontis Corvi possessionem claræ mem. Ludovicus, dum vixit Galliarum rex christianissimus, et carissimus in Christo filius noster Ferdinandus utriusque Siciliæ, et Jerusalem rex illustris Nos ultro compulissent, et tamquam sua ipsi manu amantissima induxissent; hine Nos per alias nostras in simili forma Brevis die xxviii januarii currentis anni expeditas literas venerabilem fratrem Franciscum Mariam archiepiscopum Avenionensem in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, cum facultate per se, vel alios ab ipso deputandos eamdem pristinam possessionem civitatis Avenionensis, et comitatus Venaissini, ac quarumcumque pertinentiarum Nostro, et Sedis prædictæ nomine apprehendendi et apprehensam retinendi constituimus, et deputavimus; ipsique Francisco Mariæ archiepiscopo tam in civitate Avenionensi, quam in comitatu prædicto, ac in illis adjacentibus Ebreduneusi, Arelatensi, Aquensi, Viennensi, et Narbonensi provinciis, civitatibus, terris et locis easdem omnes facultates, prærogativas, et præeminentias quas Nostri, et apostolicæ Sedis vicarii in spiritualibus, et temporalibus generales, et vice legati usque adhuc habuerant, et illis usi fuerant, donec alter in eorum locum a Nobis deputatus ad exercitium sui muneris sibi per Nos demandati illuc pervenisset ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum

concessimus, et indulsimus, ac alias preut in aisdam Nostris literis quarnm tenores præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, ac de varbo ad verbum insertis haberi volumus uberius eontinentur.

Quid deputatus delegatus gessit recordatur.

§. 2. Interea Nos viceariam, et viee legationem hujusmodi in præsidentiam Avenionensem nuncupandam ereximus, et instituimus, atque venerabilem fratrem Angelum Mariam arehiepiscopum Ancyranum in primum præsidem Avenionensem eum omnibus, et singulis facultatibus, prærogativis, at præeminentiis, quas illius vice-legati usque adhuc habuerunt, et quibus usi sunt, ad Nostrum pariter, et Sedis prædietæ beneplaeitum fecimus, eonstituimus, et deputavimus. Postmodum Nos considerantes quod idam Angelus Maria arehiepiscopus ad demandatum sibi muneris hujusmodi exereitium quam primum illue sa eonferre deberet, propter vero quamplures dudum jam superventas rerum varietates, novitates, ac eireumstantias haud fieri posse dignoscebatur, quod ea omnia quæ ad promptam, paratamque justitiæ administrationem, nec non rectum pepulorum, et locorum hujusmodi gubaruium pertinebant, quæqua plures post annos in antique priori statu minime mode raperiebantur ad legitimam formam, methodumque illico redigerentur, et converterentur; hinc Nos ne ex celeri rerum hujusmedi mutatione confusiones, et inordinatienas provenirent, per alias nostras in simili forma Brevis die xi maii currentis anni expeditas literas aidem Angelo Mariæ archiepiscopo, et præsidi eommisimus, et mandavimus, ut statim ae illuc perventus fuisset, totum id quod ad præsentem, aetualem gubernii ejusmodi statum quomodolibet speetabat, rescire et cognescere omnino curaret, uilque novi statueret, sed qued ad felix, et tranquillum eorumdem loeorum, et populorum gubernium expadira in Domino arbitratus fuisset, Nobismet ipsis referret, ut inde quid decernendum esset, matura daliberatione adhibita, præscriberemus, ac alias prout in memeratis Nostris secunde dietis literis, quarum pariter tenoram præsantibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Quamvis igitur præmissa omnia ad celerius ineundam pristinam possessionam civitatis, at eomitatus prædictorum ad quam idem Ludovicus rex ultro Nos compellebat unanimi voluntate fuissent a Nobis constituta, et eidem Francisco Mariæ archiepiscopo, et apostolieo commissario ut præfertur, deputato patefaeta.

Agendi ratio ipsius delegati improbatur, et novus eligitur ad possessionem novam capiendam.

§. 3. Nihilominus sicut nuper aecepimus, ipse Franeiscus Maria arehiepiscopus et commissarius, Nobis id plane ignorantibus, eadem dia qua possessionem eivitatis, et comitatus hujusmodi Nostro, et dictæ Sedis nomine adeptus fuit, suo edicto publice evulgato statim abrogavit, atque delevit omnia quæ interim gesta fuerant, resque eunctas ad antiquum priorem statum restituendas esse voluit, atque præcapit. Nos itaqua edietum hujusmodi ab eodem Francisco Maria archiepiscopo, et commissario evulgatum tamquam eontrarium iis, quæ ut præfertur, a Nobis fuerant constituta nullius roboris, ac momenti fuisse, et esse aueteritate apostolica tenore præsentium, decernimus, et declaramus, ae fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut tamqnam Noster, et apostolieæ Sedis delegatus, eum primum poteris ad eivitatem Avenionensem prædictam te conferas et regimen, ae gubernium eivitatis, at eomitatus prædietorum suscipias, nec non illud usque ad adventum ejusdem Angali Mariæ arehiepiscopi, et præsidis, ut præfertur, jam daputati prosequaris, et interim res omnes ad statum in quo tempora adeptæ possessionis hujusmodi reperiebantur, omnino restituas. Tibi enim ad hunc effectum omnes, et quascumque facultates, mandata præsertim et edieta publicandi, aliaque in præmissis, et eirea ea quomodolibet necessaria et oppertuna gerendi, faciendi, ordinandi et exequandi, eontradietoresque et alios tuis monitis et mandatis obtamperare recusantes puniendi. Nec non contra omnes, et singulos eujuscumque status, gradus, et conditionis, qui a nulliter gestis ab ipso Franeisco Maria archiepiscopo, et commissario excitati aliquid animadversiona, correctione, et punitione dignum qunmodolibet perpetraverint omni mora, dilatione et appellatione postpositis, atque remotis procedendi, auctoritate at tenore prædictis concedimus, at impertimur.

Mandatum de discedendo relaxatum adversus primum delegatum.

§. 4. Quo autem præmissa omnia per præsentes tibi demandata quiatius et facilius suum consequantur effectum volumus, atque præeipimus, ut statim ac ad Avenionansem eivitatem prædietam perveneris, at eædem præsentes Nostræ literæ leetæ, ae publieatæ fuerint, idem Franciscus Maria arehiepiseopus a dieta civitate Avenienensi omnino discedat, et

ad aliquem illius diœcesis locum se conferat, et in ea commoretur, quousque aliter a Nobis provisum non fuerit. Quod si Nostræ huic voluntati dictus Franciscus Maria archiepiscopus obtemperare eo quo par est obsequio recusaverit a pontificalis officii exercitio, atque a regimine, et administratione tam spiritualium, quam temporalium suæ ecclesiæ suspensus sit eo ipso.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plane, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die prima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno quinto.



CLEMENS XIV.

ANNO SEXTO



Dat. die 16. junii 1774. Anno VI.

CCCXIV.

Confirmantur nonnullae resolutiones super privativa molendini, ab hominibus castri Gualdi Firmanae dioecesis captae.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii communitas, et homines castri Gualdi Firmanae dioecesis, quod alias cives omnes, ac populus dicti castri ad subeundas communitativas expensas, quibus aliter consultum esse non poterat, duobus resolutionibus editis die vicesima octava decembris MDCCXIII., ac die decima quarta januarii MDCCXIV. in publico populari consilio per capita domorum indicto, et habito, auctoritate, et annuente bo. me. Phisimbo Marabottini tunc temporis communitatum status Firmani apostolico visitatore, confirmarunt privativum jus molendi, et conterendi frumentum, aliasque segetes in molendino ejusdem communitatis, quo sane jure longo temporis intervallo communitas ipsa jam antea fruebatur, ac se sa obligarunt idem molendinum perpetuo adire causa frumentum, legumina, omniaque alia molendi, et conterendi, ac alias prout in eisdem resolutionibus, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Vi itaque praedictarum resolutionum postmodum die xvi. augusti MDCCXVI. publicum, ac solemne instrumentum confectum fuit per acta Caesaris Magni notarii ejusdem castri favore communitatis praedictae cum obligatione, quod illud perpetuo tam tunc temporis contrahentes, quam eorum haeredes, et successores exequi, at observare deberent, ac alias prout in ipso instrumento, cujus pariter tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, planius continatur.

Lites actae super jure privativo, et transactiones circa illud initae.

§. 2. Post igitur innumeras controversias excitatas deinde adversus privativum jus hujusmodi, ac supur usu, et observantia solutionis poenae indictae pro illius conservatione, jussu congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium bono regimini communitatum, civitatum, torrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici praepositae die xviii. septembris MDCCXXXVI. in consilio pariter populari dicti castri observantia ejusdem juris privativi proposita fuit, eamque centum septuaginta suffragia favorabilia iterum confirmarunt, tresdecim tantum ex eis in contrariam sententiam abeuntibus, quam quidem resolutionem praefata congregatio suo rescripto edito die xxiv novembris ejusdem anni MDCCXXXVI. approbavit: nihilotamen minus iterum anno MDCCLXX. nonnulli privativum jus hujusmodi aegra ferentes, assumpto nomine capitum familiarum insurrexerunt novam litem instituendo coram eadem congregatione, quae primum die quarta augusti ipsius anni MDCCLXX. ad relationem dilecti filii magistri Nicolai Riganti in utraque signatura Nostra referendario, et causae hujusmodi ponentis decrevit, ut consiliaris resolutio quoad poenam solvendam ab iis, qui jus privativum praedictum violassent, in amissione tantum bellurarum, et rerum locum sibi vindicaret, poenam pecuniariam expresse prohibendo. Postmodum vero sub die xviii. maii MDCCLXXI. rescripsit in hunc, qui sequitur, modum videlicet: Servetur privativa molendini, de quo agitur, favore communitatis, et amplius. Quoad poenam in decisis sub die iv. augusti MDCCLXX. ac alias prout in eisdem rescriptis, quorum itidem tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum in-

sertis haberi volumus, fusius continetur.

Supplicatio pro obtinenda confirmatione resolutionum initarum a sacra congregatione Boni regiminis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, post tot etiam resolutiones memoratæ congregationis, adhuc superesse valeat aliquis, qui jus privativum hujusmodi in controversiam revocare præsumat, vel ad novam sumptuosam litem subeundam communitatem prædictam, non sine gravis ejus detrimento, evocare intendat; hinc dicti exponentes tam resolutiones concilii, ac instrumentum prædictum nomine, at cum obligatione totius populi anno MDCCXVI, ut præfertur, confectum, quam decreta, at resolutiones memoratæ congregationis desuper edita per Nos approbari, omnibusque aliis controversiis quoad præmissa finem imponi, easque finitas declarari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica cum termino litium promotarum.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati memoratas resolutiones editas die xxviii. decembris MDCCXIII. at die xiv. januarii MDCCXIV. a publico populari consilio dicti castri, nec non instrumentum nomine, et cum obligatione totius populi die xvi augusti MDCCXVI, ut præfertur, confectum, atque dicta decreta, rescripta, at resolutiones memoratæ congregationis eorumdem cardinalium, una cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ inviolabilis, ac perpetuæ firmitatis robor adiicimus, omniaque præmissa in posterum servanda, et exequenda esse præcipimus, et jubemus, nec non lites, ac controversias omnes super eisdem præmissis promotas, et excitatas finitas esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Insuper decernentes, easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit in omnibus, at per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectiva inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delagatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilagiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genera, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, at innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialitar, et axpresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sactam Mariam majorem sub annulo piscatoris dia decima sexta junii millasimo septingantesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXV.

Dat. die 16. junii 1774. Anno VI.

Translatio facultatis concedendi lauream doctoralem de rectore universitatis Mutinensis ad magnum cancellarium ejusdem civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Publicas studiorum universitates tanto catholicæ religionis, ac reipublicæ bono provide, ac salubriter institutas amplioribus pontificiæ beneficentiæ Nostræ gratiis, et favoribus confovere, ac prosequi jugiter satagantes, eis libenter concedimus, quæ ad illarum utilitatem, ac decus magis expedire in Domino arbitramur.

Status universitatis.

§. 2. Nuper siquidem exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni reformatores universitatis Mutinensis, quod dudum, anno nempe MDCLXXXII eadem universitas una cum collegio doctorum theologorum erecta, atque instituta fuit. Postmodum vero felicis recordationis Benedictus pp. XIII per suas in forma Brevis die xxiii junii MDCCXXVIII expeditas literas, tunc existenti rectori ejusdem universitatis directas, ne quis scrupulus cuiquam superesset de facultate laureæ theologalis, sive antea usque tunc dilatæ, sive in posterum deferendæ, ratam, firmamque decrevit, atque declaravit, eamdem facultatem laureæ theologalis hujusmodi emeritis viris conferendæ, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Supplicatio pro obtinenda providentia ad majus decus, et incrementum universitatis.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ad majus decus, et incrementum prædictæ universitatis, facultates, et jura conferendi quamcumque lauream doctoralem in una tantum persona magni cancellarii, atque, eo deficiente, in alia vice-magni cancellarii, ex nova præscripta methodo, unita modo reperiantur; hinc dicti exponentes jus quoque conferendi lauream theologalem, quod antea penes priorem collegii doctorum theologorum, et rectorem ipsius universitatis residebat, ad personam dicti magni cancellarii, seu respective vice-cancellarii in posterum per Nos transferri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio super immutatione juris conferendi lauream.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, facultatem conferendi lauream doctoralem prædictam, quæ prius erat penes priorem collegii doctorum theologorum, et rectorem dictæ universitatis Mutinensis, servatis omnibus legibus, et conditionibus quoad qualitatem admittendorum, et studia ab ipsis prius peragenda, atque examen per eos subeundum, a statutis ejusdem universitatis volitis, atque præscriptis, in nunc, et pro tempore existentem magnum cancellarium, et in casu ejus deficientiæ in vice-cancellarium dictæ universitatis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo transferimus, ac quatenus opus sit, facultatem prædictam ei, sive eis respective de novo concedimus, et indulgemus.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quovis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Datum die 20. junii 1774. Anno VI.

CCCXVI.

Confirmatio sententiarum ab ipso supplicanta domino cardinali Malvetio archiepiscopo Bononiensi apostolico visitatore æditarum super concessione ecclesiæ sanctæ Luciæ extinctæ societatis Jesu civitatis Bonaniæ.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Deputatio visitatoris apostolici in personam cardinalis Malvetii.

§. 1. Alias Nos per Nostras in simili forma Brevis expaditas literas dilectum filium Nostrum Vincentium S. R.E. cardinalem Malvetium nuncupatum metropolitanæ ecclesiæ Bonnniensis ex concessione, et dispensatione apostolica præsulem in visitatorem apostolicum clericorum regularium tunc existentis societatis Jesu pro civitate, et diœcesi Bononiensi motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, dequa apostolicæ potestatis plenitudine constituimus, et deputavimus, eidemque Vincentio cardinali, et archiepiscopo, ac visitatori per Nos, ut præfertur, deputato amplam, plenam, et liberam ad id facultatem, et potestatem tribuimus atque concessimus, ac alias prout in eisdam Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ae de varbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continatur.

Opera præstita ab eodem visitatore apostolico.

§. 2. Dum vero ipse Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus demandatum sibi munus, summo studio, zelo, ac singulari diligentia exetutioni committere curabat, nomine dilectorum filiorum regiminis dictæ civitatis expositum Nobis fuit, quod cum nonnulla loca pia ejusdem civitatis præsertim vero operæ pauperum mendicantium, et scholarum piarum respective nuncupatarum, in gravibus versarentur angustiis; numerus vero miserabilium, atque otiose viventium in dies quam maxime augeretur, hinc ipsi exponentes postulabant, ut in eorumdem locorum piorum levamen, atque ut consultum esset iis, qui ita otiose vivebant, ne amplius hanc vivendi rationem sarvarent, bona stabilia, aliæque res ad collegia sanctæ Luciæ, et sancti Ignatii civitatis prædictæ spectantia et pertinentia a Nobis essent assignanda. Nos itaque petitionem hanc, et desuper porrectas preces, Nostro rescripto remisimus arbitrio, prudentiæ, et conscientiæ ipsius Vincentii cardinalis archiepiscopi, et visitatoris apostolici, cum omnibus facultatibus necassariis, et opportunis, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Cujus quidem rescripti vigore, dictus Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator decretum edidit tenoris qui sequitur, nempe » Utentes facultate nobis in eodem rescripto delegata, et obsequendo etiam particularibus instructionibus nobis a Sanctitate Sua communicatis, pro nunc et salvis ulterioribus destinationibus per nos faciendis, proindeque retento penes nos principali dominio eorumdem bonorum, ad effectum de quo supra petitæ distributionis, applicamus, et assignamus redditus dictorum bonorum at effectum, detracto tamen prius ære alieno, satisfactis piis legatis, et oneribus, nec non detractis pensionibus, juxta mentem Sanctitatis Suæ titulo alimentorum destinandis, applicamus, et assignamus locis piis hujus civitatis, a nobis, et pro nostro arbitrio decernendis, proindeque ad illas pias causas, et ad illos ulteriores usus, a nobis quandocumque indicandos; ad hoc autem, ut præmissa omnia suum plenarium affectum sortiantur, eadem apostolica auctoritate nobis, ut supra delegata, expresse derogamus quibuscumque testamentariis, seu codicillaribus dispositionibus, aliisque forsan ex contractibus inter vivos stipulatis derivantibus, et tam puriticatis, quam puriticandis, quorum vigore fieret locus alicui substitutioni, seu caducitati ex causa dictæ bonorum applicationis, quam perpetuo firmam esse volumus, at mandamus, non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, in contrarium facientibus quæ non obstara expresse declaramus, at ita ec. non solum ec. sed et omni ec. »

Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus visitator, et dalegatus apostolicus.

Alias operas pias præstitit visitator, quas laudat Pontifex.

§. 3. Post hæc animum ipse convertit ad eas omnes operas pias prospiciendas, quæ ex assignatione eorumdem bonorum utiliores sibi commisso gregi evadere possent; cumque in primis spirituale bonum animarum cæteris omnibus præferendum merito duxissat; hinc in dicto collegio sancti Ignatii presbyteros seculares congregationis Missionis nuncupatæ in locum claricorum regularium suppressæ societatis Jesu prædictæ, ad id accedenta quoque ejusdem regiminis assensu, subrogare, et admittere curavit, atque in

eis assignanda ecclesia, et domo, præter id quod eorum congruæ substentationi sufficiens videbatur, conventa ac statuta fuerunt onera in posterum ab ipsis subeunda, et exequenda in XIII. capitulis expressa, ac alias prout ex verbis sententiæ desuper editæ ab eodem Vincentio cardinali archiepiscopo, at visitatore apostolico die xxi. octobris MDCCLXXIII., et capitulis prædictis, quorum quidem tenor est qui sequitur nempe.

Commendatur inter cæteras assignatio domus, et ecclesiæ s. Ignatii patribus congregationis Missionis facta.

§. 4. Cum vero inter alias piss causas a nobis, ut supra, designandas illam pro nunc jam decreverimus, destinationis, et assignationis domus et ecclesiæ sancti Ignatii, et annexorum patribus congregationis Missionis, qui inhæsive etiam consensui a dicto regimine præstito pro illorum admissione in hac civitata, se se promptos obtularunt ad acceptandam dictam destinationem, et ad exercenda in dicta ecclesia munera a nobis eisdem præscribenda pro spirituali populi bono; propterea nos eadem, qua fungimur apostolica auctoritate pro nunc, et salvis ulterioribus destinationibus per nos faciendis, assignamus dictis patribus congregationis Missionis domum, et ecclesiam sancti Ignatii in hac civitate, in qua residebant patres suppressæ societatis Jesu, illorumque novitiatus ad hunc præcipue finem, ut dicti patres congregationis Missionis aperiant, et apertam perpetuo retineant publici commodo ecclesiam prædictam sancti Ignatii, sacrificia in ea quotidie celebrent, confessiones audiant, aliaque spiritualia munera exerceant, quæ in folio huic nostræ sententiæ adnexo, et a nobis subscripto indicata sunt, et quæ in posterum ad nostri, successorumque nostrorum beneplacitum destinabuntur. Volumus ulterius, et expresse mandamus per eosdem patres perpetuo observari, et adimpleri omnes, et singulas conventiones in eodem adnexo folio expressas, pro quarum solemni stipulatione per infrascriptum nostrum notarium roganda deputamus dominum advocatum Ruggerum Ruggeri cum omnibus facultatibus superinde necessariis, et opportunis; et ita ec. non solum ec. sed at omni ec.

Vincentius Cardinalis Malvetius archiepiscopus, et delegatus apostolicus.

Dia xxi octobris MDCCLXXIII lecta lata etc. per subscriptum eminentissimum, et reverendissimum dominum Bononiæ cardinalem archiepiscopum judicem delegatum apostolicum etc. ut supra.

Præsentibus admodum reverendis dominis Vincentio Masi, et doctore Joseph Rossi Vaccari, ambobus sacerdotibus Bononiæ, et eminentiæ suæ reverendissimæ cappellanis testibus etc.

Tenor conventionum de quo supra est sequans videlicet

Tenor conventionum stipulandarum cum patribus congregationis Missionis.

§. 5. Convenzioni da stipularsi fra l'eminentissimo e reverendissimo signor cardinal arcivescovo di Bologna con li padri della congregazione della Missione istituita da san Vincenzo de' Paoli, in occasione del loro stabilimento nella casa, e chiesa di sant' Ignazio in questa città.

1. Sua eminenza reverendissima assegna alli padri della congregazione della Missione la casa, chiesa, e orto annesso, cinto di mura, detto di santo Ignazio, con tutte le altre pertinenza esistenti nel medesimo recinto, eccettuate le infrascritte.

2. Item assegna tutte le suppellettili della chiesa, e sagristia notate nell' inventario a parte.

3. Item assegna tutto quello, che era di pertinenza del casino degli esercizj annesso alla detta casa, cioè mobiglie di casa, e stanze, arredi sagri delle cappelle, utensili di refettorio, cucina, dispensa, e di più liberamante rimalte alcuni vasi di cantina numero otto botti, e sei tinozzi.

4. Item assegna altre mobiglie di pertinenza della casa di sant' Ignazio per il valora di scudi duecento.

5. Sua eminenza finalmente unisce perpetuamanta l' adempimento di due obblighi di messe della detta chiesa colle entrate annesse.

6. In correspettività di che si obbligano i detti pp. di ufficiare la chiesa publicamente, esibendosi pronti a confessare i concorrenti dell' uno, e l' altro sesso, come fanno in altre loro chiese.

7. Si obbligano di fare le missioni nella diocesi, a richiesta di sua eminenza.

8. Saranno pronti a dare gli esercizj spirituali ad ogni ceto di persone, siano ecclesiastici, o secolari, secondo si presentera l' opportunità, come pure i ritiri spirituali a chi li desidera.

9. Come pure si obbligano ad istruire nelle sacre cerimonie gli ecclesiastici, secondo ordinerà l'eminenza sua.

10. Si assumono il peso di fare la congregazione degli artisti nell' oratorio destinato a questa pia funzione, e ad altre persona a piacere di sua eminenza.

11. Finalmente si obbligano fare qualunque altra funzione spirituale, che sarà loro ordinata da sua eminenza; tanto più, che vengono abilitati a farle per Breve di motu proprio della santità di Clemente XIV felicemente regnante.

12. Il valore poi della mobiglie, che compreranno di pertinenza della casa di s. Ignazio lo pagheranno dilazionatamente a scudi cento l' anno in vista della strettezza, nella quale si trovado in questi principj.

13. Si dichiara per ultimo riservato il commodo di derivare l' acqua necessaria per inaffiare l' orto contiguo dalla del casino degli esercizj, e così pure il commodo della cantina, granaro, fenile, stalla, e stanze già destinate per commodo del canevaro, e de' contadini sino a tanto che durerà l' amministrazione de' beni della suppressa compagnia di Gesù e non più oltre etc. = Expositis autem Nobis capitulis, et conventionibus, quæ cum eisdem presbyteris sæcularibus prædictæ congregationis deinde, die scilicet xxiii ejusdem mensis octobris MDCCLXXIII per acta Gasparis Sacchetti notarii Bononiensis inita fuerant, une cum capitulis a regimine prædicto confectis quorum approbationem per Nos concedi ejusdem regiminis nomine petebatur; omnia hæc arbitrio pariter, et prudentiæ ipsius Vincentii cardinalis archiepiscopi, et visitatoris remittenda esse censuimus. Ipse tamen cum probe sciret qualis esset Nostra voluntas ultimo dicta capitula justis ex causis minime confirmavit; sed utendo in hac quoque re facultatibus sibi a Nobis attributis, ratas tantummodo habuit conventiones per eum sub præfata die xxiii octobris, ut præfertur statutas cum eisdem presbyteris sæcularibus, illarumque omnimodam executionem demandavit, cæteris rejectis, unica declarando relativa ad mentem, ac voluntatem eiusdem regiminis, quod dicti presbyteri seculares congregationis Missionis fruerentur illis exemptionibus, et privilegiis in Bononiensi civitate hujusmodi concessis sub nomine exemptionum communium reliquis communitatibus ecclesiasticis regularibus, ac alias prout ex verbis alterius sententiæ latæ die xviii decembris ejusdem anni sequentis tenoris videlicet.

Sententia lata a commissario apostolico.

§. 6. Inter alias destinationes per nos auctoritate apostolica factas bonorum et effectuum jam spectantium collegiis sanctæ Luciæ, et sancti Ignatii suppressæ societatis Jesu, in hac civitate illam potissimum decrevimus sub die 22 proximi præteriti mensis octobris assignationis nempe domus, et ecclesiæ s. Ignatii, et adnexorum patribus congregationis Missionis, qui inhæsive etiam consensui præstito ab hoc Bononiense regimine pro illorum admissione in hac civitate, acceptarunt dictam assignationem sub certis legibus, et conventionibus solemniter stipulatis ex rogitu, et actis infrascripti nostri notarii. Cum vero post factam a nobis prædictam destinationem, et assignationem, habitus fuerit recursus ad Sanctissimum pro parte, et nomine dicti Bononiensis regiminis, implorando approbationem nonnullorum capitulorum, quorum prætendebatur observantia in casu introductionis dictorum patrum in hanc civitatem, propterea Sanctitas Sua ex ejus audientia mediante R. P. D. V. Macedonio rescripsit remittendo instantiam, arbitrio, prudentiæ, et conscentiæ nostræ, ac nobis concedendo super præmissis omnes facultates necessarias, ac opportunas quibuscumque contrariis etiam speciali mentione dignis non obstantibus, ac ut ex rescripto Sanctissimo 11 octobris proxime præteriti, de quo in actis infrascripti nostri notarii. Nos vero prinsquam uteremur facultatibus nobis in dicto rescripto Sanctissimo concessis, satius duximus transmittere Sanctitati Suæ prout de facto transmisimus copiam capitulorum ut supra per nos stipulatorum cum dictis patribus congregationis Missionis ad hoc ut super eisdem oraculum Sanctissimum haberemus, et plenam reportavimus Sanctitatis Suæ approbationem prout ex epistola ejusdem R. P. D. Macedonii, in qua remissa fuit nobis copia per nos transmissa dictorum capitulorum cum rescripto novæ remissionis prudentiæ nostræ, de quo pariter in actis infrascripti nostri notarii. Nos igitur volentes in executionem dictorum sanctissimorum rescriptorum devenire ad opportunam, et necessariam declarationem praecipue ad tollendas quascumque difficultates, quae in posterum oriri possent, dicimus, et auctoritate, qua fungimur declaramus rejicienda prorsus esse, prout sic nos rejicimus, et pro rejectis haberi volumus et mandamus capitula, et conventiones, quæ ex parte dicti regiminis Bononiæ prætendebantur a dictis patribus congregationis Missionis observari, et adimpleri occasione illorum admissionis in hanc civitatem, et quorum approbatio ut supra petita fuit a Sanctissimo, sed tamen fuit arbitrio, et pru-

dentiæ nostræ ut supra remissa: successiveque utentes eadem apostolica auctoritate denuo approbamus, et ratificamus capitula, et conventiones per nos cum dictis patribus congregationis Missionis ut supra stipulatas sub die 23 proxime præteriti mensis octobris ex rogitu infrascripti notarii, dictasque conventiones tantummodo, et non alias perpetuo observandas, et adimplendas esse volumus, et mandamus, imponentes unicuique superinde perpetuum silentium. Declaramus tamen ad omnem bonum finem, et effectum dictos reverendos patres congregationis Missionis in dicto domo, et ecclesia sancti Ignatii hujus civitatis residentes, illorumque successores illis tantumodo exemptionibus, et privilegiis gaudere debere, quibus gaudent aliæ communitates ecclesiasticæ regulares in hac civitate, et quæ exemptiones communes appellantur, et non aliter etc. et ita etc. non solum etc. sed et omni etc.

Ita pronunciavi ego Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus, et judex delegatus.

Ulteriores providentiæ ab eodem apostolico commissario susceptæ.

§. 7. Postmodum, cum idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus animadvertisset, bona prædicta gravata reperiri propter nonnullas obligationes, et legata pia respicientia, sive peculiares functiones, ac festivitates celebrari solitas in ecclesiis duorum collegiorum hujusmodi, quæ haud necessariæ modo videbantur, sive ob sacras missiones, quarum onus clericis regularibus societatis suppressæ hujusmodi impositum fuerat, et in quarum locum alias pias proficuosque exercitationes ipse substituerat; hinc a Nobis petiit obligationum et legatorum prædictorum abrogationem. Nos vero in re hac Nostro rescripto die xxviii. januarii currentis anni omnes facultates necessarias, et opportunas tribuimus eidem Vincentio cardinali archiepiscopo, et visitatori, qui facultatibus hujusmodi usus adhuc non fuit, ut ea, qua par est, maturitate legata, et obligationes, quæ executionem, aut commutationem promerentur, ab aliis omnimode in posterum abrogandis discernantur. Interea perpenso, quod in ecclesia et collegio sanctæ Luciæ hujusmodi non solum sacræ functiones sæpe celebrabantur, sed ibidem extabant publicæ scholæ grammaticæ, humanitatis, et rhetoricæ ad juventutem erudiendam, eidemque collegio uniti reperiebantur duo convictus nuncupati, unus nempe nobilis, et alter civicus, ambo tamen sub directione eorumdem clericorum regularium suppressæ societatis ejusdem; hinc dictus Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator enixe volens, ut civitas præfata hisce utilitatibus minime careret, omnem adhibuit operam in perquirendis inter regulares iis, qui ad id aptiores, utilioresque fuissent; cumque pro comperta haberet summa diligentia, industria, et solicitudo, qua clerici regulares congregationis sancti Pauli decollati Barnabitæ nuncupati in juventute bonis moribus, literisque informanda, ac erudienda feliciter utuntur, hac de re directionem, et curam prædictarum ecclesiæ, scholarum, ac utriusque convictus eis committendam esse putavit, illorumque omnium possessionem præterito mense novembris superioris anni dicti clerici regulares præfatæ congregationis adepti sunt, omnesque functiones tam ecclesiasticas, quam ad rem literariam pertinentes, ac prius ibidem expleri solitas laudabiliter usque adhuc peregerunt; et quamvis principales regulæ eorum obligationes respicientes haberi possint pro jam conventis, et constitutis, nihilominus res adhuc tota absoluta non est quoad assignationem ipsis faciendam, et quoad nonnullas alias conditiones, quæ admodum potius, quam ad substantiam ipsius rei pertinere dignoscuntur. Demum, sicut usque ab initio idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator a Nobis deputatus præcogitaverat necessarium omnino duxit instituere, atque erigere unam congregationem Clementinam nuncupandam, et pro tempore existenti archiepiscopo Bononiensi subjectam pro administratione dictorum bonorum, eorumque redituum, ad quam quidem congregationem invigilare pertineat, ut onera ejusdem presbyteris secularibus, ac respective clericis regularibus prædictarum congregationum imposita suum assequantur complementum, atque ut fructus, et redditus, qui supersint in majorem publicam utilitatem publicumque levamen, et auxilium juxta Nostram mentem, et intentionem applicentur. Qua de re ipse die xix. aprilis currentis anni sententiam tulit, ac in ea firmis manentibus destinationibus tunc usque factis, et aliis provisionibus forsan in posterum per ipsum faciendis, instituit, et erexit congregationem prædictam constitutam a decem viris assumptis ex omni personarum ordine, sive nempe canonicorum utriusque capituli dictæ civitatis, sive senatorum, equitum, et mercatorum, atque e duo-

bus consultoribus, theologo videlicet, et legali, nec non ab uno notario, et respective secretario, ea mente, ac intentione ut quo citius fieri possit, illæ condendæ essent leges, ac regulæ quæ utiliores viderentur, ac alias prout ex verbis dictæ sententiæ tenoris sequentis, nempe.

Firmis semper manentibus destinationibus per nos hucusque eadem apostolica auctoritate factis, et salvis, et reservatis aliis provisionibus per nos forsan in posterum capiendis, unam erigimus, atque instituimus congregationem, quam *Clementinam* appellari volumus, ex dictis decem dd. assumptis, seu præsidibus, nec non ex infrascriptis duobus consultoribus legali nempe, et theologo a nobis infra nominandis, et ex infrascripto nostro notario a secretis etc. quibus decem assumptis, seu præsidibus hanc præcipue curam incumbere volumus, et dictorum bonorum, et effectuum administratio ea majori qua fieri potest utilitate exerceatur, ac omnes, et singulæ destinationes, a nobis huc usque factæ, et a nobis pariter, seu a successoribus nostris in posterum faciendæ fideliter, et juxta proposítos, ac respective proponendos fines plenariam semper sortiantur exequutionem, pro quo effectu eisdem concedimus, et impertimur, necessarias, et quomodolibet opportunas facultates. Eamdem vero sic per nos institutam congregationem Clementinam nobis, ac successoribus nostris in hoc Bononiense archiepiscopatu omnimode subordinatam esse volumus, illiusque constitutiones, et leges quo citius fieri poterit compilandas a nobis, seu a successoribus nostris approbandas esse mandamus. Nomina autem decem dd. assumptorum seu præsidum ut supra per nos electorum ad constituendam dictam congregationem, nec non dd. consultorum sunt infrascripta, videlicet. = D. co. Vincentius Zambeccari archidiaconus metropolitanæ Bononiæ. = D. marchio Hannibal Banzi canonicus dictæ metropolitanæ. = D. Lucius Natali præpositus collegiatæ sancti Petronii. = D. Paulus Joseph Castelli Peratini prior dictæ collegiatæ. = D. co. Hieronymus senator Legnani Ferri. = D. co. Joseph senator Malvasia. = D. co. Joseph Malvezzi Locatelli. = D. co. Odoardus Pepoli. = D. advocatus co. Dominicus Levera = D. Petronius Landi.

Consultores dictæ congregationis.

P. magister Vincentius Paozacchi minor conventualis in conventu s. Francisci.

D. advocatus Gavazzi.

Et ita dicimus, et auctoritate apostolica prædicta declaramus non solum etc., sed et omni etc.

Vincentius cardinalis Malvetius archiepiscopus, et delegatus apostolicus.

§. 8. Cum autem sicut Nobis nuper exposuit idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus, præmissa omnia ab eo gesta, decreta, præscripta, et demandata una cum acquisitione dominii, et dispositione prædictorum bonorum, ac redditnum, quacumque lege, statuto, ultima voluntate, contractu, conventione, aliisque contrariis omnibus minime obstantibus per Nos apostolica auctoritate confirmari, et approbari plurimum desideret. Nos ipsius votis benigne annuere volentes, ejusque eximiam pietatem, prudentiam, diligentiamque in re hac cum singulari procurandæ salutis animarum zelo, adhibitam plurimum in Domino commendantes, ejus supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, præmissa omnia ab eodem Vincentio cardinali archiepiscopo, et visitatore apostolico, ut præfertur, sive quomodolibet gesta, facta, et executa quoad dispositionem, assignationem, et concessionem ecclesiarum, et bonorum dictorum duorum collegiorum sanctæ Luciæ, et sancti Ignatii civitatis prædictæ Bononiensis, illorumque dominii, nec non quoad erectionem seu institutionem præfatæ congregationis, una cum prædictis sententiis, earumque præinsertis verbis, ac omnibus et singulis in illis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus; illisque perpetuæ, atque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, ac singulos juris, et facti, ac solemnitatum etiam substantiales defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, sive intervenisse dici, aut censeri possit supplemus, et sanamus; prædictaque omnia, et singula per ipsum Vincentium cardinalem archiepiscopum, et visitatorem a Nobis deputatum, gesta, disposita, ordinata atque præscripta, quacumque lege etiam in corpore juris clausa, et quibusvis statutis, ultimis voluntatibus, contractibus, conventionibus, et quibusvis aliis dispositionibus minime obstantibus, perpetuo ac inviolabiliter observanda, et exequenda esse pari auctoritate, ac tenore statuimus, volumus, atque mandamus.

Approbatio, et confirmatio apostolica super gestis, et decretis ab eodem commissario.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes ipsas præsentes literas firmas semper, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissma suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S. R. E cardinales etiam de latere legatos judicari, et definiri debere, et irritum si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, legatis, ac dispositionibus, quæ quoad præmissa sufficienter, at expresse derogamus, nec non constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, specialis, specifica, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales expressio ad hoc servanda foret illorum tenores hujusmodi præsentibus pro plena, et sufficianter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXVII.

Dat. die 28. junii 1774. Anno VI.

Erigitur simplex beneficium ex bonis, ac redditibus parochialis ecclesiæ sanctæ Mariæ della Pomposa dirutæ, et suppressæ Mutinensis civitatis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus promotor fiscalis abbatiæ nuncupatæ sub titulo sanctæ Mariæ della Pomposa civitatis Mutinensis, de jurepatronatus, ut asseritur, nobilis viri Francisci ducis Mutinensis, Regii, et Mirandulæ, quem dilectus filius Noster Alexander Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis Albanus nuncupatus in commandam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolica obtinet, quod parochialis ecclesia sanctæ Mariæ della Pomposa pariter nuncupata jampridem in civitate prædicta existens, ac modo diruta, atque suppressa possidebat nonnulla bona, ac redditus, quibus præpositus curatus ejusdem ecclesiæ gaudebat, et fruebatur. Ad hoc itaque, ut bona prædicta minime disperdantur, et in posterum quoque existat titulus sanctæ Mariæ della Pomposa juxta vota ejusdem Francisci ducis fundatoris, ac munificentissimi benefactoris novi magni hospitii pauperum, et hospitalis dictæ civitatis, idem exponens cum bonis, ac redditibus prædictis unum beneficium simplex sub eodem titulo sanctæ Mariæ della Pomposa in ecclesia collegiata magni hospitii hujusmodi per Nos erigi, illudque sic erectum præpositurae dictæ ecclesiæ uniri, atque ad præsentationem, et nominationem ipsius Francisci ducis præposito pro tempore existenti ejusdem ecclesiæ, qui tamquam parochus, et caput illi præsidebit, conferri plurimum desiderat, atque ad id memorati Alexandri cardinalis consensus accedit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportuno providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis apostolicæ.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum

fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta bona, ac redditus memoratæ parochialis ecclesiæ sanctæ Mariæ della Pomposa dirutæ, atque, ut præfertur, suppressæ, quorum valorem præsentibus pro expresso haberi volumus, in simplex, ac perpetuum beneficium sub eodem titulo sanctæ Mariæ della Pomposa in dicta collegiata ecclesia magni hospitii ejusmodi, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium erigimus, ac perpetuo instituimus, et beneficium simplex hujusmodi sic per Nos, ut præfertur, erectum, atque institutum præposituræ dictæ collegiatæ ecclesiæ perpetuo itidem auctoritate, et tenore prædictis unimus, annectimus, et incorporamus, atque dictum beneficium ad nominationem ipsius Francisci ducis pro tempore existenti præposito collegiatæ ecclesiæ hujusmodi conferendum esse volumus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, ac de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quibusvis aliis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXVIII.

Dat. die 30. junii 1774. Anno VI.

Præficiuntur leges pro gubernio collegii Ginnasii nuncupati.

Januarius tituli s. Benedicti S. R. E. presbyter cardinalis de Simone, ssmi. Domini Nostri papæ pro auditor, et judex commissarius specialiter electus, et deputatus.

Chirographum exequendum dirigitur R. P. D. auditori papæ.

§. 1. Cum ssmus Dominus Noster Clemens, divina providentia pp. XIV. supplicationibus excelsi regiminis Bononiæ, et illmorum, et excelsorum senatorum assumptorum pro gubernio communitatum illius comitatus, et provinciæ etiam nomine communitatis, et juvenum natorum in terra Castri Bononiensis, benigne inclinatus, chirographum propria manu Sanctitatis Suæ die 28 currentis decembris mensis subsignatam, nobis pro exequtione in eo contentorum direxerit tenoris sequentis videlicet.

Tenor chirographi, in quo mentio extat primæ erectionis collegii.

§. 2. Rmo cardinal de Simone nostro pro = uditore = Ci hanno fatto rappresentare il reggimento della Nostra città di Bologna, ed i senatori assunti al governo delle communità di quel contado, e provincia, in nome ancora della communità, e de' giovani nativi della terra di Castel Bolognese, che il cardinal Ginnasio mentre viveva, istitui, e fondò in Roma un collegio chiamato col suo nome Ginnasio, e nell' atto di far testamento sotto il giorno 16 agosto 1638 dispose, che il detto collegio dovesse servire per il perpetuo mantenimento di otto giovani scolari nativi tutti di Castel Bolognese sua patria, al quale effetto providde lo stesso collegio di una commoda abitazione fornita de' necessarj mobili, ed utensili, lo dotò inoltre dell' annua rendita di scudi settecento; volle, che ne fossero perpetui governatori, ed amministratori i deputati del

monastero del Corpus Domini di Roma, chiamato similmente Ginnasio, e finalmente pose questa sua disposizione sotto la special protezione del reverendissimo cardinal decano pro tempore, come risulta dal testamento del detto cardinal Ginnasio umiliatoci. Ci hanno altresì fatto rappresentare, che una così pia istituzione riuscì molto utile, e profittevole alla detta terra di Castel Bolognese, ed ai giovani studenti nativi di essa; poichè occupando questi gli otto luoghi del detto collegio, ed apprendendo in esso la pietà, e le scienze produssero a se medesimi un considerabile vantaggio, e resero illustre la loro patria col numero de' soggetti, che hanno ivi fiorito nell' ordine tanto ecclesiastico, che secolare.

Praecipua lex super admissione juvenum in collegio.

§. 3. E sebbene dopo qualche tempo, essendosi palesate le costituzioni, e statuti che si dissero fatti dal medesimo cardinal Ginnasio pel regolamento dello stesso collegio, rimanesse quindi in parte minorato, e ristretto il commodo, e vantaggio di detti giovani scolari oriundi di Castel Bolognese, poichè in essi statuti, venne a darsi ai discendenti delle famiglie, e degli eredi istituiti, e sostituiti nel testamento del detto cardinal Ginnasio la prelazione nei luoghi del detto collegio, quando anche non fossero nativi di detta terra, l' addove nel di lui testamento tutti gli otto luoghi erano stati precisamente assegnati ai giovani oriundi di Castel Bolognese senza alcuna contemplazione dei discendenti delle dette famiglie, ed eredi; nondimeno fuori della sola prelazione di essi, niente più rimase inculcato, e replicatamente prescritto in essi statuti, quanto la seguente legge, che - *tutti i giovani da ammettersi in detto collegio dovessero esser sempre, e con effetto nativi di Castel Bolognese, e suo territorio, e non di altro luogo; e perciò non dovesse suffragare ad alcun estraneo qualsivoglia privilegio, o grazia di cittadinanza per esser ammesso al caritativo sussidio di detto collegio, e in difetto de' scolari di detto castello, e suo territorio dovessero interim restar sempre vacanti i luoghi per li scolari, che sarranno veri nativi di detto castello* - come dalla copia delle medesime costituzioni, e statuti parimente umiliatici.

De praelatione servanda inter eligendos.

§. 4. Similmente ci hanno fatto rappresentare, che sarebbe stato perciò tollerabile in qualche modo il pregiudizio derivato ai detti giovani nativi di Castel Bolognese dalla prelazione conceduta nei sopradetti statuti, e costituzioni ai discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi, mentre non essendo possibile, che questi concorressero in tal numero da coprire tutti gli otto luoghi del collegio, rimaneva perciò a detti giovani la sicurezza di occupare la maggior parte di essi luoghi: motivo per cui non ha sin qui curato la comunità di detta terra di proseguire la lite pendente nel nostro tribunale della Rota in grado di appellazione dalla sentenza del cardinal Gentili, mentre era luogotenente dell' A. C. con cui fu ordinata l' osservanza, ed esecuzione di detti statuti, e costituzioni: col tratto del tempo però si è reso gravissimo il pregiudizio dei giovani oriundi di Castel Bolognese non già per il concorso dei discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi, ma per i fatti che sono sopravvenuti, tanto che i detti giovani dal 1756 a questa parte non hanno avuto più alcun luogo in detto collegio, e non possono sperare di averlo per altri cinquanta, o anche sessanta anni, se Noi non ci degniamo prendere un qualche benigno provvedimento: giacchè nell' anno 1756 per chirografo di Benedetto XIV Nostro predecessore di sa: mc: fu dismembrata dai capitali di esso collegio la somma di scudi ventimila per applicarla al suddetto monastero, e monache Ginnasie, e venendosi per questo a minorare di molto l' annua rendita del collegio, fu nel medesimo chirografo ordinato, che il numero de collegiali dovesse ridursi a soli quattro, sintanto, che si fosse pienamente reintegrato il sopradetto capitale coll' investimento, e moltiplico del sopravanzo delle rendite di esso collegio. E fu aggiunto inoltre, che i sopradetti quattro luoghi potessero interinamente occuparsi dai soli discendenti dalle famiglie degli eredi Ginnasi, con che dovesse poi tornare il detto collegio nel suo primiero stato tanto in ordine al numero degli otto giovani studenti, quanto in ordine a tutte le altre cose disposte dal pio fondatore, subito che fosse compita la reintegrazione de' scudi ventimila, come sopra dismembrati, come dalla copia del detto chirografo similmente umiliataci. Ci hanno fatto rappresentare di più, che esclusi in questa forma temporaneamente dalla partecipazione dei luoghi del detto collegio i giovani nativi di Castel Bolognese si andavano essi consolando colla speranza di ritornare fra non lungo tempo nel possesso del loro diritto mediante l' investimento, e moltiplico,

come sopra ordinato, il quale avendo un sufficiente annuo fondo, e questo dovendosi anche aumentare per le troppo verisimile mancanza de' collegiali discendenti delle famiglie degli eredi Ginnasi, faceva giustamente credere non molto lontana la reintegrazione del collegio, e la restituzione di esso nel suo primiero stato. Ma questa speranza ancora va a mancare ai detti giovani, poichè non contento il detto monastero delle Ginnesie dell' ottenuta applicazione degli scudi ventimila, non ha mai cessato, nè cessa d' insistere per altre dismembrazioni dei capitali del collegio. In fatti nel 1768 conseguì la somministrazione di altri scudi 1800, e non essendole riuscito due anni dopo di ottenere l' applicazione di altri sc. 5000, ha tentato nuovamente in quest'anno di conseguire da Noi altra somministrazione. Ed ecco come il detto monastero va a precludere la strada, o almeno va a rendere lontanissima la ripristinazione del collegio, quantunque in oggi lo stesso monastero non abbia più bisogno di sovvenimento, poichè sin dell' anno 1768, e 1769 si trovava in sopravanzo, non che al paro delle sue entrate, in conformità di un calcolo umiliatoci. Ci hanno aggiunto a tutto ciò un altro fatto, che ha contribuito, e contribuisce molto a tenere ulteriormente lontana la restituzione di detto collegio nel suo pristino stato; imperciocchè profittando alcuni estranei della sopravvenute vacanza di quattro luoghi lasciati in esso fermi nel sopraddetto chirografo, hanno procurato, ed hanno ottenuto con rappresentanze non giuste, e non sussistenti la loro immissione nei detti luoghi, di maniera che al giorno d' oggi nessun discendente dalle famiglie, ed eredi Ginnasi, e nessun giovane nativo di Castel Bolognese gode di questi luoghi, che bensì sono occupati da tre puramente estranei contro la chiara legge della fondazione del detto collegio, contro l' espressa regola de' statuti, e costituzioni di esso, e contro la lettera medesima del chirografo pontificio, come dagli umiliatici documenti.

Providentia sumenda pro obtinenda executione originariae institutionis, et chirographi ad rem editi a Benedicto XIV.

§. 5. In questo stato di cose gli oratori hanno fatto a Noi ricorso implorando dalla Nostra clemenza un benigno provvedimento, poichè interessa troppo la comunità, e giovani oriundi di essa terra, la sollecita ripristinazione del detto collegio, o che almeno non restino interinamente affatto privi detti giovani di qualcuno dei quattro luoghi di esso, che sono stati preservati nel chirografo del Nostro predecessore Benedetto XIV. Si conta presentemente in detta terra un copioso numero di giovani studenti, e dodici per lo meno di essi forniti de' necessari requisiti, come dal documento umiliatoci, potrebbero utilmente occupare qualcuno de' sopraddetti luoghi in vantaggio non meno privato, che publico, il quale si rifonderebbe anche nella medesima città di Bologna, alla cui università potrebbe aggiungersi lustro da essi giovani, dopo che avessero apprese in Roma le scienze coll' ajuto dell' annuo sussidio di detto collegio, onde ci hanno instantemente supplicato a volerci degnare di prendere in primo luogo, che il sopradetto moltiplico, ed investimento resti preservato da ogni qualunque altra dismembrazione, e somministrazione; ed in secondo luogo, che per l' avvenire resti vietata l' ammissione di qualunque estraneo al godimento dei quattro luoghi lasciati fermi nel sopradetto chirografo: e finalmente in terzo luogo, che sieno abilitati i giovani nativi di Castel Bolognese a poter entrare ai detti quattro luoghi nella vacanza di essi, ove non concorrino i discendenti delle famiglie ed eredi Ginnasi, o che questi non abbiano i requisiti prescritti dal testatore: aggiungendosi che queste loro umilissime istanze sono appoggiate a motivi ben giusti, ed equi; poichè la *prima* ha in oggetto il compimento della reintegrazione del collegio tanto inculcato nel chirografo Benedettino, e nondimeno con sommo pregiudizio non adempita, come dovevasi, anzi ridotta a segno di esigere il lasso di cinquante, ed anche di sessant'anni per potersi compire, come dal calcolo umiliatoci. *La seconda* è assistita dalla fondazione del medesimo collegio, dai statuti di esso, e dalle leggi del detto chirografo, in cui niente è più chiaro, quanto l' espressa perpetua esclusione di qualunque estraneo dalla partecipazione del sussidio di detto collegio. E finalmente la *terza* è appoggiata alla volontà, e disposizione del medesimo testatore, secondo la quale, come anche secondo gli statuti, e regole dello stesso collegio è stato questo istituito a solo commodo, e vantaggio de' giovani oriundi di Castel Bolognese, cui si vollero solamente preferiti i discendenti dalle famiglie, ed eredi Ginnasi. Qualora dunque non esistano questi discendenti, sembra molto giusto, che i

giovani nativi di detta terra sieno ammessi a godere dei quattro luoghi del collegio, durante il sopraddetto moltiplico, ed investimento, poichè in altra farme, sebbene sieno essi principalmente contemplati dal testatore, dovranno per un lunghissimo tempo restare esclusi da quel commodo, e sussidio, che è stato istituito per solo uso, e vantaggio: senza che posse loro ostare la legge del sopraddetto chirografo, nel quale sino all' ordinata reintegrezione furono preservati i quattro luoghi del collegio a beneficio dei soli discendenti delle famiglie, ed credi Ginnasi; mentre subito, che una tal legge non ha impedito, che in mancanza dei suddetti discendanti sieno stati ammessi gli estranei al godimento dei quattro luoghi, come sopra preservati, con tanta maggior ragione non dee impedire, che ottengano una tale ammissione i giovani nativi di detta terra ad esclusione degli estranei, onde possino almeno godere in qualche parte il pio sussidio, la cui temporanee riduzione tanto ad essi pregiudiziale non è acceduta per colpa loro.

Collegii protector, et visitator ex lege institutionis est cardinalis decanus pro tempore.

§. 6. Qual supplica essendo stata da noi per mezzo vostro rimessa al reverendissimo cardinal Cavalchini decano del collegio de' cardinali, e come tale protettore del collegio, e monastero Ginnasio, e visitatore ancora di detto monastero, acciocchè, sentiti i deputati del collegio, e monastero suddetto ci avesse informato sopra la rappresentanza fattaci, e ci avesse insieme manifestato il proprio sentimento. Egli similmente per mezzo vostro ci ha riferito, che per meglio renderci informati di tutto il seguito, di cui si parla nella sopraccitata supplica, ha creduto anche in esecuzione della Nostra mente, rendere intesa la congregazione de' deputati del detto monastero, e collegio istituita dal fondatore cardinal Ginnasi; e che essendosi in questa occasione, mediante l'opera di monsignor Filippo Valenti convisitatore, assunto un trattato amichevole di concordia tra l'ambasciatore di Bologna aderendo all' istanza di quelli di Castel Bolognese, e il deputati del monastero, o collegio, si è con comune, e reciproca soddisfazione formato un piano in diversi fogli, dal detto reverendissimo cardinal decano umiliatoci, che è del seguente tenore.

Piano stabilito nel trattato sopra l'affare del monastero, e del collegio Ginnasio di Roma.

Conventio inita pro gubernio monasterii, et collegii Ginnasii.

§. 7. L' eccelso reggimento di Bologna in nome della comunità, e de' giovani nativi di Castel Bolognese, una delle terre di quella provincia ha umiliato supplica alla santità di Nostro Signore Clemente XIV felicemente regnante, affinchè si degni di ordinare *in primo luogo*, che resti preservato da ogni altra dismembrazione, e somministrazione l' investimento, e moltiplico ordinato nel chirografo pontificio della sa. me. di Benedetto XIV in data dei 26 aprile 1756, in reintegrazione della somma dismembrata dai capitali del collegio Ginnasio di Roma, ed applicato al venerabil monastero, e reverende monache Ginnasie. *In secondo luogo*, che per l' avvenire resti vietata l' ammissione di qualunque estraneo al godimento dei quattro luoghi del detto collegio lasciati fermi nell' accennato chirografo sino alla totale restituzione del medesimo collegio nel suo pristino stato. *Ed in terzo luogo*, che sieno abilitati i giovani nativi di Castel Bolognese a poter ottare ai detti quattro luoghi nella prima vacanza di essi, qualora non vi concorrino i discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi, o non abbieno questi i requisiti prescritti dalla chiara memoria del cardinal Ginnasio institutore di esso collegio, salvo sempre il diritto, e gius dei detti oriundi di Castel Bolognese per la loro ammissione a tutti gli altri luoghi del medesimo collegio, quando sarà seguita la ripristinazione di esso, a tenore del sopraddetto chirografo, e della disposizione testamentaria del detto cardinal Ginnasio, e dei statuti, e regole dello stesso collegio. Essendo stata rimessa una tal supplica all'eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal pro-uditore di sua Santità, ed avendo egli chiesta l'informazione, e voto de' signori governatori, ed amministratori del detto collegio, che sono insieme deputati del monastero delle Ginnasie, e questi avendone fatta l'opportuna rappresentanza all'illustrissimo, e reverendissimo signor cardinal decano protettore del detto collegio, e monastero, e visitatore apostolico del detto monastero, come pure all'illustrissimo, e reverendissimo monsignor Filippo Valenti convisitatore; e quindi essendosi aperta l' occasione di promovere un trattato de bono, et æque

per fissare un piano a comune vantaggio del detto collegio, e monastero, si è creduto perciò spediento di partecipare all' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal pro-uditore questo favorevole incontro, onde ottenere la sua benigna permissione di poter assumere il trattato per poi sottoporre al veneratissimo suo giudizio il piano da concertarsi, e colla sua mediazione impetrarne da Nostro Signore la suprema approvazione, e conferma con un chirografo pontificio in sequela della supplica, come sopra umiliata. Essendosi compiaciuto il signor cardinal pro-uditore di accordare la richiesta permissione, e riserbandosi i signori deputati di esibire a sua eminenza il piano in congiuntura di doverla presentare la loro informazione sopra la detta supplica, si è quindi assunto il trattato sotto gli auspicj dell' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal decano protettore, e visitatore come sopra, e per esso di monsignor illustrissimo, e reverendissimo Valenti convisitatore, e de'signori deputati dal monastero, e governatori del collegio da una parte, e di sua eccellenza il signor ambasciatore di Bologna per il detto eccelso reggimento, come anche per la comunità, e giovani di Castel Bolognese dall' altra parte. Nei congressi tenuti per immaginare, e stabilire il piano si è premesso l' esame dello stato presentaneo tanto del monastero, che del detto collegio: e primieramente si è avuta ragione del rescritto pontificio ottenuto dalle monache Gianasie sino dalli 5 di giugno dell' anno scorso 1772, con cui si deva a detto eminentissimo visitatore la facoltà di applicare al loro monastero gli annui avvanzi dell'entrate del collegio in estinzione de' debiti, non men secchi, che fruttiferi dello stesso monastero ascendenti alla somma in tutto di sc. 6319 » 94 della qual facoltà servendosi il detto signor cardinal visitatore aveva ordinato sotto il giorno 14 settembre dell'istesso anno, che, detratta dalle rendite, ed entrata del detto collegio esatta, e da esigersi in avvenire l'annua somma occorrente per il mantenimento dei convittori secondo il chirografo della sa. me. di Benedetto XIV, come anche per gli emolumenti dei ministri dello stesso collegio, e per la conservazione dei di lui beni, ed altro necessario, si dovesse depositare tutto il sopravanzo nel sagro monte di Pietà per erogarlo fedelmente nella dimissione de' debiti contratti del monastero, sino a quel giorno nella predetta somma di sc. 6319 » 94, e de' frutti di essi da decorrere, sospeso intanto qualunque investimento del detto sopravanzo sino alla totale estinzione dei medesimi debiti, e frutti. E siccome in seguito di tutto ciò era già stata successivamente convertita in dimissione della maggior parte dei debiti secchi del detto monastero quella somma di sopravanzo, che si era trovata nell'entrate del collegio, talchè in breve colla maturazione dei nuovi termini delle dette rendite si sarebbe potuto compire prontamente dentro l'anno corrente la soddisfazione, ed estinzione di tutti gl'indicati debiti secchi, i quali comprese anche le usure arretrate dei debiti fruttiferi, non eccedono la somma in tutto di sc. 1650 » 32, non si è perciò tenuta a calcolo questa partita nei congressi, e trattato come quella, che al giorno presente può contarsi saldata, o almeno lo sarà in breve colle prime rate, che si avranno dal detto sopravanzo. Si è bensì tenuta in vista l'altra somma, e partita riguardante li debiti fruttiferi del medesimo monastero, che sono *due*, ed ascendono nel loro capitale alla somma in tutto di sc. 4669 » 62, e negli annui frutti a sc. 121 » 41. Dal peso appunto di questi frutti si è rilevato nascere la causa principale dell'annuo sbilancio dell'entrate, ed uscita dello stesso monastero, poichè sebbene in addietro sia esso restato annualmente in debito di quasi sc. 200, ad ogni modo colle prudentissime disposizioni, e riforma ordinate sopra l' economia del medesimo monastero del signor cardinal visitatore, e da monsignor illustrissimo Valenti convisitatore, essendosi in qualche parte diminuite presentemente le spese annuali, ed aumentata in qualche altra parte l' entrata, perciò quasi tutto il divario, e smanco si riduce in oggi alla detta partita de'frutti. Tenendosi pertanto a calcolo nel trattato non meno il capitale, che i frutti annui dei due sopraindicati debiti fruttiferi, si è passato a fare un ragguaglio della rendita, e spesa annuale del collegio per indi fissare il sopravanzo, e da esso prender norma per stabilire il piano. Si è dunque riconosciuto, che l' annua rendita di detto collegio monta alla somma di sc. 948 » 13, dalla quale detratti i pesi, a cui soggiace, e compreso anche il mantenimento dei tre convittori estranei, e detratta pure ogni altra spesa necessaria, si ha un sopravvanzo netto nell' annua

somma di sc. 521 » 15, come risulta dello specchio, e ristretto che è stato annesso. Sicchè in vista di un tal sopravvanzo per la parte del collegio, ed all' incontro in vista dall' annuo sbilancio per la parte del monastero nella somma di sc. 121, per il peso de'frutti per li due debiti, de' quali esso è gravato, come sopra, si è creduto di poter progettare, che il collegio debba farsi carico di pagare annualmente con una rata del suo sopravvanzo l' accennata somma di sc. 121 per i detti frutti. Ed inoltre volendosi anche provvedere all'estinzione de'capitali de' medesimi debiti con quelle misura però, che fossero adattabili alle circostanze del medesimo collegio, e del monastero, si è progettato di far contribuire dallo stesso collegio l'annua somma di sc. 50 per investirla in luoghi di monte, e farne molsiplico ad effetto di estinguere a suo tempo i detti due debiti fruttiferi, incominciando l'estinzione dalla metà del capitale di uno di essi due, subitochè il moltiplico sia giunto a somma corrispondente alla detta metà, con che per altro non debba aver principio una tale contribuzione del collegio, se non quando verrà a vacare il primo dei tre luoghi presentemente occupati dai convittori estranei; e colla condizione inoltre, che al sopraddetto investimento, e moltiplico debba concorrere, e contribuire nel medesimo tempo anche il detto monastero con una pari somma d'annui sc. 50, alla quale potrà supplire al mezzo di qualche ulteriore prudente riforma nella sua economia, o con altre maniere, che l'eminentissimo visitatore, o monsignor illustrissimo Valenti covisitatore, ed i signori deputati crederanno più proprie; ed a queste due condizioni si è aggiunta la terza, ed è, che a misura della riduzione, e minorazione del capitale delli detti due debiti fruttiferi da estinguersi a rate, coma sopra, subitochè il moltiplico sia giunto a somma adequata, debbasi ancha proporzionatamente, e di mano in mano minorarsi, e ridursi la contribuzione degli annui sc. 121 secondo che anderà diminuendosi il quantitativo de'frutti delli due capitali.

Consulitur temporarie ad missioni juvenum in alio collegio.

§. 8. Con questo equissimo temperamento restando bastantemente proveduto all'interesse del monastero, si sono quindi rivolte nai congressi le premura di ambe le parti a cercar provvedimento per l' interesse del collegio, a de'giovani oriundi di Castel Bolognese. E poichè a commodo, e vantaggio di essi giovani solamente, e de' discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi è stato eretto questo collegio, il di cui esercizio resta presentemente sospeso per le replicate dismembrazioni fatte dai di lui capitali in soccorso del monastero, perciò trovandosi in oggi col sopravvanzo dell'annue rendite del medesimo collegio, tanto che basta per supplire non meno alle urgenze del detto monastero nei termini sopra proposti, quanto anche al vantaggio, e commodo di essi giovani, e de' discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi, ed insieme alla continuazione dell'investimento, e moltiplico, per la reintegrazione, e ripristinazione dello stesso collegio; ed inoltre contandosi presentemente in Castel Bolognese molti giovani forniti de' necessari requisiti secondo la volontà, a disposizione del cardinal Ginnasio, e premurosi di avvanzare nei studi; per tal'effetto sino, che possa ottenersi la riapertura del collegio Ginnasio si è progettato di dar luogo provisionalmente, e sin d' adesso in uno de' collegi di Roma a due de' giovani nativi di detta terra. Siccome il più opportuno, ed il più conveniente alle presenti circostanze dell' affare è stato reputato il collegio Calasanzio, chiamato il collegio Nuovo sotto la direziona dei reverendi padri delle Scuole Pie, come quello, che è adattato alla civile estrazione di essi giovani, e che alle buone regole de' studj, e dell'educaziona unisce una discreta spesa pel mantenimento de' convittori, così è stato per ora prescelto questo collegio, dove potranno mantenersi i detti due giovani colla sola annua somma di sc. 160 in tutto a ragione di sc. 80 per ciaschoduno di essi, salvo il vestiaro, che rimarrà a loro carico, e peso; con condizione però, che sia sempre in piena libertà dei sig. governatori, e deputati di prescegliere, e destinare secondo le contingenze de' tempi altro collegio, che crederanno più opportuno, ed adattato per l'esecuzione della pia mente del cardinal Ginnasio fondatore.

Renovatur super exclusione extraneorum.

§. 9. A questo primo progetto è succeduto il secondo in concernenza de' luoghi presentemente occupati dagli estranei, e poichè questi per disposiziona, e volontà dell'istitutore, e per legga anche dei statuti non hanno aleun diritto, anzi sono nominatamente esclusi dal detto collegio Ginnasio, il quale è stato privatamente istituito per i soli giovani oriundi di Castel Bolo-

gnese e per i discendenti della famiglia, ed eredi Ginnasi, perciò essendo cosa molto interessante di stabilire, a fissare su di ciò un provvedimento inalterabile; quindi si è progettato di determinare per principale importantissima condizione, che da qui in poi non debbasi ammettere al godimento, e partecipazione de' luoghi di esso collegio, e *neppure di quei lasciati fermi nel sopradetto chirografo* della sa: me: di Benedetto XIV. alcun estraneo, ma si debbano ammettere unicamente i giovani nativi di Castel Bolognese, salva sola la prerogativa dei discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi nella forma, e maniera espressa nei statuti del medesimo collegio, purchè i detti discendenti abbiano i requisiti prescritti dal cardinal Ginnasio istitutore di esso.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica circa singula conventa pro gubernio, et administratione collegii.

§. 10. Ed affinchè una tal condizione resti sempre ferma, ed inalterabile si è progettato di supplicare umilmente, ed instantamente la Santità di nostro Signore, ad effetto, che nel pontificio chirografo di approvazione, e conferma del presente piano voglia degnarsi di approvare in modo speciale questa medesima condiaione, onde in vigore della suprema sua distinta conferma ne resti assicurata la perpetua invariabile osservanza. In sequela poi di essa condizione è stato progettato, che venendo a vacare il primo dei tre luoghi di detto collegio, presentemente occupati dagli estranei, la quale vacanza accaderà nell'anno venturo, debbasi immediatamente ammettere in questo luogo vacante un giovane oriundo di Castel Bolognese, accrescendo in tal forma il numero di detti giovani, onde tre di essi restino collocati nel detto collegio Calasanzio; a lo stesso debbasi praticare inviolabilmente, allorquando verrà a vacare il secondo, e poi il terzo dei detti luoghi occupati dagli estranei, talchè a misura di questa vacanza debbano ammettersi in detto collegio, o in altro da prescegliersi, come sopra, i nativi di Castel Bolognese; e solamente qualora concorrino i discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi, debbano questi essere preferiti, ed essi abbiano luogo nel collegio Clementino, o altro collegio nobile, a tenore di quanto trovasi ordinato nel chirografo della detta sa: me: di Benedetto XIV. Affinchè poi rimanga egualmente provveduto alla continuazione dell' investimento, e moltiplico per la reintegrazione, a ripristinazione dal detto collegio Ginnasio, quindi siccome l'anno presente sopravanzo delle di lui rendite ascendenti, come si è detto, alla somma di sc. 521. » 13., è maggiore di quello, che può occorrere tanto per il peso de' frutti dei debiti del monastero in sc. 121. come sopra, quanto pel mantenimento di due giovani oriundi di Castel Bolognese da collocarsi sin d'adesso nel collegio Calasanzio colla spesa di sc. 160; perciò è stato progettato, che tutta la rimanente somma del detto sopravanzo, la quale detratte queste due partite si riduce in sc. 240. » 13, si debba annualmente investire, e farsene moltiplico in reintegrazione dello stesso collegio Ginnasio; con libertà paraltro ai signori governatori, e amministratori dal medesimo di poter detrarre da questa somma un qualche sovvenimento, che secondo l'opportunità delle circostanze, e sa, e come ad essi parrà equo, e giusto, credessero di dare ai detti giovani di Castel Bolegnese per ragione di viatico nel loro accesso in Roma per entrare nel collegio, o nel loro recesso per ritornare alle loro case dopo compito il corso de' studj conforme qualche volta si è praticato (ad arbitrio però sempre dei signori governatori) nel tempo, che trovavasi aperto il medesimo collegio Ginnasio. Finalmente avendosi riguardo all' aumento del detto sopravanzo, allorquando verranno a vacare i tre luoghi occupati dagli estranei, ed essendosi rilevato, che non ostante il rimpiazzo, che in tal congiuntura devrà, come sopra, farsi dei giovani di Castel Bolognese con accrescere al collegio Calasanaio, o altro come sopra, la somma di scudi 80 annui per ciascuno de' convittori, e non ostante pure la contribuzione degli annui sc. 50, che allora dovrà aver principio ad oggetto di far il moltiplico per l' estinzione del capitale dei due debiti fruttiferi del monastero, ad ogni modo si aumenterà di qualche somma il detto sopravanzo, specialmente se non concorrerà ai luoghi vacanti alcun discendante della famiglia, ed eredi Ginnaşi. Quindi si è progettato, che il maggior sopravanzo debbasi in tal tempo parimente investire, e farsene moltiplico acciò con maggior sollecitudine possa compirsi la reintegrazione, e ripristinazione del collegio Ginnasio nelle forme espresse nel detto chirografo della sa: me: di Benedetto XIV. Sono queste le condizioni progettate dall' una e l'altra parte, e vicendevolmente approvate, onde a tenore di esse con unanime consenso si è formato il presente piano per sottoporlo all' oracolo

rispettatissimo dell'emo, a rmo sig. cardinal pro-uditore, affinchè si compiaccia di promovere, e patrocinare presso Sua Santità le pontificie approvazione, e conferma, che ambe le parti umilmante implorano.

Votum eminentissimi protectoris, et visitatoris.

§. 11. Il predetto rmo cardinale decano colla sua relazione ci dice di più, che egli, quantunque con le facoltà di visitatore, e con i rescritti da noi ottenuti in vantaggio, e sollievo del monastero suddetto, avesse presi alcuni provedimenti, ciò non ostante riconoscendo molto equo, giusto, ed espediente il proposto piano, come sopra ragistrato, non solo è concorso di buon animo ed approvarlo, ma unisce anch'esso le sue premure per ottenere la nostra approvazione colla spedizione del chirografo a tenore del desiderio, cha ne dimostra lo stesso raggimento di Bologna. Soggiungendo, che al suddetto piano crederebbe solamente necessario aggiungere, che la nomina de' collegiali debba restar ferma a favore degli eredi e successori, ed altri, a quali compete a tenore del testamento del detto cardinal Ginnasio, e nelle forma, e meniora prescritta ne' statuti di detto collegio al num. 2.° e 3.°

Tenor chirographi pontificii super confirmatione editarum conventionum.

§. 12. E Noi avando come sopra inteso detto revmo card. decano protettore, e attese le premesse cose, volendo usare verso de' suppìicanti gli atti della Nostra paterna clemenza, siamo benignamente condiscesi a far loro le grazie, come in appresso. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato l'intero tenore del riferito testamento dal fu cardinal Ginnasio, delle costituzioni, e statuti del detto collegio, del chirografo del Nostro predecessore Benedetto XIV de' 26 aprile 1756, ed ogni, e qualunque altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, di Nostra certa scienza, e pienezza della Nostre suprema potestà vi ordiniamo, che in nome Nostro ammettiate, ed approviate, conforme Noi ammettiamo, ad approviamo la convenzione, o sia piano fra gli oratori, e li deputati, e governatori de' suddetti monastero, e collegio Ginnasi, de bono, et æque, come sopra concordato, concluso, e stabilito, nel quale in primo luogo si propone, sotto però alcune dichierazioni, e sotto certa condizioni, che il suddetto collegio delle odierne sue rendite, cha gli sopravanzano ascendenti a scudi 521. » 15. debba arogare annui scudi 121: in pagamento degli annui frutti del due debiti, cha ha il suddatto monastero in sorte, o sorti in tutto di scudi 4669. » 62. e somministrare di più annui scudi 5o i quali assieme con altri scudi 5o che dovrenno contribuirsi del monastero, sieno per investirsi, e moltiplicarsi in luoghi di monte, affine di estinguere gli annunciati due debiti. Si propone inoltre, che per modo di provisione, e sin d'adesso debba destinarsi nel collegio Calasanzio, o altro collegio da eleggersi dai suddetti deputati, e governatori il luogo per due giovani di Castel Bolognese col certo assegnamento di annui scudi 160 per l'uno, e l'altro da prendersi dalle rendita del predetto collegio Ginnasi. Si propone similmente, cha alli luoghi d'istituzione del cardinal Ginnasi debbano essere ammessi soltanto i giovani nativi di detta terra di Castel Bolognese (salva però la prerogativa e favore dei discendenti delle famiglie, ed eredi Ginnasi) esclusi affatto, e sempre gli estranei. Si propone di più, che quante volta vacherà alcuno de' tre luoghi presentemente occupati dagli estranei, ogni volta debba sostituirsi, e surrogarsi in essi altro giovane della terra suddetta di Castel Bolognese salva peraltro la prerogativa de' discendanti di dette famiglie, ed eredi Ginnasi come sopra. Si propone finalmente, cha quello, che sopravanzerà dalle rendite di detto collegio Ginnasi, dopo fatto l'annuo pagamento, come si è detto, tanto a titolo de' frutti degli annunciati due debiti del monastero, quanto a cause dell' investimento, e moltiplico, e *quanto respettivamente per l'assegnamento fissato per li collegiali*, tutto debba impiegarsi col mezzo dell' investimento, e moltiplico a commodo, ed in reintegrazione del suddetto collegio, come è stato più diffusamente espresso nel suddetto piano, al quale effetto abbiamo voluto, che il tenore dal madesimo fosse intero registrato nel presenta Nostro chirografo. Di tutte le premesse cose poi, ciò, che più precisamente, e più strettamente abbiamo approvato, e che vogliamo, e comandiamo, che sia più rigorosamente osservato è quello, ch'è stato in detto piano convenuto, e stabilito rapporto all' esclusiona degli estranei: a finalmente vogliamo, e comandiamo, che la nomina, ed elezione da' collegiali assolutamente spetti, ed appartenga egli oredi, e successori, ed altri tutti, a quali compete a tenor del citato testamento di detto cardinal Gin-

nasi, e nella maniera, e forma prescritta ne' statuti del sudetto collegio al capitolo 2. e 3.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Senza che a questa Nostra volontà, ed indulto posse far veruno ostecolo alcuna cosa, che in qualsivoglia modo potesse fare in contrerio, e non altrimente ec. In esecuzione pertanto del presente Nostro chirografo ne pronunciarete quelunque decreto, concederete in nome Nostro le opportune facoltà, e ferete tutt' altro, che per totale edempimento, perpetua fermezze, e sussistenza di questa Nostra grazia stimerete in quelsivoglie modo essere apediente, e necessario; essendo così mente, e volontà Nostra espresse, volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, sebbene non esibito, o registrato in camera, e ne' suoi libri non posse mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè di alcun eltro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mei sotto tali, o altri qualunque pretesti possa essere impugnate, moderato, o rivocato.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. E che così, e non eltrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche di rmi cardinali, tesoriere, Ruota, cemera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario: dichiarando Noi sin d' adesso preventivemente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo, quale vogliamo che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, sebbene non vi fossero state intese, o citate qual si sieno persone anche privilegiate, e privilegiatissime, ecclesiastiche, e luoghi pii, che vi avessero, o pretendessero avervi qualunque interesse, e che per comprenderle facesse bisogno di speciale, ed espressa menzione. Non ostante qualnoque cosa, che in qualsivoglia modo potesse fare in contrario; come pure non ostante le Bolla di Pio IV Nostro predecessore de registrandis, la regola delle Nostra cancellaria de jure quesito non tollendo, e queli si sieno altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' nostri predecessori, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che come sopra facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto e registrato, e supplendo colla pienezze della Nostra potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per le piena, e totele esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo ampiamente ed espressamente deroghiemo. Dato dal Nostro pelazzo apostolico di monte Cavallo questo dì 28 decembre 1773: Clemens PP. XIV.

Decretum executoriale cardinalis auditoris Sanctissimi.

§. 15. Volentes itaque injuncta Nobis ab eodem ssmo domino nostro papa debitæ exutioni emandare, utendo facultatibus Nobis in ipso chirographo tributis, præfati ssmi domini nostri papæ nomine, admittimus, et approbamus conventionem, sive planum inter oratores, et dd. deputatos, et gubernatores ven. monasterii, et collegii nuncupati Gimnasii, de bono, et æquo conclusum, in quo nempe, certis tamen sub declarationibus, præscriptisque sub conditionibus proponitur: primo quod dictum collegium de suis nunc exuberentibus redditibus annorum sc. 521.»13. debeat erogare annua sc. 121, in solutionem annuorum fructuum duorum supradicti monasterii debitorum in sorte, aut sortibus in totum sc. 4669, et subministrare eo amplius annua sc. 50, et una cum aliis sc 60 per monasterium contribuendis, investiantur, et multiplicentur in locis montium pro dictorum debitorum extinctione. Ulterius proponitur, quod per modum provisionis, et ex nunc duobus de terre Castri Bononiensis juvenibus destinandus sit cum certo de dicti collegii redditibus adsignamento annuorum pro utroque sc. 160 locus in collegio Calasantio, vel in elio urbis collegio per dictos dominos deputatos, et gubernatores eligendo. Præterea proponitur quod ad loca de institutione cardinelis Gimnasii admitti debeant tantummodo juvenes nativi prædictæ terræ Castri Bononiensis (salva prærogativa favore descendentium familiarum, et hæredum Gimnasii) exclusis penitus, et semper extraneis. Hoc emplius proponitur, quod quoties vacaverit eliquis de tribus locis, qui modo detinentur ab ejusmodi extraneis, toties in illis substitui, et subrogari debeat alter, aliusque juvenis de dicta terra Castri Bononiensis, salva cæteroquin, ut supra de-

ascendentium a familiis, et hæredibus Gimnasii prærogativa. Demum vero proponitur, quod post annuum, ut dictum est, solutionem summæ, et summarum tum in titulum fructuum debitorum, tum in causam investimenti, et multiplici, tum respective in adsignamentum favore collegialium superavit de antedicti collegii Gimnasii redditibus, id in ipsius collegii redintegrationem, et commodum, mediante investimento, et multiplico debeat applicari, ut latius in dicto plano expressum est; ad quem effectum Sanctitas Sua illius tenorem in præinserto chirographo transcriptum, et registratum esse voluit. De præmissis autem subscripto nomine Sanctitatis Suæ præcisius, et enixius adprobamus, et rigorosius servari volumus, et mandamus, quod dictum est de extraneorum exclusione. Atque alterius eodem nomine injungimus, et volumus, quod nominatio, et electio collegialium firmiter pertineat, et spectet ad hæredes, et successores aliosve omnes, quibus competit juxta testamentum dicti cardinalis Gimnasii, et juxta formam, et modum in ipsius collegii statutis cap. 2.° et 3.° præscriptum: quibuscumque huic pontificiæ voluntati contrariis minime obstantibus, ad formam in omnibus, et per omnia supradicti chirographi, et juxta illius seriem, et tenorem. De etiam non obstantibus constitutionibus apostolicis, legibus, statutis, et aliis, quibus idem sanctissimus dominus noster papa in præinserto chirographo derogavit. In quorum fidem etc.

Datum Romæ ex palatio apostolico Quirinali, et ex ædibus nostris hac die 30 junii 1774.

J. Cardinalis De Simone pro-auditor.

Dat. die 5. julii 1774. Anno VI.

CCCXIX.

Confirmatur jurisdictio magistratus civitatis Beneventanæ,

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus, et consules civitatis Nostræ Beneventanæ, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die secunda decembris 1728 expeditas literas favore magistratus, et consulum pro tempore existentium dictæ civitatis confirmavit jurisdictionem plenariam, omnimodam, ac independentem a gubernatore, aliisque judicibus, et officialibus ejusdem civitatis super annona, et aliis causis dependentibus non solum ab ipsa, sed etiam a locationibus illius datiorum ex legitima concessione apostolica possessam, cum amplis facultatibus contentis, et expressis in eisdem literis, quarum tenor est qui sequitur, videlicet.

Benedictus PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor literarum a Benedicto XIII. latarum.

§. 2. Quum, sicut accepimus, dilecti filii magistratus, et consules civitatis Nostræ Beneventanæ non minus de jure, quo magistratibus municipalibus cura, et gubernium annonæ permittitur, ac quarundam literarum bo: me: Petri, dum viveret, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Aldobrandini nuncupati, tunc temporis status ecclesiastici superintendentis generalis, super divisione publicorum munerum dictæ civitatis die 21 septembris 1594 editarum, et in libro statutorum ejusdem civitatis impressarum, quam ex antiqua, immemorabilique consuetudine reperirentur in pacifica possessione, seu quasi possessione plenam, omnimodam, et a pro tempore existentibus civitatis prædictæ gubernatoribus independentem in iis, quæ ad annonam hujusmodi pertinebant, quid quid nimirum ad humanum usum, ac victum spectat, uti frumentum, vinum, carnes, et id genus alia, quæ annona, et grascia generaliter complectitur, jurisdictionem exercendi, indeque consules præfati eumdem magistratum constituentes, consuetas rerum appretiationes (vulgo assisias) certis temporibus semper statuissent pœnas tam pecuniarias, tum corporis afflictivas, et adversus inhobedientes, et delinquentes executioni demandassent, tam in eorum bonis, quam personis, eos scilicet carceribus mancipando, ac identidem funis tractibus, gastigando, dictasque pœnas pecuniarias ad libitum applicando, et si iidem consules hac jurisdictione carerent, eorum officium procul dubio minoris æstimaretur, ac mandata in perniciem, et maximum detrimentum dictæ civitatis, illiusque communitatis, et hominum despicerentur, aut saltem negligeren-

tur: adeoqne consules præfati gubernatoribus prædictis, eorumque locumtanentibus familiam suam armetam eis dare renuentibus, curiam arehiepiscopalem Benevantanam dasuper raquirere eonsuavissent, e qua imploretum auxilium lubenter præstitum fuarat, eo etiam nominc, quod erchiepiscopi Benevantani statutorum ajusdem eivitatis conservatores olim electi fuerint, at ex eoncessionibus, at indultis diversorum Romanorum pontifieum prædecessorum Nostrorum a laieis tribunalibus in causis coram eis agitatis ad ipsem curiam arebiapiscopalem detur appellatio, quæ per alies Nostras desuper in simili forma Brevis die saxta septembris 1724, pontifieatus Nostri anno primo, confirmavimus, perpatuisqua futuris temporibus observeri præcipimus. Sicque ejusdem curiæ archiepiscopalis ope memoratam jurisdietionem scientibus, videntibus, nec usquam reclamantibus dictis gubernatoribus, eorumque locumtenentibus, at ministris, exereuissent, de quibus Nos publicum testimonium die 26 novembris 1718, dum cardinalatus honore fungebamur, et epud metropolitanam ecclesiam Beneventanam sponsam Nostram dilectissimam personaliter residebamus, perhibuimus, aceidit anno 1717 nonnullos jussu eonsulum prædictorum in carceres detrudi propter deliete in hujusmodi ennona, et grascia admissa, quod ægre farens locumteneus eo tempore existentis gubernatoris oivitatis præfatæ, congregationi tum pariter existentium Sanetæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super consultationibus eivitatum, terrarum, et locorum etatus Nostri ecelesiastici auctoritete apostolica deputatorum exposuit inter alia enarrata jurisdictionem, nee non facultatem in delinquentes funis treetibus animadvertandi, ac satallitibus, at earcaribus ipsius curiæ archiepiscopalie utendi, megistratui, at consulibus prædietis minime eompetere, quamobrem prodiit e dicta congregatione cardinalium rescriptum, ut scriberetur pro informatione, auditis juribus eorumdem magistretus, et consulum, quibus intarea axercitium jurisdietionis, hujusmodi nunsquam permitteretur. Cum autem sicut Nobis quoque innotuit, nec demandeta informatio, seu reletio, nec jure, neo rationum momenta magistratui, et consulibus hujusmodi essistentia in prædicta congregatione cardinalium hactenus discusse fuerint, ac nihilominus dicti magistratus, et consules per reseriptum hujusmodi, non auditis formiter, nee perpensis eorum juribus impediti fuerint, quominus jurisdictionem sibi sicut præmittitur, competentem de cætera exercere possent; axinde vero illorum officium edmodum vilescere cœperit in gravissimum damnum eivium, at incolarum eivitatis præfatæ, utpote qui cum vendantes res ed ennonam, et grasciem spectantes, ubi delinquere daprehenduntur condignis pœnis coerceri nequeent, et ipsius magistratus mandata facile pervipendant, quamadmodum multoties contigit esculanta, et id genus alia pravæ qualitetis emere coguntur. Hinc ast, quod Nos, qui eamdem eivitatem nostram Beneventanam, illiusque cives, et incolas sincero, ec peculieri semper prosequuti sumus, et adhuo prosequimur paternæ eharitatis affectu, eorum indemnitati, commodis, ac publico bono in præmissis salubriter providere, specialemque magistratui, at consulibus prædietis gretiam facere volentes, et eorum singuleras personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et intardicti, eliisque ecclasiasticis censuris, sententiis, at pœnis e jure, vel ab homine quavis occasione, vel eeusa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad affectum præsentium dumtaxat consequandi, harum serie absolventes, et absolutos fore eensentas, supplicationibus dilaeti filii Nicolai de Simone presbyteri nobilis Benevantani notarum Nostrarum arcanarum secretarii, at cubieularii secreti Nostri, Nobis super hoc humiliter porreetis inclinati, ae motu proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, eosdam magistratum, et consules ad planariam, ac omnimodam illam quem indapendanter a gubernetore civitatis præfatæ antequam prædietum rescriptum a memorata congregationa cardinalium emanarat, jurisdictionem habebant, at exercebant, signantar reos in præmissis culpabilas pœnis pecuniariis, carcaratione, ee funis traetibus pro qualitate delictorum puniendi, et coercendi, nec non possessionem, seu quasi possessionam, sau ejusdam jurisdictionis, in qua roperiebantur, ejusque liberum exercitium harum seria reintegramus, ae quatenus opus sit, et temetsi jurisdietio præfate magistratui, et consulibus hujusmodi nec da jure, nec in vim supradietarum Patri cardinalis literarum, neque etiam ex antique et immemorabili consuetudine competerat, nihilominus eamdem plenariam, et

omnimodam jurisdictionem ipsis magistratui, et consulibus independenter a gubernatore, aliisque judicibus, et officialibus dictæ civitatis, curamque, et gubernium annonæ et grasciæ hujusmodi, et aliarum rerum victui, et usui humano necessariarum cum facultate easdem annonam, et grasciam administrandi, assisias faciendi, seu pretia taxandi, bannimenta publicandi, et in eis pœnes tum pecuniarias, tum corporis afflictivas imponendi, reos pro delictorum qualitate eisdem pœnis, ac etiam carceratione, et funis tractibus puniendi, et cercendi, ipsasque pœnas pecuniarias arbitrio suo applicandi ac etiam remittendi, vel minuendi, et insuper birruariis, sive satellitibus, et carceribus dilecti filii moderni, et pro tempore existentis gubernatoris dictæ civitatis, vel curiæ archiepiscopalis præfatæ, aut palatii eorum magistralis, ipsorumque famulis, juratis, seu itidem birruariis, prout expedire judicaverint, utendi, aliaque in præmissis, et circa ea quomodolibet necessarie, et opportune faciendi, gerendi, et exequendi, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum tenore presentium ex integro, ac de novo tribuimus, concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aliove quolibet etiam substantiali, et formali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, necessariamque expressionem requirente defectu notari, aut ad terminos juris reduci ullo modo unquam posse; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et alios quoslibet quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, et apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis personis, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda decembris millesimo septingentesimo vicesimo secundo, pontificatus nostri anno quinto.

Preces porrectæ pro confirmatione constitutionis Benedictinæ, quæ conceditur.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, licet ipsi exponentes in quieta, et pacifica possessione semper fuerint exercitii prædictæ jurisdictionis, aliorumque omnium ab ipso Benedicto prædecessore in suis literis prædictis munificentissime concessorum juxta etiam præcedentes pontificias gratias, et privilegia, quæ dictus Benedictus prædecessor ex integro, et de novo etiam concessit, atque indulsit; nihilominus ipsi ut ferventius, ac eo, quo par est, zelo ac diligentia exercere valeant publica ejusdem civitatis officia, quæ eo magis honorabiliora reddantur, quo exercitium facultatum, et privilegiorum in dictis literis concessorum suppeditare valeat obedientiam, et subjectionem debitam ab iis, qui ab eorum curis, ac solicitudinibus dependere tenentur, memoratas ipsius Benedicti prædecessoris literas, cum omnibus facultatibus in eis contentis, atque præscriptis ad majorem publicam utilitatem, majusque decus exercitii publicorum officiorum per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari

fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas o quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas literas ejusdem Benedicti prædecessoris, cum omnibus, et singulis facultatibus, aliisque in eis concessis contentis, atque præscriptis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, nec non eas inviolabiliter exequendas, et observandas esse volumus, atque mandamus.

Clausulæ salutares, et irritantes, cum derogatione contrariorum.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXX.

Dat. die 6. julii 1774. Anno VI.

Clericis regularibus sancti Pauli Barnabitis nuncupatis civitatis Perusinæ conceduntur ædes, et ecclesia suppressæ societatis Jesu in dicta civitate existentis etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda concessione domus, et ecclesiæ spectantium ad suppressam congregationem.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus præpositus, aliique clerici regulares collegii sancti Herculani congregationis clericorum regularium Barnabitarum nuncupatorum civitatis Nostræ Perusinæ, quod vix suppressa societate Jesu, congregatio particularis dilectorum filiorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super negotiis ejusdem suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata rescire voluit a venerabili fratre episcopo Perusino, quis ex ordinibus regularibus optaret assecutionem ecclesiæ, et domus ad extinctam societatem hujusmodi jam pertinentium, et in dicta civitate existentium cum oneribus tamen, quæ præferebantur ab individuis ejusdem suppressæ societatis, et cum retentione respectiva ecclesiarum, et domorum, aliorumque omnium ab ipsis possessorum.

Episcopus Perusinus concessionem adprobat.

§. 2. Idem vero episcopus suum pandidit desiderium, et curavit, ut acquisitio isthæc ab ipsis exponentibus peragenda esset, iique in præexistentium locum subrogarentur; desiderio hujusmodi obsecundantes, prævio assensu dilecti itidem filii præpositi generalis memoratæ congregationis, prædicti exponentes capitulariter congregati decreverunt, supplices porrigere preces eidem episcopo, prout reipsa porrectæ sunt, ad patefaciendam memoratæ congregationi eorum voluntatem super hac acquisitione, quam una cum dictis oneribus explere ipsi cupiebant. Successive igitur exposita voluntate hac prædictæ congregationi ab ipso episcopo, qui præterea suum quoque addidit votum favore eorumdem exponentium, præfata congregatio, Nobis auditis, die vicesima nona januarii currentis anni suis literis ad eumdem episcopum transmissis, ædes, et ecclesiam suppressi collegii hujusmodi cum suis annexis intra clausuram ipsis exponentibus concessit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad var-

bum insertis haberi volumus, fusius dicitur contineri.

Descriptio rerum tradendarum in vim praetae concessionis.

§. 3. Itidemque postea per alias literas scriptas die trigesima aprilis proxime praeteriti eidem episcopo, Nobis pariter auditis, memorata congregatio mandavit, ut individuis prædictis in eorum discessu consignanda essent lectus, et mobilia, quæ in cella quisque ad suum usum habebat, reliqua vero mobilia, totamque supellectilem sacram, et prophanam nedum ecclesiæ, sed etiam collegii, et quatuor calices argenteos dictis exponantibus tradi jussit, ac alias prout in posterioribus his literis, quarum quoque tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius dicitur contineri.

Imploratur facultas pro translatione perpetuorum onerum, quæ conceditur.

§. 4. Postenquam igitur præmissa omnia concessa fuerant, ipsi exponentes e re sua putarunt se se e domo, et ecclesia sancti Herculani transferre ad illas suppressæ societatis hujusmodi, quemadmodum evenit, ad hoc ut eorum obligationibus satisfacerent; antequam tamen eorum transitum hujusmodi executioni demandarent, supplices Nobis porrexerunt preces pro obtinenda translatione perpetuorum onerum missarum cum duabus cappellaniis juxta notulam tunc exhibitam ab ecclesia sancti Herculani ad prædictam aliam ecclesiam, ad quam novissime se contulerant; Nosque per rescriptum æditum die decima sexta maii proxime elapsi petitæ translationi ejusmodi annuendum esse censuimus, ac alias prout in eodem rescripto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Confirmatio apostolica omnium concessionum, et gratiarum.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius concessiones, et gratiæ, ut præfertur, elargitæ, transitusque prædictus, cum omnibus juribus, honoribus, privilegiis, indultis, et oneribus, subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri dicti exponantes plurimum desidarent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclestiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, at quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictas concessiones, et gratias eisdem exponentibus, sicuti præmittitur, elargitas, atque tributas, eorumque transmigrationem ab ecclesia, et domo sancti Herculani ad prædictas alias suppressæ societatis hujusmodi, cum omnibus eorum oneribus, et obligationibus, tam ex fundatione, quam vi aliarum ultimarum voluntatum, ac piarum dispositionum, nec non cum omnibus, et singulis illorum juribus, pertinentiis, prærogativis, superintendentiis, indultis, honoribus, et privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus ipsi exponentes in domo, et ecclesia sancti Herculani hujusmodi fruebantur, potiebantur, et gaudebant, ac præterea cum translatione quoque omnium piarum dispositionum, concessionum, donationum, dotationum, et legatorum factorum, seu relictorum favore eorumdem exponentium, atque domus, et ecclesiæ sancti Herculani hujusmodi, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus. Ac insuper ad præmissorum affectum, quatenus opus sit, omnibus, et quibuscumque, etiam ultimis voluntatibus, dispositionibus, et legatis, aliisque cunctis, et singulis rebus quomodolibet contrariis, et quæ incompatibilia sint, cum eorumdem exponentium jam secuta transmigratione prædicta, earumdem ultimarum voluntatum, dispositionum, aliorumque præmissorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, auctoritate, et tenore prædictis derogamus, prædictasque ædes, et ecclesiam suppressæ societatis in omnibus, et per omnia habendas, et considerandas esse per inde ac si illæ forent sancti Herculani pari auctoritate, et tenore statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia planissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, ut personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die sexta julii millesimo, septingentesimo, septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 9 julii 1774. Anno VI.

CCCXXI

Communitati civitatis Recinatensis conceduntur ædes, at collegium jam extinctæ societatis Jesu in eadem civitate existentis.

Clemens PP. XIV

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio concessionis factæ a congregatione cardinalium præposita negociis suppressæ societatis Jesu, favore communitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus, et communitas civitatis Nostræ Recinatensis, quod novissime nempe de mense majo currentis anni 1774 congregatio dilectorum filiorum Nostrorum S.R.E. cardinalium super negotiis suppressæ societatis Jesu a Nobis deputata de mandato Nostro decrevit, ut ædes suppressi collegii ejusdem civitatis, cum ecclesia, et mobilibus ibidem existentibus, at libris bibliothecæ gramaticam, humanasque literas, et rethoricam respicientibus concedendæ essent, prout concessit communitati prædictæ, reservatis cæteris bibliothecæ libris dispositioni dilecti filii moderni thesaurarii generalis cameræ Nostræ apostolicæ, ac insuper jussit, ut subministranda esset eidem communitati annua scuta biseentum a camera apostolica, ea tamen lege, quod communitas tenatur suis sumptibus infrascripta onera adimplere; nempe ad juventutis eruditionem publicas scholas aperire, et magistros ad id necessarios, præsertim humanarum literarum, et rethorices conducere; in loco conspicuo concessarum ædium collagii, quatenus in usum prophanum convartantur, lapidem apponere cum declaratione, quod nulla gaudeat immunitate ecclesiastica: ecclesiæ fabricam manutenere: æditunm, et custodem in ea constituere: ministrorum stipendium, omnem supellectilem, aliaque necessaria subministrare pro cultu ecclesiæ, ac præsertim, ut in ea quotidie celebrentur cum libera applicatione duæ missæ, quolibet die festo duo confessarii præsto esse fidelium confessionibus excipiendis, consuetis diebus exercitium bonæ mortis peragatur, cum expositione augustissimi Eucharistiæ sacramenti, et concione ad populum, prout etiam piæ congragationes de more fiant nobilium, artificum, et rusticorum, ac scholarium, cum respectivis sacris directionibus, et consueta celebretur solemnis festivitas sancti Viti protectoris civitatis, et titularis ecclesiæ: ita tamen, ut ministri ecclesiæ hujusmodi a dicta communitate eligendi, at sacerdotes ab ea nominandi in confessarios, vel concionatores, vel pro aliis exercendis piis operibus episcopo Racinatensi præsententur, et sine illius præcedenti approbatione, commissum munus exercere nequeant; prout etiam magistri a communitate deputati docendi exercitium non assumant, nisi prius ab eodem episcopo fuerint approbati quoad doctrinam, et mores, dubitamque amiserint professionem fidei, ac alias prout ex decreto dicto mense a memorata congregatione edito, atque ab eisdem cardinalibus subscripto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius omnia in dicto decreto concessa, mandata, at contenta subsistant, et serventur exactius, ipsi exponentes ea per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor gratiæ concessæ ad

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prose-

formam precum.

qui volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præmissum decretum de mandato Nostro, a memorata congregatione earumdem cardinalium mense majo proxime præterito æditum, una cum omnibus, et singulis concessionibus, legibus, et ordinationibus in eo contentis, at expressis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omniaque prædicta perpetuis futuris temporibus observanda, at exequenda esse pari auctoritate, et tenore præcipimus, et jubemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissima suffragari, et ab ais respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debera, ac irritum, et inane, si secus super bis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, at singulis illorum tenores præsentibus pro pleoe, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die nona iulii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXII.

Dat. die 18. julii 1774. Anno VI.

Concessio pro rege christianissimo juris nominandi ad metropolitanam ecclesiam Bisuntinam.

Charissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum ragi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Nostar salutem et apostolicam benedictionem.

Laudes regum christianissimorum, et expositio concessionum eorum favore factarum.

§. 1. Alias postquam fel. rec. Innocentius pp. XII prædecessor Noster eximiis cla. mem. Ludovici XIV dum vixit Francorum regis christianissimi ejusque progenitorum, et majorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum invictissimorumque Christi athletarum, ac egregiorum Sedis apostolicæ cultorum pro meritis adductus, eidem Ludovico regi ejus vita durante tantum, et quamdiu in sinceritate fidei, et unitata Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cum obedientia, ac devotione suis, et successorum suorum romanorum pontificum canonice intrantium perstitisset, ac civitatem Bisantinam possedisset jus nominandi personam idoneam in theologia magistrum, aut in decretis doctorem, seu licentiatum nobilium universitatum more, diligenti examine præcedante, promotum ad metropolitanam ecclesiam Bisuntinam tunc vacantem, et quotiescumque illam quibuscumque modis, et ex quorumcumque personis non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigisset eidem Innocentio prædecessori, et pro tempore existenti romano pontifici per memoratum Innocentium prædecessorem, et eumdem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendum reservaverat atque concessarat; qua subinde metropolitana ecclesia par ultimi tunc illius archiepiscopi extra romanam curiam defuncti decessum vacante rec. mem. Clemens pp. XII etiam prædecessor Noster cl. itidem mem. Ludovico XV aorumdem Francorum regi christianissimo pro illa vice tantum jus nominandi personam idonaam supradictis

qualitatibus prædítam ad prædictam ecclesiam Bisuntinam, sicut præmittitur vacantem ipsi Clementi prædecessori, seu romano pontifici prædicto per dictum Clementem prædecessorem, vel eumdem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendam reservavit pariter, atque concessit, at alias pront tam in ipsius Innocentii die xxxi. julii MDCXVIII, quam ejusdem Clementis prædecessorum prædictorum, die xx. augusti MDCCXVIII. in simili forma Brevis raspective expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes fusius continetur.

Prorogatio juris nominandi facta ad vitam regis Ludovici XV.

§. 2. Postmodum cum dictæ metropolitanæ ecclesiæ ultimus archiepiscopus quem scilicet idam Ludovicus XV rex vigore concessionis sibi ab eodem Clemente prædecessore per memoratas ipsius literas factæ ad illam nominaverat, extra eamdem romanam curiam debitum naturæ persolvisset, dictaque ecclesia per obitum ejusmodi vacasset rec. quoque mem. Innocentius pp. XIII prædecessor quoque Noster, qui eumdem Ludovicum XV regem ob egregiam, quam præseferebat indolem, aliaque præclararum virtutum indicia in visceribus paternæ charitatis gerebat, motu proprio ac de apostolicæ potestatis plenitudine eidem Ludovico XV regi ejusque tantum vita durante, jus, ut prælertur, nominandi personam idoneam ad ecclesiam Bisuntinam prædictam tunc vacantem, et quoties illa in posterum quovis modo, non tamen per obitum in curia vacare contigisset, reservavit itidem, atque concessit, ac alias prout in ipsius Innocentii XIII prædecessoris literis in simili forma Brevis die xxxi augusti MDCCXXII expeditis, quarum pariter tenores hic pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes continetur.

Idem privilegium, cum suis exceptionibus, ac reservationibus novo regi tribuuntur.

§. 3. Nunc vero Nos qui majestatem tuam ob præclaras animi tui dotes, atque religionis zelum, ac in Nos et sanctam Sedem observantiam, aliarumque quibus gloriosi reges christianissimi progenitores tui præcipue præfulserunt, eximiarum virtutum argumenta quæ in te splendere conspiciuntur singulari paternæ charitatis affectu prosequimur, firma spe, ac fiducia in Domino freti, fore ut eorumdem majorum tuorum vestigiis inhærens populos ditioni tuæ creditos in fide catholica, ac veteri erga Sedem prædictam obedientia continere pari lauda sis conaturus, constitutionesque apostolicas in universis dominiis tuis debitæ semper executioni mandari, ac Sedis ejusdem honorem, et auctoritatem illibatas conservare omni studio sis curaturus, quo regiam benevolantiam erga personas benemeritas, tibiqua gratas, et acceptas exercere valeas specialem tibi gratiam facere volentes, ac sperantes quoque te in nominandis ad prædictam ecclesiam Bisuntinam pro tempore pastoris solatio destituta, personis quæ vitæ integritate, religione, fide et doctrina præstantes, ac archiepiscopalis muneris prærogativa dignæ sint, summum studium, summamqua diligentiam semper adhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi passurum esse, motu proprio, ac ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tibi, tua tantum vita durante, et quamdiu in sinceritate fidei, et unitate ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac obedientia, et devotione Nostris, et successorum Nostrorum romanorum pontificum canonice intrantium similiter perstiteris, tamdemque civitatem Bisuntinam possedaris, jus nominandi personam idoneam prædictis qualitatibus præditam ad ecclesiam Bisuntinam præfatam quotiescumque illam quibusvis modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigerit Nobis et romano pontifici qui pro tempore fuarit, per Nos, et eumdem romanum pontificem in archiepiscopum Bisuntinum ad nominationem hujusmodi instituendam tonore præsentium reservamus itidem, atque concedimus, ac irritum et inane si secus contigerit decernimus.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac prædictæ ecclesiæ Bisuntinæ etiam consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem acclesiæ, ejusque capitulo, at quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, decretis etiam motu proprio, ac ex certa scientia, et consistorialiter concessis, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, et renovatis: Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumqua totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de varbo ad verbum, non autem per clausulas genarales idem importantes, expressio, aut quævis alia ad id exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi derogamus, illaque advarsus

Derogatio contrariorum.

præmissa suffragari nullo modo possa, seu debere similiter decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima mensis julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 30. julii 1774. Anno VI.

CCCXXIII.

Pro rege christianissimo indultum nominandi ad Ecclesiam Auraicensem, et monasteria consistorialia diœcesis Auraicensis.

Charissimo in Christo filio nostro Ludovico francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorentur concessiones regi Francorum factæ a Clemente XI. ob eximia illius merita, et extirpatione hæreticæ pravitatis e diœcesi Auraicensi.

§. 1. Alias fel. rec. Clemens pp. XI prædecessor noster eximiis cla: me: Ludovici XIV, dum vixit francorum regis christianissimi eiusque progenitorum et majorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum, invictissimorumque Christi athletarum, ac egregiorum Sedis apostolicæ cultorum pro meritis adductus eidem Ludovico regi, qui, ut ipse Clemens prædecessor acceperat, civitatem, et totam diœcesim Auraicensem ab omni hæreticæ pravitatis labe expurgatis, ac eliminatis prophanis, sacros catholicæ religionis ritus ecclesiis restitui curaverat, ejus vita durante tantum, et quamdiu in sinceritate fidei, et unione S. R. E., nec non obedientia et devotione sibi ac successoribus suis romanis pontificibus canonice intrantibus perstitisset, eamdemque civitatem Auraicensem possedisset, jus nominandi personas probatas, bonorum nominis, et famæ, ac secundum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum dispositiones, idoneas, ad dictam ecclesiam Auraicensem, ac omnia, et singula monasteria consistorialia dumtaxat in prædicta diœcesi Auraicensi consistentia, quotiescumque illam, et illa quibusvis modis, et exquorumcumque personis non tamen per obitum apud sedem eamdem, vacare contigisset eidam Clementi prædecessori et romano pontifici, qui pro tempore fuisset per ipsum Clementem prædecessorem, et eumdem romanum pontificem eisdem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem hujusmodi præficiendas, reservavit, concessit, assignavit, et alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis die XXVII aprilis MDCCVI. expeditis, quorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Prorogatio concessionis favore alterius regis Ludovici XV. pariter ad vitam.

§. 2. Postmodum vero idem Clemens prædecessor cla: quoque mem: Ludovico XV dum vixit, eorumdem francorum regi christianissimo avo tuo, eximiis suis ita exigentibus meritis, motu proprio, atque ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine, ejus tantum vita durante, jus nominandi personas idoneas, ad memoratam ecclesiam Auraicensem, ac omnia et singula monasteria consistorialia dumtaxat in præfata diœcesi Auraicensi existentia, quotiescumque, et ecclesiam Auraicensem hujusmodi, non tamen apud dictam sedem, vacare contigisset, eidem Clementi prædecessori, et romano pontifici pro tempore existenti, per ipsum Clementem prædecessorem, eumdemque romanum pontificem eisdem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem prædictam præficiendas reservavit pariter, concessit, et assignavit, ac alias prout in subsequentibus ejusdem Clementis prædecessoris literis in pari forma Brevis die vii. februarii MDCCXXI expeditis quarum quoque tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Idem jus conceditur ad vitam novi regis Ludovici XVI cum suis reservationibus, et conditionibus.

§. 3. Modo Nos qui majestatem tuam præcipuo, ac vere peculiari prosequimur paternæ charitatis affectu firma spe, ac fiducia in Domino freti, fore ut non minori, quam reges eorundem francorum christianissimi progenitores tui, pietate, religionis zelo, aliisque christianissimo rege dignis virtutibus magis magisque in dies sis præfulsurus, potissimum vero viæ eorumdem maiorum tuorum vestigiis impressæ inhærens, populos ditioni tuæ creditos in fide catholica, ac vetere erga Sedem prædictam obedientia continere, pari laude sis curaturus, constitutionesque apostolicas in universis dominiis suis debitæ semper executioni mandari, ac sedis ejusdem honorem, et auctoritatem illibatas conservari omni studio sis curaturus, specialem tibi gratiam facere

volentes, nominationesque personarum tam ad eamdam ecclesiam Auraicensem, quam ad monasteria prædicta par te, a die obitus ipsius Ludovici XV regis avi tui Nobis factas, perinde ac si licentia et facultas nominandi ad eamdem ecclesiam et monasteria hujusmodi, tibi per Nos continuata fuisset, validas, et efficaces fuisse, esse, et fore decernentes, et declarantes; sperantesque te in nominandis ad ecclesiam Auraicensem,et monasteria consistorialia prædicta personis, quæ vitæ integritate, religione, fide, doctrina præstent, ac episcopalis muneris prærogativa, et alias respective dignæ sint summum studium, summamque diligentiam in posterum quoque adhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi passurum esse, motu proprio, et ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tibi, tua tantum vita durante, et quamdiu in sinceritate fidei, et unione ejusdem S. R. E. ac obedientia, et devotione Nostris, et successorum nostrorum romanorum pontificum canonice intrantium similiter perstiteris, jus nominandi personas idoneas, prædictis qualitatibus præditas,ad memoratam ecclesiam Auraicensem, ac omnia et singula monasteria consistorialia dumtaxat in præfata diœcesi Auraicensi consistentia, quotiescumque tam illa quam etiam eamdem ecclesiam Auraicensem quibuscumque modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem prædictam vacare contigerit, Nobis et romano pontifici, qui pro tempore fuerit, per Nos, et eumdem romanum pontificem eisdem ecclesiæ Auraicensi, et monasteriis respective ad nominationem hujusmodi præficiendas tenore præsentium reservamus itidem, atque concedimus, et assignamus, ac irritum, et inane si secus attentari contigerit decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiæ Auraicensis, at monasteriorum prædictorum, ac ordinum quorum illa existant etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis apostolicis etiam eidem ecclesiæ Auraicensi ejusque capitulo, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, et decretis et motu proprio, ac ex certa scientia et consistorialiter concessis,ac etiam iteratis vicibus confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus etiam pro sufficienti illum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi derogamus, illaque adversus præmissa suffragari nullo modo posse seu debere decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXIV.

Dat. die 26. julii 1774. Anno VI.

Facultas traducendi moniales sanctæ Claræ civitatis Salisburgensis ad conventum Cappuccinorum ejusdem civitatis, et respective Cappuccinos ad monasterium monialium prædictarum.

Venerabili fratri
archiepiscopo Salisburgensi.

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem
et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecisti, quod licet conventus ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum intra septa istius civitatis Salisburgensis positus reperiatur, nihilominus in adeo remoto, ac simul eminenti loco extat, ut non levia inde præjudicia proveniant. Quandoquidem ipsius ordinis professores, tam in sacramentis administrandis, quam in ferendo spirituali auxilio infirmis, et in ultimo agone constitutis plerumque suos labores assidue, ac laudabiliter impendere asseverunt. E contra vero in eadem civitate adest monasterium monialium ordinis pariter minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum sub regula sanctæ Claræ de Loreto vulgo nuncupatæ, quæ quidem moniales, quoties translatæ essent ad locum modo a fratribus Cappuccinis prædictis inhabitatum, aere magis eminenti, at aperto, ac pro eis, quæ intra clausuræ fines continuo permanere debent admodum meliori ipsæ fruerentur, nec incommodum difficilis accessus ægre ferrent, quin

imo locus iste utpote valde editus, et infrequens solitariæ earum vivendi rationi admodum conveniret; quibus ex causis moniales prædictas ab earum monasterio ad memoratum conventum fratrum Cappuccinorum transferre, idemque monasterium dictis fratribus assignare posse plurimum desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor gratiæ. §. 2. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, fraternitati tuæ facultatem traducendi, et collocandi supradictas moniales sanctæ Claræ in prædicto conventu Cappuccinorum, et viceversa traducendi, et collocandi in monasterio earumdam monialium sanctæ Claræ nuncupatæ de Loreto eosdem fratres Cappuccinos juxta petita auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; tibique consentaneam quoque potestatem capiendi pro interim, donec scilicet traductio ista, et collocatio paranda erit, et complenda, cautam, idoneamque provisionem super personis, habitatione, et mora monialium, ac respective Cappuccinorum, cum horum cæteroquin regularis superioris intelligentia auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Volumus autem, ut expensæ omnes pro ejusmodi traductione, collocatione, et respectiva clausura ex tuo ærario fiant, neque quidquam circa illorum, et illarum vota, et regularia instituta per præsentes innovatum esse declaramus.

Clausulæ salutares. §. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuncios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non conventus, monasterii, et ordinum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto. Clausula sublata, et decretum irritans.

CCCXXV.

Dat. die 16. julii 1774. Anno VI.

Facultas commutandi monasterium monialium ordinis sancti Benedicti de Numberg civitatis Salisburgensis in religiosam domum, et capitulum canonissarum.

Venerabili fratri archiepiscopo Salisburgensi

Clemens PP. XIV.

Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Nuper fraternitatis tuæ nomine Nobis expositum fuit, quod in monasterium monialium ordinis sancti Benedicti de Numberg vulgo nuncupatum istius civitatis Salisburgensis ex suæ fundationis lege eæ tantum mulieres admittendæ sunt, quæ nobilitate polleant; propter vero plures circumstantias una simul convenientes, nulla ex mulieribus nobilibus regularem habitum in eodem Tenor precum porrectarum super admissione mulierum in monasterio.

monasterio suscepit, ac moniales, quæ ibidem nunc existunt, a decessoribus tuis archiepiscopis Salisburgensibus nobiles declaratæ fuerunt, ut ita per modum provisionis legi fundationis prædictæ suppletum interim videretur.

Improbatur consuetudo declarandi nobiles mulieres, ingredientes in monasterium.

§. 2. In his itaque rerum circumstantiis necessarium omnino redditur, vel futuris quoque temporibus nobiles creare omnes illas mulieres, quæ tales non sint, quæque petant monasterium prædictum ingredi, et regularem vitam in eo profiteri desiderent, vel monasterium prædictum in magis congruentem usum commutare, ne derelictum illud relinquatur. Quoniam vero experientia compertum est, quod licet præteritis temporibus expediens, et opportunum visum fuerit prædictas mulieres in nobiles declarare, idque per modum provisionis usque adhuc evenit, ea sub spe, quod aliæ mulieres vera nobilitate reipsa præditæ monasterium prædictum tandem ingredi, ac in illo regularis vitæ rationem servare vellent; nihilominus, eum omnis super hoc spes modo evanuerit, certum idcirco redditur, eamdem regulam novas semper croandi mulieres nobiles, ut ita in monasterio hujusmodi ipsæ regularem vitam profiteri valeant, in posterum quoque continuo servandam esse, non sine irrisionis, ac molestiarum evidenti periculo, et contra apertam legem fundationis, cujus præcipue finis illa fuit, consulendi nempe nobilibus puellis, non vero suppeditandi causam, propter quam aliæ mulieres nobilitate destitutæ uti nobiles declararentur; atque hinc ex præmissis necessarium omnino dignoscitur, monasterium hujusmodi in alios pios, ac religiosos usus commutare.

Imploratur facultas derogandi legi fundationis, et subrogandi novam congregationem, pro admissione etiam non nobilium.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat; tu eo, quo polles pastorali zelo, ac studio, id totum procurandi, quod commisso tibi gregi spirituali adjumento esse valeat, nil magis in hoc rerum statu convenire putes, quam quod si in monasterio prædicto erigatur unum capitulum canonissarum nobilium pro mulieribus nobilibus istius diœcesis, et principatus, cui una ex eis ætate præsertim gravis præesse debeat ad instar aliorum similium monasteriorum, quæ in civitate Pragensi atque in Mirimundensi, aliisque Germaniæ locis reperiuntur; quippe quia hoc ferme modo divinum servitium frequens, et assiduum ibidem esset, ac meliori, qua fieri potest ratione, finis fundationis, consulendi scilicet puellis nobilibus suum assequeretur effectum, et puellæ ipsæ præsertim pauperes, quæ suas impendant operas in exercitia pietatis, Deoque inservire, illumque laudare cupiant, firmum pro earum pia, ac recta educatione in eo subsidium invenirent, ideoque facultatem præmissa omnia peragendi tibi per Nos concedi plurimum desideres, Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in eisdam præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessio gratiæ juxta preces.

§. 4. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis expositis, at circumstantiis, eidem fraternitati tuæ facultatem, ut, facta in prædicto monasterio de Numborg suppressione, et abolitione vigentis nunc instituti monialium ordinis sancti Benedicti, idem monasterium in religiosam domum, et capitulum canonissarum secularium pro nobilibus fœminis reducere, et immutare libere, ac licite possis, et valeas auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ea cæteroquin sub conditione, ac lege, ut monialibus nunc in ipso monasterio existentibus liceat sub tua auctoritate, et directione, vel in eodem monasterio persistere, ac remanere, servando vota solemniter emissa, perpetuamque clausuram, sub nomine tamen, et habitu ejusmodi canonissarum, vel transire in aliud, aliaque ejusdem ordinis sancti Benedicti, sive alterius, de placito tamen earumdem monialium, ordinis monasteria, ibique communem cum cæteris monialibus regulam prosequendo convivere, sumptibus tamen dicti monasterii da Numberg, unde erunt profecturæ.

Omnia servari præcipitur cum clausulis etiam irritantibus.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nun-

clos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit ettentari.

Et eum derogatione omnium in contrarium facientium.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasteriorum hujusmodi etiem juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, at inoovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habeotes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vica dumtaxat specialiter, et expresse darogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Cæterum per præsentes non intandimus canonissarum hujusmodi institutum, et denominationem in aliquo adprobare. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo querto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXVI

Dat. die 16 julii 1774. Anno VI.

Facultas nuntio Poloniæ deputandi professores quorumcumqua ordinum regularium supplicante rege Poloniæ.

Venerabili fratri Josepho archiepiscopo Berytensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanyslaum Augustum Poloniæ regem illustrem nostro, et Sedis apostolicæ nuntio.

Clemens PP. XIV.

Venarabilis freter salutem et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Cum inter curas, et solicitudines, quibus cerissimus in Christo filius noster Stanysleus Augustus Poloniæ rex illustris, nec non inclytæ respublicæ ordines ad rectam juventutis institutionem animum intendunt, ea præcipue sit, ut non modo scholæ hactenus existeotes novis adjumentis fulciantur, verum etiam ad majorem publicæ rei utilitatem latius propegentur, ex perte ejusdem Stanyslai Augusti regis, at octovirorum juventuti instituendæ supplicatum Nobis fuit, ut Nostra etiam auctoritate saluterie hujusmodi coosilia tueri, atque ex parte Nostra, opem, ac manum adjutricem porrigere dignaremur.

Commissio per recta favore nuntii apostolici.

§. 2. Nos quibus nihil potius est, quam cum civili etiam religiosam et catholicam juventutis institutionem ubique terrarum promovere, ut Christi fideles quo magis religiosis, ac civilibus officiis instructi et etiam utiliores, tum Ecclesiæ, tum reipublicæ reddentur, petitionibus super hoc Nobis porrectis benigne inclinati freternitati tuæ, tuisque in officio isto successoribus pro tempore existentibus Nostris, Nostrorumque successorum, et apostolicæ Sedis nuntiis committimus, et mandamus, ut omnes et singulos religiosos ordinum regularium professores, quos ad munus instituendi pietate, et literis juventutem idoneos et aptiores repereris et iudicaveris (heblto prius cum superioribus eorum provincialibus consilio) dispenses, imo inducas, ut scholarum, quibus octoviri prædicti eos præficere intendant, curam suscipiant, eæque diligenter ec religiose regant, proviso tamen ne religiosi prædicti ad munus docendi in scholis publicis evocati extra claustrum sui respective ordinis vel alterius, si proprii instituti non adsit commorentur, neve propter novum munus ab ipsis susceptum a debita erga superiores locales, vel provincieles obedientia, consuetisque ac debitis regularis observantiæ exarcitiis (nisi in aliquo eis expresse, et in scriptis juxta prudentiam tuam dispensaveris) subtrahantur.

Leges servanda in casu novæ erectionis scholarum.

§. 3. Quod si in aliquo conventu ac monasterio, scholas ipsas aperire contigeret, volumus, et expresse mandamus, ut diligenter præcaveas, quatenus scholæ a claustro sint separatæ, vel si aliter fieri nequeat, saltem ita congrue constituantur, ut per transitum, et intromissionem scholarium intra septa quies, et observantia reguleris turbari nulla ratione possint. His autem religiosis, qui prædicta munera suscipient districte etiam virtute sanctæ obedientiæ præcipies, ut scholares suos non modo in literis instruant, sed etiam pietatis, ac religionis principiis sedulo, et assidue imbuant, ite ut pluries in hebdomada christianæ chetecheseos ru-

dimenta pro captu cujuscumque eis tradant sacrosanctæ Missæ sacrificio quotidie, si fieri potest, eos devote assistere faciant, ac festivis diebus eos in unum congregent, ut fusiori verbi Dei explicatione sacramentorum perceptione, devotarum precum, vel psalmodiæ, aut officii de Beata Virgina Maria recitatione, aliisque pietatis actibus, et incitamentis festivum diem, prout decet transigant, sicque in christiana pietate exercitatiores, et instructiores evadant.

In casu meræ necessitatis indulgetur, ut religiosi regimini scholarum præferri possint.

§. 4. Si autem contigerit, ut ubi nullum religiosorum claustrum existit, aliaque schola constitueretur, ac necessaria alicujus religiosi viri opera videretur, licet summa evitandum sit, ne ullo unquam tempore, vel loco regulares a proprio claustro evellantur, attamen succurrendo præsentibus regni, et populi istius necessitatibus, quoties nullus alius inveniri possit qui scholarum regimen assumere valeat, non renuimus, quin hujusmodi etiam scholis aliquem religiosum virum præfici permittas, dummodo raro, ac nonnisi in casu præcisæ necessitatis hac nostra facultate utaris, eamque ad tempus tibi benevisum concedas; renovandam deinde, si eadem necessitas duraverit, ac demum omnino provideas, ne religiosi prædicti alibi, quam in domo parochiali loci commorari, ac degere possint.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel particularibus ordinationibus nec non quorumcumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima octava julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXVII.

Dat. die 20. julii 1774. Anno VI.

Indultum pro rege christianissimo nominandi ad ecclesias, et monasteria ducatus Brittanniæ, et Provinciæ provinciæ.

Charissimo in Christo filio Nostro Ludovico francorum regi christianissimo

Clemens PP. XIV.

Charissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

Memorantur privilegia tributa cæteris regibus christianissimis.

§. 1. Cum non nulli romani pontifices prædecessores Nostri aliquibus francorum regibus christianissimis, ob eorum preclara in apostolicam Sedem merita, jus nominandi personas idoneas ad cathedrales, et metropolitanas ecclesias, ac monasteria in ducatu Brittanniæ, et Provincia provinciæ quorum ipsi reges domini in temparalibus existebant, pro tempore vacantia, ad cujuslibet dictorum regum vitam tantum reservaverint, concesserint, et indulserint, prout in diversis eorumdem prædecessorum, et nominatim felicia recordationis Leonis X., Julii III., Pii IV., Sixti V., Clementis VIII., Pauli V., Urbani etiam VIII., et Clementis XI., novissime quidem die vii. februarii MDCCXXI. expeditis literis uberius continetur.

Prerogatio dictorum privilegiorum favore novissimi regis.

§. 2. Nos qui majestatem tuam propter ea quæ jam nunc eximia præfulgent indicia, pietatis, religionis, ac in Nos, et Sedem apostolicam observantiæ, aliarumque christianissimo rege dignarum virtutum specialibus favoribus, et gratiis libenter prosequimur, singularum literarum prædictarum tenores, et datas præsentibus pro expressis, et ad verbum insertis habentes, ac prædecessorum Nostrorum prædictorum vestigiis inhærentes, nominationesque personarum ad ecclesias, et monasteria hujusmodi per te a die obitus claræ memoriæ Ludovici XV., dum vixit, eorumdem francorum regis christianissimi avi tui Nobis factas perinde, ac si licentia, et facultas nominandi ad easdem ecclesias, et monasteria tibi per Nos continuata fuisset; validas, et efficaces fuisse, esse, et fore decernentes, et declarantes motu proprio, ac ex certa scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, majestati tuæ, quamdiu vitam in humanis duxeris, jus nominandi Nobis, et pro tempore existentibus romanis pontifici-

bus successoribus Nostris personas probatas, boni nominis, et secundum sacrorum canonum dispositionem idoneas ad quascumque cathedrales, et metropolitanas ecclesias, et monasteria quorumcumque ordinum, de quibus consistorialiter disponi consuevit, in ducatu Brittanniae, et Provinciis provinciae praefatis consistentia, tam de praesenti vacantia, quam quotiescumque illa quibusvis modis, et ex quorumcumque personis, non tamen per obitum apud Sedem eamdem, vacare contigerit, per Nos, et successores praedictos ad nominationem hujusmodi ecclesiis, et monasteriis praedictis praeficiendas tenore praesentium prout in literis eorumdem praedecessorum Nostrorum, reservamus, concedimus, et assignamus.

Concessio ad vitam tribuitur cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 3. Decernentes pariter jus nominandi hujusmodi ad ecclesias, et monasteria praedicta tibi, quoad vixeris, competere debere; neque sub quacumque quantumvis speciali derogatione comprehendi, vel et quovis modo, et ex quacumque causa derogari, et si derogari contingat, minime suffragari posse, et nihilominus quascumque ecclesiarum, et monasteriorum hujusmodi provisiones, commendas, et alias de eis dispositiones etiam cum juris nominandi hujusmodi derogatione, contra earumdem praesentium tenorem etiam per Nos, et successores praedictos, an Sedem eamdem absque tuis nominationibus, etiam motu, scientia, et potestatis planitudine similibus quoquomodo pro tempore faciendas, ac desuper conficiendas literas, ac inde secuta quaecumque nulla, et invalida, nulliusque roboris, et momenti fore, et esse, teque ad docendum de literis praedictis seu illas ostendendo, et in eis contenta quaecumque justificando, minime teneri, sed eisdem praesentibus tantum uti posse, illisque tam in judicio quam extra illud stari debere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque et non aliter per quoscumque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quevis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non ostantibus quibusvis generalibus, vel specialibus ecclesiarum, et monasteriorum praedictorum reservationibus, seu affectionibus apostolicis per quoscumque romanos pontifices praedecessores Nostros, ac Nos, et Sedem eamdem quomodolibet factis, seu pro tempore faciendis, nec non cancellariae apostolicae regulis editis, et edendis, ac quibusvis aliis apostolicis, nec non in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiarum, et monasteriorum, illorumque ordinum, nec non ducatus, et provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis etiam quasvis clausulas, et reservationes in se continentibus per eosdem praedecessores, ac Nos, et Sedem eamdem ecclesiis, et monasteriis, illorumque capitulis, conventibus, et ordinibus, ac ducatui, et provinciae praedictis, eorumque communitatibus, universitatibus, et personis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes expressio ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad praemissorum effectum harum serie specialiter, et expresse motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, et ad plenum derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Imponitur lex nominandi successorem infra sex menses a die vacationis.

§. 6. Volumus autem quod infra sex menses proximos, quoad ecclesias quidem, et monasteria hujusmodi, quae ad praesens vacare reperiuntur, quo vero ad illa, quae in posterum vacare contingat, a die vacationis ipsarum ecclesiarum, et monasteriorum respective computandos personas idoneas, Nobis, et pro tempore existenti romano Pontifici pro collatione, provisione, seu commenda obtinenda nominare omnino tenearis, et ad monasteria hujusmodi in titulum concedi solita, clerici saeculares, vel alterius, quam monasterii ad quod eos per te nominare contigerit ordinis regulares nominandi habitum per fratres, seu monachos illius monasterii gestari solitum suscipere, et professionem per eosdem fratres, seu monachos emitti consuetam expresse

emittere teneantur, alioquin, dictis sex mensibus elapsis, de ecclesiis, seu monasteriis, ut præfertur, vacantibus per Nos, seu pro tempore existentem romanum Pontificem libere disponi possit. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 20. julii 1774. Anno VI.

CCCXXVIII.

Concessio juris nominandi ad dignitates abbatiales, et regimina monasteriorum in comitatu Burgundiæ pro rege christianissimo.

Carissimo in Christo filio Nostro Ludovico Francorum regi christianissimo.

Clemens PP. XIV.

Carissime in Christo fili Noster salutem et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Præclara quæ in majestate tua etiam nunc benedicente Domino, effulgent indicia eximiæ pietatis erga Deum, ac filialis erga Nos, et hanc sanctam Sedem observantiæ, una cum ortodoxæ fidei conservandæ, et propagandæ zelo conjuncta, aliarumque rege christianissimo dignarum virtutum, et decorum egregia jam pandita argumenta, promerentur; nec non præcipuus, quo eamdem majestatem tuam prosequimur paternæ charitatis affectus Nos urget, atque impellit, ut tibi luculenta pontificiæ Nostræ benignitatis dona largiamur, firma spe, atque fiducia in Domino freti, fore ut gloriosis progenitorum et majorum tuorum regum christianissimorum principum longe clarissimorum, invictissimorumque Christi athletarum, et egregiorum Sedis apostolicæ cultorum vestigiis inhærens populos ditioni tuæ creditos in fide catholica, ac vetere erga Sedem prædictam obedientia continere pari laude conaturus, constitutionesque apostolicas in universis dominiis tuis debitæ semper executioni mandari, ac Sedis ejusdem honorem et auctoritatem illibatas conservari omni studio sis curaturus.

Tenor concessionis factæ a Clemente IX. ad vitam Ludovici regis XIV.

§. 2. Dudum siquidem felicis recordationis Clemens pp. IX. prædecessor Noster claræ memoriæ Ludovico XIV dum vixit, francorum regi christianissimo, sua tantum vita durante, et quandiu in sinceritate fidei, ut unitate S. R. E. nec non obedientia, et devotione ipsius Clementis prædecessoris, ejusque successorum romanorum pontificum canonice intrantium perstitisset, jus, et facultatem nominandi ipsi Clementi prædecessori, et romano pontifici pro tempore existenti, tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut præpositos regi, et gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque prioratus, præpositaras, aut præpositatus conventum habentes intra urbes Atrebatum, Hasdinum, Bapalmiam, Bethuniam, Lilesium, Lentiacum, comitatum sancti Pauli, Teruanam, Passium, earumque balliviatus, et castellanias agri Atrebarensis, nec non Rentiacum, urbes itidem, arcesque Gravelingam, arcem Philippeam, Slusam, Hannuinum, Barburgum, et urbem sancti Venantii in Flandria, Landreceium, et Quercetum in Hannonia, Avennium quoque Marieburgum, et Philippopolim insuper in agro Lucemburgiensi, Theodonis villam, Malmedium, Damvillerium, Urbem Suedium, ejusque præposituram, castrum Chavanciacum, ejusque præposituram, et Mariullam earum balliviatus, castellanias, præfecturas, præposituras, territoria, dominia, ditiones, accessiones, appendices, et adjuncta a dicto Ludovico rege tunc, et per totum annum MDCLXVI possessa dumtaxat consistentes, et consistentia, dummodo intra septa illarum existerent, etiamsi sub temporali dominio aliorum procerum consisterent, vel temporalem jurisdictionem haberent, ac etiamsi prioratus, præpositurae, aut præpositatus, et non monasteria nuncuparentur pro tempore vacentes, seu vacantia per eumdem Clementem prædecessorem, ejusque successores romanos pontifices ad nominationem dicti Ludovici regis intra decem menses a die cuius libet vacationis faciendam, ac ipsi Clementi prædecessori et romano pontifici pro tempore existenti præsentandam conferendos, et conferenda auctoritata apostolica de specialis dono gratiæ concessit, et indulsit; itaut de dignitatibus abbatialibus, aut quibuscumque monasteriis, prioratibus, præposituris, et præpositatibus prædictis pro tempore vacantibus absque ejusdem Ludovici regis nominatione præfata, de aliis vero sub nominatione hujusmodi non comprehensis, et absque illa libere conferendis, dignitatibus videlicet se-

cularibus principalibus, et regularibus actu non conventualibus intra prædictos districtus consistentibus nonnisi de locis præfato Ludorico regi subjectis, aut sibi gratis, et acceptis personis per ipsum Clementem prædacessorem, ejusque successores romanos pontifices, et Sedem eamdem pro tempore disponi, et respective provideri minime posset, et alias prout in prædictis Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die ix. aprilis MDCLXVIII expeditis uberius continetur, et postmodum accepto per eumdem Clementem prædecessorem, quod claræ etiam memoriæ Carolus, dum viveret, Hispaniarum rex catholicus nonnullas alias civitates, oppida, arces, regiones, districtos, et loca in Belgicis ditionibus consistentia eidem Ludovico regi per tractatum pacis inter utriusque regis plenipotentiarios in oppido Aquisgrani Leodiensis diœcesis die xi maij dicti anni MDCLXVIII initum, et subinde utrinque ratificatum in perpetuum cesserat, et renunciaverat.

Concessio extenditur etiam ad civitates, oppida, arces, et loca comprehensa in tractatu inito cum Hispaniarum rege catholico.

§. 3. Ipse Clemens prædecessor prædicto Ludovico regi, sua tantum vita durante, concessionem juris, et facultatis nominandi hujusmodi illi factam, ut præfertur, ad similes dignates abbatiales, ac regimina monasteriorum, prioratus, præposituras aut præpositatus conventum habentes in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis eidem Ludovico regi a prædicto Carolo rege per supradictum tractatum pacis cessis, et renunciatis, et quæ dictus Ludoricus rex tunc possidebat, et in futurum vigore tractatus pacis hujusmodi in Belgio pacifice possideret dumtaxat consistentes, et consistentia eadem auctoritate sub cæteris modo, et forma tunc expressis extendit, et ampliavit, prout in aliis ipsius Clementis prædacessoris pariter in forma Brevis die xxvii. augusti ejusdem anni MDCLXVIII amanatis literis plenius quoque continetur.

Innocentius XI. concessionem ampliavit etiam pro comitatu Burgundiæ, et civitatis Bisuntinæ.

§. 4. Deinde per recordatæ memoriæ Innocentium pp. XI prædecessorem Nostrum etiam accepto, quod memoratus Carolus rex comitatum Burgundiæ, urbes, loca, et regiones ab illo dependentes, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu, nec non nonnullas alias civitates, oppida, arces, regiones, districtus, et loca in Belgicis ditionibus prædictis consistentia dicto Ludovico regi par alium tractatum pacis inter utriusque regis plenipotentiarios die xvii septembris MDCLXXVIII Noviomagi initum, et subinde utrinque ratificatum in perpetuum cesserat similiter, et renunciaverat. Idem Innocentius prædecessor prædicto Ludovico regi sua tantum vita durante, concessionem juris, et facultatis nominandi illi a memorato Clemente prædecessore per binas suas literas prædictas factam, et ampliatam respective, ut præfertur, ad similes dignitates abbatiales, ac regimina monasteriorum, prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes in predictis comitatu Burgundiæ, urbibus, locis, et regionibus ab illo dependentibus, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu, nec non aliis civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis in Belgicis ditionibus hujusmodi consistentibus prædicto Ludovico regi a præfato Carolo rege per supradictum tractatum pacis Noviomagi initum cessis, et renunciatis, quæ dictus Ludovicus rex tunc possidebat, et in futurum vigore tractatus pacis hujusmodi pacifice possideret dumtaxat consistentes, et consistentia auctoritate prædicta sub certis itidem modo, et forma tunc expressis extendit similiter, et ampliarit, et alias prout in ipsius Innocentii prædecessoris literis in pari forma Brevis die xx maij MDCLXXXVI uberius pariter continetur.

Idem privilegium extendit Innocentius XIII favore Ludovici XV ejus vita durante.

§. 5. Successive felicis recordationis Innocentius pp. XIII prædecessor quoque noster claræ memoriæ Ludovico XV eorumdem francorum regi christianissimo ejus meritorum intuitu, jus, et facultatem nominandi sibi, et romano pontifici pro tempore existenti tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut rectores regi, et gubernari solitorum, quam etiam ad quoscumque prioratus, præposituras, aut præpositatus conventum habentes intra urbes, et in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis in binis memoratis literis ipsius Clementis prædecessoris ac in aliis pariter prædicti Innocentii XI supra dictis literis contentis sub certis itidem modo, et forma tunc expressis, et durante tantum ipsius Ludorici XV regis vita concessit, et indulsit, et alias prout in ejusdem Innocentii prædecessoris literis in pari forma Brevis die xxix augusti MDCCXXII desuper editis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus fusius continetur.

Prorogatio gratiæ ad vitam novissimi regis, cum enumeratione omnium locorum, in quibus exerceri valeat jus præsentandi.

§. 7. Nunc vero Nos majestatem tuam quo regiam benevolentiam erga personas benemeritas, tibique gratas, et acceptas exercere valeas præmissorum meritorum tuorum intuitu specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac sperantes te in nominandis ad infrascripta beneficia personis, quæ vitæ integritate, religiono, fide, et doctrina præstent summum studium, summamque diligentiam semper edhibiturum, nec conscientiam tuam hac in re ullo modo lædi pessurum esse, tuis hac in parte supplicationibus inclinati, tibi, tua tantum vite durante, et quemdiu in einceritete fidei, et unitate S. R. E. nec non obedientie, et devotione Nostris, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistiteris jus, et facultatem nominandi Nobis, et romano pontifici pro tempore existenti tam ad dignitates abbatiales, aut quorumcumque monasteriorum regimina, etiam per priores, aut præpositos regi, et guberneri solitorum, quem etiam ad quoscumquo prioratns, præposituras, eut præpositatus eonventum habentes intra urbes Atrebatum, Hesdinum, Bapalmam, Bethuniam, Lilesium, Lantiacum, comitatum sencti Pauli, Teruanam, Passium, earumque baliviatus, eliosque quoque baliviatus, et castellanias agri Atrebatensis, nec non Rentiacum, urbes itidem, arcesque Gravelingam, arcem Philippeam, Slusam, Hannuinum, Burburgum, et urbem sancti Venantii in Flandria, Laudreceium, et Quercetum in Hannonia, Averniam quoque, Marieburgum, et Philippopolim; insuper in agro Lucemburgico Theodonie villam, Malmedium, Damvillerium, urbem Juodium, ejusque præposituram, castrum Chavanciacum, ejusquo præpositnram, et Marvillam, earum balivietus, castellanies, præfecturas, præposituras, territoria, dominia, ditiones, accessiones, eppendices, et edjuncta, nec non in civitatibus, oppidis, arcibus, regionibus, districtibus, et locis, tum in Belgiois ditionibus, tum in comitatu Burgundiæ præfatis urbibus, locis, et regionibus ab illo dependentibus, comprehensa civitate Bisuntina, ejusque districtu consistentibus, ac supradicto Ludovico XIV regi per memoratos tractatus pacis Aquisgrani, et Noviomagi initos, eicut præmittitnr cessis, et renuncietis, quæ tu de præsenti possides dumtaxat consistentes, et consistentia pro tempore vaeantes, seu vacantia per Nos et romanos pontifices successores Nostros, ad nominationem tuam intra decem menses a die cujuslibet vacationis faciendam, ac Nobis, et romano pontifici pro tempore existenti præsentandam conferendos, et conferenda, servata in omnibus, et per omnia binarum Clementis, et aliarum utriusque Innocentii prædecessorum literarum prædictarum forma, et dispositione, ac cum omnibus cleusulis, decretis, declarationibus, et indultis in eisdem literis quomodolibet contentis, et expressis auctoritate apostolice tenore præsentium concedimus similiter, et indulgemus.

Derogatur omnibus in contrarium facientibus.

§. 8. Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac singulorum monasteriorum, prioratuum, præpositurarum et præpositatuum prædictorum, et ordinum quorum illa sunt, seu a quibus dependent etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis stetutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, in genere, vel in specie, ec elias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua mentio, et quævis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hec vice dumtaxat, specialiter, et expresso derogamus, cæterisqne contrariis quibuscumque.

Datum Romæ epud sanctem Mariam majorem sub annulo piscatoris dia vicesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto pontificatue Nostri enno sexto.

CCCXXIX.

Dat. die 25. julii 1774. Anno VI.

Confirmatio constitutionum pro domo sanctæ Annæ Parisiensis diœcesis congregationis clericorum Theatinorum.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Commissi Nobie divinitus pastoralis officii solicitudo exigit, ec postulat, ut ea, quæ pro felici, properoque regimine, et gubernio perso-

narum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium prudenter, ac salubriter constitute esse noscuntur, cum id a Nobis petitur, apostolicæ firmitatis munimine roboremus.

Expositio precum. §. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Monforte procurator generalis congregationis clericorum regularium Theatinorum nuncupatorum, quod elias, nempe die sexta octobris 1772. clerici regulares dictæ congregationis, et domus sanctæ Annæ la Reale vulgo nuncupatæ capitulariter congregeti elegerunt, et deputarunt aliquos ex eis, a quibus denuo conficiendæ essent novæ constitutiones, quarum ope eadem domus in posterum regi, ec gubernari deberet. Inter cætera vero in eisdem novis constitutionibus præscripta in articulo quarto capit. II. parte II. facultas tribuitur præposito generali, et consultoribus ejusdem congregationis prorogandi superiorem dictæ domus iu sui muneris exercitio usque ad sexennium, ac alias prout in eodem erticulo, cujus tenor est, qui sequitur nempe.

Art. IV. part. II. cap. II.

Tenor articuli editi super prorogatione muneris præpositi generalis, et consultorum ad sexennium. §. 3. A definitoribus in cepitulo generali creatis, præpositus per segreta suffragia eligatur ad annum: reficiatur autem quotannis, si rev. patri generali, et consultoribus visum fuerit usque ad ennum sextum.

Ho ricevuto l'originale delle costituzioni approvate dall' ultimo cepitolo generele, dalle quali è stata estratta tanto le presente particole, quanto encora il decreto d'approvazione. Questo dì 25 luglio 1774.

D. Antonius Monforte prep. gñlis etc.

Postmodum assumpto examine earumdem novarum constitutionum in capitulo generali prædictæ congregationis celebrato die 21 aprilis currentis anni iu domo sancti Silvestri hujus nostræ almæ urbis, eæ ab omnibus vocelibus ibidem congregatis decreto ædito die quarta meii proxime præteriti confirmatæ, et approbatæ fuerunt, cujus quidem decreti tenor est qui sequitur, nempe = Decretum capituli generalis anni 1774.

Approbatio ejusdem articuli decreta in congregatione generali, in qua etiam probatæ fuerunt novæ constitutiones. §. 4. Nobis in generali cepitulo congregatis exhibitus fuit codex constitutionum de novo redactus, quo in posterum domus nostra sanctæ Annæ Regiæ Parisiensis regi debeat, et administrari; nobisque fuit propositum, ut perpensis primum novæ hujus redactionis utilitate, ac necessitate, ac insuper diligentissime examinatis iisdem constitutionibus, nec non observationibus omnibus e nostris patribus Parisiensibus huc transmissis, præfatæ constitutiones ed usum domus nostræ Parisiensis de novo redectæ epprobentur, et confirmentur a præsenti capitulo generali, cui per summorum pontificum privilegia competit euctoritas novas condendi leges, et veteres abrogandi.

Nos igitur antiquius nihil habentes quam ut prædictæ domus nostræ utilitati, et incremento consulamus, die vicesima secunda aprilis in sessione 2. nostrorum generalium comitiorum elegimus, ac deputavimus revm̃um p. d. Antonium Franciscum Vezzosi exgeneralem, r. p. d. Franciscum Vanni ex-consultorem, r. p. d. Antonium Monforte ex-consultorem, et r. p. d. Cajetanum Crodara Visconti ex-præpositum domus nostræ Mautuensis viros eruditione, zelo, prudentia, et primeriis in congregatione muneribus claros, qui prædictas constitutiones de novo redactas exeminarent, cum prioribus nostris constitutionibus conferrent, observationes quascumque ea de re datas perpenderent, suamque de omnibus coram congregato nostro generali capitulo relationem, ac sententiam proferrent.

Electi vero, ac deputati a nobis prædicti hujusmodi patres coram congregato capitulo retulerunt, et effirmarunt, se lectis, et mature ponderetis omnibus in nova nostrarum constitutionum collectione suo examini subjecte, uihil invenisse, quod capituli generalis epprobationi abesse possit, intactam, illibatamque in ea servari illam, quæ in universa congregatione nostra tenetur tum clericalis, tum regularis iustituti rationem editas anno 1604 nostras constitutiones, decretaque subseqentibus capitulis generalibus condita, iu eadem non sine majori rerum perspicuitate textum in unum coalescere nonnulla e supradictis statutie temporum, ac locorum diversitate minus eccomodata resecate fuisse, omissa quædem, necessaria suppleta fuisse, plure, quæ videbantur obscura luci fuisse reddita, ac tandem addictionum omnium, aut mutationum, si quæ factæ fuerint, in iis præsertim, quæ ad domus nostræ Parisiensis administrationem spiritualem, et maxime temporalem pertinent, non alium esse finem, quam ut legum primitus conditarum executioni tutius consulatur, et ut prædicta domus nostra Parisiensis, quæ in Galliæ regno unica est ex unitete sua nihil detrimenti capere possit, nec quid in suo regimine a legibus dissonum habeat.

Audita hac prædictorum rr. pp. relatione, rebus omnibus diligentissime consideratis, constitutiones clericorum regularium ad usum domus nostræ sanctæ Annæ Regiæ Parisiensis redactas approbamus, nostraque auctoritate confirmamus, ac ut illæ firmius subsistant a rmo congregationis nostræ præposito generali totius capituli generalis nomine humillime suæ Sanctitati supplicabitur, ut prædictas constitutiones Sedis apostolicæ auctoritate roborare dignetur.

Præceptum de subjiciendo regulas confirmationi apostolicæ.

§. 5. Omnes, et singulos prædictæ domus nostræ Parisiensis clericos regulares obsecramus in Domino, imo illis etiam stricte præcipimus, ut quo primum dictæ constitutiones nostræ ad usum domus ejusdem redactæ a præsenti capitulo generali approbatæ pontificia auctoritate, omnibus juris formalitatibus firmatæ ad illos pervenerint, iis tam in communi vitæ consuetudine, quam in negotiis, sive ad congregationem universam, sive ad singularem eamdem domum, pertinentibus fideliter obsequantur.

Declaratur irritum quidquid veteribus obversetur constitutionibus.

§. 6. Quidquid vel in prioribus constitutionibus, vel in decretis præcedentium capitulorum generalium hisce nostris constitutionibus de novo redactis contrarium invenitur, id pro nullo, et abrogato ab iisdem clericis regularibus Parisiensibus haberi volumus. Ut autem animorum consulamus tranquillitati declaramus nullas constitutiones, aut decrata nostra obligare nos ad culpam, sed ad poenam tantum, nisi propter præceptum, aut regulæ, et auctoritatis jubentis contemptum: præceptum vero apud nos nullum aliud haberi, quam quod aut naturali, aut divina, aut ecclesiastica lege, aut trium votorum ratione, aut speciali superioris mandato præcipitur. Datum in nostro generali capitulo in ædibus sancti Silvestri Romæ habito anno 1774 die 4 maii sub signo, at sigillo rmi p. generalis.

D. Antonius Franciscus Vezzosi præp. generalis cler. reg.

P. D. Scipio Turboli cl. reg. ejusdem cap. generalis secretarius.

Loca † Signi.

Confirmatio apostolica.

§. 7. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius novæ constitutiones prædictæ, at decretum capituli generalis hujusmodi subsistant, et serventur exactius, apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiri dictus Antonius plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, at a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, at poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati novas constitutiones prædictas, at facultatem prorogandi ad sexennium superiorem præfatæ domus sanctæ Annæ, aliaque omnia, at singula in eisdem novis constitutionibus præscripta, at in dicto decreto capituli generalis hujusmodi contenta, at expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, at fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, at per omnia plenissimo suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, at definiri debere, ac irritum, at inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima tertia julii mil-

lesimo septingentesimo septnagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 2 augusti 1774. Anno VI.

CCCXXX.

Mensæ episcopali Bugellensi unitur, et incorporatur prioratus simplex sanctorum Petri, et Pauli loci de Castelletto diœcesis Vercellensis.

Clemens episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoratur erectio episcopatus Bugellensis.

§. 1. Ex injuncto Nobis cœlitus apostolicæ solicitudinis munere in id propensius incumbimus, et supremæ Nostræ auctoritatis vim libenter adhibemus, utque ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ catholicæ decus, spiritualem Christifidelium ædificationem, animarumque salutem jam pridem in episcopalium sedium institutione decernere in Domino censuimus, eadem pro temporum opportunitate uberius compleantur, securiusque firmentur. Cum Nos alias post maturum totius negotii examen certis, urgentibusque causis adducti, prævia oppidi Bugellæ entea civitatis nuncupatæ cum nonnullis locis in illius provincia comprehensis a diœcesi Vercellensi segregatione, idem Bugellæ oppidum in civitatem episcopalem Bugellensem nuncupandam, atque in eo ecclesiam sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ in cathedralem sub invocatione sancti Stephani prothomartyris, et ejusdem sanctæ Mariæ Majoris, nec non sedem episcopalem ereximus, ne ob dotis defectum novi episcopatus erectio protraheretur tunc, et donec congruæ mensæ episcopali Bugellensi consuli posset præter cæteras unam temporariam assignationem a dilectis filiis communitatibus, et populis totius provinciæ Bugellæ in annua summa mille librarum monetæ illarum partium, ad quam illi de consensu tunc in humanis agentis Karoli Emmanuelis, dum viveret, Sardiniæ regis illustris ultro se se obstrinxerant, & binas alias ex redditibus ecclesiarum de Gralia, et de Oropa in summa trium millium librarum similium, mille videlicet, et quingentas ex unoquoque persolvendas præscripsimus, et attribuimus prout in Nostris literis sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio plenius continetur.

Exponitur ratio decernendæ unionis.

§. 2. Quia vero post dictarum literarum executionem venerabilis frater Noster Julius Cæsar Viancini novus episcopus Bugellensis, quem ad eam ecclesiam, prævia dissolutione a vinculo archiepiscopalis ecclesiæ Turritanæ, cui alias præerat, retenta archiepiscopi denominatione transtulimus, pastorali sua vigilantia diœcesim sibi nuper demandatam perlustrans serio perspexit communitatibus, et populis dictorum locorum nimis fore incommodum, atque grave, dum annonæ caritate, aliisque publicis premuntur calamitatibus, quodlibet novum subire onus, ideo ad carissimum in Christo filium Nostrum Victorium Amadeum Sardiniæ regem illustrem animi sui sensus detulit, ut communitetes, et populi Bugellensis provinciæ ab imposita præstatione levarentur. Nomine propterea dicti Victorii Amadei regis per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistem Balbia, Simeonem comitem de Rivera magnæ crucis equitem, et perpetuum commendatarium inclyti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium Nobis fuit supplicatum, ut communitates, et populos dictorum locorum a quavis præstatione, prioratum simplex sanctorum Petri, et Pauli de Castelletto nuncupatum Vercellensis diœcesis, modo illius commenda per obitum bo. me. Karoli Alberti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Guidoboni Cavalchini apud Sedem apostolicam defuncti cessante vacantem eidem mensæ episcopali Bugellensi perpetuo addiceremus.

Gratis conceditur ad impetrationem regis Sardiniæ.

§. 3. Nos igitur votis dicti Victorii Amadei regis, qui paternas virtutes, reglique animi dotes hæreditario, veluti jure sibi delatas, pari religione, et pietate, ac filiali erga Nos, et Sedem apostolicam obedientia profitetur, et colit, obsecundare studentes, atque, ut subditis sibi e Deo traditis temporale aliquod etiam levamen afferamus, prioratum simplicem prædictum sub enunciata invocatione sanctorum Petri et Pauli in dicto loco de Castelletto Vercellensis diœcesis, cujus, et illi annexorum fructus, redditus, et proventus CCLVIII. duc. auri de camera, secundum communem æstimationem valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, sive alio quevis modo, aut ex alterius cujuscumque persona, seu per liberam dicti Ka-

reli Alberti cardinalis resignationem, vel alias quovis modo vacet, etiamsi illius collatio daveluta, affecta specialiter, vel alias ex quavis causa necessario exprimenda Nostræ, et Sedis apostolicæ liberæ dispositioni generaliter reservata sit, illiusque titulum collativum, itaut prioratus hujusmodi collativus esse desinat, nec in titulum, vel commendam amplius impetrari, aut alias de illo quomodolibet disponi queat, et si in titulum, commendam, aut alias de illo disponi contigerit, collationes commendæ, et quævis aliæ dispositiones nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, apostolica auctoritate, ipsarum tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Incorporatio bonorum prioratus mensæ episcopali.

§. 4. Eoque suppresso, et extincto omnia, et singula dicti prioratus bona immobilia, et mobilia, ac sementeventia tam sacra, quam prophana, ita quod dicto Julio Cæsari episcopo archiepiscopo denominato liceat eorum omnium veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dictæ mensæ episcopalis Bugellansis nomine propria auctoritate, absque ulla diœcesani loci licentia apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, annuosque illorum redditus loco assignationis dictis communitatibus, ut præfertur, præscriptæ, ac sub infrascripta etiam limitatione, supportatisque omnibus dicti prioratus, ut præfertur, suppressi annuis oneribus, percipere, et exigere, ac levare, ipsique mensæ episcopali Bugellensi etiam perpetuo ipsarum præsentium vi appropriamus, et applicamus, ac respectiva dictas communitates, et populos ab imposita annua præstatione mille librarum, ac si illa nunquam præscripta fuisset, omnino extinguimus, et liberamus.

Consulitor assignationibus debitis ecclesiis de Graha, et de Oropa nuncupatis.

§. 5. Quia vero ex dicti prioratus, ut præfertur, suppressi bonis annui redditus obventuri erunt, qui deletam modo communitatum, et populorum præstationem excedentem, ideo ad levandum quoque onus utrique ecclesiæ da Gralia, et de Oropa infixum, ipsi Julio Cæsari episcopo archiepiscopo denominato, ejusque successoribus injungimus, quin imo expresse præcipimus, ut ipsi deinceps, quod ex redditibus eorumdem bonorum ultra dictas mille libras supererit id totum in diminutionem convertant aliarum assignationum, primo videlicet de Gralia, et si quid adhuc superarit de Oropa ecclesiis, ut præfertur, præscriptarum, ita ut illæ pariter hujus applicationis beneficio aliqua in parte ab imposito onere eximantur.

Servatur ordinaria jurisdictio episcopi Vercellensis circa bona, et ecclesiam suppressi prioratus.

§. 6. Ne autem ob adeptionem possessionis, et applicationem ecclesiæ, et bonorum dicti suppressi prioratus, quæ in diœcesis Vercellensis ambitu sita sunt, vel minima suboriatur quæstionis causa, ad publicæ quieti consulendum expresse declaramus, nullam propterea jurisdictionem ecclesiasticam in acclesia dicti prioratus, ejusque benis pro tempore existenti episcepo Bugellensi impertitam, vel concessam censeri posse, sed ecclesiam suppressi prioratus, et bona hujusmodi ordinariæ pro tempore existentis Vercellensis episcopi jurisdictioni, et visitationi plenarie subesse. Et quatenus aidem suppresso prioratui, illumque pro tempore obtineoti, et illius ecclesiæ, et bonis aliquod hactenus privilegium, aut aliqua jurisdictio competivisset, vel competere in futurum compertum foret, privilegium, ac jurisdictionem hujusmodi penitus, et omnino tollimus, et abolemus.

Clausulæ salutares pro plena literarum executione.

§. 7. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendantes ad id vocati, citati, vel auditi non fuerint, aut ex alia quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam evocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrare minime posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fieront, comprehendi, sed tamquam ad congruam mensæ episcopalis dotationem editas, & emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et abtinere, sicque ab omnibus censeri.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legates, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere; et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus de exprimendo vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore in unionibus sic committendis ad partes, vocatis quorum interest, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac quibusvis in synodalibus, provincialibus, generalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, ac etiam Vercellensi ecclesiæ, dictoque prioratui sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu proprio, et potestatis plenitudine a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, et innovatis; nec non etiam quatenus opus sit, quibuscumque piorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 10. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrarum suppressionis, extinctionis, applicationis, approbationis, exemptionis, liberationis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, kalendis augusti, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXI.

Dat. die 8. augusti 1774. Anno VI.

Confirmatio concessionis quatuor unciarum aquæ factæ a Clara Fadulfi fratribus ordinis minorum s. Francisci Conventualium conventus civitatis Interamnensis.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Status conventus, ante concessionem, super deficientia aquæ.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres conventus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Nostræ Interamnensis, quod licet in territorio ejusdem civitatis maxima sit aquarum copia, municipalesque leges præscribant, ut cuique libera indistincte sit facultas utendi aqua pro irrigatione viridariorum, aliarumque terrarum, nihilominus in horto adjuncto conventui eorumdem exponentium perennis aquæ commoditas deficiebat; hincque non levis reddebatur annus impensa pro emendis herbis quotidiano usui fratrum dicti conventus necessariis. Hæc autem deficientia tribuenda potissimum erat altitudini loci, in quo hortus hujusmodi situs reperitur, quandoquidem ille in quantitate viginti palmorum romanorum circiter supereminet profluentem aquam del Raggio novo vulgo nuncupatam anno 1536 congestam a quibusdam peculiaribus civibus ad usum nonnullorum aedificiorum, seu molendinorum, ubi oleæ, et frumenta conteruntur, ex qua sane aqua juxta municipalium legum prædictarum dispositionem irrigantur omnes circumexistentes terræ, quæ in loco ad eamdem aquam excipiendam apto sitæ reperiuntur. Ita quippe in præteritum evenit, et nunc quoque accidit in bonis præsertim mensæ episcopalis Interamnensis, ac parochialis ecclesiæ, monasterii sanctæ Catharinæ, et in viridario monialium sancti Proculi, nec non in-

terris ad dilectum itidem filium Joannem Jacobum Nicoletti pertinentibus, atque generaliter in omnibus aliis, sine ulla penitus contradictione. Quamvis itaque profluens hæc aqua percurrat extra mœnia dictæ civitatis, quæ contermina sunt horto ipsorum exponentium in parte respiciente eorum conventum, et fodiens cavum ingentis turris torrione vulgo nuncupatæ conjunctæ eisdem mœniis, quæ contigua sunt horto prædicto, ad eumdem hortum pertranseat; nihilominus cum ad hauriendam ibidem aquam hujusmodi non levis labor requireretur, quippe quia vel scalam descendere, vel ope funis eamdem aquam extrahere oportebat; hinc dicti exponentes, qui hoc sane modo, nec satis consultum esse necessitatibus eorum horti probe noverant, ut labor, et incommodum hujusmodi averterentur, opportunius remedium alibi adinvenire curarunt.

Concessio facta favore monasterii a comitissa Fadulfi.

§. 2. Qua de re ex alio loco Campo Reale vulgo nuncupato parum dissito ab horto dicti conventus, per quem locum eadem aqua profluens in superiori parte ope quatuor manufactorum, ac firmorum canalium ad suos respective dominos pertinentium excurrit ad usum quatuor respective aedificiorum, seu molendinorum, quorum duo pro conterendis oleis, duo vero ad conterenda frumenta destinata sunt, aliquam portionem dictæ aquæ in pari altitudine cum eorum horto ibidem existentis ipsi assequi studuerunt; hincque exponentes præfati postularunt a dilecta in Christo filia comitissa Clara Fabrizi Fadulfi, nunc domina unius ex molendinis prædictis olearum, facultatem derivandi a canali ejusem sui molendini quatuor uncias aquæ, quæ ope firmorum tuborum ad hortum dicti conventus essent transferendæ. Petitioni huic re ipsa annuit eadem Clara, atque in certum suæ liberalitatis argumentum die XVII junii 1771 super concessione hujusmodi apocam propria manu subscripsit.

Lis suborta super legitimitate obtentæ concessionis.

§. 3. Dum vero translationi aquæ prædictæ manus admovere ipsi exponentes decreverant, repente sibi præsentatam viderunt citationem coram vicario generali Interamnensi nomine dilectæ itidem in Christo filiæ marchionissæ Paulæ Sciamanna Cittadini, nec non dilectorum quoque filiorum marchionis Joannis Caroli, et Roberti de Cittadinis, qua inhibita ipsis exponentibus fuit quæcumque derivatio aquarum a dicto canali, contendentes sibi jus esse in dicta aqua profluente, ac del Raggio novo nuncupata, simulque asserentes præjudicium, cæteroquin mente tantum conceptum, sibi inferri in eorum molendinis, ac terris existentibus extra portam Romanam nuncupatam, ex quo quia ab eadem aqua profluente molæ in dicto loco Campi Realis existentes primum moventur, longoque deinde peracto itinere, circumpositæ terræ plurium commodo, ac beneficio irrigantur.

Vicissitudines judicii, transactio amicabilis expostulata, et recursus ad Pontificem pro compositione negocii absque strepitu, et figura judicii.

§. 4. Novitate hac perculsi dicti exponentes, ne sumptuosam litem, cui impares quidem erant proprii conventus vires, assumerent, citationi, ac petitioni huic minime se se opposuerunt, eamque propterea vicarius generalis prædictus, ipsis non comparentibus, admisit. Postmodum vero exponentes præfati curarunt rem hanc amicabiliter componere, in irritum tamen cessis omnibus ad finem hunc assequendum adhibitis modis, Nobis supplices porrexerunt preces, in quibus relatis prius eorum juribus, ipsi petierunt, ut a promota hac lite eos liberando, atque narratorum veritate, sine strepitu, ac figura judicii œconomice recognita, facultatem derivandi prædictas quatuor uncias aquæ, easque transferendi ad hortum dicti conventus apostolica auctoritate sibi indulgere dignaremur.

Negocium componendum episcopo committitur.

§. 5. Remisimus itaque die 18 augusti 1771 hujusmodi preces pro informatione, ac voto dilecto filio vicesgerenti dictæ civitatis, auditis fratribus de Cittadinis; ipse autem vicesgerens, ut demandatum sibi munus ea, qua par erat diligentia, absolveret, ad faciem loci, utraque parte interveniente se contulit, agnitaque promotæ petitionis irrationabilitate, die octava sequentis mensis septembris sua epistola relationem, ac votum favore dictorum exponentium ad urbem transmisit. Audita etiam relatione, et voto hujusmodi, deinde, die scilicet 15 junii 1772 commisimus venerabili fratri episcopo Interamnensi, ut officia, et operam suam impenderet pro pacifica executione concessionis a dicta Clara factæ, vel alterius cujuscumque concorditer faciendæ, cum interesse habentibus, compositionis, super exquisitam per eosdem exponentes aquam; si autem officiosa opera sua minus proficeret, tunc auctoritatem suam interponeret, et provideret, et procederet prout de jure, et cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis appellatione remota, ac alias prout in rescripto prædicta die desuper edito, cujus tenorem præsentibus pro plene, et

sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. In hujus igitur rescripti executionem, idem episcopus curavit primum, sed inutiliter, rem amicabiliter componere, ac postmodum, visa facie loci, visisque juribus hinc inde deductis, die vicesima quarta julii 1772 suum edidit decretum, quo declaravit licere eisdem exponentibus ad eorum hortum traducere quatuor uncias aquæ prædictæ, ac alias pront in ipso decreto, cujus tenor est, qui sequitur nempe.

Tenor decreti editi ab episcopo judice delegato.

§. 6. Qui illmus, et rmus dominus episcopus Ioteramnæ judex a ssmo delegatus in vim memorati rescripti impeosis toto studio primum officiis, et opera sua pro pacifica exequtione concessionis a comitissa Clara Fabrizj Fadulfi ut supra factæ, atque partem contradicentem ad æqui, justique rationem amicabiliter trhaet ad formam ejusdem rescripti, iisque in irritum cessis omnino pro parte dd. de Cittadinis contradictorum, sedentur, visis juribus jam alias hinc inde deductis, et nunc pro parte dicti ven. conventus productis in actis infrascripti cancellarii, visa quoque fuit loci controversia, ac assignato demum eisdem dominis de Cittadinis congruo, et competenti termino ad deducendum omnia alia eorum jura, si quæ etc., eoque olapso, ipsisque nil aliud deducentibus, quod excludere, aut obumbrare valeat justitiam petitionis d. ven. conventus, ejusque pp. plenissime ab his quoque in scriptis demonstratam auctoritatem snam interponendo, et providendo, ac procedendo prout de jure cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis ad formam ejusdem rescripti, devenit, declaravit, et definitive pronunciavit, fuisse, et esse licitum d. ven. conventui, et pp. minoribus Conventualibus sancti Francisci Interamnæ deducere in hortum ejusdem ven. conventus per tubos proportionatum orificium habentes quatuor uncias aquarum dicto ven. conventui, ejusque pp. ut sup. concessas a dicta domina comitissa Clara Fabrizij Fadulfi in vim apocæ ab ea subscriptæ, et in publicam formam recognitæ, de qua in actis iofrascripti cancellarij cum facultate prædictis aquis libere utendi, et fruendi pro irrigando eodem horto juxta dispositionem statuti civitatis Interamnæ, et legum municipalium editarum anno 1549, et cum omnibus pactis, et conditionibus in supradicta apoca appositis, et propterea exequendam fore, et esse concessionem per dictam comitissam Claram ut supra factam d. ven. conventui, ejusque pp., prout exequi voluit, atque mandavit, et pro hujusmodi effectu statum de exequendo, seu aliud quodcumque desuper necessarium, et opportunum infra concessit, decrevit, et relaxavit, nec non utendo facultatibus sibi a ssmo specialiter attributis, attenta relatione peritorum, ut supra, de qua in actis, impartitus fuit dicto ven. conventui, ejusque rr. pp. facultatem, et licentiam prædictos tubos admovendi, et innectendi mœniis Interamnæ; ac demum in executionem ejusdem rescripti ssmi cum clausula = *appellatione remota* = perpetuum silentium super præmissis omnibus imposuit, et imponere voluit, atque mandavit, et ita etc. non solum etc. sed et omni etc. Interamnæ ex episcopio hac die 24 julii 1772.

Augustinus Felix episcopus Interamnensis judex a ssmo delegatus.

Aliæ querelæ subortæ post decretum episcopi.

§. 7. Sic itaque declarata, et approbata facultate derivandi, et transferendi aquam prædictam ad eorum hortum, ipsi exponentes initium dederunt constructioni tuborum, illos inserendo mœniis civitatis prædictæ conterminis loco existenti inter canalem hujusmodi, et hortum præfati conventus; quæ saoe constructio re ipsa feliciter absoluta fuit mense augusti anno 1772; atque ab hinc dicti exponentes reperiuntur in possessione fruendi eodem beneficio, quo in ipsa civitate omnes vigore legum municipalium generaliter gaudent. Non acquiescentes tamen eorum contradictores, assumpto alieno nomine, ad Nos recursum habuerunt, in medium non amplius proponentes suum, sed præjudicium ex traductione dictæ aquæ, ut asserebatur, illatum aliis, qui domini erant reliquorum trium molendinorum Campi Realis, licet ipsi nunquam comparuissent, nec ullam querelam super hoc excitassent. Agnita autem insussistentia expositorum, illisque idcirco rejectis, eadem Clara, quæ apocam concessionis quatuor unciarum dictæ aquæ jampridem subscripserat, eam deinde approbavit, et confirmavit desuper publico instrumento confecto die 19 februarii 1773 per acta Angeli Moriconi notarii Interamnensis, cujus quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, plenius continetur.

Pro evertendis novis litibus pontificia expo

§. 8. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut quies, et tran-

stu'atur confirmatio, tam concessionis, quam decreti judicis delegati.

quillitas memorati conventus, ejusque fratrum nunc, et pro tempore quandocumque existentium in tuto firmiter posita sit, atque cujuscumque litis, et controversiæ timor, ac damnum, et præjudicium in posterum penitus deficiat, dicti exponentes concessionem aquæ prædictæ a memorata Clara, ut præfertur, factam, nec non decretum ab ipso episcopo Interamnensi tamquam Nostro delegato edito, atque possessionem usus dictæ aquæ traductæ, et insertionis tuborum in mœniis memoratæ civitatis, in qua ipsi exponentes reperiuntur, per Nos approbari, et confirmari, et quatenus opus sit easdem quatuor uncias aquæ sibi, ut præfertur, concessæ, denuo apostolica auctoritate concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor dictæ confirmationis vi cujus quoque defectus omnes delentur, et sanantur.

§. 9. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatam concessionem quatuor unciarum aquæ a prædicta Clara tam ex apoca die 18 junii 1771 quam ex instrumento die 19 februarii 1773, respective, ut præfertur, favore eorumdem exponentium confecto auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eamque ab omnibus, et quibuscumque hæredibus, et successoribus dictæ Claræ, ejusque molendini possessoribus pro tempore quocumque ex titulo, jure, et causa quandocumque existentibus observandam, et exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus. Præterea decretum quoque œconomice, ac sine strepitu, et figura judicii die xxiv. julii 1772 ab ipso episcopo Interamnensi uti a Nobis delegato vigore præcedentis rescripti die 15 prælapsi mensis junii editum, ac supra præinsertum cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis, pari auctoritate, et tenore confirmamus itidem, et approbamus, ac omnes, et quoscumque juris, et facti, ac solemnitatum sive in ordinatoriis, sive in ejus editione, etiam substantiales defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, atque intervenisse dici, seu censeri possit, supplemus, et sanamus. Insuper possessionem, seu quasi traductionis dictarum quatuor unciarum aquæ, ac insertionis tuborum in mœniis ejusdem civitatis, atque usus aquæ hujusmodi pro eorum horto, in qua dicti exponentes reperiuntur, auctoritate, et tenore prædictis confirmamus quoque, et approbamus, ac quatenus etiam opus sit, easdem quatuor uncias aquæ una cum facultate inserendi tubos pro ea traducenda ad hortum prædictum in mœniis præfatæ civitatis, ipsis exponentibus nunc, et pro tempore existentibus fratribus dicti conventus de apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo concedimus, et indulgemus.

Cuique juri quæsito derogatur.

§. 10. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, neque etiam ex eo, quod prædicti, aliique in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad præmissa vocati, citati, & auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis, nullitatis, ac intentionis Nostræ, alioque quamvis substantiali defectu notari, & impugnari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque fratribus conventus hujusmodi nunc, & pro tempore quandocumque existentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis apostolicis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolutis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effe-

ctum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die sexta augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 9. augusti 1774. Anno VI.

CCCXXXII

Conceditur ecclesia, & collegium loci montis Sancti Firmanæ diœcesis, suppressæ societatis Jesu, favore præposituræ dicti loci.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum porrectarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Thomas Mozzoni coadjutor dilecti itidem filii Martialis Mozzoni præpositi collegiatæ ecclesiæ loci montis Sancti Firmanæ diœcesis; quod ipse alias die nempe vicesima octava aprilis currentis anni 1774 a congregatione nonnullorum dilectorum filiorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super negotiis suppressæ societatis Jesu per Nos deputata, attento consensu a dicto Martiali præstito, petiit, et, Nobis mandantibus, obtinuit eidem Martiali præposito, ac sibi ipsi uti illius coadjutori, eorumque in præpositura prædictæ collegiatæ ecclesiæ successoribus, concedi ecclesiam suppressi collegii ejusdem loci, ne debitis ecclesia hujusmodi fraudaretur obsequiis, una cum sacra supellectili, sacrisque utensilibus actu in illa existentibus, nec non idem collegium, exceptis tamen horreis, et promptuariis pro conservandis frugibus, quæ colliguntur ex bonis dicti collegii. Præterea ipsi cardinales memoratæ congregationis assignarunt annuam præstationem scutorum centum monetæ super iisdem bonis collegii fabricæ dictæ ecclesiæ; ita tamen ut præpositus pro tempore existens consulere debeat conservationi, & cultui ecclesiæ hujusmodi, eique providere de sacrista, seu aedituo, concionatore annuali, et duobus confessariis pro diebus festis; et eadem ecclesia sit, et intelligi deberet filialis, seu coadjutrix in cura animarum præpositura hujusmodi incumbente pro majore commoditate præpositi, et vicariorum curatorum in exercitio ipsius curæ animarum citra ullam tamen translationem parochialitatis ab eadem ecclesia collegiata, atque insuper mandarunt, ut postquam prædictus Martialis, ejusque coadjutor Thomas exponens rite se se obligavissent ad præmissorum omnium adimplementum, facienda esset ad illorum favorem consignatio rerum prædictarum, salvo in omnibus jure venerabilis archiepiscopi Firmani dicti loci ordinarii, ac alias prout ex decreto, seu resolutione præfatæ congregationis dicta die edito, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, decretum, seu resolutionem congregationis hujusmodi dictus Thomas per Nos confirmari, et approbari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum Thomam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam resolutionem, seu decretum a memorata congregatione eorumdem cardinalium die vicesima octava aprilis currentis anni, ut præfertur, editam, seu editum, una cum omnibus, et singulis concessionibus, legibus, conditionibus, & declarationibus ibidem contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausulæ irritantes pro plena gratiæ executione.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tampore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutio-

nibus, & ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis apostolicis superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona augusti millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 10. augusti 1774. Anno VI.

CCCXXXIII.

Fratres ordinis minimorum s. Francisci Conventualium ad munus pœnitentiariorum basilicæ principis apostolorum de urbe in perpetuum designantur &c.

Clemens episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Miserator Dominus, & misericors Jesus Christus humanæ conditionis figmentum, ac imbecillitatem cognoscens, prospiciensque non in regeneratis omnibus, eum gratum erga Deum animum esse futurum, ut sanctitatem, & justitiam in baptismo singulari ipsius dono, & gratia susceptam constanter essent servaturi, illis quoque infinitos bonitatis, & clementiæ suæ thesauros reservavit, qui se se postea in peccati servitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, eisque saluberrimum contulit vitæ remedium, pœnitentiæ scilicet sacramentum, quo beneficii mortis, ac sanguinis sui fieri possent cumulatissime participes. Hinc cum in coelos ad dexteram Dei Patris esset, mox mox profecturus, insufflato in discipulos suos Sancto Spiritu, facultatem eis-dem fecit, & eorum legitimis successoribus remittendi, retinendique peccata ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, disertisque verbis est pollicitus, se ratum in coelis habiturum quidquid hi super terram solvendum censuissent, vel alligandum. Quoniam vero idem Jesus Christus redemptor noster discipulos suos, eorumque successores non dominos, absoluta scilicet, ac independenti potestate, sed ministros tantum, & dispensatores instituit, sanguinis sui per hoc sacramentum fidelibus applicandi, ideo in id potissimum ii, ad quos spectat, suas curas, & jugis vigilantiæ studia debent intendere, ut ad tam utile, ac necessarium reconciliationis ministerium in non modo designetur ministrorum numerus, qui fidelium necessitati respondeat & devotioni, verum etiam, ut ii tantummodo eligantur, qui difficillimum confessarii munus summa fide exercere valeant, & clavium potestate secundum præscriptam ab eodem Jesu Christo, & Ecclesia methodum, & formam, ut fideles decet ministros, fructuose, uti dedicerint.

Erectio collegii poenitentiariorum, et illius immediata subjectio Sedi apostolicæ.

§. 2. Hæc ipsa Nobis supervenit cura, atque solicitudo. Cum enim nuper vacaverit munus, & officium minorum poenitentiariorum basilicæ principis apostolorum de urbe, ipsumque collegium apostolicum minorum poenitentiariorum nuncupatum sacramenti poenitentiæ ministris prorsus destitutum remanserit, pastoralis Nostri muneris esse duximus aliis in eorum loco substitutis, & subrogatis egregie poenitentiæ sacramenti ministris Christifidelium frequentia, qui pietatis, ac religionis causa ad eamdem principis apostolorum basilicam ex omnibus mundi partibus confluunt, consultissime prospicere. Optantes vero dum muneri huic Nostro satisfacimus, aliquam simul grati animi, ac sinceræ dilectionis significationem amantissimo minorum Conventualium ordini, cui, Deo donante, nomen dedimus, & cui plurimum nos debere testamur, palam exhibere motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, erectionem, & institutionem collegii apostolici minorum poenitentiariorum dictæ basilicæ principis apostolorum tenore præsentium confirmantes, & approbantes, vel, quatenus opus sit, collegium ipsum de novo erigentes, & perpetuo instituentes, ac sub immediata beati Petri, ac Nostra, & romanorum pontificum

successorum Nostrorum, Sedisque apostolicæ protectione esse, & perpetuo illud fore declarantes, collegium prædictum, seu illius curam, & regimen, nec non officium, & exercitium minorum poenitentiariorum perpetuo tradimus, & committimus fratribus minoribus Conventualibus ordinis sancti Francisci, eosque poenitentiarios, quibus hactenus ejusdem collegii regimen creditum fuerat, plenissime, ac in omnibus eodem in collegio substituimus, & subrogamus.

De numero, et officio fratrum collegium constituentium.

§. 3. Hoc autem apostolicum collegium ex tribus supra decem constabit fratribus ordinis minorum Conventualium expresse professis, quorum unus rectoris nomine donatus reliquis eodem in collegio degentibus præerit, iique omnes, & singuli teneantur muneri poenitentiariorum in prædicta basilica sedulo, diligenterque vacare, ac ministerium suum erga eos potissimum, qui ab exteris gentibus ad eam basilicam accedunt, studiosissime implere. Eam ob rem duo ex iis minoribus poenitentiariis pro Italica natione, seu lingua constituentur, duo pro Gallica, duo pro Hispanica, & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Græca, & unus pro Illirica.

De famulis collegii.

§. 4. Præter hos alter degere poterit in dicto collegio ejusdem ordinis religiosus, quatenus necessarius is videatur dilecto filio ministro generali ordinis minorum Conventualium, qui vel pro ministro serviat, vel ed mensam legat, & quatuor insuper alendi perpetuo erunt fratres laici, seu conversi, vel etiam sæculares si idem generalis minister id magis expedire judicaverit, qui poenitentiariorum famulatui, collegiique servitio suam præsteut operam, ita tamen, ut eidem generali ministro liceat in locum alicujus ex dictis fratribus conversis, vel ministris sæcularibus sacerdotem aliquem ejusdem ordinis deligere ad ea collegii ministeria, quæ cum sacerdotali charactere, & dignitate conciliari facile posse prudenter cognoverit.

De dote, et habitatione poenitentiariorum.

§. 5. Pro eorumdem poenitentiariorum habitatione domum in civitate nostra Leonina, seu ut vocant Borgo, quam hactenus minores poenitentiarii incolere consueverunt cum omnibus, & singulis ejus membris, juribus, aliisque ad ea spectantibus concedimus, & assignamus. Quo vero ad hujusmodi collegii dotem, ac redditus, quibus iidem poenitentiarii noviter a Nobis constituti, et necessaria vitæ subsidia comparare, & alia, ut par est, onera perferre valeant, confirmamus, et approbamus, vel quatenus opus sit rursus assignamus, & perpetuo applicamus omnes, & singulos redditus, proventus, emolumenta, obventiones, aliaque hujusmodi, quæ ab eodem collegio, et a præcedentibus minoribus poenitentiariis percipi consueverunt, videlicet annua mille scutata monetæ romanæ singulis mensibus æqua portione eis solvenda ex pecuniis eleemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditione proveniunt, et penes montem Pietatis de Urbe in subsidium pauperum, et in alia opera pia erogandæ deponi solent, prætcree dimidium julii ejusdem monetæ pro singulis apostolicis literis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, et quarto, vel in quarto gradu per officium minoris gratiæ nuncupatum sub plumbo expedientur, ducenta insuper annua scuta similis monetæ a prædecessore Nostro romano pontifice Benedicto XIV in ejusdem collegii, et minorum poenitentiariorum commodum collata, scuta nimirum octuaginta ex officio, ut vocant, componendarum datariæ apostolicæ: scutata sexaginta ex redditibus sacræ poenitentiariæ apostolicæ; itemque sexaginta alia ex pecuniis in fabricam divi Petri impendendis; vineas quoque extra portam equitum levis armaturæ vulgo *Cavallegieri* in loco vulgo *le fornaci* ad idem collegium spectantes, nec non pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ, quæ locari consueverunt, dimanantes, consuetas demum donationes salis, et ceræ, aliasque in electione romani pontificis, vel alia de causa eisdem hactenus fieri solitas, quæ omnia, et singula per ipsos minores poenitentiarios percipienda, exigende, levenda, ac in suos, et dicti collegii usus, et necessitates convertenda decernimus, etque mandamus.

De electione rectoris, et ministrorum.

§. 6. Penes ministrum generalem ejusdem ordinis nunc, et pro tempore existentem plena sit facultas, ac potestas eligendi tum rectorem hujusmodi collegii, qui juxta ordinis minorum Conventualium statuta ad annum tantummodo electus, ad triennium usque suo in munere confirmari poterit, vel ad summum, si graves, urgentesque adfuerint causæ, ad sexennium, tum cæteros minores poenitentiarios, ec ministros quoscumque. Curet eutem, ut si, quos ad minorum poenitentiario-

rum assumet officium præter morum integritatem, doctrinæ copiam, ætatem satis maturam, cæterasque enim virtutes, quæ ab optimo poenitentiæ sacramenti ministro divelli nullo modo queunt: ex ea insuper quoad fieri poterit natione vere sint, et in regionibus ejus nationis nati, et educati pro qua eorum singuli, ut supra, constitui debent. Quod si nulla id ratione obtineri poterit, sint saltem in ejusdem nationis idiomate versatissimi, ut suo muneri valeant accuratissime satisfacere. Hæc omnia servari mandamus, quotiescumque aliquo ex prædictis poenitentiariis vel infirmitate, vel justa aliqua ex causa impedito, alius, qui illius vices suppleat erit ad tempus designandus. Si autem urgenta necessitate subrogandi ad tempus aliquem poenitentiarium in locum demortui, vel legitime impediti minister generalis Roma abfuerit, tunc ad procuratorem generalem ejusdam ordinis spectare decernimus, eum deligere, qui poenitentiarii demortui, val impediti vices agat, donec impedimentum durabit, vel defuncto successor fuerit constitutus.

De examine subeundo a quolibet eligendo.

§. 7. Quicumque electi in posterum fuerint ad poenitentiarii munus examen omnino subire teneantur in signatura poenitentiariæ uti a prædecessoribus Nostris RR. PP. Clemente VIII et Alexandro VII sapientissime est constitutum: nec ullus audeat eidem officio manus admovere, nisi prævio, ut supra examine, fuerit approbatus. Qui autem eo in examine idoneus samel repertus fuerit, atque probatus ad se se rursus examini subjiciendum cogi non potarit, nisi Nobis, et romano pontifici pro tempore singulari aliqua ex causa secus visum fuerit. Quod si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis major poenitentiarius aliquem a ministro generali in minorum poenitentiariorum electum minime censuerit admittendum, fas eidem erit et facultas protrahendi, seu suspendendi illius examen donec re, ad Nos, et ad romanum pontificem pro tempore quam citius fieri poterit delata quid consilii capere oporteat apostolica sententia fuerit definitum.

Quod nemo ab officio dimitti, vel sponte abire possit, nisi accedente consensu cardinalis majoris poenitentiarii.

§. 8. Ubi vero in minorum poenitentiariorum collegium jure cooptatus aliquis fuerit suo ab officio poenitentiarii removeri, dimitti aut ex collegio prædicto sponte abire non poterit, nisi veniam prius impetraverit a cardinali majori poenitentiario, qui licentiam hujusmodi, accedente sententia, et consensu ministri generalis ordinis nunquam denegabit, nisi justis, gravibusqua causis, quo in casu, quemadmodum etiam si contingat, ut idem cardinalis major poenitentiarius, dissentiente sæpe dicto generali ministro aliquem ex prædictis poanitentiariis removendum judicet, easdem causas, seu motiva dictus cardinalis major poenitentiarius Nobis, et romano pontifici pro temporo aperiet, et apostolica mandata integre, fideliterque exequetur.

De officio poenitentiariorum

§. 9. Minorum poenitentiariorum officium in hoc versabitur, ut sacramentales fidelium confessiones in basilica Vaticana excipiant, et poenitentiæ sacramentum iis primum administrent, qui ex ea sunt natione, pro qua, poenitentiarii singuli, ut supra sancitum est, constituuntur; deinde si hæ desint, vel tempus supersit, aliis quoque dummodo eorum calleant idiomata huic muneri bis in die sedulam dabunt operam, mane scilicet ab initio matutini ad finem usque officiorum divinorum antemeridianorum, post meridiem vero ab initio signi, seu campanæ pro vesperis per duas integras, et continuas horas poenitentiarii simul omnes in suis confessionalibus sedibus cuique nationi assignatis inviolabiliter aderunt sequentibus diebus, atque temporibus nempe, singulis diebus majoris hebdomadæ, et per integram octavam Paschatis resurrectionis Dominicæ, in festo Nativitatis Domini, Pentecostes, singulis beatæ Mariæ Virginis, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, aliorumque apostolorum, cæterisque omnibus, et singulis diebus festis per annum occurrentibus, præsertim de præcepto; vigiliis quoque consuetis, singulis sextis feriis mensis martii, diebus jubilæorum, et stationum, quæ eadem in basilica celebrantur, ac insuper quotiescumquo vel superiorum præceptum, vel charitas poenitentiariorum, vel poenitentium necessitas tam sanctum ab eis postulabit ministerium. In reliquis ferialibus anni satis erit si tertia saltem eorumdem poenitentiariorum pars prædictum munus fideliter adimpleat; collegii autem rectori, quem officii sui causa sæpe legitime impeditum iri prævidemus, quominus poenitentiarii muneri secundum indictas modo leges queat satisfacere, ut pro sua tantum conscientia quoad poterit, illud exequatur in Domino commendamus.

De facultatibus poenitentiariorum

§. 10. Ut autem tam necessario

rum circa absolutionem peccatorum.

Christifidelibus munere ea qua par est animarum utilitate, ac pio fidelium solatio iidem poenitentiarii fungi valeant, eis quamdiu in dicto collegio apostolico manserint, et officium minorum poenitentiariorum impleverint, dumtaxat facultates omnes pro foro conscientiæ, quas prædecessores Nostri romani Pontifices in particulari tabella proprio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis majoris poenitentiarii charactere firmata, ejusdemque sigillo munita pro tempore describi jusserunt, quæque in libros tam poenitentiarii majoris, quam collegii dictorum minorum poenitentiariorum referri, et ulterius in aula ejusdem collegii palam exponi consueverunt juxta novissimum ejusmodi tabellæ tenorem a romano Pontifice approbatum, concedimus, et impertimur, easque paribus motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine approbamus, et confirmamus.

De privilegiis poenitentiariorum.

§. 11. Similiter, ut iidem minores poenitentiarii suum munus et alacrius suscipiant, et diligentius exequantur, æquitati magnopere consonum existimamus, ut qui per satis congruum annorum spatium officio poenitentiarii perfuncti fuerint, eos honoris gradus, ac privilegia consequantur, quibus in ordine minorum Conventualium donari ii solent, qui commissa sibi ejusdem ordinis officia egregie impleverunt. Hanc ob rem volumus, ac decernimus, ut qui in poenitentiarii munere fideliter obeundo decem absolveret annos, si simplex sacerdos fuerit magistarii laurea decoretur, si simplex magister, patris provinciæ, seu perpetui provinciæ definitoris gradum obtineat; si vero pater provinciæ post patres, quos vocant ex-provinciales præcedentia supra reliquos fruatur. Si quis autem vel lector nondum completo definito lectionum cursu, vel alius iis vacans muneribus, quæ post præscriptum tempus ad patris provinciæ gradum solent evehere, voestus fuerit ad officium minoris poenitentiarii, declaramus, ac sancimus tempus, quod in poenitentiarii munus impenderit computandum ei esse, perinde ac si vel in lectionibus habendis, vel in prædictis aliis persolvendis muneribus perseverasset. Præter hoc prudenti arbitrio, et conscientiæ ejusdem ministri generalis reliquimus, aliis ordinis privilegiis, ac honoris gradibus cumulare minores poenitentiarios, quos habita ætatis diuturni servitii, ac meritorum ratione illos dignos in Domino judicaverit.

De subjectione poenitentiario-rum cardinali majori poenitentiario.

§. 12. Statuimus insuper, ac definimus tam superiorem dicti collegii, quam minores poenitentiarios in iis omnibus, quæ ad poenitentiarii pertinent officium jurisdictioni, visitationi, et correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis nunc, et pro tempore existentis majoris poenitentiarii subjectos esse debere, ita tamen, ut in rebus majoris momenti nonnisi de consilio, et sententia Nostra, ac successorum Nostrorum contra eos agere possit.

De obedientia ministro generali ordinis prœbenda.

§. 13. In iis vero, quæ circa regularem disciplinam, et observantiam versantur, vel ordinis constitutiones, et instituta respiciunt, vel rem œconomicam, & regimen spectant rei familiaris iidem rector, et minores poenitentiarii, ac cæteri religiosi ibidem de familia degentes ministro generali ordinis planam præstabunt obedientiam, ejusque jurisdictioni, correctioni, et visitationi immediate se se subjectos esse noverint. Quin imo illud potissimum ministro generali ordinis magnopere commendamus, ut ejusdem collegii, et singulorum fratrum ibidem de familia degentium formalem, ut ajunt, visitationem quotannis suscipiat, et absolvat, et quidquid vel ad regularis disciplinæ splendorem tuendum, vel ad optimam rei familiaris fovendam administrationem idoneum duxerit, ac necessarium pro sua prudentia, ac pietate in Domino statuat, salvis tamen juribus Sedis apostolicæ, cujus visitationi ad Nostrum, et successorum Nostrorum arbitrium, ac nutum indietæ omnino subesse, et peculiares collegii redditum rationes reddere debebunt.

Extensio, applicatio, et confirmatio veterum privilegiorum collegii.

§. 14. Omnia demum, et singula privilegia, et gratias, indulta, honores, et prærogativas, immunitates, exemptiones tam minorum poenitentiariorum personis, rebusque ad eosdem spectantibus, quam eidem collegio a summis Pontificibus prædecessoribus Nostris hactenus concessa, et concessas paribus motu, scientia, et potestatis plenitudine approbamus, confirmamus, et, quatenus opus sit, eis rursus concedimus, et largimur. Ac præterea singulari amoris significatione novum minorum poenitentiariorum collegium, ipsasque personas ipsum componentes prosequi optantes declaramus, ac statuimus.

Altare sacelli in domo collegii privilegiatum declaratur

§. 15. Altare sacelli in domo dicti collegii existentis iis omnibus gaudere privilegiis, quibus donantur altaria, quæ privilegiata dicuntur ecclesiarum ordinis minorum Conventualium, ac insuper tam religiosos poenitentiarios, quam laicos, itemque sæculares eisdem

inservientes, et eodem in collegio degentes, si qui erunt, lucrari posse in prædicto sacello indulgentias omnes, quas adeuntes alias ecclesias ejusdem ordinis lucrari solent.

Clausulæ salutares, et affirmativæ pro plena concessionis executione.

§. 16. Decernentes hasce Nostras literas, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod prædicti, et alii quilibet cujusvis gradus, ordinis, dignitatis, status, et conditionis existant, etiamsi cardinalatus honore fulgeant, aut alias speciali, et individua mentione digni sint in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere contendentes illis non consenserint, aut ad præmissa vocati, et auditi, et causæ propter quas emanarunt, adductæ, verificatæ, vel justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque quantumvis pia, legitima, juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, restringi, modificari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu simili concesso, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se se juvari posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium dispositionum, at gratiarum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, & romanos Pontifices successores Nostros, Sedemque prædictam quandocumque faciendis, unquam comprehendi, atque comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, firmasque, validas, et efficaces existere, et perpetuo fore, ac suos plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab illis, ad quos spectat, et quandocumque spectabit respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 17. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et cæteros quoslibet quacumque auctoritate, et potestate fulgentes, et quandocumque functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 18. Non obstantibus præmissis, et quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, nec non Pauli pp. II., aliorumque romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiæ, et cameræ hujusmodi non alienandis, ac Pii pp. V. prædecessoris pariter Nostri de gratiis qualecumque interesse dictæ cameræ respicientibus in eadem camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et in libris illius registrandis, ita ut præsentes ibidem præsentari, et registrari nunquam necesse sit, aliisque apostolicis, ac in conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus signanter felicis memoriæ Alexandri pp. VII. incipien. = In apostolicæ = sub die 22 februarii 1659 nec non ordinis minorum Conventualium, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis etiam eidem ordini minorum Conventualium, illiusque generali ministro, et personis quibuslibet, nec non dicto collegio minorum poenitentiariorum, et aliis quibusvis etiam speciali, et individua mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, et occasiones præsentibus pro plene, et sufficienter insertis, servatis, et expressis, respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrarum

confirmationis, approbationis, institutionis, declarationis, traditionis, commissionis, substitutionis, subrogationis, assignationis, applicationis, mandati, decreti, statuti, definitionis, concessionis, elargitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, quarto idus augusti, pontificatus Nostri anno sexto.

Datum die 4. septembris 1774. Anno VI.

CCCXXXIV.

Concessio indulgentiæ plenariæ eis qui semel in anno vere poenitentes, et confessi sacrum eucharistiæ sacramentum receperint in aliqua ecclesia ordinis Prædicatorum in honorem beatæ Mariæ virginis Rosarii.

Clemens PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor gratiæ, et præfinitio operum præstandorum pro consecutione indulgentiæ.

§. 1. Cum sicut accepimus, erga s. Dominicum ordinis fratrum Prædicatorum fundatorem, et Rosarii beatæ Mariæ virginis auctorem devotio introducta fuerit, prout de præsenti etiam viget, qua permulti Christifideles tertiis feriis quindecim hebdomadarum in anno peccata sua confiteri, ac sacrosanctum eucharistiæ sacramentum sumere, nec non ipsa feria tertia, aut die illi immediate antecedenti jejunare consueverunt. Nos, ut de cetero pium opus hujusmodi fructuosius peragatur, et ad augendam fidelium devotionem, et animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui de cetero vere poenitentes, et confessi in aliqua dicti ordinis ecclesia in una ex prædictis feriis tertiis per eos ad sui libitum eligenda sacrosanctum eucharistiæ sacramentum devote sumpserint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In reliquis vero feriis tertiis hujusmodi iisdem Christifidelibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis in aliqua ex prædictis ecclesiis, et ibidem ut supra orantibus, qua feria prædictarum id egerint, centum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Præsentibus ad septennium; quoad Indias vero ad quindecim annos tantum valituris.

Quod literæ non valeant si quid pro illis recipiatur.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quarta septembris MDCCLXXIV. pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 6. septembris 1774. Anno V.

CCCXXXV.

Confirmatio instrumenti concessionis ecclesiæ sanctorum Joannis, et Pauli atque adnexorum presbyteris discalceatis Passionis Domini Nostri Jesu Christi factæ.

Clemens PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur gratiæ concessæ fratribus discalceatis passionis Domini Nostri Jesu Christi.

§. 1. Commissi Nobis Dominici gregis salutem, excitandamque in fidelium mentibus, animisque memoriam Christi Jesu Passionis, qua veluti potentissimo divinæ misericordiæ sacramento omnis spei, æternæque salutis ratio continetur, omnibus continuo studiis exquirentes, eos præcipue apostolicis favoribus, ac specialibus gratiis duximus confovendos quos in id vota cuncta, viresque suas conspeximus intendisse. Hinc cum felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xviii. aprilis 1746. expeditas literas congregationis clericorum discalceatorum Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupatorum regulas, sive constitutiones specialiter ap-

probaverit, et confirmaverit, concessa generalibus ejusdem congregationis comitiis facultete, easdem constitutiones, et regulas interpretandi, explicandi, ampliandi, et corrigendi, prout magis in Domino contigeret expedire; Nos supplicationibus per dilectum filium Paulum a Cruce ejusdem congregationis præpositum generalem, totamque ipsius congregationem humiliter porrectis inclinati, per alias Nostras in pari forma Brevis die xv. novembris 1768. expedites literas easdem costitutiones, et regulas una cum ampliationibus, additionibus, correptionibus, et explanationibus, quas dicti præpositus, et clerici in generalibus comitiis addiciendas esse censuerunt, novo approbetionis, et confirmationis Nostræ munimine roboravimus, laudavimus, numerisque omnibus epprobevimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur. Et quoniam ex testata undique experientia intelleximus, clericos dictæ congregationis prædicantes Christum in carne passum, suoque excitantes exemplo ad societatem passionum Christi, continuos, uberesque ex vinea Domini Sabaoth fructus colligere; per alias Nostras sub plumbo anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo nono, sexto decimo kalendas decembris expeditas literas ex certa scientia, ec plenitudine opostolicæ potestatie universam congregationem ipsam, et personas eidem ex nunc adscriptae, ac in posterum adseribendas sub speciali Nostræ, et apostolicæ Sedis protectione recepimus, ac posuimus, eorumque institutum pari scientia, et euctoritate approbantes in congregationem clericorum discalceetorum ssmæ Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi nuncupandam ereximus, et instituimus.

Recordatur necessitas consulendi habitationi dictorum regularium, quæ conceditur in ædibus derelictis a presbyteris secularibus congregationis Missionis.

§. 2. Reliquum tandem erat, ut iisdem discalceatis clericis eæ in urbe hac Nostra perarentur ædes, quæ religiosi quodammodo secessus speciem exhibentes, eo ampliorem exciperent operariorum numerum, quo uberior in urbe ipsa messis occurrit, et excolendæ Dominicæ Passionis occasio. Sane quo difficile quisque putasset, frequentiam scilicet dictæ urbis Nostræ, atque ecclesiarum, domorumque amplitudinem eptari iis posse, quæ de eorumdem clericorum discalceatorum ecclesiis, domibusque constituta sunt in dictæ congregationis regulis, et constitutionibus cap. III., et IV., divino id tamen consilio, atque ineffabili quodemmodo providentia, ex aspero factum est in viam planam. Revera eum presbyteri sæculares congregationis Missionis liberas reliquissent ecclesiem sanctorum Joennis, et Pauli, adnexamque domum, quas in remotiori veluti urbis Nostræ regione, scilicet in monte Cœlio hactenus habuerunt, emergere illico visum est discalceatos eosdem clericos congregationis Crucis, et Passionis nullibi aptius collocari posse, nilque magis eorum regulis, et constitutionibus convenire, quam ipsius ecclesiæ sanctorum Joannis, et Pauli formam, loci distantiam, beatemque adnexarum ædium solitudinem. Ex intima idcirco paterni cordis Nostri charitate enixas excepimus supplicationes, precesque ipsius Pauli ejusdem congregationis præpositi generalie, ut quem prius in præfata ecclesia, adnexisque domibus tenebant locum dicti presbyteri sæculares congregationis Missionis, ei deinceps, suisque discalceatis clericis apostolica auctoritate addiceremus, et larglremur. Accesserunt in id studia, perspectusque cunctis nominibus zelus dilecti filii Nostri Joannis Ceroli Sactæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Boschi nuncupati ejusdem ecclesiæ sanctorum Joennis, et Pauli titularis, ut in domo illa Dei, et orationis nova veteribus ministeria succrescerent, ec in Dominico illo agro vindemia occuparet sementem, apprehenderetque messium tritura vindemiam. Cumque, benedicente Domino, proque eximia ejusdem Joannis Caroli cardinalis prudentia confecta ree facile fuerit, quoad faciendam iisdem discalceatis clericis Crucis, et Passionis cessionem prædictæ ecclesiæ, sacraque ibi ministeria obeunda, itidemque dilecti filii magister Guillelmus Pallotta thesaurarius Noster generalis, et magister Onuphrius Alphanus Nostræ signaturæ justitiæ enditor de adnexis eidem ecclesiæ domibus, agrisque prudenter admodum egerint inter memoratos presbyteros sæculares congregationis Missionis, ipsosque discalceatos clericos Passionis, et Crucis, ut implendæ omnino rei universæ, nonnisi quam Nostra, ac suprema apostolicæ Sedis auctoritas deesse videretur. Nobis propterea ambigendum nullo modo fuit, quin eamdem ecclesiæ, eique adnexorum cessionem, et ossignationem salubriter, ac in Domino constitutem probaremus, laudaremus, cunctisque numeris exequendam

curaremus, celebratis invicem instrumentariis tabulis ad ampliorem cessionis ejusdem, ac respective assignationis firmitatem. Die tandem sexta decembris 1773. celebratæ sunt instrumenti hujusmodi tabulæ, quarum tenor est qui sequitur nempe.

A dì 6. dicembre 1773.

Tenor instrumenti divisionis initæ cum prædictis presbyteris Missionis, cum assignatione eorum.

§. 3. La santità di Nostro Signore Clemente papa XIV. per impulso della di lui innata bontà, desiderando, che non si tralascino, ed abbandonino tutte le opere pie, alle quali si soleva supplire dagli individui della soppressa Compagnia di Gesù, e che il culto divino nelle chiese affidate di già alla di loro cura, non solo si continui, ma maggiormente si accresca, ha perciò determinato, ed ingiunto, che le chiese contigue di s. Andrea a monte Cavallo, e di s. Vitale colla casa del noviziato della suddetta soppressa Compagnia si affidino alla probità, e respettivamente si cedino ed assegnino in favore delli reverendi signori sacerdoti della congregazione della Missione, dalli quali, atteso il di loro pio instituto, e le lodevoli fatiche nella vigna del Signore si potranno certamente continuare le stesse opere pie, ed all' incontro questi trasferendo nella suddetta casa di monte Cavallo il noviziato che attualmente ritengono nella chiesa, e casa de' ss. Giovanni, e Paolo al monte Celio, dovranno cedere, e dimettere la detta chiesa all' emo, e rmo sig. cardinale Gio. Carlo Boschi penitenziere maggiore di Santa Chiesa, a titolare della medesima, onde possa l' eminenza sua, secondo l'oracolo avutone da sua Santità, concederla a favore delli religiosi Passionisti in coerenza del piano formatone, ed approvato da sua Beatitudine; siccome ancora dovranno cedere, e dimettere la casa annessa alla detta chiesa con altri corpi a quella spettanti da individuarsi in appresso a favore delli suddetti religiosi Passionisti, e per la piena, e totale esecuzione del riferito pieno, e delle reciproche cessioni suddette, e della beneficenze, che sua Santità si degna compartire in tale occasione alli divisati religiosi, volendosi ora venire alla celebrazione di publico atto, indi è, che

Presenti etc. l' illmi, e rmi monsignor Guglielmo Pallotta della Santità di Nostro signore, a sua rev. camera apostolica tesorier generale, e monsig. Onofrio Alfani uditore della segnatura di giustizia, ed assessore della sacra congregazione deputata sopra gli affari della detta soppressa Compagnia, incaricati a compire il presente atto colle facoltà speciali concessegli dalla Santità sua, come per rescritto di monsignore illmo, e rmo Macedonio segretario de' memoriali di Nostro signore, e della suddetta congregazione particolare apposto in piè dell'approvato piano, quale si annette originalmente in tre fogli del tenore etc.

Molto reverando sig. Francesco Raspi visitatore della provincia romana, e superiore della casa della Missione in Roma autorizzato a fare il presente atto validamente per altro rescritto della Santità sua apposto in piè del memoriale presentatogli, che similmente si annette del tenore etc.

Molto reverendo padre Candido della ssme Piaghe procuratore specialmente costituito, e deputato al presente atto dal rmo p. Paolo della Croce superiore generale delli religiosi chierici scalzi della ssma Croce, e Passione di Nostro Signor Gesù Cristo, come per deputazione, che s' inserisce del tenore etc. e

L' illmo, ed eccmo sig. Francesco Fortini procuratore specialmente costituito dal detto emo, e rmo sig. cardinal Boschi titolare della detta chiesa come da procura apposta in piè della minuta del presente istromento, che si inserisce del tenore etc., li quali tutti accettando le pie, e suprema determinazioni della Santità di Nostro signore, ed approvando totalmente il soprainserto piano colle condizioni, dichiarazioni, ed altro si esprimerà come segue.

In primo luogo li prelodati monsignori illmi, e rmi tesorier generale, ed Alfani in virtù delle facoltà concessegli, come sopra, cedono, e dimettono in favore delli signori sacerdoti della congregazione della Missione di Roma le sopradette due chiese contigue, una cioè di s. Andrea al monte Quirinale, e l'altra di s. Vitale alle radici di detto monte cogli edifizj, e case, palazzino, ed altro annesso, e connesso, salve le cose da esprimersi in appresso, e per tale effetto cedono alli detti signori sacerdoti, il detto signor Raspi presente, ed accettante etc. tutte le ragioni, azioni, jussi, e privilegj già competenti alli detti reverendi padri soppressi Gesuiti sopra le dette chiese, e case, ad averle colla clausula del costituto, ed effetto del precario in forma etc. in ogni miglior modo etc.

E siccome li predetti signori sa-

cerdoti della Missione nella casa suddetta di s. Andrea a monte Cavallo dovraono tenere un numero sufficiente di individui a continuare le missioni, esercizj spiritnali, ed altre opere pie, che nell' una, e nell' altra chiesa suddette si esercitavano, ed assumere altresì l' obbligo di maotere gli edifizi, conforme il tutto dal detto signor Raspi superiore suddetto a nome della di lui coogregazione si assume, ed accolla; quindi è, che li prelodati rm̃i monsignori tesoriere, ed Alfani colle dette facoltà etc. cedono, ed assegnano alli detti Missionarj, e per essi al detto signor Raspi visitatore presente, ed accettante l' annua somma di scudi mille ottocento moneta negli oppresso corpi, per supplire agli sopra espressi pesi, e sono li due giardini, ed orto annessi alla casa suddatta di s. Andrea, ed alla chiesa di s. Vitale recinti tutti di mura, e nella maggior parte affittati, come risulta dalle apoche degli affitti fatti, e da durare per li tempi prefissi oelle dette apoche che si consegneranno al detto signor Raspi, e similmente cedono, cd assegnano a favore delli suddetti signori Missionarj la vigna cospicua dell' estenzione di circo quattordici rubbia di terreoo, e per tanta, quanta è a corpo, e non a misura, coll' orto, casini, edifizj, mobili, suppellettili, e stigli in essa esistenti, ed in florido stato dentro questa città di Roma, e circondote in parte dalle mura della medesima città, posta alle terme Diocleziane, volgarmente denominata il Maccao con tutti li di lei annessi, e connessi etc.; ed inoltre con li canneti per uso della medesima vigna posto uno in vocabolo di Pratalato, ossia Braccio di s. Lorenzo, e l' altro in vocabolo Malabarba diviso in due pezzi presso li loro noti confini, e per tanti quanti sono in tutte le di loro ragioni etc., a colli pesi delli pretesi canoni, e risposte delli quali si preteodono gravati li detti vigna, e canneti in favore di diversi luoghi pii, e persone particolari, il consenso de' quali, qualora si ricerchi, resta a tutta cura delli signori Missioonarj l' impetrarlo, e non altrimenti etc., del che etc.; e similmenta per causa di tale cessione si trasferiscono alli detti sigoori Missionarj le ragioni etc. tutte colla clausula del costituto, ed affetto del precario in forma etc., e si dichiara, ed accetta tale cessiona delli detti giardini, orto, vigna, c oanneti in assegnamanto, e soddisfaziona della rata di scudi mille, e venti annui così stabilita, e convennto, ed in conto delli detti scudi mille ottocento moneta assegnatili nel preinserto piano come sopra, perchè così etc.

Ed a maggior vantoggio, e compenso delli detti signori Missionarj similmente dalli suddetti rm̃i sigoori pralati si lascia, e dimette a di loro favore il capitale non indifferente dell' intera raccolta del vino fatta nella vendemmia del corrente anno, ed esistente nella vigna suddetta del Maccao, dal qual capitale però si dovrà detrarre, e compensare alla reverenda camera apostolica la spesa fatta nella detta vendemmia, e raccolta della suddetta vigua, perchè così etc.

Parimenti li medesimi monsignor tesoriere, ed Alfani in segnito delle determioazioni pontificia dichiarano, che li detti signori sacerdoti della Missione non ostante la dimissiooe da farsi, come appresso, debbano restare, c continuare nel possesso, c retenzione delli beni spettanti alla suddetta loro antica chiesa, casa, e badia de' ss. Giovanni, e Paolo, il fruttato de' quali beni, a tenore dello stato fatto dalli detti signori Missionarj, quale mi si consegna per inserirlo del tenore ec. depurato da ogni peso nel modo, e forma, che si dichiara in appresso, c detratta l'infrascritta porzione, che dovrà assegnarsi, e cedersi alli detti reverendi padri Passionisti, essendosi liquidoto, e ridotto in annui scudi cinquecento novantacinque; perciò ancor quasto dovrà imputarsi in detto annuo assegnamento di scudi mille ottocento moneta, tanto che dalli suddetti tre ceduti capitali delli giardino, ed orto, vigna, a canneti, e delli beni ritenuti dalla detta badìa venendo costituita l'annua entrata di scudi mille seicento quindici in compimento delli scudi milleottocento mancherebbe l'annua somma di scudi cento ottantacinque moneta, e perciò li detti reverendissimi monsignori tesoriere, ad Alfani promettono, e si obbligano a nome della revarenda camera apostolica, delli beni però dal patrimonio Gesuitico, di pagare annualmente alli detti signori sacerdoti Missionarj la suddetta somma annua residuale di scudi cento ottantacinque moneta in compimento delli detti scudi mille ottocento, quanti sono stati creduti bastanti al mantenimento degl'individui necessarj. destinati a supplire all' esercizio, a continuazione della opere pie sopra espresse.

E quantunque nella chiesa, e sacrestia de' ss. Gio:, e Paolo da dimettersi, a cedersi come sopra all'eminentissimo titolare per il fine, ed effetto suddetto non vi siano argenti di sorta alcuna, nulla dimeno si dichiara, che ciò non ostante si lasceranno alli suddetti signori Missionari gli argenti non pochi, delli quali presentemente è fornita la suddetta chiesa, e sacrestia di s. Andrea, e che similmente le sacre suppellettili di pertinenza delli detti signori Missionarj, che li medesimi lasceranno nella chiesa, e sacrestia de' ss. Giovanni, e Paolo saranno ad essi loro contracambiate con vantaggio colle più valutabili suppellettili esistenti nella detta sacrestia, e chiesa di s. Andrea, e s. Vitale, e con vantaggio notabile si darà olli detti signori Missionarj quella domestica suppellettile, che essi devono lasciare nella detta casa de' ss. Giovanni, e Paolo, perchè così ec.

E perchè i fondi, ossiano capitali dalli rispettivi legati pii lasciati alle detta chiese di s. Andrea, e s. Vitale rimangono a favore della Sede apostolica incorporati nel patrimonio Gesuitico, perciò adempiendosene gli obblighi di questi dalli detti signori Missionarj, ne dovranno questi, conforme si dichiara, esserne in ragione di elemosine manuali, quanto alle messe, e respettivamente delle spese per legati pii, ed elemosine, e distribuzioni compensati interamente dalla reverenda camera, e Sede apostolica, a detto patrimonio Gesuitico a tenore della nota, che ne sarà dal superiore delli sig. Missionarj esibita a monsignor reverendissimo tesoriere pro tempore, perchè così ec.

Ed attese le suddette beneficenze, cessioni, obblighi, ed assegnamenti come sopra ricevuti da' suddetti signori sacerdoti della Missione, il prelodato signore Francesco Raspi agendo a nome della suddetta congregazione della Missione ha in primo luogo ceduto, e dimesso, e cede, e dimette a favore del suddetto eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal Boschi titolare, e per l'eminenza sua al detto illustrissimo signor Francesco Fortini procuratore come sopra, specialmente costituito, ed in nome, e vece di detto signor cardinale presente, ed accettante ec. la suddetta chiesa de' santi Giovanni, e Paolo nel monte Celio, e sua sacrestia con tutti gli altri annessi, e connessi, diritti, e ragioni di essa, e specialmente con tutti gli arredi, e suppellettili di qualsivoglia sorta, tanto sacra, che non sacre, di pertinenza di essa, ed in detta chiesa, e sacrestia esistenti a tenore della nota, e descrizione da allegarsi nel presente istromento colla piena clausola del costituto, e precario in forma ec., ed in secondo luogo ha ceduto, e dimesso, e dimette, e cede in favore della suddetta religione delli reverendi padri Passionisti, del detto reverendissimo padre Paolo della Croce, il detto padre Candido procuratore accettante ec. la casa unita alla detta chiesa con tutti li suoi annessi, e connessi, e colle acque, e derivazioni di esse sì nella detta casa, che nelle vigne da cedersi, come appresso, attualmente esistenti, niente eccettuatone, nè escluso, se non che l'espresse cosa, unitamente con tutti li mobili, e domestica suppellettile, che ivi si lasciano dalli detti signori Missionarj, cedendo a tale effetto tutte le ragioni ec. niuna riserva ta ec. ad averle colla simile clausola del costituto in forma ec. non solo ec. ma ec.

In oltre per un provvedimento istantaneo della nuova famiglia delli detti religiosi Passionisti, che sarà di numero trentadue individui, dichiara il detto signor Raspi, che oltre le suddetta suppellettili domestiche lascerà alli medesimi libre quattro cento cinquanta cera, ed altre robbe, e grascie, che ivi si troveranno relativamente al piano inserto, dichiarandosi dal detto signor Raspi di lasciare le suddette robbe atteso, che si darà ad essi signori Missionarj un qualche equivalente in simili, o altre robbe, perchè così ec.

Rispetto poi alla detta chiesa de' ss. Giovanni, e Paolo, si è stabilito per la notturna salmodia delli detti religiosi Passionisti, che a scanzo di un inutile dispendio, debbano essi servirsi della cappella interna della detta chiesa de' ss. Giovanni, e Paolo, la quale così per la grandezza, come per essere adornata ad uso di coro ritrovasi opportunissima a tali funzioni, perchè così ec.

Inoltre siccome l'assegna, e cessione delli seguenti capitali è sembrata necessaria non solo per formare una perfetta clausura; ma anche per provvedere al sostentamento delli detti padri Passionisti, che si cibano quotidianamente di erbagi, e legumi, perciò a tenore di quanto si è sopra espresso lo stesso signor Raspi a nome della sua congregazione della Missione ce-

de, assegna, e trasferisce in favore delli detti rr. pp. Passionisti, il detto p. Candido presente, ed accettante ec. le tre vigne più contigue alla detta casa de' ss. Giovanni, e Paolo colli pesi de' canoni, e risposta, de' quali si pretendessero gravate, e riservati li consensi ec. da impetrarsi a cure de' pp. Passionisti, le quali tre vigne col jus, e servitù attiva del passo sopra di altra vigna contigua per venire per linea retta dalla detta casa de' santi Giovanni, e Paolo all'arco di Costantino, e tale però, quale il detto jus spetta alli detti signori Missionarj, e senza verun obbligo di manutenzione, e non altrimenti ec. si cedono, e trasferiscono tali, quali spettano alli detti signori Missionarj coll' acqua, che in esse esistesse, come sopra, a con tutti li di loro annessi a connessi niente esclusone ec., e per tale effetto si cedono tutte le ragioni ec. ad averle colla clausola del costituto, ed effetto del precario in forma ec. non solo ec. ma ec.

Ed affine d'adempiere nella detta chiesa de' ss. Giovanni, e Paolo li legati pii, che non sormontano l' annua spesa di scudi trentuno, e bajocchi settanta moneta, il suddetto signor Raspi nelli suddetti nomi, attese anche le cessioni delli corpi considerabili unitamente colli detti canneti, come sopra riportate, spontaneamente ec. cede, e trasferisce alli detti rr. pp. Passionisti le rendita del capitale destinato a questo adempimento, che giungono alla somma di scudi quarantotto, a bajocchi tre moneta, così che l' entrata supererà annualmente la spesa in scudi sedici, e bajocchi 33. moneta, ad avere il tutto colla simile clausola del costituto in forma ec. non solo ec. ma ec.

Ed atteso che per le funzioni della detta chiesa de' ss. Giovanni, e Paolo è stata liquidata l' annua spesa di scudi cento dodici per li canoni, tasse di strada, muri di recinto, ed altri pesi della tre vigne, che si sono cedute alli detti padri Passionisti, si è calcolata similmente l' annua spesa di scudi cento sette, e per mantenimento della fabbrica, tetti, e condotti della detta chiesa, e casa de' ss. Giovanni, e Paolo si sono posti ad annuo esito scudi ottanta, così la suddette tre partite, delle quali sarebbero gravati annualmente li detti rr. pp. Passionisti costituiscono la somma di scudi duecento novantanove, e da questi detratti scudi sedici, e bajocchi 33., che sopravanzano, come sopra, all' adempimento de' legati pii, l'annuo peso, a debito suddetto sormonterà a scudi due cento ottantadue, e bajocchi 67. moneta, così affine di sollevarli dalli suddetti pesi, li predetti monsignori reverendissimi tesoriere, ed Alfani a nome della Seda, e camera apostolica per il detto patrimonio Gesuitico promettono assegnare alli detti rr. pp. Passionisti, e per essi al loro sindaco delli beni, e patrimonio Gesuitico un qualche capitale, o prestazione corrispondente al detto annuo peso di scudi due cento ottantadue, e bajocchi 67 moneta, onde rimanghino li detti religiosi esenti da ogni peso non corrispondente alla di loro rigorosa povertà, perchè così ec.

Per rapporto poi alla suddetta somma di scudi ottanta, ne' quali si è calcolata la spesa della manutenzione della chiesa, e casa, cioè della chiesa di scudi cinquanta, a della casa in scudi trenta, si è convenuto, che il sopraddetto sindaco, o altra persona, che verrà destinata per tale effetto dal superiore pro tempore delli rr. pp. Passionisti, debba tenere due conti separati, e muniti dalle opportune giustificazioni, e ricevute dello speso sì per la chiesa, che per la casa, ed essendovi sopravvanzi nel primo debba impiegarli nell'acquisto di centesimi di luoghi di monti, e fare lo stesso con li frutti di essi monti, che si acquisteranno con regola di vero moltiplico, e qualora giunga a formarsi una rendita annua di scudi cinquecentonovantacinque moneta, nella qual somma si è calcolato il frutto depurato da ogni debito delli beni della bazia ritenuti dalli sigg. Missionarj, s'intendano subito li suddetti beni resi liberi, e sciolti dall'antichissimo obbligo delle suddette respettive manutenzioni, e da qualsivoglia altro peso, a cui ritrovansi, e dovranno sempre fuori di questo caso del totale compimento del moltiplico restare soggetti, come risulta dal Breve della sa. memoria d'Innocenzo XII. del dì 8 settembre 1697, la di cui copia impressa si annetta del tenore ec. e non altrimenti ec. perchè così ec. dichiarandosi peraltro, che nel caso di maggior bisogno di risarcimenti nella casa, possa, col consenso però, e speciale approvazione del detto eminentissimo signor cardinale titolare pro tempore, il sopravvanzo del denaro destinato per la chiesa erogarsi in tal'uso, ed all' incontro sopravanzando il denaro alli risarcimen-

ti della casa possa erogarsi in quelli delle chiesa, perchè così ec.

Ma perchè la suddette casa de' ss. Giovanni, e Paolo si trova gravata di un debito di scudi duemila settecento sessantaquattro, sc. 2764. ed il creditore, che non vuole palesarsi non ha certameote preteso dalli detti rr. signori Missionarj alcun frutto del detto capitale, ma forse potrebbe in evvenire svalarsi, e preteodere il pagamento, ova ciò accada si conviene, e dichiara, che resti a totale carico della reverenda camera, e Seda apostolica per il detto patrimooio Gesuitico di pagarle il frutto, o estioguerne il capitale, e noo altrimenti ec. perchè così ec.

E salve le cose predette, siccome sotto il giardino della casa a moote Cavallo vi sono alcune grotte, che haono l'iogresso libero, e separato oella sirada, che tende a porta Pia incontro il palazzo della famiglia pontificia, e sono solite ad affittarsi, perciò si dichiara non essere comprese nelle presente cessione, e restare a beneficio della reverenda camera per il patrimonio suddetto, dalla quale si cederanno alli datti signori Missionarj, qualora così richieggaoo per le somma da concordarsi io conto delle detta residuale prestazione di scudi ceoto ottanta cinque moneta perchè così ec.

Ed altresì si conviene, e dichiara, che resti perpetuamente preservato a favore della reverenda camera, ed annona olearia il sotterraneo della case, o palazzino annesso alla datta casa del noviziato destioato ad uso di ogliara, il quale mai sia compreso nella cessione preseote, ma possa la detta reverenda camera apostolica sempre servirsene, e disporne, rinchiudendolo con porte separate, a col libero ingresso, ed egresso, anche con carrette, e some per il portone del giardino, che resta verso le quattro fontane, e servendosi sempre come assoluta padrona della suddetta ogliara, vettina, e tutt' altro in esso sotterraneo esistente a libero piacere, a disposizione di esse reverenda camera, ed eonona olearia, perchè così ec. e non altrimenti ec. del che ec.

Che pure resti riservato per la reveranda camera apostolica l'archivio del già soppresso noviziato de' rr. pp. Gesuiti esisteote io una stanze terrena, ed altra superiore annessa nella suddette cedute casa a monte Cavallo, ed il libero uso, dominio, e retenzione delle suddette stanze per il detto archivio fino a tanto che alla reverenda camera apostolica piacerà di ritenerlo in detto luogo, perchè così ec.

Finalmente per la piena, e totale esecuzione delle sovrane, e pie determinazioni delle santità di Nostro Signore, l'emo, e rmo signor cardinal Boschi titolare di detta chiesa de' ss. Giovaoni, e Paolo, ed a nome dell' emza sua il detto illmo Francesco Fortini procuratore specialmente costituito, riservato prima a favore di detto emo signor cardinale la piena giurisdiziona, e qualunque diritto, che le compete in vigore dal titolo, di cui trovasi investito, e non altrimenti ec. concede, e dimette a favore de' suddetti rr. pp. Passionisti accettante per essi il detto reverendo padre Caodido procuratore costituito dal suddetto rmo p. Paolo dalla Croce loro superiore l'uso della suddetta chiesa de' ss. Giovanni, e Paolo, e sua sacrestia con tutti i loro annessi, e connessi, diritti, e ragioni qualsivogliano, ed anche con tutti gli utensili sacri, e qualsivoglia suppellettili, ossia mobilia sì sacra, che oon sacra appartenente soltanto alla detta chiesa, e sacrestia, giusta la dimissione fattane in maoi dell' emza sue dalli signori della Missione, e respettivamente a tenore della nota, e descrizione da inserirsi come sopra nel presenta istromento, ad avere il tutto colla piena clausula del costituto, ed effetto del precario in forma eo. non solo ec. ma ec.

Quali dimissioni, cessioni, assegnamenti, obblighi, patti, condizioni, e tutte altre cose sopra espresse li rispettivi suddetti rispettabili intervanienti, e contraenti nelli nomi sopra espressi promettooo, e si obbligano essere stati bene, e validamente fatti, e perciò come tali attenderli, ed osservarli, a contro mai fare, dire, opporre, o venire sotto qualsisia pretesto, causa, titolo, quesito, o colore ec. altrimenti a tutti li danni ec. de' quali eo.

Quæ omnia etc. alias etc. de quibus etc. qood etc. pro quibus omnibus observandis eto. d. d. rr. pp. dd. thesaurarius, et Alphani, bone, et jura s. Sedis apostolicæ quoad patrimonium suppressorum Jesuitarum, tantum, et non alias etc. et dd. r. d. Raspi bona, et jura dictæ congregationis Missionis, et r. p. Caodidus dicto proprio nomine bona, et jura dictæ religionis Passionistarum, et dictus d. Fortini prædictum emum cardinalem titularem, ac bona, et jura etc. in ampliori reverendæ cameræ apostolicæ forma solitis

cum clausolis etc. citra etc. obligarunt etc. renuntiantes etc. consentientes etc. unica etc. et tactis pectoribus, ec scripturis more etc. jurarunt omni etc. super quibus etc.

Actum Romæ in mansioibus dicti reverendi p. d. thesaurarij in palatio Innocentiano juxta etc. præsentibus etc. dd. Bartholomæo Cavanj filio q. Karoli de Sicilio Mutinensis, et Josepho Milanesi filio q. Aegidij de civitate Hortana testibus etc.

Collationata præsens copia com originali instrumento in actis mei rogat. etc die 6 decembris 1773 concordat, subscripsi in fidem etc. a septembris 1774,

Ita est Sylvester Antonius Mariotti reverendæ cameræ apostolicæ secretarius seu cancellarius.

Loco ✠ Signi

Consulitur observantiæ voti paupertatis a clericis discalceatis colendæ

§. 4. Neque vero laxari ex his visum est grave illud, quod dicti clerici discalceati profitentur paupertatis votum, aut ecclesiæ, domusque præscripta in illorum constitutionibus forma: sane si quod datum illis est ex circumpositis, adnexisque agris, conferri id certe debuit ad severiorem ædium clausuram, et solitudinem imo juxta cap. XV earumdem constitutionum tribuendum id omnino erat alendæ religiosæ familiæ, ac pauperibus recreandis. Et quoniam eorumdem clericorum discalceatorum censori, seu syndico commissa provincia fuit gerendæ pecuniæ, proventuumque, quibus constans ecclesiæ nitor fungenda inibi sacra ministeria, implenda missarum legata, ejusdemque ecclesiæ, adnexorumque ædificiorum custodia perpetuo curaratur; nil sane consultius excogitari, et constitui unquam poterat, ut excalceati iidem clerici, manonte adhuc paupertatis voto, fierent imitatores Christi, ac dispensatores ministeriorum Dei.

Preces porrectæ pro confirmatione instrumenti divisionis bonorum, et onerum.

§. 5. Cum autem ipse Paulus præpositus generalis prærelatas instrumenti tabulas, nec non cessionem, et assignationem prædictas cum omnibus inibi conventis pactis, et conditionibus, quo firmius serventur, et persistant, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri optet, atque enixissime supplicaverit.

Tenor concessionis.

§. 6. Nos ipsum Paulum præcipuis gratiis cumulare, ac prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, ejus supplicationibus, porrectisque ejus nomine precibus inclinati, præfatam ecclesiæ sanctorum Joannis, et Pauli cessionem, factamque clericis discalceatis Crucis, et Passioni Christi assignationem domus, ædificiorum, proventuum, agrorum, omniumque iis adnexorum, præcipue vero perpetui juris, ususque continuo transeundi per conterminum alterum prædictum nunc a presbyteris sæcularibus dictæ congregationis Missionis possessum dare usque ad viam vulgo nuncupatam l' erco di Costantino, nec non celebratas desuper præinsertas instrumenti tabulas, adjectasque in iis conditiones, exemptiones, et pacta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque supremæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Pii pp. IV prædecessoris Nostri de gratiis infra certum tempus in camera præsentandis, et registrandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam jursmento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausolis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque con-

trarile quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die sexta septembris millesimo, septingentesimo, septuegesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 9. septembris 1774. Anno V.

CCCXXXVI.

Confirmatio instrumenti super concessione ecclesiæ, et collegii s. Luciæ civitatis Bononiensis eb archiepiscopo Bononiensi cum clericis regularibus Barnabitis nuncupatis initi.

Clemens PP. XIV.

Ad futurem rei memoriam

Laudantur quæ fuerunt gesta a cardinali archiepiscopo favore clericorum regularium.

§. 1. Providas sane, ac saluteres omnes tunc usque gestas res, quæ dilectus filius noster Vincentius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Malvetius nuncupatus Bononiensis archiepiscopus pro sibi a Nobis comisso in civitate, et diœcesi Bononiensi apostolici visitetoris clericorum regularium eo tempore existentis societatis Jesu munere singoleri zelo, ac prudentie decreverat, atque statueral, Nos per alias Nostras in simili forma Brevis die vicesimaoctave junii currentis anni expeditas literas apostolicæ auctoritate confirmavimus, et approbavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ec de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Approbatur concessio facta directionis scholarum utriusque collegii.

§. 2. Quamvis itaque directio, et cura ecclesiæ, et collegii sanctæ Luciæ civitatis prædictæ, nec non scholarom, ac utriusque convictus, nobile scilicet, et respective civici nuncupati tunc temporis ab eodem Vincentio cardinali archiepiscopo et apostolico visitetore tredite jam fuisset clericis reguleribus congregationis s. Pauli decollati Barnabitis nuncupatis, qui adepta eorum possessione, functiones omnes tom ecclesiasticas, quam ad rem literariem pertinentes jem laudebiliter ibidem peragebant, etque insuper pro conventis quoque, et constitutia haberi poterent prioeipales regulæ respicientes obligationes eorumdem clericorum regulerium, nihilominus cum res tota adhuc ebsolute non esset, quoad assignetionem ipsis faciendam, et quoad nonnulles elies conditiones, quæ admodum potius, quam ad substantiam ipsius rei pertinebant.

Memoratur novum instrumentum initum ab eodem cardinali archiepiscopo super assumptione onerum ab ipsis clericis ferendorum.

§. 3. Hinc sicut Nobis nuper exposuit idem Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus post secutam prædictarum literarum Nostrarum expeditionem initum deinde fuit die prime proxime præteriti mensis augusti per acta Gasparis Sacchetti notarii Bononiensis publicum, ac solemne instrumentum inter ipsum Vincentium cardinalem archiepiscopum, et visitatorem apostolicum ex una, et prædictem congregationem clericorum regularium hujusmodi ex altera partibus, non solum super omnibus jem pridem conventis, et constitutis, sed etiam super eilis, quæ adhuc definienda supererant pro perpetua stabilitate eorumdem clericorum regularium in ecclesia, et collegio sanctæ Luciæ, utroque adnexo convictu, scholisque prædictis, cujus quidem instrumenti tenor est qui sequitur videlicet,

In Christi nomine. Amen

Tenor instrumenti.

§. 4. Anno eb illius nativitate millesimo septingentesimo septuegesimo quarto, indictione septime, die vero prima mensis augusti, tempore pontificatus sæmi in Christo patris, et Domini nostri domini Clementis decimi quarti divina providentia summi pontificis.

Fra le altre provvidenze date dall' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo di questa città, come visitatore, e delegato apostolico, ed anche in seguito delle particolari facoltà concedutele delle santità di Nostro Signore felicemente regnaote di poter liberamente disporre de'beni, collegi, e chiese già spattanti alla soppressa Compagnia di Gesù in questa città, quelle specialmente vi fu, che considerando l'eminenze sua reverendissima, che nella chiesa, e collegio di sante Lucia erano non solo frequenti le sagre funzioni, alle quali concorreve une gran parte del popolo; ma inoltre eranvi aperte le pubbliche scuole ad ammaestramento, e comodo della gioventù, ed eranvi altresì uniti due convitti, l'uno nobile, e l'altro civico assistiti, e diretti dai soppressi Gesuiti; onde desiderando, che non restasse priva la città di questi vantaggi, si diede e ricercare quel corpo di religiosi potesse essere il più idoneo e supplire a tutto con profitto, ed edificazione: l'esperienza de' progressi fatti dalla gioventù in questo suo seminario arcivescovile affidato già de gran tempo alla cura, e direzione de' rr. pp. chierici regolari

Baruorbiti, mosse l' emza sua rma ad affidare loro la datta ehiesa di santa Lucia, e le dette scuole, a convitti, e ne furono già massi in possesso sino dai mese di novembre dello scorso anno 1773 ed hanno fin qui lodevolmante fatte tutte quelie funzioni ecclesiastiche, e lettararie, che ivi prima erano solite a farsi; quantunque però fin d' allora fossaro ideata, e quasi stabilite le massime principali concernanti gli obblighi, a le incombenze di detti regolari, e quantunqua fosse già fermo il ioro stabilimento in detta chiasa, collegio, a convitti, ciò non ostante non è mai stato stabilmente concretato i' assegno da farsi loro, nè sono state mai perfettamente fissate le condizioni risguardanti piuttosto il modo che la sostanaa dei daito loro stabilimanto. In oggi dopo le più mature, a serie riflessioni fatte par l' una parte dai prelodato emo, e rmo sig. cardinaie areivescovo, e per l' altra parte dalla congregaziona dei detti rr. pp. chierici ragolari Barnabiti, sono state perfettamenta cooeretata le massima, e concordemente stabilite le convanzioni tutte, e singole concernenti lo stabilimento perpatuo di detti rr. pp. chierici regolari Barnarbiti in detta chiesa, a collegio di santa Lucia, ed in detta scuola, e convitti uniti, a concernenti pure l' assegno loro da farsi in perpetuo, a le condizioni, a patti, co' quaii viene fatto detto assegno; laonda si è fatto luogo aila solenne stipolaziona dal presente atto. Quindi è che l' illmo, e rmo monsigoor Lucio Natali dell' una, e l' aitra legga dottore protonotario apostotico, prevosto di questa perinsigne collegiata basilica di san Petronio, e della curia orcivescovila di questa città in spirituale, e temporala vicario generale epacialmente deputato per la stipolazione del presente atta dal prelodato emo, e rmo signor cardloala arcivescovo mediante chirografo, che sarà abbasso registrato; sponta ec. per detto emo, e rmo eignor cardinala Vincenao Malvezzi areivescovo di questa città, pro-datario di nostro Signore, e dalegato apostolico come sopra, ha assegnato, ed assagna in perpetuo olla congregazione dai rr.pp. chieriei regolari Barnabiti a stipolaaione dei r. p. d. Gaetano Derigo odierno preposito di s. Paolo in questa città special procnratore alle detta, ed in tutte cose dalla datta congregaziona, come costa da procuro, che parimanti avrassi abbaeso registrata, agente però detto r. p. preposito Derigo la iofrascritte cose ad ogni buon fine, ed effetto, colla presenza, consenso, ed autorità del rmo p. d. Ignazio Viscontl preposito generale di datta congregazione qui presente, a che alle medesime infrascritte la presenza, ed autorità sua interpone in ogni ec, presente detto r. p. Derigo procuratore suddetto, e per detta congregazione di detti rr. pp. chierici regolari Barnabiti, e per li medesimi rr. padri, cha la compongono, e loro in quella successori stipolante, ed accettanta in proprietà, ad uso la chiesa, a collegio tutto di santa Lucia in questa città con tutti li suoi annessi, a connessi, accettuati però quella parte di granaro, a cantina, ed altre adjacenze, che per comodo dell' amministrazione de' beni della detta soppressa Compagnia di Gesù sono atati separati, e saranno espressamente individuati dal publico perito architetto a tal effetto concordamente destinato. Si eccettua inoltra il quartiere già assagnato per la epezieria, a per l' abitazione d' altri tre ex-Gesuiti, che per disposizione di sua emza rma si lascia in uso meramente personale aili medesimi sino a tanto che parerà, e piacerà ai detto emo, a rmo eignor cardinale areivescovo, ed a totale suo arbitrio, e purchè non possano mai introdorsi ad abitare in detto quartiare altre persone specialmenta di sasso divarso, riservandone a favore de' detti rr. pp. Barnarbiti espressamenta la proprietà, cessato che sarà detto uso, e finalmente eccettuato quel sotterraneo, che in addietro era ad uso della congregaaione de' filatolieri, il di cui uso in oggi viane accordato al convittori di s. Luigi per cappella domestica de' medesimi. Inoltre li due edificj presentemente ad uso delli detti doe convitti nobile, a civico, denominati già di san Franceeco Savario, e di san Luigi, e così pure le case di villa, che prima si appartenevano aili detti convitti, a questi pure in proprietà, non compreso però il terreno fruttifero annesso a dette respettive case di villa, il di cui importo, e reddito dovrà calcolarsi nell' infrascritto assegno. Finalmente una casa di campagna, ossia villa per uso, e comodo di qua' padri, che dimoreranno in datto collagio, e chiasa di s. Lucia sufficiente al bisogno della loro villaggiatura, a questa pure in proprietà, a sempre non compreso il terrano annesso da calcolarsi coma sopra nell' infrascritto assegoo. E siccome questo casa di villa per datti padri non è ancora stata fissata, perciò si as-

segna adesso per quando sarà stata concordemente fissata, e destinata, essendo così stato espressamente preconvenuto. Di più si dichiarano assegnate, e dimesse in proprietà tutte le suppellettili, e tutti gli arredi sacri, che già sono stati consegnati a detti padri, e che tutt'ora esistono in detta chiesa di s. Lucia, e nella sacrestia della medesima descritti in una nota, ossia inventario, che sarà abbasso registrato, e così pure tutti i mobili, suppellettili, biancherie, utensili di refettorio, cucina, e dispensa, e vasi di cantina per uso di detti padri tanto in detto collegio di s. Lucia, e scuole annesse, quanto in detti due convitti anche per comodo, ed uso de' convittori, de' quali mobili tutti se ne è formato esatto inventario, il quale pure sarà abbasso registrato in fine del presente istromento: e detta assegnazione dichiara, e vuole il detto illmo, e rmo monsignor vicario generale in nome, e vece del detto emo, e rmo signor cardinale arcivescovo delegato apostolico suddetto, che sia, e s'intenda fatta a favore di detti pp. chierici regolari Barnarbiti a stipolazione come sopra con tutte e singole le necessarie clausole di amplissima cessione di regioni, azioni ec. e con tutte le altra translative di dominio, e possesso adattabili però alla natura, e qualità della presente assegnazione alla forma del clausolario, provisioni, e statuti di Bologna, ed in ogni altro miglior modo di ragione possibile: anzi per il più sicuro, e libero effetto di detta assignazione il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra dichiara a favore di detti rr. pp. a stipolazione come sopra ec. che la detta amministrazione del patrimonio ex Gesuitico abbia ed aver debba in perpetuo il carico di ogni qualunque obbligo fosse infisso sopra li beni come sopra assegnati, e conseguentemente anche di qualunque annuo canone correspettivo a que' beni, che forse fossero di sua natura enfiteutici, de' quali dovrà a carico di detta amministrazione riportarsene la investitura a favore di detti padri, siccome pure debba la medesima amministrazione indennizzare li detti padri dall'asserito obbligo di compiere la fabbrica di detta chiesa di santa Lucia in ogni ec. *Successivamente* il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra conviene, e promette, che oltre le prime spese necessarie a detti padri secondo il loro istituto tanto per li primi viaggi, quanto per le provviste necessarie al detto collegio, e chiesa di s. Lucia alle scuole, ed alli detti due convitti, oltre dissi, le dette prime spese, che sono state già fatte a carico dell'amministrazione, si pagherà dall' amministrazione medesima a detti rr. pp. per una sol volta quella somma di denaro, che fra detti respettivi procuratori sarà concordata anche a giudizio de' periti, per valersene in quelle riparazioni, e que' risarcimenti negli edifizj tutti tanto in città, quanto in villa, che saranno presentemente necessarie, giacchè così è stato espressamente preconvenuto, la qual somma dovrà pagarsi in tre rate, cioè in tre anni, la terza parte in ciascun anno senza eccezione ec. ed in ogni ec. Per il mantenimento poscia di detti padri, e delle fabbriche di detta chiesa, e collegio di santa Lucia, e suoi annessi, ed anche degli edificj, e fabbriche in villa, e similmente per la sussistenza, e sovvenzione di detti due convitti, e mantenimento delle loro fabbriche il predetto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome, e vece di detta eminenza sua reverendissima; promette, e si obbliga di assegnare a' medesimi padri Barnabiti a stipolazione come sopra tanti beni stabili situati in luoghi sicuri, e lontani dal pericolo di acque, o capitali fruttiferi, quanti, a giudizio de' periti concordemente da eleggersi, siano necessarj a stabilire un annuo reddito di scudi romani quattromila, e seicento (oltre il particolare annuo reddito già assegnato per il mantenimento della pubblica libreria, la quale si dichiara, e vuole assegnata a detti padri tal quale, e con tutti li capitali annessi alla medesima, tali quali pure questi sono, e sotto le leggi, e obblighi stipolati già con li detti soppressi Gesuiti, e non altrimenti. ec. Un annuo reddito dissi di scudi 4600, e cioè quanto a scudi 3600 per detta chiesa, e collegio di santa Lucia, e quanto a scudi 1000. per ambedue li detti convitti; cioè scudi 500. per cadauno, e questi scudi 1000 espressamente in tanti luoghi di monte in questa città all' oggetto principalmente di scansare ogni controversia nel caso possibile di insussistenza, e conseguentemente di chiusura de' medesimi due convitti, o di uno di essi, colla dichiarazione però, e patto, che l'amministrazione del patrimonio ex-Gesuitico sia obbligata, come così il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vi-

cario generale promette, e conviene a mantenere à detti padri a stipolazione come sopra lo stesso annuo frutto, che in oggi rendono li luoghi di monte in questa città, riservata soltanto all'amministrazione medesima la libertà di ricevere dal publico lo francazione de' capitali di detti luoghi di monte nel caso d' intimata diminuzione di frutto, per rinvestirli in altro modo più vantaggioso all'amministrazione medesima, la quale resterà sempre caricata dell' obbligo di pagare a detti padri l'annua somma suddetta di mille scudi per il mantenimento, o sovvenzione di detti due convitti. Frattanto però, e finchè segua positivamente la consegna, e dimissione di detti beni stabili fruttiferi, la quale si conviene, che debba seguire prima della solennità di tutti li Santi del prossimo venturo anno 1775, e di detti luoghi di monte respettivamente il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale per l'eminenza sua reverendissima promette, e si obbliga di far pagare a detti padri Barnabiti a stipolazione come sopra, dalla detta amministrazione l' annua somma suddetta di scudi 4600 ripartitamente in ciascun mese incominciando da quel punto, in cui detti padri saranno perfettamente stabiliti in detto collegio di santa Lucia, ed avranno effettivamente evacuato il collegio seminario, come abbasso senza eccezione ec. ed in ogni ec. In correspettività poscia del sin qui fatto, o promesso in nome di detto eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo a favore di detti rr. pp. chierici regolari Barnabiti, questi, e per loro il detto r. p. d. Gaetano Derigo procuratore suddetto promette, e si obbliga Primieramente dimettere l'amministrazione, e governo, che presentemente hanno li detti padri del collegio seminario di questa città, rimettendolo sin da ora al totale arbitrio, e disposizione del detto eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale arcivescovo. 2°. Di provvedere, e mantenere provveduta la chiesa sudd. di santa Lucia di idonei soggetti per la continua amministrazione de' santissimi sagramenti, per la predicazione della divina parola, e per tutte le funzioni ordinarie del loro istituto. 3.° Di assistere pure alle quattro publiche scuole di lettere dalla grammatica fino alla rettorica, ed alla quinta di canonico morale, e queste tutte, e singole provvedere, e mantenere provvedute di idonei maestri capaci ad istruire la gioventù nelle lettere, e nella cristiana pietà, e così pure di un padre, che in qualità di prefetto presieda alle scuole medesime, ed abbia di quelle la totale direzione. 4.° Inoltre di provvedere di direttori secondo che però porteranno le loro forze, e sarà conciliabile col numero de' loro soggetti, le congregazioni, che dal detto eminentissimo, e reverendissimo sig. cardinale arcivescovo si giudicheranno opportune, e convenienti, e così pure di insegnare in chiesa la dottrina cristiana, come per l'addietro si è praticato. 5.° Quanto alli due convitti nobile, e civico, di questi assumere, come di fatti assumono l'amministrazione, ed il governo temporale, civile, e spirituale, e mantenerli provveduti di tutto il bisognevole, e segnatamente di direttori, maestri, e ripetitori, in tutto, e per tutto alla forma dell'avviso pubblicato li 21 agosto 1773, e similmente di direttori di spirito per la pietà, e cristiana educazione, sicchè nulla manchi a' signori convittori di ciò, che si costuma in altri simili convitti. 6.° Di fare ogni anno, tanto rapporto alle dette publiche scuole, quanto rapporto a detti due convitti quelle publiche funzioni, e rappresentazioni, che si praticano in altri luoghi a spese però de' scuolari, e de' convittori respettivamente, ed all'oggetto soltanto di dare al publico un saggio del progresso nelle scienze de' medesimi scuolari, e convittori respettivamente. 7.° Di riparare, e mantenere a tutte loro spese le fabbriche della chiesa, e collegio suddetti, e de' convitti, e delle case di villa, e similmente degli arredi, e mobili di essi, con dichiarazione però, che rispetto al quartiere assegnato in uso alli detti ex-Gesuiti, la riparazione di questi resti a carico dell'amministrazione sino a tanto che durerà l' uso assegnato come sopra ai suddetti ex-Gesuiti. 8.° Rapporto poi al governo, ed educazione dei convittori essere soggetti alla ispezione, e visite del detto signor cardinale arcivescovo, o di quelle persone, che da lui, o da suoi successori saranno a tal effetto destinate ne' termini però medesimi, ed alla forma in tutto, e per tutto del Breve di Benedetto XIV. sopra il regolamento di questo seminario; al qual Breve in questa parte, e cioè di governo, ed educazione de' convittori, e non mai di amministrazione abbiasi in tutto, e per tutto opportuna relazione. 9.° Inoltre si conviene espressamente, che in ogni, e qualunque caso, in cui non sussistessero, o si dovessero chiudere li detti convitti, o uno di essi, allora sia, e s' intenda riservato il regresso alli capitali qualun-

que come sopra destinati, e respettivamente assegnati a comodo, e sostentamento de'medesimi, ed il totale, e plenario dominio de' medesimi capitali, li quali dovranno nel caso suddetto restituirsi alla detta amministrazione, rispetto agli edificj in quella qualunque simetria, in cui allora si troveranno, giacchè allora cesserà a detti padri il peso dell'assistenza, direzione, e governo di detti convitti, e conseguentemente di mantenarvi tanti soggetti, quanti vi sono nacessarj, mentra così resta espressamente convenuto. 10.° Finalmente si dichiara concordemente, che essendovi in detta chiesa di santa Lucia due officiature, ossiano cappellanie perpetue, una Rampionesi di libere nomina del signor Petronio Rampionesi, e l'altra Bianchetti, di questa resti perpetuamente alla detta amministrazione salvo il diritto di nominare il cappellano, il quale però debba, rapporto all'ora, in cui celebrare, dipendere da datti padri, alli quali inoltre dovrà l'amministrazione pagare il consumo degli apparati secondo il solito, perchè così ec. 11.° Par ultimo il detto illustrissimo, e reverendissimo monsignor vicario generale in nome sempre come sopra conviene, e promette di fare autorizzare, e che saranno autorizzati, fra non molto, con breve apostolico tutte, e singole le cose come sopra concordate, e stipulate, essendo così stato espressamenta preconvenuto. Et sic etc. quæ omnia etc., pœna dupli etc., qua etc. refectionibus damnorum etc. obligationibus bonorum dictæ congregationis rr. pp. Barnabitarum, ac dicti patrimonii ex-Jesuitici raspectiva etc. in forma reverendæ cameræ apostolicæ etc. pacto præcarii etc. renunciationibus beneficiorum etc. juramentis etc. manibus pectoribus appositis more etc. in animas respective etc. et præfata omni etc.

Actum Bononiæ in collegio dictorum rr. Barnabitarum nuncupatorum sancti Pauli, et in appartamento habitato per dictum dominum raverendum patrem præpositum Derigo, præsentibus ibidem domino Joanne Rubieni, quondam Francisci, cappellæ ss. Cosmæ, et Demiani, et domino Cæsara Aldovrandini olim Mauri cappellæ s. Martini crucis sanctorum testibus ad præfata etc. qui etc. et ego etc.

De ptis rogatus fui ego Gaspar qu. d. Antonii Sacchetti civis, et pub. Bononiæ notarius apostolicus, et imperialis, et in archiepiscopali curia Bononiensi not. dec. In fidem hic me subscripsi, et ut soleo subsignavi req. etc.

Loco ✠ signi.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in dicto instrumento ea præ cæteris apposita fuerit conditio, quod præfati clerici regulares seminarium archiepiscopale Bononiense ab eis antea administratum relinquere, ejusque directionem, gubernium, et administrationem dimittere, illudque omnimodo arbitrio ipsius Vincentii cardinalis, et archiepiscopi restituere deberent. Tempore vero, quo ejusdem seminarii cura, directio, et gubernium, sive administratio clericis regularibus prædictis commissa fuerat, nonnullæ conventiones, sive capitula die secunda aprilis 1743 per acta publici notarii tunc existentes deputati seminarii prædicti cum ipsis clericis regularibus inierant, quas sane conventiones, sive capitula felicis recordationis Benedictus pp. XIV per suas in simili forma Brevis die decima tertia martii millesimo septingentesimo quadragesimo quinto apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Hinc quo firmius omnia, et singula, quæ in instrumento prædicto nuperrime conventa, et constituta sunt, subsistant, et serventur exactius, ipse Vincentius cardinalis archiepiscopus, et visitator apostolicus ea per Nos confirmari, et approbari, nec non conventiones, sive capitula quæcumque, ut præmittitur, inita die secunda aprilis 1743 super administratione dicti seminarii eisdem clericis regularibus tunc commissa, nullius roboris, et momenti, memoratis literis ipsius Benedicti prædecessoris ea in parte respicientes administrationem seminarii hujusmodi derogando, declarari plurimum desiderat.

Preces pro obtinenda confirmatione apostolica circa singula in instrumento conventa.

§. 6 Nos ejusdem Vincentii cardinalis archiepiscopi et visitatoris apostolici votis quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, ac omnia ab eo tanta cum diligentia, prudentia, ac zelo in ecclesiæ, et collegii hujusmodi decus, ac in spirituale bonorum animarum provide conventa, et statuta plurimum commendantes, præinsertum instrumentum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac so-

Tenor apostolicæ confirmationis.

lemnitatum etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Præterea alias conventiones, seu capitula, ut præfertur, jam pridem inita, die nempe secunda aprilis 1743 inter deputatos prædicti seminarii, et eosdem clericos regulares quoad administrationem seminarii hujusmodi nullius roboris, et momenti fore, ac esse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus, atque ejusdem Benedicti prædecessoris literis in iis, quæ administrationem prædictam respiciunt plenissime derogamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas firmas semper validas, atque efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectiva inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus prædictis ejusdem Benedicti prædecessoris literis, aliisqua constitutionibus, et ordinationibus, nec non seminarii, ecclesiæ, et collegii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, sc aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die nona septembris millesimo septingentesimo septuagesimoquarto, pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXXXVII.

Dat. die 25. septembris 1774. Anno V.

Applicantur nonnulli fructus in subsidium collegii Calasanctii de urbe etc.

Clemens PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper nomine totius congregationis pauperum matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum Nobis exposuit dilectus filius Cajetanus Ramo moderous illius præpositus generalis, quod cum a suis prædecessoribus ædificium collegii novi nuncupati pro publicis scholis hujus Nostræ almæ urbis constructum fuerit, ad hunc effectum prædicta congregatio grave nimis æs alienum contraxit in quantitate scutorum quinquaginta millium, et ultra, ea sub spe solvendi scilicet annuos fructus, ac paulatim minuendi etiam ipsius æris alieni substantiam tam ex contributione imposita super domibus provinciæ Romanæ ejusdem congregationis, quam etiam potissimum ex subsidiis, quæ a reliquis omnibus provinciis ipsius congregationis benigne suppeditabantur. Verum quia subsidia hujusmodi postmodum defecerunt, ædificium prædicti collegii gravatum modo reperitur ære alieno in reliqua adhuc summa scutorum quadraginta quinque millium, ita ut, cum eadem congregatio illud persolvere minime valeat, non solum quotidie creditorum molestias subire tenetur, sed etiam proximum omnino videt, et agnoscit concursum creditorum super eodemmet ædificio, ex quo continuatio suæ exercitationis in educandis mille circiter adolescentibus ibidem scholas frequentantibus præpedita remanaret. In tanta igitur angustia rerum idem exponens, et congregatio prædicta id unum excogitare potuit, quod scilicet alias in humanis agens Porphirius Fantozzini civis Vatrallensis in ejus testamento aperto die tertia aprilis MDCCX. hæredem universalem instituit eamdem congregationem, cum onere fundandi in ipsius patria unam regularem domum, atque celebrandi unam missam quotidianam in suæ animæ expiationem, et ibidem

aperiendi scholas ab eo praescriptas in termino annorum quinquaginta, hisque elapsis, quoties dictae congregationis professores aut nollent, aut minime possent fundationem hanc executioni demandare, jussit, ut ex redditibus, juxta ipsius testamentum, multiplicatis tot canonicatus in collegiata ecclesia Vetrallae erigendi essent, ac alias prout in praedicto testamento, cujus tenorem praesentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Speciales providentiae captae super multiplico fructuum haereditatis Porphirii.

§. 2. Quamvis itaque haereditaria bona dicti Porphirii testatoris sub multiplico posita intra terminum quinquaginta annorum ab ipso testatore praescriptum annuatim reddere potuissent scuta sexcentum quot testator praedictus voluit pro substentatione duodecim ejusdem congregationis professorum; hisque praeterea accessit, quod anno MDCCLVI tunc pariter in humanis agens Franciscus Guidacci civis et ipse Vetrollensis, ut auxilium praestaret executioni praedicti pii operis suo testamento eidem congregationi reliquit propriam paternam suam domum pro habitatione illius professorum praedictorum, nihilominus bona praedicta haereditario memorati Porphirii testatoris passa fuerunt duas non leves diminutiones, unam nempe ex parte fratrum de Sarinis dicti testatoris nepotum, qui juridice asseculi sunt avulsionem capitalis scutorum mille ducentorum septuaginta sex, et obolorum sexaginta novem; atque aliam ex parte hospitalis expositorum sanctae Francisci Romanae nuncupati civitatis Viterbiensis, quandoquidem bonae memoriae Ianicus Caracciolo ulti visitator apostolicus suo decreto edito die ix. februarii MDCCXXXIX. jussit, ut collegium Scholarum Piarum erigendum in dicta terra Vetrallae juxta dispositionem eorumdem Porphirii, et Karoli Francisci annua scuta sexaginta praedicto hospitali solvere teneretur, atque eidem collegio assignavit locum situ dal Poggetto vulgo nuncupatum adnexum demui, ut praefertur, relictae a dicto Karolo Francisco spectantem ad societatem, sive adunentiom nuncupatam sub titulo sancti Francisci de Paula ejusdem terrae, simulque mandavit, ut societas ssmi Rosarii terrae praedictae eidem collegio annua scuta quinque solvere deberet, ac alias prout in decreto ejusmodi, cujus tenorem praesentibus pro plene, at sufficienter expresso, ac de verbo od verbum inserto haberi volumus, fusius contineri dicitur. Cum autem propter hujusmodi diminutiones in praescripto termine quinquaginta annorum assequi minime valuerit integra quantitas annui redditus scutorum sexcentorum eadem congregatio anno MDCCLXVI. petiit, et nequaquam obstantibus juribus ex adverso clero Vatrallae deductis, obtinuit a congregatione tunc existentium sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum praescriptum terminum quinquaginta annorum ad decennium sibi prorogari.

Ratio concessionis.

§. 3. In hoc igitur rerum statu, ut summae indigentiae, et angustiae, in qua dictum collegium novum Calasanctium etiam nuncupatum propter ingens aes alienum contractum nunc reperitur, aliquo modo consultum sit dicta congregatio, ejusque praepositus generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in subsidium ejusdem collegii, et publicarum scholarum ibidem existentium annuos redditus scutorum quadringentorum circiter provenientes ex haereditate, seu bonis haereditariis dicti Porphyrii, atque ex demo, ut praefertur, relicta a memorato Karolo Francisco, celebrata tamen missa quotidiana ab ipso Porphirio testatore volita, nec non adimpletis duobus anniversariis a praedicto Karolo Francisco injunctis, ac simul proviso, ne magistri pro publicis scholis in terra Vetrallae hujusmodi deficerent, assignare, et applicare de benignitate apostolica dignaremur.

Remissio precum ad cardinalem Corsinum pro necessariis providentiis.

§. 4. Has itaque preces rescripto edito die sexta maii currentis anni remisimus ad dilectum filium Nostrum Andream Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalem Corsinum nuncupatum, ad hoc ut, pro sua ipsius prudentia, et aequitate valeret super expositis, et petitis providere, et indulgere cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus; ipse vero Andreas cardinalis, utendo facultatibus a Nobis, sibi, ut praefertur, tributis, rebusque omnibus, et earum circumstantiis mature, ac serie perpensis, iu hunc, qui sequitur modum decernendum, seu rescribendum esse putavit, videlicet.

Tenor decreti editi a cardinali Corsinio.

§. 5. Utens facultatibus per ssmum D. N. feliciter regnantem super introscriptis precibus Nobis tributis, stante gravi egestate, maximoque aere alieno, quibus premitur novum hic in urbe collegium nuncupatum Calasanzie patrum Scholarum Piarum, ipsis patribus, seu eorum pro tempore praeposito generali, ac pro tempore rectori ejusdem collegii potestatem facimus, opportunamque licentiam, seu facultatem impertimur,

ut, suspenso multiplico, de quo in eisdem precibus, et firma remanente celebratione missæ quotidianæ ordinatæ per quondam Porphirium Fantozzini in suo postremo testamento, ac celebratione duorum anniversariorum ordinatorum per quondam Karolum Franciscum Guidacci in suo pariter ultimo testamento, nec non (attenta existentia in terra Vetrallæ trium ludi magistrorum, qui grammaticam, humanas literas, et philosophiam sumptibus illius communitatis edocent) facta per definitorium provinciæ Romanæ eorumdem patrum Scholarum Piarum obligatione de solvendis anno quolibet ven. conventui, et pp. Conventualibus sancti Francisci terræ Vetrallæ scuta sexaginta pro manutentione unius lectoris, qui moralem theologiam publice edoceat, ac facta respective per definitorium provinciæ Romanæ dd. pp. Conventualium obligatione de retinendo, et manutenendo in eorum conventu Vetrallæ prædicto publico lectore, potestatem, inquimus, facimus, opportunamque licentiam, et facultatem antedictis patri generali, et patri rectori pro tempore dicti collegii Calasanctii urbis, ut suspenso antedicto multiplico, residuales fructus, redditus, et proventus obvenientes ex bonis quocumque modo, et titulo ad hæreditatem prædicti Porphirii Fantozzini, ac ex domo dicti Caroli Francisci Guidacci erogare possint, et valeant in solutione fructuum, ac respective in dimissione æris alieni, quo prædictum collegium gravatum reperitur, sub expressa tamen lege, et conditione, ut secuta dicti æris alieni extinctione, aut substentationi, et manutentioni dicti collegii, vel per pia obvenienda legata, seu hæreditates, vel per quemlibet alium modum consulto tunc cessare immediate debeat præsens facultas, et licentia, fructusque, redditus, et proventus, de quibus supra, iterum reinvestiri, et multiplicari debeant ad formam testamentorum dictororum Fantozzini, et Guidacci, et non alias aliter, nec alio modo etc. Et pro præmissorum omnium effectu, et executione, tam dictis testamentariis dispositionibus, quam cæteris omnibus in contrarium quomodolibet facientibus, apostolica auctoritate hac in parte nobis delegata, expresse derogamus, non solum præmisso, sed et omni alio meliori modo etc.

A. cardinalis Corsinus e ssmo specialiter delegatus.

Loco ✠ signi

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius tanta cum maturitate, ac prudentia ab ipso Andrea cardinali decreta, et ordinata in præfato ejus rescripto subsistant, et serventur exactius, ea per Nos confirmari, et approbari dictus exponens nomine etiam suæ congregationis plurimum desideret. Nos ipsum exponentem, omnesque congregationis hujusmodi professores specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum rescriptum ab eodem Andrea cardinali editum una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, atque cuncta in eo disposita, præscripta, et demandata inviolabiliter servanda, et exequenda esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, statuimus, et mandamus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. *Confirmatio decreti.*

§. 7. Sicque in præmisis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. *Clausula sublata, et decretum irritans.*

§. 8. Non obstantibus eorumdem Porphirii, et Karoli Francisci testatorum etiam ultima voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, *Derogatio contrariorum*

vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima quinta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno sexto.

Datum die 25. septembris 1774. Anno VI.

CCCXXXVIII.

Applicatio bonorum ecclesiæ s. Andreæ de Salmour, favore capituli Fossanensis.

Clemens episcopus servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Divinarum laudum opus, quæ per ecclesiasticam hyerarchiam solemniter in templis persolvuntur, Sacta Mater Ecclesia in terris militans, sicuti quovis tempore novit, ad Dei majestatem colendam, celebrandam, exornandamque peropportunum tamquam illud, quod coelestis Hierusalem beatorum civium æmulatur ministerium, Deo laudas alternis vocibus jugiter canentium, ita, quo plures instituuntur ecclesiæ ministri, qui in atriis Domini sacris rebus peragendis sint addicti, eo majorem Deo laudem quisque intelliget inde accessuram. Quapropter cum Nos meritis licet imparibus universalis Ecclesiæ regimini præpositi simus, ut ea, quæ ad Dei honorem propemodum magis conferre videntur curemus; idao si quæ in hanc rem Nobis offertur occasio, eamdem lubenti animo amplecti non omittimus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem Nobis venerabilis frater Noster Karolus Joseph Morozzo episcopus Fossanensis exponi summopere in votis habuit, capitulum cathedralis ecclesiæ Fossanensis ex unica dignitate, præpositura nimirum, nec non duodecim canonicatibus tantummodo constare; ex iis vero quinque canonicatus recentius a laicis personis fundatos fuisse, ac trium ex eis quotidianæ distributiones ad summam adeo modicam sunt redactæ, ut diurni Ecclesiæ famulatus præmium minime censeri queant: neque canonicorum numerum supplere posse inferioris cleri copiam; ita quod in ecclesiasticis functionibus splendor ille desit, quem ad divini cultus majestatem maxime decet, ipseque exoptare non desinit. Ad augendum itaque divini servitii decorem alios addere in ecclesia ministros nimis opportunum fore arbitrans idem Karolus Joseph episcopus, ut ex bonis ecclesiæ, seu cappellæ sancti Andreæ de Salmour Fossanensis diœcesis, quæ modo per obitum bo: mem. Karoli Alberti dum viveret Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Cavalchini apud Sedem apostolicam defuncti, illius commenda cessante, vacat, duos canonicatus, totidemque præbendas in eadem cathedrali ecclesia erigeremus supplex a Nobis exquisivit. Cum autem apud Nos itidem ipse carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniæ rex illustris per dilectum filium nobilem virum Joannem Baptistam Balbis Simeonem comitem de Rivera magnæ Crucis equitem, et perpetuum commendatarium inclyti ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari ejus ministrum status, et apud Nos ministrum plenipotentiarium vota sua addiderit, ut in ea dominiorum suorum regione, in qua olim felicis recordationis Clemens papa VIII. prædecessor Noster episcopalem cathedram instituit, sacrorum ministrorum numerum cumulare dignaremur.

§. 3. Nos igitur pastoralem universalis Ecclesiæ solicitudinem ad eam convertentes regionem, dictamque cathedralem ecclesiam, ad quam vigil dicti Karoli Josephi episcopi cura Nos evocavit, atque ut dicto Victorio Amadeo regi adeo de catholica religione, apostolicaque Sede benemerito rem gratam agamus, unum, et alterum canonicatus, et unam, et alteram præbendas sancti Andreæ denominandas in eadem Fossanensi ecclesia liberæ collationis, ac reservationibus, et affectionibus apostolicis, infrascriptisque oneribus obnoxios pro uno, et altero actu presbyteris, ut infra, qualificatis futuris ipsius Fossanensis ecclesiæ canonicis, qui habitus, et insignia a reliquis ejusdem ecclesiæ canonicis ex apostolica concessione gestari solita deferre valeant, et servato antianitatis ordine, Tenor concessionis.

ad stallum in choro, et locum in processionibus, et functionibus quibuslibet admittantur, ac apud eamdem ecclesiam personaliter residere, in eaque temporibus debitis horas canonicas diurnas pariter, et nocturnas, et cætera divina officia, una cum ipsius ecclesiæ dignitate, aliisque canonicis collegialiter psallere, et decantare, divinisque officiis tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interesse, ac alias eidem ecclesiæ juxta illius statuta, ordinationes, et consuetudines sub multis et poenis, ut infra præscribendis laudabiliter deservire debeant, et teneantur; vocem quoque, et votum in capitulis, non tamen quando agitur de temporali aliarum præbendarum interesse, habeant, ac omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, indultis, et gratiis, ac etiam juxta antianitatem præcedentia, quibus cæteri dictæ Fossanensis ecclesiæ canonici de jure, vel consuetudine, privilegio apostolico, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, pariformiter, et æque principaliter utantur, fruantur, et gaudeant cum infrascriptis obligationibus, apostolica auctoritate, ipsarum tenore præsentium sine alicujus præjudicio erigimus, et instituimus, atque utrumque canonicatum, et utramque præbendam aliorum ecclesiæ ejusdem canonicatuum, et præbendarum numero, et consortio addimus, et aggregamus. Ut autem fideles ad divina officia, quæ nova ministrorum accessione splendidiora erunt, confluentes, facilius valeant quoque reatuum expiationem assequi, ambobus futuris, et pro tempore existentibus ejusdem ecclesiæ canonicis, unum, et alterum canonicatus, et præbendas, a Nobis, ut præfertur, erectos obtinentibus expresse præcipimus, et mandamus.

Onera adnexa.

§. 4. Iisque onus injungimus, ut ipsi festis præcipue diebus, non tamen tempore servitii dictæ ecclesiæ durante, Christifidelium utriusque sexus sacramentales confessiones in apta sede excipere etiam debeant, et teneantur. Præterea qui ad unum, et alterum canonicatus a Nobis, ut præfertur erectos, etiam modo a primæva erectione vacantes, et pro tempore in mensibus quoque Nobis, et successoribus Nostris romanis pontificibus pro tempore existentibus reservatis, vacaturos aspirare intendunt actu presbyteri, et ad confessiones excipiendas specialiter ab ordinario Fossanensi examinati, et approbati esse debebunt; ita quod collationes, et provisiones, si quæ alias in personas aliquorum ad confessiones excipiendas minime approbatos etiam a Nobis, et successoribus prædictis perfectæ fuerint, nullius sint roboris, et momenti, nec coloratum titulum tribuant possidendi. Porro ad constituendam utriusque præbendæ a Nobis, ut præfertur, erectæ dotem, titulum in primis collativum dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ sancti Andreæ loci de Salmour ejusdem Fossanensis diœcesis, cujus, et illi forsan annexorum fructus, redditus, et proventus in apostolicis literis super anteactis illius collationibus expeditis, summam ducentorum ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem annuatim non excedere assertum fuit, verum ad annuam summam bismille centum, et quinquaginta librarum monetæ illarum partium saltem pertingunt, ut accepimus, sive præmisso, sive alias quovis modo vacet, illiusque collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio Nobis, et apostolicæ Sedi reservata, et affecta sit.

Derogationes speciales.

§. 5. Ita quod dicta sine cura ecclesia, seu cappella collativa esse desinat, nec in titulum, nec commendam amplius impetrari, aut alias de illa quomodolibet disponi queat, sique in titulum, commendam, aut alias de illa disponi contigerit, collationes, commendæ, et quævis aliæ dispositiones nullæ, et invalidæ, nullius roboris, vel momenti existant, nec coloratum possidendi titulum cuiquam tribuant, salva tamen ipsius Ecclesiæ existentia, atque illius adimpletis oneribus, apostolica auctoritate, ipsarum etiam tenore præsentium perpetuo supprimimus, et extinguimus. Mox eodem titulo collativo, ut præfertur, suppresso, penitusque extincto ex omnibus, et singulis bonis dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ, dotem utriusque præbendæ unius, et alterius canonicatuum a Nobis, ut præfertur, erectorum constituimus, illorumque fructus, redditus, et proventus, ita quod futuri duo canonici sancti Andreæ denominandi mensam habeant a cæteris distinctam, sed utriusque præbendæ communem uni, et alteri præbendæ indiscriminatim applicamus, et appropriamus, atque unimus, annectimus, et incorporamus. Neque apostolicum, supremumque munus Nostrum satis explevisse videremur, nisi eidem Karolo Josepho episcopo, quem

ob cleri studium disciplinæ, et animarum salutis zelum plurimi facimus, committeremus, prout harum serie committimus, ut ipse, visis præsentibus Nostris literis, omnia, et singula bona mobilia, et immobilia, ac si quæ sint semoventia dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ recensent, illorumqua veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios unius, et alterius canonicatuum, et praebendarum a Nobis, ut præfertur, erectorum nomine libere apprehendere, et apprehensam ambobus futuris dictæ ecclesiæ canonicis, postquam illi provisi fuerint, tradere, ut illi fructus hujusmodi sint percepturi; ecclesiam præcipue, seu cappellam sancti Andreæ visitet, eamque ex fructibus dictorum bonorum sacra supellectili instruat, et quæ missarum inibi celebrandarum, aliaque onera a futuris ambobus canonicis communiter subeunda præscribat.

De distributione fructuum concessorum bonorum.

§. 6. Præterea auctoritate Nostra, opportuno ædito decreto, ex fructibus quoque eorum bonorum, et distributionum quotidianarum unum duas libras monetæ prædictæ pro diurno ecclesiastico servitio uni, et altero futuro canonico assignet, atque insuper aliam libram similis monetæ uni pariter, et alteri distribuendam præscribat in præmium assiduæ festivis diebus assistentiæ fidelium sacramentalibus confessionibus, hoc tantum statuto discrimine, quod si ambo futuri canonici, vel eorum alter ob non præstitum ecclesiæ servitium distributiones, aut earum partes amiserit, quod amissum fuerit in profectum aliorum interessentium cedat, ab illisque lucretur, eo tamen modo, et in ea quantitate, quæ canonici ipsius ecclesiæ canonicatus liberæ collationis, aliosque recentiores, et de jurepatronatus laicorum respective obtinentes hactenus multas ab absentibus incursas perceperunt; si vero distributiones adsistentiæ confessionibus addictæ amitterentur, eæ sacrario ejusdam ecclesiæ applicentur. Interim vero idem Carolus Joseph episcopus specialibus suis patentibus literis muniat, quos ad sacramentales utriusque sexus confessiones excipiendas, atque ad utrumque novum canonicatum a primæva erectione vacantem a Nobis impetrandum idoneos in Domino arbitrabitur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Præsentes autem literas, omniaque, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes ad id vocati, citati, vel auditi non fuerint, aut ex alia quavis causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam evocari, aut adversus illas quodcumqua juris, vel facti, aut alterius gratiæ remedium impetrare minime posse, nec illas sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fierent, comprehendi, sed tamquam ad divini cultus, et sacrorum ministrorum augumentum, nec non sacramenti pœnitentiæ administrationem procurandam æditas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque ab omnibus censeri: ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæqua Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scientar, vel ignoranter contingerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus de exprimendo vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore in unionibus, eisque committendis ad partes vocatis quorum interest, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac quibusvis in synodalibus, provincialibusque, et generalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; privilagiis quoqua indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, ac etiam Fossanensis ecclesiæ, dictæque ecclesiæ, seu cappellæ sancti Andreæ sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusqua, et aliis decretis atiam motu proprio, et potestatis plenitudine a prædecessoribus Nostris romanis pontificibus concessis, confirmatis, et innovatis, nec non quatenus opus sit, quibuscumque piorum testatorum vo-

luntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, ac quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, et eisdem præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, et singulorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter et expresse harum quoque seria derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 9. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostrarum erectionis, institutionis, additionis, aggregationis, præcepti, mandati, oneris, injunctionis, suppressionis, extinctionis, applicationis, unionis, annexionis, incorporationis, commissionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quarto decimo kalendas septembris pontificatus Nostri anno sexto.

FINIS TOMI QUARTI

INDEX MATERIARUM
PRAECIPUARUM
QUAE
IN HOC QUARTO VOLUMINE
CONTINENTUR



A

ALIMENTA

ARCHIEPISCOPUS

B

BEATIFICATIO

BIBLIOTHECA

CONCLAVISTÆ

CONFRATERNITAS

CONGREGATIO

D

DAPIFERI

DISMEMBRATIO

H

HOMICIDIUM

HOSPITALE

I

IMMUNITAS

INDULGENTIA

JUS INQUILINATUS

JUS PRIVATIVUM

M

MISSA

N

NUNTIUS APOSTOLICUS

OFFICIUM

O

ORDO

POENITENTIARII

POENA

POPULUS ROMANUS

PRÆCEDENTIA

PRIVILEGIA

R

REGULÆ CANCELLERIÆ

REGULÆ CONGREGATIONIS CLERICORUM PASSIONIS D. N. JESU CHRISTI DISCALCEATORUM

REGULÆ
PRO GUBERNIO MONASTERII SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM DE URBE

REGULÆ
SEU STATUTA AROMATARIORUM, SIVE PHARMACOPOLARUM DE URBE

REGULÆ
PRO UNIVERSITATE FERRARIENSI

REGULÆ
SEU STATUTA UNIVERSITATIS ARTIS PILEORUM URBIS

REGULÆ
MONASTERII S. MAXIMI ORDINIS S. BENEDICTI

REGULÆ
UNIVERSITATIS TEXTORUM URBIS

REGULÆ
CONGREGATIONIS
PRESBYTERORUM SÆCULARIUM
OPERARIORUM EVANGELICORUM
CIVITATIS JANUENSIS

REGULÆ
PRO FRATRIBUS ORDINIS MINORUM
S. FRANCISCI
CAPPUCCINORUM

R

RELIGIOSI

REX

S

SANCTA SEDES

SEMINARIUM

SODALITIUM

SOCIETAS JESU

U

UNIO





INDEX TITULORUM

OMNIUM MATERIARUM

QUAE

IN GENERALI INDICE QUARTI VOLUMINIS

CONTINENTUR



R

S

U

ERRATA	CORRIGE
Pag. 727. lin. 15. col. 2. dove dice Tituli s. Benedicti	Si legga Tituli s. Bernardi

IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Præd. M. S. P. A.

IMPRIMATUR

Joseph Maria Vespignani Archiep. Tyanen. Vicesgerens.

